DOCUMENTE

privitóre la

ISTORIA ROMÂNILOR

culese de

Eudoxiu de Hurmuzaki.

Publicate sub auspiciile Ministeriului Cultelor și Instrucțiunii publice și ale Academiei Române.

VOLUMUL II.


— PARTEA I. —

1451—1575.

CU PORTRETUL LUI IACOB HERACLID DESPOT VOEVOD

BUCURESCI.

1891.



MONETELE LUI JACOB HERACLID DESPOT VOEVOD

1561 — 1563.

SUBSCRIERILE LUI JACOB HERACLID DESPOT VOEVOD

pe un document latin dela 15 Januarie 1563.

SUBSCRIEREA LUI DESPOT VOEVOD

pe un chrisov slavon dela 9 Maiŭ 1563.

TABELA MATERIILOR

DOCUMENTE

I.

Tractat de alianţă încheiat între *Alexandru-Vodă* din Moldova şi Voivodul Ardélului *Ioan Corvin de Hunyad.* 1453. 17 Fevr.

(Originalul în archiva ces. reg. din Viena.)

† Млстїю бжїю мы азь рабь. вл҃дики мо̀его̀ і҃су х҃ста Іѡ алі҃ѯандро воевода господарь зѐмли молдавскои. знамѐнито̀ чинимѝ и҆ с҃кмь нашимь хр҃стианскимѝ. и҆ слобо҃ нымѝ. и҆ ѿтворенымѝ книгомь. въскѣкоме четжщомꙋ. и҆ слышаи҆щомꙋ. и҆ хотѣ= щомꙋ̀ разꙋ̀мети. како бы́сть б҃жї произволение. и҆ прїидохмо̀ оу҆ вечної мирь. и҆ оу҆ хр҃стианскїи токмеж сь родѝтелем гсдва ми съ ıанꙋшемь воѐводою. нам҄ѣстникомѝ г҃на крал҄ѣ владиславѝ. и҆ правителемь и гс҃(н)омь въсега госпо҃ства оу҆гръскогѝ. и҆ дадох с҃ѣ да мꙋ сымь сн҃ до мо̀ѐи съмрти. и҆ да мꙋ сымѝ послꙋ̀ше҃ въ въсемѝ ıако присны сн҃ своимꙋ ѿцоу и҆ съ въсѣкми моими бол҄ѣрми. и҆ съ моимь землемь. и҆ нища без ѐговѐ мл҃сти повел҄ѣнна да не чиним нж по его млс҃тї повел҄ѣнїю да̀ оу҆чиним. и҆ да напльнимѝ. и҆ ѐговꙋ а҆непсею да оу҆змꙋ да ми е госпожда до моеи съмрьти. и҆ да сымѝ ѐговѐмь прїателемѝ добьро приател и҆ пакь еговемѝ неприателем да сымꙋ неприател҃. дори сымѝ живо. а̀ гс҃нь ми и҆ родител ıанꙋїи воевода да̀ ни милꙋеть и҆ да ни бранит҃ ѿ оу҆сех҃ наших неприател на оу҆се страни и҆ нас҃ и҆ землю нашꙋ. ıако въсѣкїи ѿтець своега сина и ıако добры гс҃нь свою землю̀. а ми и҆ с нашимѝ землоѝ дасмо послꙋшни родителю ми ıанꙋшꙋ̀ воеводе ıако и вьıше пишемь въ въсемь. и҆ кьда се станет҃ некоа работа родителю мѝ и҆ бꙋдет҃ ѐго повел҄ѣние. а гдво ми да сымѝ послꙋшеи ѐгове млс҃ти повел҄ѣнию. сие въсе вышеписанное прїимамо и҆ ѿвеща̀вамо се и҆ кльнемо с҃ѣ. и҆ съ въсѣкми нашими бол҄ѣры и҆ малыми и великими ѐлико намѝ слꙋжат҃. и҆менем҃ вышнего б҃а и҆же въ троици прославл҄ѣемомꙋ. и҆менем҃ въсех ст҃ыхь. иже ѿ века богꙋ оу҆гождьших҃. да сьдрьжимо. и҆ напльнимо̀. въ въсемь. ıако хр҃стїане. а̀ на божꙋю крепость. и҆ потвьрждени въсемꙋ вышеоу҆писан= номꙋ. и҆ печат҃ нашꙋ привесихмо. къ семꙋ нашемꙋ писанию̀ и҆ ѿвеща̀нию. сьписа с҃ѣ сиа книга оу҆ сочавскомь градꙋ. вл҃ѣт. ҂ѕцѯа. м҃ца ф҃р ѕ҃і. д҃нь.

† печать александра воевод †

Cu mila luĭ D-ḑeŭ (noĭ) eŭ robul stăpânuluĭ meŭ Isus Christos Iѡ *Alexandru Voevod* domnul ţĕriĭ Moldoveĭ, facem cunoscut prin acéstă carte a nóstră creştinéscă şi slobodă şi deschisă tuturor celor ce o vor ceti şi o vor auḑi şi vor voi să o înţelégă, precum voia luĭ D-ḑeŭ a fost de am intrat în pace vecinică şi la creştinéscă tocmélă cu părintele domnieĭ mele *Ioan Voevod,* locţiitorulŭ Domnuluĭ craiuluĭ Vladislavŭ şi stăpânitorul şi domnul întregeĭ domniĭ unguresci, şi m'am dat să-ĭ fiŭ luĭ fiiŭ până la mórte şi să-ĭ fiŭ supus în tóte

ca un adevĕrat fiŭ părinteluĭ sĕŭ, şi cu toţĭ boeriĭ meĭ şi cu ţara mea şi nimic să nu facem fără porunca măriei sale, ci să facem după porunca măriei sale, şi să o împlinim, iar pe soţia domnieĭ sale să o socot de dómna mea până la mórte; şi să fiŭ prietenilor lor bun prieten şi iarăşĭ dujmanilor lor să fiŭ dujman cât voiŭ trăi; iar domnul şi părintele meŭ Ioan Voevod să ne miluiască şi să ne apere de toţĭ dujmaniĭ noştri din tóte părţile şi pe noĭ şi ţara nóstră, precum apĕră fie-care părinte pe fiiulŭ sĕŭ şi domnulŭ cel bun ţara sa, iar noĭ şi ţara nóstră ne am dat supuşĭ în tóte părinteluĭ nostru Ioan Voevod, precum am scris şi maĭ sus, iar când va avé vre-o trebuinţă părintele meŭ şi va porunci, domnia mea să ascult de porunca măriei sale. Tóte acestea maĭ sus scrise le primim şi le făgăduim şi ne jurăm cu toţĭ boeriĭ noştri marĭ şi micĭ, câţĭ ne slujesc pe noĭ, în numele D-ḑeuluĭ de sus pe care îlŭ proslăvim în sf. Troiţă, şi în numele tuturor sfinţilor, care de vecĭ sunt plăcuţĭ Domnuluĭ, că le vom păstra şi le vom împlini în tóte ca (adevĕraţĭ) creştinĭ; iar spre maĭ mare întărire a tuturor celor maĭ sus scrise, am atârnat şi peceţea nóstră la acéstă scrisóre şi făgăduială a nóstră. Scrisu-sa acéstă carte în cetatea *Suceveĭ*, în anul 6961 luna Februarie 17 zile.

II.

1458 — 1490. Scrisórea Regelui *Mateiŭ Corvinul* către *Stefan-Vodă* din Moldova, lăudând bunele luĭ disposiţiunĭ şi încredinţându-l despre bunăvoinţa sa.

(Copia în „Mathiae Regia Hung. Epistolae" din bibl. museului din Pesta).

Laudatur Stephanus Vaivoda Moldaviae a suo obsequendi studio.

Mathias Rex ad Stephanum vajvodam Moldaviensem.

Spectabilis et Magnifice, Fidelis, nobis sincere dilecte. Ex declaratione nuntii et familiaris tui qui pro te cum litteris credentionalibus ad nos destinatus fuit, intelleximus bonam valetudinem, voluntatem tuam et optimum animum recuperatis jam sicut intimas in majori parte bonis et haereditatibus tuis quas tyrannide et selicia Turcorum imperatoris amiseras, Nobis et Sacrae coronae Nostrae serviendo Teque ad servitia quaecunque Tibi in istis partibus mandaremus exemptissimum et paratum. Quod a te nos grato animo suscipimus et ex hujusce modi oblatione tua gratias amplissimas dicemus tibi, parati sumus hanc exemptitudinem et obsequendi desiderium benevolentia nostra Regia et favore exsequi semper gratioso et eomagis quod tu tamquam zelator fidei et salutis hujus modi obsequia, non tam nobis quam christianitati, imo et augmento fidei sponte et non monitus te susceptum obtulisti. Scias itaque nos tua obsequia grato animo recipere et debito tibi gratitudinis officio paratos compensare, litteras salvus conductus sive securitatis, quo liceat tibi et tuis secure ad nos et Regna nostra semper ambulare per hominem tuum sicuti optasti transmisimus et misuri sumus brevi at te peritum hominem nostrum cum informatione latiori, qui mentem nostram erga te et desiderium nostrum super iis quae nunc a te optamus fieri, tibi clarius explicabit, simul et de castro quod a nobis petiisti, dicet tibi optimam voluntatem nostram : nos enim parati sumus et in hoc et in aliis tibi complacere, dum modo videamus in experientia oblatum nobis coronae nostrae obsequium tuum. Hortamur itaque fidelitatem tuam et requirimus, ut cum tuis omnibus paratum te teneas usque ad adventum hominis nostri ut cum familiaris noster ad te perveniet, et mandata nostra tibi exposuerit, statim ad negotium, quod tibi nostro nomine explicabit, exempto studio aggredi et perficere possis juxta declarationem homini nostri, qua in re facies nobis obsequiam singulare. Et quod tu a nobis optasti, indubitate exsequeris. Datum etc.

III.

Scrisórea *Sultanului Baiazid* către Regele *Mateiŭ Corvinul*, promițându-i, că va cruța Țêrile române, refusând însă evacuarea unor fortărețe, cerută de Regele Mateiŭ. 1458—1490.

(Copia în „Mathiae Regis Hung. Epistolae" din bibl. museului din Pesta).

Relatio Bajazetis ad Regem Mathiam.

Sacratissime Princeps et Domine Amice Nobis dilecte : Minas, quas tam inconsulte Vestra Nobis intimat Serenitas, minime curamus; significatis etiam Nobis Vestris litteris quodammodo fidei fractorem, sciatis quod prius eligeremus mortem quam fidem nostram frangeremus, et quamvis haesitative, a nostris familiaribus Regnorum Moldaviae Transalpinae inclusionem ad treugam praemissam agnovimus, in litteris tamen Vestris regna praescripta specialiter sunt exclusa, quas pro majori cautela Vestrae Serenitati in specie remisimus, ex quibus clare agnoscere potestis si fides et treuga per nos exstitit violata, Nos enim plus litteris Vestris quam famulorum nostrorum verbis credidimus.

Igitur si Vestra placeat Serenitati, adhuc pro ipsius fidei stabilitatae tantam vobis exhibemus amicitiam, quod de Regnorum praedictorum expugnatione desistemus: sed illa duo castra per nos magno labore et multorum fidelium nostrorum peremptione jam obstenta, pro parte remittere nolumus, nisi ocasio efficatior evenerit. Committimus tamen Capitaneis nostris in castris praedictis, ut treuga praemissa durante, regno Moldaviae ex ejusdem nulla molestia inferant, sed familiaribus nostris stipendiis propriis utantur in custodia castrorum praedictorum fideliter assistendo, etc. Datum etc.

Compertum autem est postea, quod dum super induciis seu treugis praenotatis, litterae hinc inde datae fuissent et loca confiniorum sunt denotata, tunc sine errore alio quocunque casu Regnis, cacellarius Petrus Archiepiscopus Colocensis, litteras duas praefatas adscribi in litteris ommiserat. Unde Mathias rex ultra verbera quae illi manu sua inflixerat carceri illum perpetuo inclusit: ex quo non nisi post mortem Mathiae demum fuit liberatis.

IV.

Scrisórea Regelui *Mateiŭ Corvinul* către *Sultanul Baiazid*, învitându-l să deșerteze cele doue fortărețe ocupate la hotarele Moldovii. 1458—1490.

(Copia în „Mathiae Regis Hung. Epistolae" din bibl. museului din Pesta).

Ad Turcarum Imp. Bajazethem, super castris Bilian, et Nester Alba tempore pacis in Bessarabia expugnatis restituendis.

Rex Mathias ad Bajazetem.

Potentissime Princeps et Domine Amice Nobis dilecte. Constat Vestrae Potentissimae Majestati quod nuperrime inter nos treuga fuit disposita et fide mutua litteris

mediantibus fuit confirmata. Quibus nos omnino adhaerentes, alia facta nostra his temporibus peregimus. Vestra tamen potentissima Majestas fidem pro nihilo reputans terram transalpinam et duo castra in confiniis Moldaviae existentia, ad Regnum nostrum Hungariae juridice dependentia interim expugnata sint. Unde fide taliter observata, speravimus, quod Vestra Potentissima Majestas Regnum Dei non consequitur, nec amplius nostrae serenitati eidem credere licet. Igitur vestram hortamur Potentissimam Majestatem quatenus, si fidei Vestrae satisfacere intendatis, ex tunc castra praedicta, furtim quasi errepta, remmittere dignemini sin' aut alias Vos Dominum Imperatorem in hostem proponimus et per partes publice denunciamus. Sentimus enim juxta fidei nostrae opinionem, quod treuga praedicta a vestra Potentissima Majestate per nostram Serenitatem in brevi fient recuperata, et injuriae nobis illatae percipiatis talione, prout etiam a baiulis oretenus Vestrae Potentissimae Majestati nuntiavimus. Datum Budae etc.

V.

1462. Extras dintr'o scrisóre a Regelui *Mateiŭ Corvinul* cătră *Voivodul Ardélului*, însărcinându-l să trimiţă la Buda pe Petru-Vodă din Moldova.

(Bibl. museului din Pesta).

(Ex Libro I. epistolarum Mathiae Corvini regis, ad Wayvodam Transilvanum, qua Petrum Vayvodam Moldaviae ad se accersit. Epistola No. 37).

Audivimus Petrum Vayvodam Moldaviensem apud vos esse. Unde cum nos certis ac rationabilibus de causis eundem in Curia nostra libenter ad praesens habere velimus, fidelitatem vestram requirimus et hortamur, quatenus dictum Petrum Vayvodam ad nos quam primum pro singulari nostra complacentia mittatis. Erit id apud nos vobis in favorem, et ipsi Petro Vayvodae ad promotionem. 1462.

VI.

1466, 15 Iulie. Episcopii *Ioan* din Moldova şi *Nicolae* de Alba-Iulia dau indulgenţii perpetue în virtutea uneĭ bule papale.

(Copia in „Chartae Transilvanicae" din bibl. museului din Pesta)

Bulla de a. 1466 super Indulgentiis Ioanni Episcopo Moldavien. et Nicolao Albensi Transil. concessis.

Ioannes Dei, et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Moldaviensis, Suffraganeusque Rdi in Christo Patris, et Domini, D. Nicolai Episcopi Albensis Transylvaniae universis et Singulis indulgentiis, commissis, et largitis in remissionem peccatorum concurrentiam, nec non confirmatas 40. dies Indulgentiarum de injunctis poenitentiis misericorditer impertimur perpetuis temporibus. Donationis Sigillum nostrum est appensum. Actum et datum in villa Hegen in festo divisionis Apostolorum A. D. M.CCCC.LX.VI.

VII.

Scrisórea Regelui *Mateiŭ Corvinul* către *Stefan-Vodă* din Moldova, lăudând zelul luĭ şi încredinţându-l despre bunăvoinţa sa. 1470(?).

(Din „Epistolae Mathiae Corvini Regis Hung., editae a Steph. Vida, Cassoviae 1744 Pars IV, pag. 146(1)).

Epistola Mathiae Regis ad Stephanum Vaïvodam Moldaviae.

Spectabilis ac Magnifice, Fidelis, Nobis sincerè dilecte.

Ex declaratione Nuncij et Familiaris Tui, qui per Te literis credentionalibus ad Nos destinatus fuit, intelleximus bonam valetudinem, voluntatem Tuam et optimum animum, recuperatis jam, sicut intimas, majori parte bonis et haereditatibus Tuis, quas Tyrannide et saevitiâ Turcorum Imperatoris amiseras, Nobis et sacrae Coronae nostrae serviendo; Teque offers Nobis ad servitia, quaecunque Tibi in istis partibus mandaremus, promptissimum et paratissimum. Quod Nos gratô animô suscipimus, et pro hujusmodi oblatione grates amplissimas dicimus Tibi, parati hanc promptitudinem et obsequendi desiderium benevolentiâ nostrâ regiâ et favore prosequi semper gratioso, et eò magis, quod Tu tanquam Zelator fidei et salutis, hujusmodi obsequia non tàm Nobis quàm Christianitati uno pro augmento fidei spontè, et non monitus, Te suscepturum obtulisti. Scias itaque Nos Tua obsequia gratô animô recipere et debitô Tibi gratitudinis officiô paratos compensare. Literas salviconductûs, sive securitatis, quò liceat Tibi Tuisque securè ad Nos et Regna nostra semper ambulare, per hominem Tuum, sicuti optâsti, transmisimus, et missuri sumus brevì ad Te nostrum hominem cum informatione latiori, qui mentem nostram erga Te, et desiderium nostrum super ijs, quae à Te nunc optamus fieri, Tibi clariùs explicabit, simul et de castro, quod à Nobis petiîsti, dicet optimam voluntatem nostram Tibi: Nos enim parati sumus et in hoc et in alijs Tibi complacere, dum modò videamus in experientia oblatum Nobis et Coronae obsequium nostrae Tuum. Hortamur itaque fidelitatem Tuam et requirimus, ut cum Tuis omnibus paratum Te teneas usque ad adventum hominis nostri, ut cùm Familiaris noster ad Te pervenerit et mandata nostra Tibi exposuerit, statim id negotium, quod Tibi nomine nostro explicabit, promptô studiô aggredi possis et perficere juxta declarationem hominis nostri. Qua in re facies Nobis obsequium singulare, et quod Tu à Nobis optâsti, indubitatè consequeris.

---

1) Vedĭ documentul II. din tot acest volum.

VIII.

1474, 24 April. *Episcopul Michail* de *Milcov* instaléză ca vicar general de Strigoniu pe Benedictinul Ioan de Széchen în posiţiunea de abate al mănăstirii Gron.

(Din „Codex Szechenianus“ din bibl. museului din Pesta, VIII. Nr. 35).

Literae d. a 1474, quibus Michael Episcopus Milkoviensis, et Eccl. Strig. Generalis Vicarius Ioannem de Széchen ad Abbatiam de iuxta Gron iuducit, et investit.

Michael Episcopus Milkoviensis ac Ecclesiae Strigoniensis in Pontificalibus et Spiritualibus Vicarius et causarum auditor generalis dilecto nobis in Christo Religiosa fratri Iohanni de Zechen professo ordinis Sancti Benedicti Salutem in Domino. Ad exequendum officii nostri debitum vigilantibus studiis intendentes circa statum ecclesiarum sive monasteriorum quorum libet jurisdictioni dictae ecclesiae Strigoniensis subjectorum oculos nostrae mentis extendimus, et pro ipsorum profectibus prout utilius fore perpendimus opem et operam adhibemus efficaces, ut singuli sublatis incommodis et prosperis multiplicatis eventibus ecclesiae ipsae sibi monasteria in spiritualibus et temporalibus salubriter gubernentur. Nuper si quidem abbacia monasterii sancti Benedicti de Iuxta Gron ordinis praedicti Strigoniensis diocesis per mortem Religiosi condam fratris Georgii ejusdem abbaciae ultimi veri legitimique et immediati possessoris de jure et de facto vacante. Nos ad personam tuam exigentibus probitatum et magnarum virtutum tuarum meritis, quibus apud nos fide digno meruisti commendari testimonis benevolum respectum habentes, te tanquam personam benemeritam ad electionem Conventus dicti monasterii ac nominationem et praesentationem Magnifici Domini Michaelis Orszagh de Groth Regni Hungariae Palatini et Iudicis Comanorum, auctoritate Iuris patronatus sibi per Serenissimum Principem et Dominum nostrum Dominum Mathiam DEI Gratia Regem Hungariae, Bohemiae etc hac vice, ut dicitur, concessa de te factas de quibus quidem eleccione nominacioneque et praesentatione nobis per litteras dictorum Conventus et Domini Palatini, per te coram nobis in specie exhibitas constitit, ad dictam abbaciam praefati monasterii sancti Benedicti Reverendissimi Domini nostri Domini Iohannis Episcopi Agriensis et postulati dictae Ecclesiae Strigoniensis ad id expresso accedente consensu auctoritate ordinaria duximus canonice instituendum et confirmandum ac tenore praesentium instituimus et confirmamus curam et administrationem ejusdem abbaciae juriumque et pertinenciarum ejusdem tam in Spiritualibus quam temporalibus tibi plenarie committentes ac te per Birreti nostri Capiti tuo imposicionem praesentialiter investientes de eadem. Recepto tamen primitus a te juramento ad Sancta Dei Evangelia in manibus nostris corporaliter praestito. Quod eris fidelis et obediens Archiepiscopis dicte ecclesiae Strigoniensis canonice intrantibus eorumque Vicariis pro tempore constitutis et quod bona jura, et res ejusdem Abbacie non alienabis nec distrahes. Sed sique forent alienata et distracta ad Ius et proprietatem ipsius abbacie recuperabis et restitues toto posse. Quocirca Custodi ceterisque fratribus et toti conventui nec non Vasallis populis Iobbagionibus ceterisque Subdites praefati monasterii sancti Benedicti. In virtute Salutaris obedientiae firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenuo ipsi te nominem alium in eorum et dicti monasterii Abbatem recipere et assumere, ac in realem, corporalem, et actualem possessionem Abbaciae juriumque et pertinentiarum ejusdem admittere, ac tibi obedientiam et reverentiam debitas exhibere, de omnibusque fructibus, reddetibus proventibus et quibus libet obvencionibus ejusdem abbacie integre respondere et per hos quorum interest, vel interesse poterit, responderi facere debeant et teneantur, locis et temporibus, semper debitis et oportunis. In quorum omnium et singulorum fidem

et testimonium praemissorum praesentes literas nostras fieri nostrique Sigilli annularis jussimus et fecimus appensione communiri. Datum Strigonii vigesima quarta die mensis Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo quarto praesentibus ibidem Venerabili et Religioso, a Honorabilibus Viris fratre Georgio Praeposito ecclesiae de Saagh ordinis Premonstratensis dicte dioeceesis ac Magistris Bartholomeo de Megyer prefate Strigoniensis et Benedicto de Nandon Sancti Stephani Prothomartiris de castro Strigoniensi ecclesiarum Canonicis testibus fide dignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ladislaus de Doroghaza
Notarius.

Locus Sigilli annularis pendentis.

PORISMATA

Strigoniensis Archiepiscopus anno 1474. Iohannes Episcopus Agriensis et Postulatus dictae Ecclesiae Strigoniensis.... Quid juris habuerit in Creandis abbatibus Regiis aut Reginalibus.... Ejus Vicarius Generalis anno 1474 Michael Episcopus Milkoviensis abbatem de Iuxta Gron creat.

Zechen Iohannes de (: Benedectinus Abbas de juxta Gron anno 1474 creatus Gron :) Abbatia monasterii Sancti Benedicti de juxta, post mortem Georgii Abbatis anno 1474 Ioannem de Zechen novum abbatem accipit.

Orszagh de Gioth (Michael) anno 1474 Palatinus.

Palatinus Michael Orszagh de Gioth anno 1474 auctoritate juris Patronatus a Rege sibi concessa Abbatem de Iuxta Gron nominat.

Iuris Patronatus Regii auctoritate, ex speciali concessione regia Palatini non nunquam sunt usi.

Investiturae abbatis Solennia anni 1474.

Birreti impositio, solenne increando Abbate.

IX.

Amintirea uneĭ scrisorĭ trimise de Regele *Mateiŭ Corvinul* Papeĭ Sixtu IV. 1474

Epistola Mathiae Corvini, anni 1474 qua Sixto Papae IV significat Turcas, unitos cum Valachis, in Transsilvania fusos fugatosque esse. Ex *Baluzzi Miscellaneis*, Tom. I. pag. 502.

X.

1475, 31 Martie. Scrisórea Papei *Sixtu IV.* către *Stefan-Vodă* din Moldova, lăudând zelul luĭ şi promiţându-i tot sprijinul sĕu.

(Din „Martene, Veterum scriptorum et monumentorum eccl. et dogmat. ampl. collectio." Parisiis. 1724–33. V. II. pg. 1490).

Epistola XLIX.

Stephano Vaywodae, Moldaviae etc domino.

(Laudat ipsius ad Turcarum sectam debellandam zelum, ipsique subsidium aliquod exhibere desiderat).

Dilecte fili, salutem etc. Litteras tuae nobilitatis accepimus, quae nobis gratae admodum extiterunt, cum videamus te adeo promtum esse ad fidem Christianam defendendam, et perfidissimorum Turcarum sectam debellandam. Laudamus sanctum et rectum propositum tuum, teque enixe adhortamur, ut sicut coepisti, ita perficias. Aderit auxiliator Dominus Deus noster. Nos vero numquam cessamus, quanto studio, cura et diligentia possumus, opportunas cum coeteris Christianorum principibus et potentatibus provisiones facere. Et utinam soli tantum ponderis sustinere possemus, quod certe ultro scriberemus. Verum propter diversa et non parva onera, quibus pro subventione fidei superioribus annis gravati super vires nostras fuimus, accedit, quod nunc etiam Rhodiis atque Hungaris, quantum vires nostrae patiuntur, praesidia subministramus. Adeoque facultates tantummodo nostrae non sufficiunt. Sumus tamen ex animo, quod jam omnes norunt, ut partes nostras pro virili non desferamus, maxime accedente caeterorum Christianorum principum contributione; quod in dies magis disponere studemus, et tua imprimis virtute, quam profecto et magnificamus, et summis laudibus extollimus. Datum Romae die ultima Martii anno Domini M.CCCC.LXXV. Pontificatus anno IV.

XI.

1475, 15 Aug. Act de învoială încheiat între Regele *Mateiŭ Corvinul* şi *Stefan-Vodă* din Moldova.

(Copia in biblioteca Curţii din München).

Litterae Confoederationis quondam Regis Mathiae cum Vayvoda Moldaviensi.

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungarie, Bohemiae etc recognoscimus per praesentes, quod, quia fidelis noster, spectabilis et magnificus Stephanus Vayvoda terrae Moldaviensis ab dissuasione rediit, nosque veluti dominum suum naturalem recognovit, ac nostrae Majestati et sacrae Coronae nostrae fidelitatem debitam promisit, nos igitur ipsum ad gratiam et benevolentiam regiam nostram accepimus, unaçum filiis, Boyaronibus,

et tota provincia Moldaviensi, ac omnibus habitatoribus ejus, cum eisque firmam et perpetuam pacem fecimus, unacum tota sacra corona. Et ex quo idem Stephanus Vayvoda promisit, ea omnia facere erga nos, et sacram Coronam nostram, quae sui praecessores Vayvodae de jure vel de consuetudine facere tenebantur. Nos propterea ipsum, filios, Boyarones, ac totam patriam ipsius etiam in suis juribus, privilegiis et libertatibus, juxta, quod divi Hungariae Reges facere tenebantur, conservare et manu tenere, promittimus; insuper ipsum Stephanum Vayvodam, filios ac Boyarones et totam patriam, ac omnes ejus inhabitatores gratiose prosequentes de omnibus excessis hactenus quomodolibet factis sive contra Majestatem nostram, sive regnum et regnicolas, eisdem veniam praestitimus, unacum toto regno; nec propterea aliquod damnum aut malum eis inferemus, aut inferi ab aliquo permittemus, nec in regno Majestatis nostrae, nec in regno ejus, nec in aliquo alio regno aut ullo loco nullum, qui habuerit nomen Vayvodatus, sed neque Nobilem, aut Magnatem ejusdem Stephani, Vayvodae hostem in nostris dominiis, in periculum vel opprobrium ipsius, aut patriae suae, conservabimus, sed omnes tales extra regnum nostrum destinabimus, et eis nullum favorem praestabimus. Promittimus etiam, quod pro rebus et factis, quibuscunque hactenus hinc inde perpetratis, neque subditi neque mercatores ipsius Stephani Vayvodae aliquod malum incurrent, aut eis quisquam molestiam inferret; sed tam nostri quam ipsius Stephani Vayvodae subditi jure mediante omnes causas suas diffiniant et amicabiliter perficiant. Quia autem ipse Stephanus Vayvoda promisit nobis, cum propria persona et tota provincia sua assistentiam facere contra paganos et alios hostes nostros, et regni nostri, prout clarius in litteris suis continetur; nos autem promittimus eundem Stephanum Vayvodam protegere propria in persona nostra, si necesse fuerit, nisi fuerimus in majoribus causis regni nostri occupati; et tunc ei subsidium et favorem ex regno nostro juxta posse nostrum impendere promittimus. Super metis etiam provinciae Moldaviae cum provincia Transalpina secundum antiquos terminos et consuetudines per praedecessores Vayvodas possessos et tentos utrumque Vayvodam, tam scilicet Stephanum Moldaviensem, quam Vlad Transalpinum, secundum privilegia Alexandri et Mirczae utriusque partis Vayvodarum concordamus. Et si contigerit, quod Deus avertat, ipsum Stephanum Vayvodam vi hostium suorum cogi ad exitum de terra sua, et ad regnum nostrum intrare, ac ad castra, civitates, et oppida nostra ubilibet in regno nostro cum filiis, familia, Boyaronibus et quibuscunque habitatoribus terrae suae, multis vel paucis, aut omnibus ejus et eorum bonis, rebus et thesauris, promittimus, quod tute venire, stare et morari poterit tam diu, quam diu ei libuerit, et quod humane ac sine ulla offensione tractabitur. Cum autem ei placuerit, ad patriam suam reverti, tunc similiter libere cum filiis, Boyaronibus, famulis, rebus, bonis, thesauris, ac omnibus ad eum pertinentibus reverti sine ullo offendiculo et contrario poterit; et nos si opus fuerit, juxta totum posse, nostrum eundem ad recuperandam totam patriam suam juvabimus. Quae omnia superscripta Nos Mathias Rex praelatus promittimus in verbo nostro Regio, sancta Corona Hungariae et sub fide nostra Christiana, firmiter observare sine omni dolo et fraude, harum nostrarum litterarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut Rex Hungariae utimur, est appensum, vigore et testimonio mediante. Datum Budae in festo Assumptionis beatissimae Virginis Mariae. Anno Domini Millesimo, quadringentesimo, septuagesimo quinto, regnorum nostrorum anno, Hungariae decimo octavo, Bohemiae vero septimo.

Et nos Gabriel, Episcopus Ecclesiae Albensis Transylvanae, apostolicae sedis legatus; Ioannes Strigoniensis, Gabriel Golocensis Ecclesiae Archiepiscopi; Sigismundus Quinque ecclesiae, Thomas Nitriensis Ecclesiae Episcopi; Michael Orzag de Groth, Regni Hungariae Palatinus; Emmericus de Zapolya, Comes perpetuus Scepusiensis; Comes Stephanus de Bathor, judex curiae regiae; Ioannes Pangracz de Dengeley, Vayvoda Transylvanus, Iob de Gara; Ioannes Comes de Bozyn et de sancto Georgio; Emmericus de Palecz, Agazonum regalium Magister; Nycolaus Banffy de Lyndua, Comes

Posoniensis; Blasius Magyar, Vayvoda Transylvanus et Georgius de Parlag, janitorum regalium magister penes praefatum Dominum nostrum Mathiam, Regem Hungariae, Dominum nostrum naturalem, eadem fide nostra christiana et honore nostris promittimus, quod ipse Dominus noster, Rex, praemissos articulos, quod omnia puncta et continentias inviolabiliter observabit. In cujus rei testimonium penes sigillum Domini nostri Regio etiam sigilla nostra praesentibus appendi fecimus. Datum ut supra.

XII.

1475 (?). Scrisórea Papei *Sixtu IV.* către Regele *Mateiŭ Corvinul*, lăudând vitejia luĭ şi grăbirea, cu care l'a ajutat pe Stefan-Vodă contra Turcilor.

(Din St. Vida „Epistolae Mathiae Corvini Regis Hungariae". Pars. IV. pg. 15)

Epistola Papae ad Mathiam Regem Ungariae.

Charissime in Christo Fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem.

Tuam Serenitatem et optimam voluntatem ac praeclarissima gesta circa defensionem fidei Catholicae et immanes Turças exterminandos et confundendos, etiamsi linguae hominum tacerent, Tua magnifica et gloriosa facinora ostenderent. Saepe enim Christianorum exercitus Te Duce maximam Turcorum et aliorum infidelium multitudinem superavit, et tandem Tuis virtutibus victoriam ex illis saepius reportâsti, et ubi opus sit, Catholicis Principibus et populis pro fide Christiana decertantibus opportuna praesidia contulisti. Novissimè verò accepimus, quòd in ea victoria, quam pridem dilectus Filius, nobilis vir, Stephanus Vajvoda in Moldavia adversùs Turcas adeptus fuit, non parvam laudem ac gloriam Tibi vendicâsti; Tuis enim subditis adnitentibus et opem adferentibus, et authoritate Tuae Regiae Amplitudinis de perfidissimis Turcis, strage maxima et ruinâ illis illatâ, opima spolia et captivos idem Stephanus retulit, quorum non parvam partem ad Tuam Sublimitatem, sicut percepimus, transmisit. Commendandus est profectò Stephanus Vajvoda. Datum etc.

XIII.

Scrisórea Regelui *Mateiŭ Corvinul* cătră *Mihail Fancsy*, mustrându-l pentru infidelitatea luĭ și poruncindu-i să-ĭ vie, drept spășire, luĭ Stefan-Vodă cu 300 Sĕcui într'ajutor. 1475.

(Din Stef. Vida „Epistolae Mathiae Corvini, Regis Hungariae". Pars IV, pg. 188).

Epistola Mathiae Regis Hungariae ad Michaëlem Fancsy. (1)

Fidelis Nobis dilecte.

Iteratò accepimus, te inter fideles nostros Siculos certos rumores de obitu nostro spargere, et certas motiones atque tumultationes rursum per te inter ipsos Siculos incitari; quae quàm bene respondeant fidei tuae et expectationi nostrae de te, tu ipse bene considerare potes. Scis multas jam enormitates, quas contra Nos fecisti, tibi à Nobis fuisse dimissas, et post multa mala per te perpetrata, quibus nostram Majestatem saepius offendisti, jam aliquoties gratiam per Nos tibi factam esse; quod semper idcirco fecimus, et ob hoc clementia in te usi sumus, ut tu aliquando conversus, alios quoque Fratres tuos ad fidelitatem nostram, sicuti par esset, dirigeres potiùs, quàm istas novitates et turbationes inter ipsos seminares; quod scias Nobis vehementer displicere, et eò magis, quod tu conatus es talibus rumoribus et turbationibus ipsos Siculos, qui ad nostra servitia proficisci parati erant, à nostris obsequiis revocare: cum quibus etiam nescimus, quas rursum motiones facere diceris. Super quo fidelitati tuae mandamus, aliud omninò habere nolentes, idque tibi firmiter injungimus, quòd si unquam gratiam nostram promereri cupis, in continenti cum 300 Siculis ad Stephanum Vaivodam Moldaviensem, fidelem nostrum dilectum proficisci, ibique Nobis sincerè et hoc tempore, cùm ipse auxiliis indigeat, assistere et auxiliari debeas (2); nam si aliter fuerit, certus esto, quòd tu suspendium non evades; si verò jussa nostra executus fueris, et in hoc Nobis tuum servitium ostenderis, non respiciemus adhuc malè gesta tua, sed Nos te in gratiam nostram recipiemus. Aliud ergo, prout gratiam nostram promereri cupis, facere non praesumas.
Budae etc.

---

1) Illustris olim Fancsyorum prosapia apud Hungaros.

2) Fatente etiam Cromero, Historico Polono, Stephanus Vaivoda Valachiae (d. i. der Moldau) ingentem de Turcis victoriam retulit auxiliò Transylvanorum et Siculorum 1475, et forte hac occasione Fançsius inter reliquos cum 300 Siculis auxilio venit.

(Notele editorului *Vida*).

XIV.

1475. Extras dintr'o scrisóre aluĭ *Sixtu IV.* către *Stefan Báthory* despre înfrângerea suferită de Turcĭ în Moldova.

(Din Martene „Collectio Monumentorum etc.").

Intelleximus perfidum scilicet tyrannum Turcorum, qui dilecto filio nobili viro, Stephano Vayvodae Moldaviae crudelissimum bellum intulerat, et jam loca ejus gravi obsidione premebat, nondum armis conspectis, sed solo terrore nominis tui obsidionem reliquisse, terga vertisse ac turpissimam fugam arripuisse.

XV.

1475. Prepositul de Alba *Dominic* vestește, ca protonotar apostolic, pe Principiĭ creștinĭ, că Caffa a cădut în mânile Turcilor, dar Domnii românĭ ĭ-au jurat credință Regelui Mateiŭ.

(Copia in „Literae Regnum Procerum Hungariae" din bibl. museului din Pesta).

Literae de a. 1475 Praepositi Eccl. Alben. annunciantis ammissam esse Caffam, Principesque Steph. Moldau. et Bozoradum Transalpinum iuramentum fidelitatis Regi Hung. praestitisse.

Omnibus Potentatibus, et Principibus Christianis.

Exemplum inclusum litteris Ducalis Oratoris in Hungaria. Magnifice Orator, Cupit a me Magnificentia vestra quam breviter intelligere, quonam modo Civitas Caffa, quae hactenus juris Ianuentiam fuerat, a Turco Capta fuerit, et ut vestrae Magnificentiae Votis Satis fiat, referam ipse, quae a Domino Stephano Vajvoda Moldavo, cum demandat Serenissimi Principis, e Domini nostri Regis Mathiae etc: legatione apud eum fungerer, accepi; Is enim princeps tum novitate tantae cladis per motus (: tum magnitudine imminentis periculi, quod propter loci vicinitatem facile evenire posse formidabatur, rei veritatem, ut gesta est, diligenter investigare fecit, et ut incolae Patriae referunt, per aquam itinere unius diei, et noctis prospero vento navigando distat a Moldavia: Terra vero quatuor, aut quinque, vetus erat factio, et tanti mali causa inter duos majores natu Principes Tartaros, quorum unus aemulatione Principatus, et suorum subditorum fretu :) auxilio, altera patria pulsum apud Caffam exulare cogebat. Is novo usus ingenio, cum spe omni capiendi inimicum, frustratum se indies viderat, ad Turcum legationem mittit, vocatque in partem Praedae, si modo in capienda urbe auxilio esse vellit, adjecta tamen conditione, et pacto expresso, ut si civitatem ipsam capi contingat, sit in opinione Tartari, utrum possessionem civitatis accipere velit, aut praedam ibidem repertam, et Turcus altera illarum debeat esse contentus, quae a Tartaro eidem deferetur. Turcus ubi oblatam occasionem nactus est, illico expeditam gentem classe maritima, sub ductu, et gubernatione Bassae Orientis mittit. Tartarus Auxilio sibi futuros ratus, statim et ipse terras suas copias civitati admovit: Sic misera Civitas, terra marique cuncta brevi tem-

pore partim tradimento suorum Civium, partim armis in potestatem Turci transivit, capta primum civitate, arcem quae in ea erat, pariter receperunt. Turcus more suo veteri, cum urbe potius est, rupit pactum, omnemque praedam suam ratus: Tartarum, cujus hortatu venerat, et possessione urbis captae, et praeda pariter spoliavit, Majores natu, et quorum sorte facultates, et ingenia formidini erant, ne quid novi contra ipsum consilii caperent, constanti deducti sunt, relicta plebe populari, cui Graecus quidam Trapezuntinus, cum decem millibus peditum pro tutanda urbe praesidio deputatus est. Tartarus exul, qui fuerat, captus, et capite plexus, ejusque caput positum pilo cum duobus vexilis copioso auro textis, quibus Rectores urbis usi fuerant, Simul cum quingentis Virginibus, totidemque Masculis, quos ex ea praeda forma, et aetate Coeteris praestare judicarunt, dono ad Turcum misere: et ut Reverendus Dominus Nicolaus Tinensis retulit, se recepisse a Vajvoda Transalpino, qui et ipse tunc jussu Principis nostri, in illis partibus pari legatione fungebantur, mille, et undecim ut res pecunia celata pleni, demptis reliquis suppellectilibus, gemmis, lapidibus, praetiosisque aliis rebus ad Turcum ipsum ex praeda illius urbis missi sunt, quorum quilibet, more illius gentis solitus est continere sexingentos ducatos. De rebus vero illarum partium sciat vestra magnificentia, quod uterque Princeps tam Stephanus Moldaviensis, quam Bozorad Transalpinus medio nostri, et Reverendi Domini Tiniensis, una cum tota Patria juramentum fidelitatis ad perpetua obsequia Regiae Majestatis ejusque Sacrae Coronae Solemniter praestiterunt, et propria eorum in persona simul cum tota gente utriusque Patriae armantur nunc in obsequium Principis nostri contra Turcum, et credimus indubie, quod ad numerum sexaginta millium armatorum ex utraque Patria in obsequium Regiae Majestatis conducentur ad expeditionem praesentem contra Turcum instauratam. Hae sunt nova, vir magnifice, quibus notis vestris morem gessimus, et rem gestam sub ordine, ut ab ipso Stephano Vayvoda accepimus, quaeque etiam postea his diebus oratores sui in cospectum Regiae Majestatis confirmarunt.

Praepositus Ecclesiae Albensis,

Dominicus
Prothonotarius Apostolicus.

XVI.

Scrisórea *Papei Sixtu IV.* cătră *Stefan-Vodă*, lăudând vitejia lui şi promiţându-i, că va numì Episcop al Moldovei pe un anume Petru. 1476, 20 Martie.

(Din Marteno „Veterum script. etc." Vol. II. pag. 1531).

Epistola CVI.

Dilecto filio nobili viro Stephano Vayvodae.

(Petro promittit episcopatum Moldaviensem, hortaturque, ut Turcas vincere perseveret).

Dilecte fili salutem etc. Accepimus literas tuae Nobilitatis, dilectosque filios Petrum in decretis baccalarium et Capitaneum Ianuensem (1) Consiliarios tuos, quos cum

---

1) probabil: Dwornik.

literis ipsis misisti, benignissime audivimus, intelleximusque ex eis desiderium tuum de provisione Moldaviensis ecclesiae, cui ipsum Petrum praefici supplices in pastorem, quem commendatissimum habebimus maxime propter tuam excellentem virtutem, et praeclara in Christianam rempublicam merita. Caeterum dilectissime fili, licet pro his, quae gloriose et pientissime fecisti et facis, potius gratulari virtuti et et laudi tuae, quam te excitare opporteat: Tamen, quia gloriam tuam cum publica auctoritate augere desideramus, hortamur, ut de bono in melius perseveres, et toto pectore defensioni et propagationi fidei sanctae incumbas. Nullibi virtus et magnanimitas tua versari decentius potest, ex nulla re veriorem et magis perennem gloriam consequi. Res tuae contra infideles Turcas communes hostes sapienter et fortiter hactenus gestae tantum claritatis tuo nomini addiderunt, ut in ore omnium sis, et consensu omnium plurimum lauderis. Noli igitur defatigari, sed sicuti facis, victoriam tibi ab Alto concessam prosequere, ut a Deo praemium aeternum, et ab hac sancta apostolica sede commendationem uberius consequaris. Datum Romae XX. Martii. M.CCCC.LXX.VI. anno V.

XVII.

1476, 3 April. Scrisórea Papeĭ *Sixtu IV.* către *Stefan-Vodă*, vestindu-l că a numit Episcop al Moldoveĭ pe Petru și puindu-i și o subvențiune în perspectivă.

(Din Martene „Veterum script. etc.“ Vol. II. pg. 1536).

Epistola CXII.

Stephano Vayvodae, Moldaviae domino.

(Eum, quem desiderabat, remissis annatis, providisse de episcopatu Moldaviensi, et subsidium aliquod ei deinceps procuraturum).

Dilecte fili salutem etc. Oratores tuae nobilitatis libenter vidimus, benigneque audivimus, atque te propter egregiam tuam virtutem praecipua complectimur in Domino charitate. Ecclesiae autem Moldaviensi non solum eum, quem desideras, praefecimus in pastorem; sed ut tibi rem gratiorem faceremus, a consuetudine Romanorum pontificum praedecessorum nostrorum recessimus, sumusque ipsum electum specialis favore gratiae prosecuti. Remisimus namque et condonavimus ei annatam quae, quoniam pro necessitatibus camerae apostolicae imminentibus instituta est, raro compertum est, cuiquam esse donatam. Quod autem ad subsidium per eosdem tuos oratores petitum spectat, cum a principio cum potestatibus Italis conventum esset, carissimo in Christo filio nostro Mathiae, Hungariae quondam regi illustri, qui tantum bellum contra infideles omni conatu et totis viribus regni suscepit, mittere subsidium, quidquid pecuniarum collegimus, ei destinavimus, existimantes, quod id in commodum et utilitatem tuam tenderet, quando quidem cum ipso rege contra impiam gentem bellum assidue geris, et pro communi utilitate certas. Sequentibus vero annis in taxando subsidio, quod etiam auctore Domino tam Italos, puam Transalpinos potentatus impensuros speramus, aliquid tuae nobilitati particulariter decernere curabimus. Itaque perge magno, ut facis, animo, tibique persuade, virtute et opera tua nobis, et apostolicae sanctae sedi esse carissimum. Nam ut intelligas,

cupere nos ex parte, qua possumus etiam nunc bi subvenire, concessimus indulgentias Iubilei in terris tuis omnibus illis, qui dimidium erogabunt pecuniae, eam juxta eorum conditiones ad almam urbem nostram veniendo et redeundo verisimiliter potuissent expendere, ut et hinc quoque tibi et tuis accrescat subsidium, et commodius sanctae expeditioni possis intendere, et ita in omnibus, in quibus tibi poterimus prodesse, faciemus semper animo libentissimo. Datum Romae die III. Aprilis. anno M.CCCC.LXXVI. anno VIo.

XVIII.

Scrisórea *Sultanului Baiazid* către *Regele Mateiŭ Corvinul*, promiţând că va cruţa Moldova. 1484.

(Din Stef. Vida „Epistolae Mathiae Corvini Regis Hungariae". Pars IV. pg. 5).

Responsoria Sultani Bajazetis ad Regem Mathiam (Corvinum).

Serenissime Princeps, et Domine Amice noster dilecte!

Minas, quas tam inconsultè Vestra Nobis intimat Serenitas, minimè curamus. Significatis etiam Nobis Vestris literis quodam modo, Nos esse fidei fractores: sciatis quòd priùs eligeremus mortem, quàm fidem Nostram frangeremus, et quamvis haesitativè à Nostris familiaribus Regnorum Moldaviae et Transalpinae inclusionem ad treugam praemissam agnovimus, in literis tamen Vestris Regna praescripta specialiter sunt exclusa, quas pro majori cautela Vestrae Serenitati in specie remisimus; ex quibus clarè agnoscere potestis, si fides et treuga per nos extitit violata; Nos enim plus literis Vestris quàm famulorum verbis Nostrorum credimus. (1) Igitur si Vestrae placet Serenitati, adhuc pro fidei stabilitate tantam Vobis exhibemus amicitiam, quòd de Regnorum praedictorum expugnatione desistemus; sed illa duo castra, per Nos magno labore et multorum fidelium Nostrorum peremptione jam obtenta pro parte remittere nolumus, nisi occasio efficacior evenerit. Committimus tamen Capitaneis Nostris in castris praedictis constitutis, ut treugâ praemissâ durante, Regno Moldaviae nullam molestiam inferant, sed familiariter Nostris stipendijs proprijs utantur in custodia castrorum praedictorum fideliter assistendo. Datum etc.

---

1) «Vida» editorul, face aicĭ notiţa: Per incuriam scilicet Petri Cancellarii, Archi-Episcopi Colocensis duo illa castra (i. e.: Regna) tabulis pactionis non erant inserta. Hinc liquet causa verberum et diuturnae captivitatis, quibus dictum Archiepiscopum multavit Matthias, nimio irae impetu abreptus.

XIX.

1484. Scrisórea *Regelui Mateiŭ Corvinul* către *Sultanul Baiazid*, învitându-l să respecteze pacea încheiată.

(Din Vida „Epistolae Mathiae Corvini Regis Hungariae". Pars IV. pg. 4).

Epistola Regis Mathiae ad Sultanum Bajazetem.

Potentissime Princeps, et Domine Amice noster dilecte!

Constat Vestrae Majestati, quòd nuperrimè inter nos treuga fuit disposita, et fide mutua literis mediantibus fuit confirmata; quibus Nos omnino adhaerentes alia facta nostra his temporibus peregimus. Vestra tamen potentissima Majestas fidem pro nihilo reputando terram transalpinam et duo castra (1) in finibus Moldaviae existentia, ad Regnum Nostrum Hungariae juridice pertinentia interim expugnari fecit. Unde fide taliter observatâ sperabimus, quòd Vestra potentissima Majestas Regnum DEI non consequetur, nec amplius nostrae Serenitati, Eidem credere licet. Igitur Vestram hortamur potentissimam Majestatem, quatenus, si fidei Vestrae satisfacere intendatis, ex tum castra praedicta furtim quasi erepta remittere dignemini. Sin' autem aliàs Vos Dominum Imperatorem in hostem proponimus, et per partes publicè denunciamus; sentimus enim juxta fidei Nostrae opinionem, quòd castra praedicta à Vestra potentissima Majestate per Nostram Serenitatem brevi fient recuperata, et injuriae Nobis illatae percipietis talionem, prouti à bajulis oretenus Vestrae potentissimae Majestati nunciavimus. Datum Budae etc.

XX.

1490 — 1516. Regele *Vladislau II.* din Ungaria laudă zelul unuia dintre magnaţii sĕi, care le-a dat Moldovenilor ajutor.

(Copia în „Diplomatarium Anonymi Hungaricum" din bibl. din Pesta).

Vladislai R. Epistola ad Anonymum cuius promptum in ferendis Vaivodae Moldaviae suppetiis animum collaudat.

Quod ad mandata et commissionem nostram Tibi per Martinum Czobor factam, ad Servitia nostra et auxilium Vaivodae Moldaviensi, cum gentibus tuis profectus es, plurimum commendamus, hancque animi Tui nobis scrivendi promtitudinem, non mediocriter probamus, et Tibi ob id gratias habemus immolatas. Experieris autem, quod cum tempore et etiam nunc, ejusmodi Servitiorum Tuorum memores esse, et eorundem rationem habere semper volumus. Nec debes suspicari aut vereri, ut quorumcunque Tuorum falsis accusationibus unquam locum dabimus : quandoquidem ita confidimus,

---

1) i. e. Kilia et Nester alba (hodie : Akerman)

ita etiam speramus, quod Tu aliter nunquam facies, quam quod bonus et fidelis Servitor faciet. Ubi autem supplicas, ne permitteremus Francisco Haraszti, in Bonis Tuis Te damnificari, et promontoria Tua (4) occupari: scias igitur, quod prius quam Litterae Tua (sic) afferentur, commiseramus, et nunc, acceptis Litteris Tuis, seriose committimus, eidem T (5), ut nequaquam Tua impalire, aut pro se ocupare audeat; et non solum in his, sed etiam in aliis Tuis Bonis et rebus, quae ad Te pertinent, defensores Tui esse volumus, nec Te unquam opprimere permittemus. Quantum vero ad molendinum illud, quod in fluvio Aranyas (6) per Te aedificatum est, attinet; placet nobis, quod seriem rei nobis perscripseris. Deservabimus enim ista scripta Tua et postea illud T de T et filio suo respondere valeamus. Servias igitur, ut incoepisti, in omnibus rebus fideliter et diligenter Nos enim semper Tibi Gratiosum Dominum reperies. Datum etc.

1). Banus Temesiensis, aut Vaivoda Transylv. aut alius belli Dux non ignobilis fuisse videtur.

2). Czoboriorum de Czobor Sz. Mihály genus, ante viginti circiter annos in... Vienna mortuo, exstinctum.

3). Iam tum usitatum erat artificium aulicum, ut, qui immisi erant aulicis, ab aula regia removerentur, et ad longinquas expeditiones aut legationes ablegarentur, honesto quidem praetextu, sed vaferrimo consilio; quo magis inimicorum pateant insidiis.

4). Promontoria stylo Curia (sic) Ungaricae, sunt colles vitiferi Franciscus Haraszti amiserat castrum Hoszor -Ó-vár vid. Vlad, Deir. anni 1498 art. 42 idemque inter Proceris banderiatos relatus art. 21. 1500.

5). Haud dubie eidem Francisco Haraszti Ludovici II. aulico, cuius proxime memineram.

6) Aranyas Transylvaniae fluvius, quasi Aureas, qui Marusio miscetur cum Chrysio, qui Ungaris Körös audit, minime confundendus

---

XXI.

Regele *Vladislau II.* din Ungaria îĭ dăruiește Domnului Munteniei *Radu-Vodă* orașul Aldiod. 1493—1500.

(Copia în „Diplomatarium Anonymi Hungaricum", din bibl. museului din Pesta).

Donatio Oppidi Aldiod pro Radul Vajda Transalpinensi.

«Nos Vladislaus Dei Gratia Hungariae et Bohemiae Rex ac Silesiae et Lucemburgae. Dux Marchioq. Moraviae et Lusatiae etc. ad futuram rei perpetuamque memoriam. — Summum et excellens munus Regium eximiaque et amplissima eorum virtus, qui summa rerum potiuntur, in eo maxime veras suas radices et propagines post tantis ac memorabilis quodam liberalitatis officiis diffusas continere, ac veluti basi solida firmare consumit, in quo animi non modo coram, qui ingentem et commendabilem eorum in rebus gerendis dexteritatem, industriam atque usum non modicum Regiamque munificentiam certatim promereri, singulari studio votoq. cupiendum ad fidelitatis obse-

quium perpetuamque Celsitudinis Regia observantiam comitantur. Hinc est, quod cum nos altiori deliberatione nobiscum reputassemus Generosam illam atque Inclytam Domum et Familiam, animi posterea post tantissimas virtutes fidei erga nos et S. Coronam huius Regni nostri constantiam et integritatem, in rebus militaribus dexteritatem non aspernandam Fidelis nostri nobis sincere Dilecti spect. ac Magnifici Radul Vajvodae partium Regni nostri Transalpinarum considerassemus, etiam plane Fidelitatis integritatem Servitiorum cumulata merita, quae idem Vaivoda Transalp. more maiorum et antecessorum suorum, perinde ac vetum solidum et constans membrum huius Regni et dicta Sacrae Coronae, semper fideliter intrepideque, absque ulla vell minima etiam suspicionis macula, eidem Sacrae Coronae nostrae et Praedecessoribus nostris, Serenissimis ac Inclitis Regibus Hungariae felicium recordationum ac nobis praestiterit, liberisque et successoribus nostris dubio procul, semper candida et inviolabili fide, constantia immutabili etc.»

XXII.

1500, 1 Maiu. Regele Ungariei *Vladislau II.* îĭ dăruieşte luĭ *Stefan-Vodă* din Moldova cetatea Ciceului din Ardél.

(Originalul, după Fejér, în „Tabulario Camerae" din Buda).

(Wladislaus II. donat castrum Cycho in Transilvania situm Stephano Moldaviae Vayvodae, ut eum in fidelitate contineat, et ne Turcas deficere cogatur. Ex Transsumto autentico Monasterii S. Benedicti juxta Gron).

Wladislaus Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae etc. fideli nostro reverendissimo in Christo patri, domino Thomae, miseratione divina archiepiscopo Ecclesiae Strigoniensis etc. salutem et gratiam. Cum nos ad creberrimas supplicationes *fidelis nostri, spectabilis et Magnifici Stephani Vayvodae Moldaviae,* pro parte ejusdem nostrae propterea porrectas Majestati, tum praecipue ea consideratione, *ne ipse ab obedientia et subjectione nostra coronaeque ipsius regni nostri Hungariae deficeret, Turcisque regni inimicis in detrimentum et jacturam non modo ejusdem regni, sed et totius Christianitatis adhaereret,* procliviorque, quam hactenus fuerit, redderetur, etiam aliis bonis respectibus, maturo in primis una cum dominis Praelatis et Baronibus ac regni nostri praefati nobilibus, tum penes Majestatem nostram existentibus habito superinde tractatu, ipsorumque ad id accedente consilio, universas litteras et litteralia instrumenta, factum castri Cycho vocati in partibus Transilvanis in Comitatu Zolnok interiori adjacente, tangente et concernente, quibus scilicet mediantibus egregius Michael Imrefy de Szerdahely dictum castrum Chycho sibi, jurique suo rite et legitime pertinuisse pertinereque praetendebat, ab eodem Michaele recepimus, et Stephano Vayvodae Moldaviae consignari fecimus, tandem autem Michaëli super eo recompensationem condignam facere volentes, castrum Hricho appellatum simul cum castello et oppido Byche nuncupato, ac universis eorundem castri et castelli ac oppidi pertinentiis in comitatu Trenchiniensi existentibus ac habitis, ab Ecclesia Nitriensi, ad quam de jure et ab antiquo pertinuisse et pertinere debere dinoscebatur, sub certis modis et conditionibus, in aliis litteris nostris, super eo emanatis et clarius expressis, sequestrando, praenotato Michaeli Imrefy suisque haeredibus et posteritatibus universis pro dicto castro Cycho dederimus, donaverimus et contule-

rimus, jureque perpetuo adscripserimus, et, ne praefata Ecclesia Nitriensis in suis redditibus et proventibus detrimentum aliquod patiatur, — — — Praeposituram Demesiensem, quam primum illam per cessionem aut decessum aut alias qualitercunque vacare contingeret, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, de praefatorum dominorum Praelatorum, Baronum ac regni nostri praefati procerum consilio, eisque volentibus et consentientibus, auctoritate juris patronatus nostri, quod, sicut in ceteris ejusdem regni nostri Hungariae Ecclesiis, ita etiam in ipsam Ecclesiam Demesiensem habere dinoscimur, eidem Ecclesiae Nitriensi uniendam, annectendam et incorporandam fore decrevimus. — — — Nunc vero per electionem venerabilis Bernardi Polham, dictae Praepositurae ultimi, veri et immediati possessoris, in episcopum Viennensem, ac per adeptionem et assecurationem, corporalem possessionem ipsius episcopatus, bonorumque ejusdem administrationem, ipsa Praepositura et Ecclesia Demesiensis jam dicta de jure et facto vacare cognoscitur, volumus, et fidelitati vestrae serie praesentium firmiter praecipiendo mandamus, quatenus acceptis praesentibus praefatam Ecclesiam Demesiensem, simul cum omnibus juribus et pertinentiis ejusdem, saepe fatae Ecclesiae Nitriensi, auctoritate vestra ordinare, incorporare et annectere, nec non fidelem nostrum reverendum dominum in Christo patrem, dominum Antonium ipsius Ecclesiae Nitriensis episcopum, nomine ejusdem Ecclesiae, in et ad realem corporalemque et actualem possessionem, juriumque et pertinentiarum memoratae Ecclesiae Demesiensis inducere, inducique facere debeatis. Secus non facturi, praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae in festo beatorum Philippi et Iacobi apostolorum, Anno Domini 1500.

XXIII.

Adeverința dată de conventul mănăstirii Kolozs-Monostor despre învoiala făcută între Stefan-Vodă din Moldova și Mihail de Komlód. 1502, 1 Martie.

(Copia in „Chartae Transylvanicae“ din bibl. museului din Pesta).

Testimoniales Monasterii Kolos-Monostoriensis de a. 1502 sub complanatione iniuriarum inter Michaelem de Komlod, et Stephanum Vaivodam Moldaviensem sub actu executionis iudiciariae ad Castrum Chicho mutuo interventarum.

Nos Conventus Monasterii Beatae chariae Virginis de Colosmonstra memoriae commendamus, quod Nobilis Michael de Komlod coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere confessus est, in hunc modum, quod quia sibi Spectabilis et Magnificus Dominus Stephanus haeres et Dominus Vaivodaque terrae Moldaviensis de et super universis verberationibus, vulnerationibus, iniuriis, damnis et nocumentis, aliisque malorum generibus, eidem per quosdam Boyarones, et familiares praefati Domini Stephani Vajvodae, in quadam Executione judiciariae Deliberationis Spectabilis et Magnifici Domini Comitis Petri Comitis de Sancto Georgio et Bozyn Judicis Curiae Serenissimi Principis Domini Vladislai, Dei Gratia Regis Hungariae et Bohemiae etc. nec non Vajvoda Transylvani et Comitis Siculorum, tamquam homini suo Vaivodali sub Castro Chycho vocato, eo procedenti illatis, irrogatis, patratisque et commissis, plenariam et omnimodam impendisset pecuniariam Solutione mediante satisfactionem; Ideo ipse memoratum Dominum Stephanum Vaivodam, ac filium ejusdem Bogdan Vajda vocatum,

eorumque haeredes et posteritates universos, nec non quoslibet Boyarones et familiares ipsorum, praescriptarum scilicet verberationum et vulnerationum patratores, quitos expeditos et modis omnibus absolutos reddidisset, et commisisset, immo reddidit, et commisit coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio Literarum mediante. Datum feria tertia proxima post Dominicam oculi Anno Domini Millesimo, Quingentesimo secundo.

XXIV.

1503, 20 Aug. Tractat de pace încheiat între Regele Ungariei *Vladislau II.* şi *Sultanul Baiazid*, cuprindênd Moldova şi Muntenia ca ţerĭ ale Corónei ungare.

(Copia in Archiva ces. reg. din Viena).

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Bohemie, Dalmacie, Croacie, Rume Seruie, Gallicie lodomerie Bulgarieque Rex ac Slesie et lucem Burgensis dux Marchioqe Morauie et lusacie et aliarum multarum terrarum dominus etc. Notum facimus quibus expedit vniuersis presentes litteras nostras patentes visuris et audituris, Quod quamuis illa par et amicicia atque fraternitas que inter nos et Serenissimum ac potentissimum principem dominum Amijr Zwlthan Baijazijth Turcorum Cesarem, multorumque aliorum Regnorum et terrarum dominum, Regnaque et terras atque dominia vtriusque nostrum, aliquamdiu erat, propter certas res per hec tempora Intermissa fuerit, ad apertumque Bellum atque hostilitates deuenerimus Tamen ex quo prefatus Turcorum Imperator optauit, ot Rursus cum eodem ac terris et dominijs suis sicuti prius pacem et amiciciam iniremus ac Inuicem in bona quiete et vicinitate viueremus Nos sicuti antea ita et nunc eiusdem Cesaree Maiestatis pacem amiciciam et fraternitatem non aspernandum duximus er Cum Maiestate Sua ad hos Infrascriptos Articulos pacis et Treugarum in nomine maximi dei deuenimus. Imprimis Quod nos Rex Hungarie facimus et firmamus cum prefato Serenissimo Cesare Turcorum pro nobis et vniuersis principibus Regibus et potentatibus christianis Preterea pro Illustrissimo dominio venetorum similiter confederatis nostris et vniuersa christianitate, et pro omnibus nobis confederatis Terrisque Regnis et dominijs nostris ac prefatorum Regum principum et potentatuum ac eciam prefati Illustrissimi dominij venetorum et vniuersa christianitate, firmam pacem et amiciciam, Ita quod a modo in antea fiat et sit inter nos et dictos omnes principes Reges et potentatus christianos et similiter Illustrissimum dominium venetorum vniuersamque christianitatem ab vna, et inter prefatum Cesarem Thurcorum ac cum omnibus suis sibi subiectis et adherentibus, parte ex altera, Regna quoque Terras Insulas et dominia vtriusque partis sit firma et vera pax et Amicicia duratura per septem integros Annos, et Incipiat a vigesima die mensis Augusti, anni presentis, Ita videlicet quod si infra vel ante dictos septem annos aut Maiestatem nostram aut Maiestatem Cesaream, ex quo omnes morituri sumus, mori contingeret (quod deus longe differat, et auertat) pax quoque ista eo casu finita et expirata esse intelligatur.

Item quod ista pax sit pro nobis et Regnis nostris precipue Hungarie Bohemie dalmacie Croacie Sclauonie etc. et eciam pro toto dominio Morauie et pro vtroque ducatu Slesie ac dominio lusacie et terris Moldauie quam etiam Transalpine cum eorum Waijwodis Kara Bogdan et Radwl, et cum omnibus filijs et successoribus eorum. Ita quod isti Waijwode et terre eorum penes nos Regem Wladislaum in hac pace inclusi intelligantur, Et quod Tributum ac munus et seruicia, que hactenus Cesaree Maiestati

soluerunt, ita et deinceps seruiant, et plus ab eis non expetatur Neque aliqua Calompnia (1) ad eos imponatur, Similiter que nobis hactenus soluerunt, et deinceps soluant, et plus ab eis non expetamus, Insuper Ragusium Ciuitas nostra dalmaciȩ cum omnibus Castris Ciuitatibus terris pertinencijs et metis eiusdem ac eciam Insula tota cum suo dominio similiter penes nos Regem Wladislaum in Ista pace sit, Sed tributum et seruicia que hactenus Cesaree Maiestati soluerunt et seruierunt, et deinceps quòd seruiant, et plura seruicia ab eis non expetantur, que prius non fuerunt, Item partes Transsiluanie et Regnum Bozne cum Castro Iaycza et aliis Castris partibusque et pertinenciis ad ipsum spectantibus Preterea pro Castro glorioso Belgrad siue Nandoralba, similirerque pro Castro Zcwerijn et Zrebernijk et cum Castro Sabacz et pertinencijs ac metis eorundem, et denique pro reliquis omnibus nostris finitimis Castris et ceteris vniuersis dominijs nostris et subditis quibuscunque nominibus nominatis, et in quibuscunque locis habitis et existentibus, ex nostra parte, Item ex parte Cesaree Maiestatis pto ipsa Maiestate et pro toto Imperio eiusdem ac terris et dominijs ac eciam subiectis eiusdem Necnon dominijs et confinia tenentibus ac terra ducis cum eiusdem potestate, et penes terram ducis cum Castris prolosacz ijmoczkij, Bog, Ierogwcza, lywbesna, Mozthar, pochijcel, Blagaij, Nowij, Rijzna, Klywch, Zamobor, Mileresowa, ac cum oppidis et Ciuitatibus, eorum, ex vna, Et vltra hoc cum terra Bozne, et quod ad eam pertinet, in eiusdem Bozne confinibus cum Castris Kamengrad, Klywch, Hlewna, Belgrad, Wenchacz, Komothijn, Wrathnijk, Ierbelijcza Thrawnijk, dobowij, Maglaij, et aliud Belgrad Zwled, Thorijchan, fewarlak, prozor, Bobowacz, dwbrownijk, vna cum Ciuitatibus et oppidis et item cum Castro Zwonijk, et cum eorundem pertinencijs et Item penes danubium pro terra Rascie et Castro Zmederew, cum Castro hawal, Kwijlijch hram Golwbacz et cum ipsorum oppidis et Ciuitatibus et pro terra Branijchewa, et Castris florenthijn, et Bdijn, cum oppidis et tota terra Bdijn, et item pro terra Cesaris Sijsman hoc est Bolgarorzag et confinibus eiusdem, ac Castris Crahonor et Nycopolije Iwrgeno, et Rwz cum oppido et eorundem pertinencijs Item pro Castris agijerme, hoc est Neztherbelgrad, et Kijlije, et cum omnibus eorum pertinencijs et vltra suas terras a mari usque ad aliud mare, que ad Illa pertinent, omnia in simul in istis Treugis et pace, vt habeantur et contineantur. Similiter fiat et sit ista pax pro vniuersali statu sancte Romane Ecclesie Necnon Regibus et principibus ac potentatibus predictis, videlicet Romanorum francie hispaniarum, Anglie, portugalie polonie Regibus Item pro dicto Illustrissimo domino leonardo lauredano duce et ipso dominijo Veneciarum, Necnon tota Italia et Regno Nepolitano et Insula Sicilie ac magno Magistro Rodij et Insula Chw, ceterisque principibus et potentatibus christianis ipsaque vniuersa Christianitate, et cunctis ipsorum Regnis, terris dominijs Castris Ciuitatibus portubus villis et alijs quibuscunque locis eisdem mediate siue Immediate subiectis ipsorumque statibus, ducibus feudatarijs Gubernatoribus et Vasallis et quibuscunque ipsorum subditis, Ita quod ipse vniuersalis status sancte Romane Ecclesie atque omnes principes et potentatus christiani, et inter alios dictum Illustrissimum dominium venetorum et vniuersa christianitas penes nos in istis Threugis et pace includantur et habeant cum terris dominijs et subditis eorum, eandem pacem, atque amiciciam, cum dicta Cesarea Maiestate terrisque dominijs ac subditis et adherentibus, eiusdem. Quam nos cum terris Regnis, et dominijs nostris cum eadem habemus, Ipseque Imperator Thurcorum nos et dicta Regna ac dominia nostra dicteque sancte Romane Ecclesie statum prouincias et duces, Marchiam videlicet Anconitanam, et Romandiolam, ceterosque principes Reges et potentatus pretactos, ipsorumque Illustrissimum dominium et vniuersam christianitatem, omnesque penes nos inclusos eorumque Regna prouincias terras et dominia, Castra Ciuitates, Insulas portus villas et alia quecunque loca, et ipsorum subditos et ad eos pertinentes, palam vel occultate, directe vel indirecte, per se vel per alios, siue per mare siue per terram, in nullo penitus offendat, aut impediri faciat, Et nos tandem huiusmodi pacem hoc modo confectam, deduci

1) *Calompnia* saŭ *calomnia* în stilul medieval în loc de «poena pecuniaria».

faciemus ad noticiam omnibus predictis Regibus et principibus ac potentatibus christianis, vt si in pace ista nobiscum permanere voluerint, vnus quisque eorum infra spacium vnius Anni litteras et sigilla sua Ratificacionis et recognicionis cum nuncio suo ipsi Cesari Turcorum mittat, pro vniuersali vero statu sancte Romane Ecclesie nos sponte promittimus, Qui autem infra illud tempus non miserit, ab hac ordinacione et extra pacem nominetur et intelligatur ac in pace ne sit.

Item casu quo per aliquem principum seu Regum et potentatuum christianorum predictorum, ista pax violaretur, Nihilominns ista pax inter nos et alios principes christianos, Qui hanc pacem ratificauerint et qui eam non violauerint, Ipsum quoque Illustrissimum dominium venetorum firma et Inuiolata atque in vigore suo permaneat, et tantummodo illi violatori et non alijs ista pax violata intelligatur. Item Quod ab vtraque parte hoc est tam ex parte ipsius Cesaree Maiestatis quam eciam ex parte nostra et dictorum principum Christianorum et ipsius Illustrissimi dominij venetorum, et maxime confinium sue Cesaree Maiestatis committatur seriose et districte subditis omnibus confinia tenentibus, ut hanc pacem firmiter obseruent, Neque aliqua dampna committant, sub pena capitali, Et si qui subditorum alicuius partis, contra huiusmodi mandatum facerent, pena debita puniantur, Quod si alique differencie vel dampna, aut Rapine tempore medio hinc inde fierent, vel committerentur, Que tamen ne fiant, cauendum prouidendumque erit, Ista pax Nihilominus propterea rupta et violata non intelligatur sed ad Reuisionem eiuscemodi dampnorum teneatur tam Cesarea Maiestas quam nos Rex et dicti principes christiani. Quibus forte huiusmodi dampna illata fuerint Ipsumque Illustrissimum dominium venetorum homines et Iudices suos ad confinia mittere Qui tandem in confinibus ipsa dampna commissa, reuideant et rectificent ac perpetratores eorundem debita dignaque pena puniant et propterea vt prefertur ipsa pax per hoc non videatur esse violata et rupta, sed maneat in vigore suo.

Item Quod ex vtraque parte prouideatur et caueatur et taliter confinia tenentibus committatur atque precipiatur Quod nulle penitus incursiones eciam leues et parue et neque rapine vel furta, que per Chathos et Marthaloczos (1) fieri solent, deinceps fiant, et vnde hec fieri contingerent, Non solum illi qui talia facere auderent sed eciam officiales et confinia tenentes vnde scilicet talia committerentur debita pena puniantur, et Insuper ad resarciendum omnia dampna commissa compellantur, et donec pax ista fuerit ex ambabus partibus, vt castra de nouo non erigantur.

Item Quod durante ista pace et amicicia Cesarea Maiestas per Regna terras et dominia ad nos Regem prefatum qualitercunque pertinentia, ad alicuius principis seu potentatus christiani, Regna, terras, dominia, et subditos, exercitum seu magnum sive paruum, absque nostra Regis scilicet prefati, aperto consensu, et voluntate In nullo casu, nullaque racione et occasione transmittat, et Neque suis Bassis Consiliarijs, Waijuodis officialibus vel Capitaneis transmittere permittat.

Item Quod deinceps durante pace ista sine Treugis Oratores et Nuncij vtriusque partis libere et secure sine omnibus litteris assecuracionis et absque obsidibus aliquibus hincinde vadanr, et redeant, et Nemo sit ausus ipsos impedire sed tales oratores et nuncios semper per officiales confinia tenentes cum honore usque ad presenciam illius principis ad quem missi sunt, conducantur.

Item Quod mercatores tam nostri et dictorum principum nobiscum in hac pace Inclusorum et hanc pacem ratificancium ipsiusquo Illustrissimi dominij venetorum quam eciam Cesaree Maiestatis et suorum adherencium libere pacifice et sine omni Impedimento et absque aliqua formidine, ambulent et proficiscantur, ex ambabus partibus, Et quod eis sit libertas mercandi et negociandi Iuxta consuetudinem illius patrie seu terre ad quam venerint, solutis de more tamen soluendis, et quod libere semper vbicumque voluerint cum rebus et mercibus eorum stare morari et tandem abire permittantur. Que omnia et singula supradicta huiusmodi pacem et amiciciam ac fraternitatem concernentia

1) Haiducĭ, prădătorĭ.

Nos Wladislaus Rex prefatus promissimus in verbo nostro Regio ac fide nostra christiana, Iuramusque per deum viuum Qui celum et terram creauit et per gloriosam eius Genitricem, virginem Mariam ac per quatuor Euangelistas, omnesque sanctos et sanctas dei firmiter et Inuiolabiter sine omni dolo et fraude, Nec velle illis palam vel oculte directe, vel indirecte, quouis quesito colore contraire, donec et quousque sua Cesarea Maiestas, eam ipsam pacem, recte tenebit et obseruabit Harum nostrarum Quas ob Maiorem firmitatem omnium supraditorum dupplici maiori sigillo nostro communiri fecimus vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude XX. die Mensis Augusti Supradicta, Anno domini Millesimo Quingentesimo tercio, Regnorum nostrorum Anno hungarie Quartodecimo, Bohemie vero Tricesimo quarto.

XXV.

Regele *Vladislau II.* insarcinéză pe *Stefan Telegdi*, *Francisc Balassa* și *Emeric Czobor*, soliĭ seĭ trimișĭ în Moldova, sa stăruie ca Domnul Moldovii să aștepte sosirea solilor polonesĭ. 1503, 16 Oct.

(Din „Pray Commet, Feyér").

(Ejusdem Wladislai II epistola ad oratores suos, Stephanum Thelegdy, Franciscum Balassa et Emericum Czobor in eodem negotio. Ex apographo)

Magnifici, ac egregii, fideles nobis dilecti. Quamvis in ea re, pro qua per nos pro nunc *ad fidelem nostrum Spectabilem et Magnificum Vayvodam Moldaviensem* missi estis, qualiter videlicet isthic in negotio ipso procedendum per vos sit, claram et abundam habeatis informationem, post vestrum tamen discessum supervenerunt certae litterae Majestatis fraternae Serenissimi domini regis Poloniae, quibus sua Majestas significat, oratores suos ad diem pro conventione illa, ut scripsimus, constitutum, festum videlicet omnium Sanctorum, in loco ad id deputato, ob brevitatem temporis constitui non posse. Cui quidem Majestati fraternae ad intimata hujusmodi sua nos respondentes, rogatam eam habemus, ut suos oratores mittere nullo modo negligat, quam etiam juxta concordiam superinde habitam, facturam non dubitamus. Quare, si iidem oratores fraternae Majestatis, quos ipsa illo est missura, ad diem ipsum constitutum, ob brevitatem, ut praefertur, temporis ipsius, ut contingere potest, applicare illo non possent, instetis vos nihilominus apud ipsum Vayvodam Moldaviensem, inducatisque eundem, et omnino cooperemini, ut ipse oratores praefatos dicti domini Poloniae regis per aliquot dies exspectet, conventionemque infra aliquot dies ob eorum absentiam non dissolvat, ne res ipsa tota incomposita, et in dissensione maneat. Et aliud non facturi. Datum Budae in festo sancti Galli anno Domini 1503.

XXVI.

1504, 25 Iulie. Rescriptul *Regelui Vladislau II.* cătră *Comitatul Maramurêşului*, numind căpitan al oştirilor din acel comitat pe Emeric Perényi.

(Din „Codex Actorum publicorum", bibl. museului din Pesta).

Mandatum Vladislai Regis Comitatui Marmarosiensi sonans, ut imminente bello propter mortem Vaivodae Moldaviae gentes belligeraturas paratas habeat, quorum Capitaneus futurus Emericus de Pereny Palatinus.

Vladislaus Dei gratia Rex Hungariae, fidelibus nostris Egregiis et Nobilibus Universitati Nobilium Comitatus Marmarosiensis Salutem et gratiam. Cum profuturo periculo hujus regni evitando, hoc idem regnum gentibus admodum indigeat, et nunc praecipue cum fama ad nos pervenerit Vajvodam Moldaviensem obiisse ad quod invigilandum est, ne Regnum illud Moldaviae, quod memorati huius regni existit, in manus hostium deveniat. Quare quemadmodum in aliis nostris Vobis commisimus, ita et praesentibus Serius Committimus, ut omni mora post habita, Gentes vestras juxta ordinationem regniçolarum paratas habere debeatis, et teneamini, ut quam primum jusserimus et necessitas exiget illas movere atque ad ea loca, adquae necessarium erit mittere possitis. Ut autem id commodius fieri possit et per hoc negotia Regni non negligantur. Vos cum aliis T. Comitatibus illarum Partium Regni nostri Superiorum sub Capitaneatu fidelis nostri spectabilis ac Magnifici Emerici de Pereny Perpetui Comitis Abaujvariensis et Regni nostri Hungariae Palatini deputandas duximus, deputamusque per praesentes. Fidelitati igitur Vestrae harum serie firmissime committimus et mandamus gratenus ad praefatum Palatinum, tamquam Capitaneum Vestrum audire et attendere et dum idem nomine nostro jusserit, quocunque necessarium erit, pro defensione regni et partium eidem subjectarum absque mora et difficultate, praedictas gentes Vestras mittere modis omnibus teneamini. Nam alioquin commisimus, et facultatem eidem Palatino nostro dedimus, ut ipse vos ad praedicta facienda etiam per omnia onera et gravamina arctius compellat, et adstringat, auctoritate nostra praesentibus eidem in hac parte attributa mediante. Aliud igitur nullatenus facere praesumatis. Praesentibus perlectis restitutis. Datum Budae festo Beati Iacobi Apostoli. Anno Domini 1504. (Iulii 25ta).

XXVII.

1509, 12 Aprilie. Scrisórea *Papei Iuliu II.* cătră *Regele Sigismund* din Polonia, stăruind ca el să împlinéscă condiţiunile tractatului de pace încheiat cu Bogdan-Vodă din Moldova.

(Din Theiner „Monumenta historica Poloniae" Tom II. pag. 327).

Sigismundo Regi Polonie.

Iulius P. P. II. Carissime in Christo fili noster, salutem etc. Misit ad nos nuper dilectus filius nobilis vir Ioannes Bogdaminus Vayvoda Moldavie formulam pactionis

concordie inter clare memorie Alexandrum Polonie Regem, fratrem tuum germanum et in Regno immediatum predecesorem, ipsumque Ioannem inite ac firmate; et misit cum aliquali querela, quod sibi promissa de connubio dilecte in Christo filie nobilis adolescentule Elizabeth germane sororis vestre servata non fuerint, quamvis ipse omnia in dicta concordia contenta diligentissime observaverit, oppida et loca, que de Regno Polonie belli iure ceperat et tenebat, restituerit, et in benivolencia, fide atque obsequio ipsius Alexandri ac tui permanserit, permaneatque ac cupiat permanere, paratusque sit una cum dicta sorore tua catholicum Episcopum et alios ministros et officiales recipere iuxta formulam et capitula concordie antedicte. Sane quantum ex formula ipsius percipere possumus, omnia ab eodem Alexandro germano etc. predecessore tuo circumspecta et provisa fuerunt, que ad securitatem (et). Regni sui, puritatem catholice eciam fidei, utilitatem Reipublice christiane pertinere, videntur, ne Vayvoda ipse, cui infidelium magnatum certatim connubia offerebantur, ut ad spurcissimos Turcos deficere, ac lassitudine et virium inbecillitate illis cedere cogeretur, nec satis coniicere possumus, qua de causa tua Maiestas sororem tuam predictam eidem Ioanni Vayvode in matrimonium iuxta concordata tradere distulit ac differat. Cupimus tamen inter te et ipsum Vayvodam ob causas predictas perpetuam vigere concordiam, quocirca Maiestatem tuam hortamur in domino, ut que adimplenda ex formula concordie antedicte supersunt, adimpleat, proque sua prudencia singulari consideret, quam gravia pericula Regno suo inclito et toti christiane relligioni imminerent, si ipse Ioannes Vayvoda, ut a tua Serenitate loca et oppida predicta, quod iure facere posse contendit, repeteret, quemadmodum se facturum scripsit, si ei a tua Maiestate non serventur promissa, (:aut:) ad perfidas Turcos, quod deus et salvator noster avertat, deficeret. Nos certe quidquid pro concordia vestra et avertendis his malis a nobis et hac sancta sede fieri poterit, paterna charitate omnique studio et toto cordis affectu facturi sumus. Datum Rome etc. dic XII Aprilis MDIX. Pontificatus nostri Anno Sexto.

XXVIII.

Papa Iuliu II. îi subordonéză *Archiepiscopului de Strigoniu* Episcopia de Milcov. 1511, 27 Decem.

(Copia in „Bullae, brevia" din bibl. museului din Pesta).

Iulius R. P. Archiepiscopo Strigoniensi Episcopatum Milkoviensem ab infidelibus occupatum atque recuperationem subiicit, et Clero Milkoviensi ea iura, quibus Strigoniensis utitur, largitur an. 1512.

Iulius etc. — Ad futuram rei memoriam. Etsi cunctos Ecclesiarum Praelatos, quos in partem Sollicitudinis evocavit, Altissimus gratiis, et privilegiis decorare tenemur; Venerabiles tamen fratres nostros S. Romanae Ecclesiae Cardinales eo magis decorare tenemur, quo illi ad Regimen universalis Ecclesiae firmamentum submissis humeris continuo nobis adsistunt, et caeteris pro ipsius Ecclesiae defensione, et fidelium omnium statum salubriter dirigendo operosa sedulitate laborant, ut honoris praerogativa, ampliorique praeeminentia caeteros antecellant; Sane dilectus filius noster Thomas, S. Martini in montibus Presbiter Cardinalis nobis nuper exposuit quod alias Ecclesia Milkoviensis, cujus civitas ab infidelibus occupata, ac in dioecesi Milkoviensi, Cibiniensis, Brassoviensis Decanatus, et nonnullae Parochiales alia Ecclesiae Christi fidem colentes et observantes

existebant, ac A. Episcopum Strigoniensem pro tempore existentem in Superiorem recognoscebant, tunc certo modo vacans, donec Ecclesia Milkov, et illius civitas hujusmodi ab iisdem infidelibus recuperata esset, quod licere dicto Thomae Cardinali, qui dictae Ecclesiae Strigoniensi tunc praeesse dignoscebatur, et pro tempore existenti A. Episcopo Strigoniensi, inter alia Iura, quaecunque ad dictam Ecclesiam Milkoviensem, seu illius mensam Episcopalem pertinentia, donec ad pristinum statum remitteretur, percipere et habere, ac in suos et Strigoniensis ac Milkoviensis Ecclesiarum praedictarum usus et utilitatem convertere, ac in Decanos Ecclesias, et Plebanos quoscunque, ac Personas Civitatis Diaeces: Milkov omnimodam Iurisdictionem exercere, Apostolica authoritate unita annexa, et incorporata sint. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipse Thomas Cardinalis cupiat, quod Decani, Plebani, et Rectores Ecclesiarum, ac alliae Ecclesiasticae personae Diaeceseos Milkov etiam iisdem privilegiis et immunitatibus Ecclesiae et Clero Civitatis, et Dioeceseos Strigoniensis concessis potiantur, et gaudeant, quare praefatus Thomas Cardinalis nobis humiliter supplicavit, ut in praemissis opportune providere de Apostolica dignitate dignaremus. Nos igitur ejusmodi Supplicationibus inclinati Cybiniensi, et Brassoviensi, Rysdinensi, Rusd, aliisque Decanatibus, Plebanis ac Parochyalibus, ac aliis Ecclesiis Milkoviensibus hujusmodi, illorumque Decanis, Plebanis, et Rectoribus, ac aliis Ecclesiasticis personis nunc pro tempore existentibus, quod omnibus et Singulis privilegiis, Immunitatibus, praerogativis, concessionibus, gratiis, facultatibus, indultis Ecclesiae et Clero Strigoniensi hujusmodi concessis, et quibus Ecclesia, et Clerus Strigon. hujusmodi utuntur, potiuntur, et gaudent, aeque uti, et potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti, potiri, et gaudere; ac etiam Thomae Cardinali, et pro tempore existenti A: Episcopo Strigoniensi, ut omnes, et Singulas Decimas, quas Decani, et Plebani praedicti post occupationem, et ante unquam praedictas, praetextu quorumcunque Privilegiorum et indultorum Apostolicorum etiam exercendorum, quae Iuridictionis, seu etiam ord. Episcopalis existunt, eis sub quibuscunque tenoribus, propter carentiam D. Episcopi, et post desolationem dictae Ecclesiae Milkov duntaxat forsan concessis exigebant, et quaecunque alia ad mensam Episcopalem Milkov pertinentia, et quae ipsi Milkov, dum illi ante ejus desolaţionem praeerant, exigere et levare poterant, exigere, percipere et levare, ac in suos et Strig. et Milkov. Ecclesiarum et dictarum usus et utilitatem convertere libere, et licite valeant, in omnibus, ac per omnia, perinde ac si ipse Thomas Cardinalis ejus Ecclesiae Milkov praeeset, et illius verus praesul existeret, authoritate Apostolica tenore praesentium de specialis gratiae dono concedimus, et indulgemus, nec non Decani Plebani et aliae praefatae personae, interim praefatum Thomam Cardinalem, et pro tempore existentem Archiepiscopum Strigoniensem in eorum Antistitem et Superiorem recognoscere, et tamquam eorum praesuli et Pastori, ejusque monitis, et mandatis efficaciter in omnibus et per omnia parere et obedire debeant, et teneantur, authoritate, et tenore praedictis Statuimus, et ordinamus, non obstantibus Apostolicis, ac etiam Provincialibus, ac Synodalibus conciliis generalibus, et specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non dictae Ecclesiae Milkov juramento confirmationis Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus, privilegiis quibuscunque, indultis Apostolicis, Decanis, Plebanis, et aliis personis praedictis, etiam de exercendo, quae Iurisdictionis, seu etiam ordinis Episcopalis existunt, forsan per nos, et sedem Apostolicam sub quibusvis verbis, formis, et clausulis etiam derogationum derogatoriis, irritantibusque decretis motu proprio, et ex recta scientia concessis, firmatis, et innovatis, quibus etsi de illorum derogatione de illis, et illorumque toties tenoribus, specialis specifica, expressa individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantis mentio, seu quavis alia expressio habenda, illis aliis in suo robore permansuris hac una duntaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo nostrae concessionis, indulti, statuti, ordinationis et derogationis infringere et. Siquis autem etc. Dat. Romae apud S. Petrum etc. 1512. Sexto Calendas Iannuarij Anno X.

XXIX.

Bulla *Papei Iuliu II.*, prin care i se dă Archipiscopului de Strigoniu Jurisdicţiunea în Diecesa Milcovului. 1512, 13 August.

(Din „Bullae brevia" bibl. museului din Pesta

Bulla Julii R. P. de an. 1512 Archiepiscopo Strigon. et Card. Thomae Bakács concedens iurisdictionem in episcopatu Milkoviensi.

Iulius etc. Ad futuram rei memoriam. Honestis personis Ecclesiarum omnium, praesertim S Romanae Ecclesiae Cardinalium votis libenter annuimus, eaque lavoribus prosequimur opportunis. Nuper quidem Ecclesiam Milkoviensem, ex hoc quod Nos etiam nuper dilectum filium Demetrium electum Sanctuariensem, tunc Milkoviensem a vinculo, quo idem Ecclesiae Milkow, alias tunc per obitum bonae memoriae Ladislai olim Ecclesiae Milkov Episcopi etiam Romanae curiae defuncti vacanti, de persona praefati Demetrii electi de fratrum nostrorum consilio, et Apostolicae potestatis plenitudine, absolventes, — ipsum ad Ecclesiam Sanctuariensem, tunc per obitum bonae memoriae Stephani olim Episcopi Sanctuariensis etiam Rom. cur. defuncti vacantem duximus Apostolica authoritate transferendum, praeficientes eundem Demetrium in Episcopum Sanctuariensem, et Pastorem Solatio destituto. Nos tunc attendentes quod dicta Ecclesia Milkov, et ejus civitas ab infidelibus Schizmaticis, et Christi nominis inimicis per 70. Annos et ultra occupata, et illius fructus redditus, et proventus tenues, et exiles, adeoque in Diaecesi Milkov Cibiniensis, et Brassoviensis Ecclesiarum Decanatus et non Parochiales, et aliae Christo fidem colentes, et observantes Ecclesiae existebant, et a tempore Occupationis hujusmodi circa dilectum filium nostrum Thomam tit. S. Martini in montibus, Cardinalem, Presbiterum, qui Ecclesiae Strigoniensi ex concessione, et dispensatione Apostolica quondam etiam tum praeerat, modernum et pro tempore existentem Archiepiscopum Strigoniensem, sub cujus cura, et gubernatione fuerunt, et tunc erant, in Superiorem recognoverunt, et recognoscebant, cupientes, quod Milkov, et Strigoniensis Ecclesiarum utilitati, et animarum Christi fidelium earundem Cibiniensis, et Brassoviensis, ac Parochialium, et aliarum Ecclesiarum hujusmodi consulere, ipsarumque Cathedrales Strigon. Ecclesiarum Statum per ministerium unionis unius reflorere, dum illa sub unius praesulis cura, — ac Regimine reductae felicioribus valerent incrementis, dictam Ecclesiam Milkov, etiam Ecclesiae Strigoniensis, donec dicta Ecclesia Milkov, et ejus civitas hujusmodi ob eisdem infidelibus et schizmaticis recuperata, ac in pristinum, et eum statum, in quo ante occupationem hujusmodi existebant, reducerentur, de fratrum nostrorum consilio per alias nostras Literas univimus, anneximus, et incorporavimus, ita, quod licet eidem Thomae Cardinali, ac pro tempore existenti A. Episcopo Strigoniensi per se vel aliam, vel alios corporatim dictae Ecclesiae Milkov, ac alius Civitatis, et Dioeceseos in spiritualibus, et temporalibus Possessionem propria authoritate, et libere apprehendere, et donec ad pristinum statum hujusmodi reverteretur, retinere, ac illius fructus, redditus, et proventus, obvenientias, et emolumenta, ac jura, quaecunque ad dictam Ecclesiam Milkov, seu illius mensam Episcopalem pertinentia percipere, et habere, ac in Suos ac ipsarum Strigoniensis et Milkov Ecclesiarum usus, et utilitatem convertere, ac in Decanos omnes, Ecclesiarum Plebanos quoscunque ac personas Civitatis Dioeceseos omnimodam potestatem exercere cujusvis licentia super hoc numine requisita, prout in Literis praedictis plenius continetur. Cum sicut praefatus Cardinalis Thomas nobis exposuit, a nonnullis asseratur, Decanatus, ac Parochiales Ecclesias, et alias Ecclesias hujusmodi, non Milkoviensis, sed Argensis, vel alterius Dioeceseos existere, et propterea a nonnullis de viribus Literarum hujusmodi haesitari, Nos volentes desuper providere, ejusdem Thomae

Cardinalis in hac parte supplicationibus inclinati, Literas unionis hujusmodi, et inde secuta quaecunque a datis praesentium valere, decernimus in omnibus, et per Omnia providere, ac si in illis, quod dicti Decanatus Milkov, seu Argensis, aut alterius — Dioeceseos existebant, expressum fuisse non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quae în dictis Literis voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. nostrae voluntatis, et Decreti infringere etc. si quis autem etc. Datum Romae apud S. Petrum, Anno incarnationis Domini 1512. Idus Augusti anno nono

---

XXX.

1516. Extras dintr'o scrisóre a Regelui Ungariei *Ludovic II.* către *Sigismund Regele Poloniei*, învitându-l să se unéscă cu el contra Sultanului Selim.

(Din Pray, Analele Ungariei, Part V. pg 15).

(Fragmentum epistolae Ludovici II. Hungariae regis, ad patruum suum, Sigismundum, Poloniae regem, qua eum hortatur, ut junctis secum viribus, Moldaviae contra Selimum Turcarum Imperatorem succurrat. Ex apographo).

Illam vero expeditionem, quam in Zophy praeparare credebatur (Selimus), non in ipsum Zophy, sed in nos esse paratam, usum autem astutum tyrannum ea fictione, ut conatus in nos sui, hostis nomine dissimulato, magis occultarentur. — — Collegisse autem eum ferunt validissimum exercitum, et juxta Hadrianopolim castra metatum, elevasse autem etiam multitudinem populorum non partialiter, ut alias, sed viritim, — — et ita secum certa mente constituisse, ut omnes vires suas undique contractas in nos convertat, — — non ad obsidenda aliqua castra, sed ad occupandum regnum instructus et accinctus, et in primis, ut, nisi consilia ad alia confinia nostra invadenda postea mutaverit, duas Valachiae provincias, Moldaviam scilicet et Transalpinam invadat, eo consilia, ut deturbatis Voyvodis provincias ipsas more Turcarum ad officia, et Praefecturas partiatur etc.

XXXI.

Extras dintr'un tractat de pace încheiat între *Ludovic II.* şi Sultanul Selim în ceea ce priveşte ţěrile române. 1519.

(Pray. Commentarii. Fejér).

(Excerptum pacificationis inter Ludovicum, Hungariae regem, et Selimum anno 1519 initae, in qua rex in sua persona loquens inducitur. Ex apographo Tabularii Vaticani).

Tandem Karabogdan, alio nomine *Stephanus* Vayvoda Moldaviae cum fratribus, et successoribus suis, ac cum tota terra Moldaviae, et similiter Vayvoda Transalpinus *Bazaraba* cum filiis et successoribus, ac cum tota terra Transalpina, in ista pace penes nostram regiam majestatem insimul ut sint. Tributum autem et donum, et servitia, quomodo hactenus solverunt, et servierunt *Caesareae* majestati (d. i. dem Sultam), ita et in antea serviant, et solvant, et ultra nihil ab eis exigatur, neque aliquid innovetur, quod prius non fuit.

XXXII.

Solul Poloniei *S. T. Biciensis* îi face Regelui *Ludovic II.* din Ungaria o expunere despre intenţiunile Turcilor. 1525, 19 Decem.

(Din „Theiner, Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae" T. II. pg 436).

Orator regis Poloniae regem Hungariae de animo Turcarum etc. edocet.

Serenissime Princeps, Domine et Domine clementissime, post serviciorum meorum humillimam recomendationem. Quemadmodum vestra Serenissima Maiestas me litteris suis, quae mihi Brassovie per Petrum Cubicularium eiusdem Maiestatis allate erant, docuerat, quomodo in causa vestre Serenissime Maiestatis cum Consiliariis sive Baschis Caesaris Thurcorum loqui deberem, scire dignetur vestra Serenissima Maiestas, quod cum eisdem per ambages in causa Maiestatis Vestrae ex me ipso loquutus sum: qui responderunt Caesarem non cupere pacem cum Vestra Serenissima Maiestate. Ex quo dicunt, Rex Ungarie dedit intelligere Caesari se nullam pacem cum eo habere velle. Cum autem ex certis respectibus fui ter in domo Abrahym Basche, cum eoque certas et multas colloquutiones habui, induxi etiam in medium Vestram Serenissimam Maiestatem: qui respondit, quod si Rex Poloniae inter Regem Ungarie nepotem suum et Caesarem se interposuerit, ipseque Rex Ungarie solus voluerit nunctiosque ad Caesarem miserit, absque dubio scio Regem Ungarie cum Caesare concordiam et bonam amicitiam inire posse. Est enim ipse Abrahym Bassa in summa et inenarrabili gratia apud Caesarem, ita quod totum dominium Thurcorum secundum voluntatem ipsius Abrahym Bache gubernatur. Insuper Vestre Serenissime Maiestati ea, que certo cercius rescivi, innotesco, quod mox adveniente vere ipse Abrahym Bascha cum nonnulo esercitu ad Alcayrum

per mare, ipse vero solus Caesar cum toto suo exercitu ad regnum Vestre Serenissime Maiestatis iturus est; propterea Vestram Serenissimam Maiestatem precustodio plurimumque rogo, iam sit parata, ipse enim hostis vigilat et est paratus. Preterea scire dignetur Vestra Serenissima Maiestas, quod feria quarta preterita Civitatem Brassowiensem yeni, a qua gratissime susceptus sum; Cives eiusdem Civitatis venerunt ad me necessitates et difficultates suas (: exponentes :), meque rogaverunt, ut pro eorum difficultatibus ad Vestram Serenissimam Maiestatem intercederem, quod videlicet mechauri et coloni, relictis suis sedibus, ad terram nobilium et extransorem (?) regionum se moraturos transferunt, ita quod quietis et conditionis pacis gratia ipsos plerumque cum Voyevodis Moldaviensi et Transalpinensi, eorumque Boyaronibus mutuam rerum eorum intelligentiam habere opportet, quibus etiam non vulgaria munera donare previa re.... ac exploratores fideles ad illas partes frequenter fovere coguntur, ita quod habent delectum pulveris et cupri ad faciendas bombardas pro eiusdem Civitatis defensione, ita quod vias et pontes, quorum ego sum optimus testis, versus partes Transalpinas et Transilvaniam cum non vulgari pecuniarum quolibet anno expositione reparare coguntur. Preterea dignetur scire vestra Serenissima Maiestas, quod Turcus maximum habet appetitum super Turcam Transilvaniensem, scit enim de ipsius non modica opulentia: Woyevoda vero Transalpinensis promisit ipsi Turco Woyevodam Transilvaniensem extradere, et ad eandem terram facilem ingressum ostendere. Itaque Vestram Serenissimam Maiestatem summopere rogo, dignetur huic finitime Civitati de tempore specialem facere gratiam: est enim omnino toto regno utilissima, et sic per Vestram Serenissimam Maiestatem est diligenda et per adventum inimici providenda. Et tandem me gratie Vestre Serenissime Maiestatis humillime commendo. Ex Brassovia feria secunda ante festum Sancti Thomae anno Christi Millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Eiusdem V. Serenissime Maiestatis

Servus obsequentissimus

S. de S. T. Biciensis, Tribunus Cracov. Capitaneusque Opeensis.

(Ex Instrum. Miscell. Poloniae).

XXXIII.

1526 (?). Raportul unui nenumit despre succesele lui Stefan-Vodă din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Steffen Weida Inn der Molda hath denn Datarischen Kaisser angeferlich vor 6 Jaren gefangen sein Volck erschlagenn Da hath der gefangenn datarisch Kaisser ewigenn fridt unnd pundung gemacht und sein leiblichenn sonn dem gemeltenn Weida eingesezt den er noch auff heuttigenn tag als gefangnen vergwissung der pundnusz unnd wann er wil sho komtt im der datter sho starck als er begertt als offt er wil dann dy molda an die dattrei stost auch an des Kung von Pollenn landt mit dem gemeltenn Steffenn Weida in guttem fridt unnd ainigkeit wie woll sein groszvatter dem Küng vonn Poln vor Jaren mer als hundert taussentt man als erschlagenn auch dem Küng Mathias von Hunger auch Zäckl auch dem durckenn al erlegt allenn abgesigt in nie überwundenn. Sho stost auch di molda an di wallachei auch an Sibenburgenn unnd Zackl sho der

vorig wallachische weida gestorbenn hatt er 11 tochter verlassenn die ain dem Steffenn Moldauen Weida versprochenn unnd di and im befolchenn auch zu versorgenn versechenn Alsho hath Hanns weida in Sibenburgenn die wittibin unnd paidt tochter mit guttenn wortten zu Im gepracht unnd damit er mit dem wallachischenn weida fridt unnd Pindnüsz gemacht dy ain Junckfraw dem Jeezigenn wallachischenn weida radol genant verheyratt ausserhalb wissenn oder willenn des Moldner weida, Solches in verdrossenn wider sie paidt wolenn ziechenn Da habenn sie ym dem Moldner sein Junckfraw zuschickenn müssenn unnd Hochzeit gehabtt Darnach ist er vonn stundann auff den wallachischen weida zogenn in verdribenn der ist zu dem Durckenn geflochenn der hath In das Jar wider eingesezt Darauff hat er mit dem Durckenn auff denn laidigenn zug vil volck mit geschickt wider die Kronn zu Ungernn: Darauff hath im der Steffenn weida in der molda den Radol wallachischenn weida ain schalck unnd verratterischenn groszwicht gescholtenn er hab dem Kung vonn unngernn zugesagt unnd gelobtt unnd hab darüber sho viel volck mit dem durckenn wid denn Kung in Ungernn geschickt unnd da der Durck ausz unngernn wider haim zogenn da hath der Radol dem Durckenn solches anzeigt wider moldner weida hilff begertt hat in der Durck pei zwannzig taussent durcken zu gebenn Alsho ist er stilschweigennt haimlich dem Meldner in das lanndt gefallenn unnd geprennt. Szo hath der moldner weida eillentt auffgepottenn in 4 tagenn pei hundert taussent man guet volck pei einander gehabt und dem Radol noch geeilt e das er zu Im ist komenn da ist der Radol in der flucht mit seinem volck an ain grosz wasser genant Seret komenn Da seindt vil unzeambt grosz gesticdt alszo in der nacht pisz inn 500 wilde rosssz lauffenn wordenn hath Radol vermaint sei der Moldner weida unnd ist al sein volck ann dasz wasser hoch stettenn gefallenn unnd vil taussennt erdrunnckenn Jezt sankt merdinstag (1) des 26 Jar beschechen Alszo der Moldner weida im paldt nachgeeilt dem Wallachenn Im sein landt gezogenn unnd geschworen er wol Im abermals auszdreibenn Aber was die zeit auszgericht oder beschechenn nit wissen: Wenn gemelter Steffen moldner weida wil szo mag er di wallachenn Zäckel Sibennburger di stossenn als ann sein lanndt behelt er al dahaim dasz sich keiner darff rirenn muessenn Inn all furchtenn Auch mag er dem Durckenn grosz abprechenn zusperrenn herrausz zu kommenn: etc.

XXXIV.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Sigismund I*, rugându-l să-i dee liberă trecere solului sĕu trimis în Moldova. 1527, 1 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Polonie super rebus.

Ferdinandus etc. Serenissimo etc.

Quamuis Nobilem fidelem nobis dilectum Laurentium Misshillinger quem velut Nuntium et Commissarium nostrum ad Illustrem syncere nobilis dilectum. N. Way-

1) D. h. am St. Martinstag.

uodam Moldauie expediuimus, per Regnum hungarie profectionem suam accepturum cose existimauerimus, nihilominus tamen idem Laurentius nos per literas suas certificauit, quod per regnum prefatum passare nequierit, et propterea ille Iter suum versus Cracouiam dirigere debuerit. Cum itaque Laurentius prefatus per regnum dilectionis vestre nunc Ire decreverit nosque illum ad locum predestinatum saluum et securum peruenire cupiamus, Idcirco Eandem pro nostra In eam beneuolentia et offitioso animo hortamur enixe et rogamus etiam, vt eundem Laurentium per huiusmodj regnum suum libere ad Wayuodam prefatum Ire et redire permittere, eumque quatenus opus fuerit conduci facere ac desuper literas passus et saluiconductus, ac etiam promotoriales ad dictum Wayuodam nostrj Intuitu dare et concedere velit. Sed quam citius in commendationem eiusdem Laurentij scripsissemus si nobis eius profectio versus regnum dilectionis vestre Innotuisset. Sed quam vt diximus ipsum credebamus per hungariam sicuti cum eo conueneramus iturum esse id Intermisimus. Quare eadem dilectio vestra hoc non ab aliam causam quam illam hoc Intermissum accipere velit, In quibus omnibus eadem dilectio vestra rem nobis vehementer gratam faciet omnj erga eam amore et offitio nostro fraterno promerendam, quam feliciter valeat. Datum Vienne die prima Ianuarij 1527. Regnorum etc.

XXXV.

1527, 25 Martie. Scrisórea *Patriarchului de Antiochia* cătră Impĕratul *Carol V*, cerênd ajutor contra Turcilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Schreiben des Cathol. Patriachen von Antiochien an Kaiser Carl V.

Iesus Christus.

PETRUS Episcopus seruus seruorum dei patriacha Antiochenus salutem et Apostolicam benedictionem. Mando ad tuam Caesaream Majestatem, frater charissime, tot benedictiones quot sunt conchae in littore maris. Sciat tua Caes. Maiestas mi Carole amande, quod in diebus elapsis duos nuntios sive ambasiatores tibi misi quorum nomina sunt haec, Petrus Caualarius, et Iohannes Archidiaconus de meo Castro de quibus aliquod responsum non habui, neque eos amplius vidimus, Tandem motus pietate et zelo Christianae religionis mitto tibi Archiepiscopum Antonium Remolia Damascenum, vt admoneat tuam Ces. Maiestatem vt veniat cum 400 velis et 50000 armigeris cum suis sclopetis et cum mille equestribus, quia usque nunc sunt quattuor anni, quod nos Christiani omnes clamamus desyderantes tuam Ces. Maiestatem Et etiam habemus 50000 hominum cum arcubus ad defensionem Christianae religionis. Sciat etiam tua Ces. Maiestas quia sunt octoginta Cives Nobiles qui fecerunt pactum et jurauerunt super sacrum corpus Christi vnanimiter omnes se esse vnanimes ad seruiendum tuae Ces. M^ti^ et sub pedibus tuis. Et si tua Ces. M^tas^ ad consequendam istam victoriam contra Turchos non venerit, certe, certe, venient forsitan cras Turchi ad accipiendum sanctum sepulchrum, quia anno praeterito acceperunt montem Syon vbi apostoli fecerunt caenam domini, et fecerunt ibi moscheam, Nos autem omnes fecimus planctum magnum et jeiunium quadra-

ginta dierum. Insuper acceperunt multa loca sancta, tandem Hungariam acceperunt, fratribus et religiosis mala inenarrabilia inferentes, et sic usque hodie faciunt, sicut diabolus quaerens quem deuoret. Nos vero Christiani continuo non cessamus deprecari dominum, vt ipse manum adiutricem teneat super caput tuum, et super coronam capitis tuae Ces. M^tis eam auxiliando, protegendo, et defendendo, Et sicut auxiliatus est Moysen prophetam contra Pharaonem Regem Aegypti, et Abraam contra quinque Reges, sic etiam deus noster adiuvet tuam Ces. M^tem et exercitum eius contra Infideles, Et immittat tibi voluntatem firmam veniendi et praeliandi contra eos quia tuum est illud dominium, quia in celo vnus deus et in terra vnus Imperator. Etiam mitto tibi notabile memorie dignum, tuaeque Ces. M^ti iocundissimum, quod inuenimus in libro quodam antiquissimo compilato anno Dominicae Incarnationis 965, videlicet quod anno Dominicae Incarnationis venturus sit Carolus Imperator natione alemanus, et quod ingressurus sit sanctam Ciuitatem cum magno gaudio sicut Helena mater Constantini Imperatoris. Quod de tua Ces. M^te intelligendum et per eam implendum esse nemo nostrum dubitat. Ergo venias nec paueas, Mittens enim ad tuam Ces. M^tem Archiepiscopum meum Antonium supradictum commisi illi, vt per vias Turchiae iter faciat ad videndum fortitudinem Turchiae, quod et fecit, et ipse de omnibus hijs tuam Ces. M^tem ad plenum informabit. Et posthaec dicet tuae Ces. M^ti quomodo anno praeterito Turchus expugnauit Castrum meum sanctae Mariae volendo construere ibi Moscheam, quod ego ducatorum 15000 redemi, et quia summam illam ducatorum non habebam necessitate compulsus omnes res dictae Ecclesiae dedi in manus Turchorum, et populus meus subuenire mihi non potuit, quia omnes suas facultates in frumentis et in armis bellicis pro tuo aduentu expendit. Igitur rogo tuam Ces M^tem vt in aliquo me adiuves, et ut Regi Portugalliae tuo parenti de hac re aliquid scribas, vt et ipse mihi subueniat. Bene valeat tua M^tas.

Ego Petrus Patriarcha Antiochenus promitto tibi obedientiam, ego et omnes nos unanimiter sub cura tua promittimus mori pro tua Ces. M^te et omnes sub tua cura manu propria subscripsimus.

Ego Iacobus Archiepiscopus de Alep affirmo ut supra et confiteor quod ego et omnis populus meus sumus sub cura tua.

Ego Georgius Archiepiscopus de Emps affirmo vt supra cum populo meo, quod ero sub cura tua.

Ego Ciriacus Archiepiscopus affirmo vt supra cum populo meo quod ero sub cura tua.

Ego Iohannes Archiepiscopus affirmo vt supra cum populo meo, quod ero sub cura tua.

Ego Basilius Archiepiscopus affirmo vt supra cum populo meo quod ero sub tua cura.

Ego Antonins Remolia Archiepiscopus Damascenus affirmo vt supra cum populo meo quod ero sub cura tua.

M. D. X.X. die XXV Martij scriptum in Castro Sanctae Mariae de monte Libanij apud Tripolim Soriae.

Caesareae Maiestati, Carolo,
Imperatori Christianorum.

XXXVI.

1527, 25 Martie. *Episcopii din Siria* cer prin solul lor, Archiepiscopul din Damasc, ajutor de la Impĕratul *Carol V.* şi ii jură credinţă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ihss. Chps.

Nos tuae Ces. M[ti] Inclinati ac prostrati eiusque pedes amplexantes et deosculantes mandamus tibi nostrum Ambasciatorem ex parte Reverendi Domini . D. Petri Patriarchae Antiocheni, et ex parte nostra videlicet Reverendum Dominum D. Antonium Remolie Archiepiscopum Damascenum significantes et manifestantes tuae Ces. M[ti] quod diebus elapsis misimus ad te duos nuntios vel Ambasciatores, quorum vnus Petrus Caualarius, alter vero Ioannes Archidiaconus dicti Domini D. Petri Patriarchae Antiocheni appellabatur, de quorum vel vita vel morte nunquam aliqua indicia habuimus. Iam igitur tertio nuntium et Ambasciatorem tuae Ces. Maiestati mittentes, mittimus tibi Reverendum Dominum D. Antonium Remoliae Archiepiscopum Damascenum supradictum, vt tua Ces. Maiestas mittat nobis cum eo 50.000 Armigeros, cum sclopetis et archebusis et 1.000 milites equestres cum 400 velis per totum mensem Aprilem proxime futurum anni videlicet 1528, et ipsis applicatis tota Sorya tuae M[ti] subijcietur. Et nos habemus 50.000 homines cum arcubus suis preparatos promptos et expertos in armis ad dimicandum et praeliandum pro tua Ces. Maiestate nostris expensis pro amore Christianae religionis et amore Domini nostri Iesu Christi, Et etiam mittat nobis tua Maiestas bombardas cuiusque generis ad fortificandum Castella et terras vnacum pulueribus quantum potest, quia in hijs nostris prouintijs habemus loca opportuna ad faciendum puluerem, Quia per totam Soryam tam Morj quam Christiani oppressi de Turchis clamant vnanimiter postulantes tuam Ces. M[tem]. Volumus tamen veniente tua Ces. Maiestate, vt omnes Iudei de Sorya expellantur, eo quod ipsi Turchos fortificant faciendo illis sclopeta et bombardas atque alia arma contra nos Soryanos. Volumus etiam, vt nullus alienae Nationis a nostra tuae Ces. Maiestati seruire volens possit alicujus dignitatis vti Comitis et Equitis aurati seu prefecturarum gradus ascendere, quia greci vt plurimum traditores et proditores reperiuntur. Sed nos 933 annis inter Infideles et Infidelibus subiecti sub fide Catholica vitam ducentes secundum Romanam Ecclesiam mandata eius nunquam praeteriuimus, sicut Graeci et aliae nationes faciunt, sed tua Ces Maiestas mittat vnum Viceregem et Capitaneos qui sint de domo tuae Ces. M[tis] prout sibi videbitur, pro qua nos omnes parati et prompti sumus mori sub pede equi tuae Ces. M[tis] per sacramentum sanctum Internos Ciues tangendo proprijs nostris manibus sacrum corpus Christi. Precamur autem et tuam Ces. M[tem] vt veniens non depopuletur neque affligat Aethyopes siue Moros, qui aduentum tuae Ces. Maiestatis magno desiderio expectant, sicut et nos Christiani vsque quo totam Soryam sub dominio non habueris, postquam vero in dominio totam Soryam habueris, sicut tuae Ces. Maiestati videbitur, ita facies. Rogamus etiam tuam Ces. Maiestatem vt prelati et domini nostri spirituales non sint alienae nationis a nostra si possibile est, qui viuant sub obedientia Romanae Ecclesiae atque vexillo tuae Ces. Maiestatis. Et si dictus exercitus cum dicto Reverendo domino D. Antonio Archiepiscopo Damasceno non posset venire, tua Ces. Maiestas faciat dictum Dominum Antonium Archiepiscopum Damascenum praecedere dictum exercitum per spatium duorum mensium cum vexillo tuae Ces. Maiestatis, vt veniens dictus exercitus et applicans ad portum Tripoli Soriae nos possimus erigere vexillum tuae Ces. Maiestatis. Et sic tota Sorya tuae Dominationi subiugabitur. Certe, Certe, Certe, Et Deus confirmabit. Quae felix semper valeat.

Ego Iohannes Kiliarchio Confiteor vt supra per sacramentum verum et paratus sum mori sub pede equi tuae Ces. M[tis].

Ego Gaderus de hassaron confiteor vt supra per sacramentum verum et paratus sum mori sub pede tuae Ces. M^{tis}.

Ego Theodorus Archidiaconus acura confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Ioseph Acorj confiteor vt supra per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Mattheus Assaron confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Petrus Harchet confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Thebéus Antar confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Georgius Remoliae confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Iohannes Sachet confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Ioseph hared confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Bachus paum confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Ego Habdubeb Cadaito confiteor per sacramentum verum mori sub pede equi tuae Ces. M^{tis}.

Et nos duodecim subscripti cum consensu et sacramento omnium ciuium Christianorum totius Soriae has praesentes literas fieri fecimus et proprijs nostris manibus subscripsimus, anno Incarnationis Dominicae M.D.XXVII. Die XXV. Martij. Scriptum in Castro Sanctae Mariae de monte Libanj apud Tripolim Soriae.

Caesareae Maiestati Carolo
Imperatori Christianorum.

XXXVII.

Introducerea raportului făcut de *Georg Reycherstorffer* asupra călĕtoriei sale în Ardél și în Moldova și asupra primirii ce i s'a făcut în Ardél. 1527.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Acta legationis Georgii Reicherstorffer, Transylvani, Secretarii et oratoris regii etc. in praesens diarium congesta sub anno salutis MDXXVII.

(Ex autographo Auctoris nunc primum edita).

Multas per terras varia regione viarum Vectus, sustinuit dura pericla diu,
Qui tandem placida requiete Georgivs istud Vndique congestum scripsit hodoeporicon. (?)

Ad lectorem.

Quemadmodum ii, qui e longinquis peregrinationibus redeunt, solent fere denarrare, si quid aut prosperi aut adversi in ea profectione contigisset, quo consilio

eam confecerint, quave dexteritate pericula impedentia propulsaverint, ut et suorum animos demulceant, et sibi ipsis felicem reditum gratulentur, est enim praeteritorum malorum recordatio non modo narranti jucunda, verum etiam audienti gratissima. Itidem et ego in hac itinerario meo optimum factum judicavi, si singula, quae mihi in hac legatione contigissent, suo quaeque loco ac ordine recenserem. Ex eo et enim cognoscet M[tas] vestra, varios principum virorum animos, ac multorum populorum et gentium consensum ac studia in confoederatione et societate imperii sui; ad haec technas, insidias et tyrannidem perditi hominis Ioannis Zapolien, quibus ad seducendos et alienandos homines a M[te] vestra, ac in litteris intercipiendis et adulterandis usus est. Ea omnia sub compendiosa brevitate in hoc meo Diario complexus sum, eo sane consilio, ne veluti gubernator imperitus iam in portu impingerem, si meam infantiam coram tanto Principe proderem dicendo, praesertim cum mihi probe conscius sim, quod tenui dicendi facultate praeditus sum, simul etiam, ut temporis brevitati et auscultandi molestiae consuleretur. Longum enim ac taediosum foret, recensere, quae flumina tranaverim, qualibus in periculis versatus fuerim. Proinde sacra M[tas] vestra hunc animum meum ac sedulitatem in hac legatione praestitam generose amplecti et approbare dignetur.

Legationis exordium.

Principio itaque hujus profectionis et legationis meae, ubi salvis auspicis negotia Majestatis vestrae apud inclitum regem Poloniae in optimum finem perduxissem, impetrato denique salvo conductu, non sine itineris difficultate Moldaviam appuli, ibi legationis officio coram Vayvoda Moldaviensi non indiligenti cura et opera perfunctus, optatissimum ad legationis verba responsum accepi, simulque magnifice donatus dimissus sum per eandem regionem Moldaviae obtenta ab eo regulo Comitiva firma, per Siculiam non absque extremis vitae periculis in Transilvaniam, quo a M[te] vestra delegatus fueram, perveni. Ac primum quidem attigi. Ibi sequenti die Senatum ac universam Communitatis plebem in Curiam ejus Civitatis nomine M[tis] vestrae convocavi, literis exhibitis mentem ac voluntatem M[tis] vestrae illis diligenter declaravi. Qui initio quidem ac requisitionem meam subdifficiles sese exhibuerunt; maxime quod Ioannes Zapoliensis nondum regno amotus audiretur. Variis tamen piisque persuasionibus ac diversis argumentis usus, utriusque ordinis homines, tam vindelicet senatus, quam Communitatis ad firmam fidelitatis constantiam M[ti] vestrae observandam induxi. Quam ob rem votis paribus, considerantes propriam ipsorum salutem, unanimiter M[tis] vestrae imperio consenserunt, seque praecaeteris cunctantibus nationibus primi omnium M[ti] vestrae submiserunt, ac in perpetuum hujus rei argumentum literas testimoniales in vim firmae fidelitatis sigillo ipsorum Provinciali consignatas mihi sua sponte praestiterunt, hoc, quo sequitur, exemplo. Nos Iudex et jurati Consules ac tota Communitas Civitatis Brassouiensis ac totius terrae Bratzae fatemur et recognoscimus per praesentes, quod nos ad instantem requisitionem domini Georgii Reicherstorf, fer Serenissimi ac Illustrissimi Principis domini domini Ferdinandi Hungariae et Bohemiae regis, domini domini nostri generosisimi secretarii et oratoris nobis factam; tum vero considerantes et perpendentes aretissima jura, quae scilicet praefato serenissimo Domino regi Ferdinando, ac deinde serenissimae Dominae Annae natae Hungariae reginae, Conthorali ejusdem Charis. Dominae nostrae generosissime in regno ipso Hungariae multipliciter competunt, conformi voto maturaque deliberatione praehabita, praedicto serenissimo Principi et Regi Ferdinando, tamquam Domino nostro naturali et generosissimo nos et posteritates nostras universas sub perpetua fidelitatis nostrae constantia observanda obligavimus et adscripsimus, immo obligamus et addicimus nos praemissis rationibus, libera et spontanea voluntate. In cujus rei fidem et evidentissimum testimonium praesentes nostras literas Sigillo nostro provinciali subappresso consignatas, duximus praestandas. Datum Brassouiae die Nativitatis Mariae Anno MDXXVII.

His hoc modo peractis, Insignia M[tis] vestrae publice praefiximus prius dejectis vexillis Ioannis Zapoliensis, et vicesimatore amato, locum ejusdem nomine M[tis] vestrae

occupavi. Interea vero Ioannes Zapoliensis, hujus legationis haud ignarus, varias literas Senatui ac Comunitati Brassouiensi transmittit. Quibus severissime praecepit, ut me una cum ministris meis detinerent, aut vinctum ad sese deducerent. Idem et Nicolaus Macedonius Viceuayuoda ejusdem literis mediantibus studiose conatus est elaborare. Sed probi ac fideles Consules ac Comunitas Brassouiensis totis viribus restitit, ne hoc pro illorum cupiditate succederet. Quam ob rem Nicolaus Thomorij, Castellanus Fogarasiensis factionem Ioannis Zapoliensis fovens, cum quingentis et pluribus equitibus iter meum undique intercepit, ne coeptam legationem prosequerer. Ego tamen sedulo curavi, ne quo modo ea obmitteretur: diversas hinc inde literas requisitorias ad singulas Civitates Transylvanas, Nobilesque ac Siculos, et ad alia denique loca oportuna et necessaria perferendas curavi. Ac negotia M[tis] vestrae haud negligenter promovi, quemadmodum M[tas] vestra ex Copia conscriptarum litetarum clarius intelliget et cognoscet.

Acta legationum

Georgii Reicherstorffer ad Moldaviam.

XXXVIII.

Extras din descrierea Moldovii făcută de *Georg Reychersdorffer* şi dedicată împĕratului *Ferdinand I.* 1517—1535.

(Din bibl. Curții din Viena).

(Georgius Reichersdorffer in descriptione Moldaviae, quam Ferdinando I. dicavit, pag. 805 Tom. I. Scriptor. rer. Hungar., ait:)

Valachia — — quae olim Hungariae regibus obnoxia fuerat et tributaria, nunc vero, proh dolor! simul cum Moldavia Turcarum tyrannidi magna cum Christianorum jactura, subjecta est. — — Fuit et olim Vayvoda Hungariae regibus juramento obstrictus etc.

(Idem Reichersdorffer in dedicatione ad Ferdinandum, ibidem pag. 800, ait:)

Multas, et eas quidem longinquas legationes, quas — — Sacra Majestas sua mihi imposuit, promto alacrique animo suscepi, et pro virili strenue, ac sedulo perfunctus sum, quarum proxima fuit, qua Sacrae Majestatis tuae jussu Moldaviam perlustravi. (Et ad lectorum sic loquitur:) ego igitur, cum superioribus annis in regno Moldaviae diversis et arduis suae Majestatis regiae legationibus versatus et perfunctus sim etc.

XXXIX.

1528, Martie. Raportul lui *Ieronim Lasky*, solul trimis de Ioan Zápolya la Sultanul, despre solia sa.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Legatio Laszky apud Sultanum Solymannum Anno 1527 functa.

Actio Hieronymi Laszky apud Turcam nomine Regis Iohannis.

Die vigesima secunda Decembris, venit Constantinopolim, Orator ad Turcarum Imperatorem, a serenissimo Principe Iohanne Hungariae Rege etc. missus A. MDXXVII, audientia, non sine Molestificatione apud Ibrahim (1) conciliata, et Salutatione praemissa:

Ibrahim Bassa, ad Laszky:

Audivimus, tuum Dominum esse Virum magni Ingenii ac Industriae, et multis hoc verum esse indiciis, cognovimus; sed tunc obdormivit, cum coronari debuit, quia non quaesivit Regnum a magno Domino nostro. Nam, quicunque attigerit Domini nostri Manicam, per nullam Potestatem mundi frangi potest. Quare Dominus tuus non cogitavit, videns civitatem Regalem *Budam* exustam, et Domum Regis intactam, quid hoc sibi vellet. Dominus etenim noster, eam ob rem arcem reliquit integram, qui a brevi ad illam redire statuerit. Debuit hoc diu fecisse Dominus tuus et non nunc, sed anteaquam adhuc coronam capiti suo imponeret; nunc, quia aliter non potest, pressus ab *Archiduce*, quaerit pacem: ubi, si non fuisset illi cum *Ferdinando* bellum, certe nos ab illo, aliud, quam Pacem expectabamus. Scimus, quia laboravit per Radich, apud Czar Joan. Tu venisti huc, ubi totius mundi certa nova semper sunt: scitur hic. quid Archi-Dux est; scitur, quid tuus Dominus, scitur quid alii Principes christiani.

Laszky, ad Bassam:

Certum est, quae dicis, (2) quia Dominus meus singulari polleat industria, qui non se solus coronavit, sed coronaverunt eum Domini et Status Regni, eo intuitu, ut ipse, per industriam suam, per Opes, et vires suas, afflicto a vobis Regno subveniret. Actumque est hoc per longam electionem eorum, qui jus libertatemque eligendi Reges habent; eamque ob consuetudinem, Dominus meus satis habet, in electione et coronatione privilegiata. Ego tunc Ungariae fui, cum Imperator Turcarum illam invaserat, nec dum Dominus meus coronaretur; comunis tamen vox est, quod Dominus vester, hoc moris habet, ut Domum inimicorum, modo in illa comedat, vel quiescat, salvam semper relinquat, dicunt alii, quia timore Budam reliquisset; alii referunt, quod ob commeatus penuriam: et ita, alia est apud Ungaros Opinio, quam tu dicis; Quare, non me misit huc Dominus meus, ad tangendam manicam Imperatoris; sed ad salutandum eum, et ad dandam illi manum, ut moris est, et ad conficiendum cum illo talem pacem et confoederationem, quae duraret, et vera esset; Dominus enim meus, cum adhuc minorem

---

1) Perperam *Paulus Jovius*, post primum statim adventum, Solymannum adiisse scribit Laszkium, posteaque ad purpuratos fuisse reiectum. longa ei, uti adparet, mora colluctationeque opus erat, dum ad solemnem audientiam admitteretur.

2) Sine Interprete, cum Bassis egisse Laskium, auctor est Jovius, idque lingua illyrica: quod ea lingua, omnibus fere in aula esset familiaris. Historiarum sui temporis, libro XXVIII p. 276.

conditionem egisset, semper Regibus suis suadebat, ut cum Turcarum Imperatoribus amicè pacificeque viverent; sed aliorum tunc sententia praevalebat; ubi nunc Dominus meus Rex existens, quod Dominis et Praedecessoribus suis suadebat, solus est facere pronus et paratus, videlicet bonam Amicitiam, arctam conjunctionem, atque certam Confoederationem. Quod autem huc nova ex omnibus partibus adferantur, non miror, quia hoc mercatores faciunt potissimum; sed quod Mercatores omnia sciant, vel si sciunt, vera dicant, hoc non semper fit, nam timent hic vos, et adulantur, timoris causa. Certum tamen est, maximos apud nos Reges esse ac potentes, nisi ad invicem nunc aliquo modo discordes essent.

Bassa ad Laszky:

Adventum tuum aperiam magno Domino nostro, cujus ego sclavus sum, dicamque tibi, quomodo de te gratus fuerit, et dicam, quod venisti ad faciendam pacem et Amicitiam.

Laszky ad Bassam:

Dominatio Sua nihil mihi respondeat, si vult esse grata fraternitas, per Regem meum illi oblata, ad quam conficiendam ego plenum habeo Mandatum mecum. Cupit enim Dominus meus, non solum cum Imperatore conjungi, sed etiam tecum, qui Imperatorem gubernas.

Bassa ad Laszky:

Subridendo, dixi, inquit, dixi tibi, quia sclavus sum Domini mei; probus autem sclavus, nihil facit absque scitu Domini sui. itaque, licet ut sclavi Domini nostri, nihil plus indigemus, quam salute Domini nostri, cujus capite salvo, omnia nobis fideliter servientibus bona sunt: gratissimus tamen ego sum certe, hujus Domini tui Affectionis; opus tamen est, ut prius dicam Domino nostro magno adventum tuum, ex cujus mente clicere debebo, modo quo gratus erit de adventu tuo hic. Dic tamen mihi, inquit, Ferdinandus, quot gentes habet; audivimus, quia viginti quinque mille: estne hoc multum, contra tuum Dominum? qui, existens Erdélyben (1) faciebat in duplo majorem Exercitum; sed verum est, quia potestas Domini nostri attrivit, et minoravit vires Ungaricas. Certe nos credebamus Ungaros praecipuos viros; sed non invenimus eos bonos pugnatores, qui Regem suum, non a nobis, sed a parva (2) aqua liberare neglexerunt: et nos tali morti nec infimum hominem nostrum mori admitteremus. Et hic commendabat operam et industriam suam, tragediam belli replicando.

Laszky ad Bassam:

Verum est, quia Ferdinandus, aeque, uti dicis, non magnum habet Exercitum; gens est minor, quam ejus Potentia exigit, sed gens electa. Equitum armatorum decem Millia; equitum levis armaturae quinque Millia; peditum electorum decem Millia; inter quos, Archibusieri, et sclopretarij, usque ad quatuor mille sunt: omnes deinde bellicos apparatus, optime habet instructos. Bombardas majores et minores habet 200. Pontem secum assidue ducit. Scis, quia talis Exercitus, in uno die potest pugnare cum maxima potentia. Quia non omnes, qui ad praelium veniunt, simul pugnant. Profecto, si Rex Ludovicus habuisset istum exercitum, non pugnasset adeo infeliciter. Dominus autem

---

1) *Erdely*, Hungaris Transilvania dicitur, cujus Voivoda fuit Iohannes, Wladislai Poloni, Regis Hung. beneficio creatus.

2) Palustrem lacunam intelligit, in qua suffocatus est *Ludovicus II.*

meus, eam ob rem minor erat iisque huc viribus, quia divisim exercitum tenere cogebatur, in Slavonia unum magnum Exercitum, ductore Comite Christophoro alebat, propter vestras ex Bosna Incursiones. in Ungaria, quam Tissia perfluit, Radich, multa millia hominum, ob Sandzakum Semendricum, gubernabat; sed nunc opinor, dante Domino, audietis, brevi bona nova, quia se Dominus meus, ad conjungendum cum gentibus, ex Transilvania et Polonia venientibus, ac cum Radich, in Discessu meo contulit.

Bassa ad Laszky:

Hic caepit praedicare potentiam Domini sui, et multa de ista jactitare: cui ego me opponere nolui, cumque jam tanti fecisset Dominum suum, et seipsum, dixit, tarda jam hora est, alio tempore liberius tecum agam. bona nox.

Laszky ad Bassam:

Habeo, inquit, literas, ad alios Bassas; at Dominus meus eas illis tradendas non jussit, absque licentia tua. Rex enim meus scit, quia tu omnia facis, omnia gubernas, et omnia potes, nec aliud dicturus sum Bassis, quam salutationem.

Bassa ad Laszky:

Bene scio, tuus Dominus, quia scripsit el aliis literas. Vade cras et saluta eos.

Die XXIII. Decembris.

Vocatus ad Mustafa Bassam, veni, ubi parva Reverentia mihi facta,. qui exaudita salutatione mea, simplici et non compta, dixit mihi:

Mustafa Bassa ad Laszky:

Tu fuisti hieri apud Ibrahim Bassam, omnia ille, quae locutus es, nobis aliis Bassis apperuit; sed dic tu mihi, quae forsitan prae pudore Ibrahim Bassae non dixisti, ad quid venisti huc ad Dominum nostrum? quod nobis prius non faceres cognitum; dicas igitur mihi, quid vult Dominus suus?

Laszky ad Mustafa Bassam:

Misit, inquam, me Dominus meus, huc ad Imperatorem visitandum, et salutandum, cupiens cum illo Amicitiam, et conjunctionem arctam et perpetuam.

Mustafa Bassa ad Laszky:

Nihil plus, inquit, tibi commissum, quam hoc est, quod dixisti, non portasti munera meo Domino?

Laszky ad Mustafa Bassam:

Quando, inquam, tractabunt mecum de Amicitia et foederibus erunt alia, quae subinseram; sed antequam sciam, an sit talis Domini mei affectio et voluntas grata Imperatori, nihil aliud, vel agere, vel dicere possum. Munera nulla attuli, quia mihi nulla data sunt.

Mustafa Bassa ad Laszhy:

Ergo tu, inquit, venisti quaerere Amicitiam? tu non venisti quaerere amicitiam, sed venisti quaerere gratiam, et commendare servitia Domini tui, Imperatori nostro! tarde tamen venisti, sique gratus apud nos esse voluisses, debuisti uenire ante tui Regis Coronationem. Dic mihi, quo ausu Dominus tuus Budam intravit, locum per Imperatoris nostri equi ungulas caliatum,(1) domum Regiam relictam in Integritate, propter reditum Domini nostri; quodsi non fuisset in dorso nostro hiems, quaesivissemus istum Dominum tuum in Transilvania, et docuissemus illum aliud, quam amicitiam, cum nostro Domino tractare. Lex nostra est: ubicunque caput Domini nostri quiescit, ubi semel caput equi sui intrat, hoc jam perpetuo titulo spectare debet ad Dominum nostrum. frater! tu venisti, sicuti a Servitore; si non venisti cum Tributo, non amplius loquere mecum.

Laszky ad Mustafa Bassam:

Veni, inquam, huc, credens, me gratam rem, et Imperatori, et vobis ferre, portans vobis amicitiam et conjunctionis studium, quid credis? quod fuso Rege Ludovico, et aliquibus occisis, jam Regnum Hungariae nihil sit? parumne huc porto, cum post acceptum a vobis damnum, non vindictam minor, sed pacem et amicitiam offero? **existimas, opinor, jam Ungaros, Valachos esse:** faciam aliam Regis et Regni Ungariae, rationem, quam Moldavorum, qui servi Domini mei Sunt Dixisti, si non portem tributum, ut nihil plus agerem tecum: tributum non porto, et bene valeas.

Mustafa Bassa ad Laszky:

Dicemus, inquit, Domino nostro, quae dixisti: postea poteris discendere: quia eo modo non admitteris ad magnum Dominum nostrum, sed, quare tam diu celas? credis tu, quod nos nesciamus tui Regis necessitatem? nonne Radul Vayvoda, omnia nostra scit negotia, quae nobis sicuti tributarius perscribit. certumque est, quia tu venisti rogare auxilium, contra Ferdinandum, et portas Tributum, aut securitatem fugiendi huc Domino tuo parare: quia Ferdinandus major est potentia, quam vestra.

Laszky ad Mustafa Bassam:

De Tributo locutus semel, quia Dominus meus, (2) nec somniat de illo: et ita de illo silendum est Sed, quod attinet auxilium contra Ferdinandum, suo tempore dicam, quia, omnes amicitiae, et conjunctiones, matura hominum providentia, contrahuntur; non ob prasentaneas tantum necessitates; sed etiam ob futuras. Securitatem autem Domino huc fugiendi, non veni parare, rogoque ne illam detis, cum non eam quaesierim; sed parare vellem, si possem, amorem inter Dominum tuum, et meum, et quod Dominus meus, loco Patris Imperatorem deinceps jam haberet.

Mustafa Bassa ad Laszky:

Quomodo, loco Patris? sed dic mihi, cujus es tu? non es, video, Ungarus, Ego dixi, Polonus sum. Ubi didicisti italice? Italiae, respondi. quid ibi fecisti! fui et in studio ibi, et videndi gratia. Bassa dicit: frater! multa studuisti, fed certe parum intelligis! tu dixisti nunc verbum, non sapientiae; quia dixisti, quod Dominus tuus, Imperatorem patris loco haberet. vide, quia bonum est loqui prius apud nos Bassas, quia, si hoc Im-

1) Wahrscheinlich soll es heissen *caligatum*, d. h. verfinstert, verdüstert (von «caligo» Dunst).

2) Emendandus hinc est Iovius, quando, spopondisse ait Laszkium, tributa, quae imponeret, quotannis persolvendo, mitte clientelae nomen cunctis gentibus declaraturum Joannem loco cit. pag. 277.

perator audiret, nescio, quid tecum faceret; certe non stares bene cum tuo capite. Nonne scis, quia magnus Dominus noster primus est post divinam Potentiam, et uti unus sol per caelum vagatur, sic totius mundi Imperator noster Dominus est; et tu existens Bani Transilvaniae Cursor, ausus es vocare magnum Dominum nostrum, patrem parvi Demini tui.

Laszky ad Mustafa Bassam:

Diu, inquam, fecissem bene, si abivissem, quia, non audivissem Dominum meum ità levipendi, nec etiam me ipsum. Estne hoc malum? quòd Rex Ungariae, qui scribebat Imperatori, amico, et vicino dilecto, scriberet tanquam Patri honorando. si vos honorem non cupitis, culpa est vestra; nonne filiorum est patres, quandam singulari observantia prosequi? cum itaque apud vos hoc male sonat, tollamus id ipsum; non sit alter altri, nec Pater, nec filius. Ergo propter istam Potentiam, quam asseveras, si hoc apud Imperatorem dicerem, male starem cum capite meo! credis tu forsitan, quod caput meum, caprae esset, vel quod Imperatoris prudentia ac humanitas, eadem, ut tua esset. Non miror ego, quia potestatem tui Domini, vi tantum praedicas; quia quilibet ita servus et sclavus facere debet. Omnis etiam apud Reges nostros subditus, semper majorem Domini sui, quam alterius Potentiam facit. Galli, praeferunt vires suas omnibus aliis: Hispani, hoc ipsum de se asseverant: idem Alemani: idem Poloni, idem Ungari sentiunt de viribus suis: vestri, per se, multi vires suas faciunt, ità etiam et vos vestras. Dominus autem meus, nihil de se praesumptuosi praedicare permittit, sciens, potentiam mundi, non in Manibus esse vestris, sed stare illam in divina voluntate ac in suo judicio. Quare, tu, Dominum meum Erdelybanum, quare me cursorem vocas? sed verum est, sicut mihi Dominus tuus (:cum ejus subditus non sum:) Imperator non est, sed tuus; ità Dominus meus, Rex mihi est, tibi autem non est. Cursorem me vocàsti, si ob id, quia cum paucis advenerim. Moris est apud nos, ut quando equum aliquem nostrum, ad usum armatura impedit cauda, abscindimus illam brevissimè; et ità equus est, eoque modo meliùs servit. sic etiam oratorem, non facit longus equitum tractus, non equi, non vestes, non famuli; sed confidentia de illo, Domini ejus, et materia commissa. Male comodo honoràsti Dominum meum Regem, potuisti me ad hanc ignominiam non vocare.

Mustafa Bassa ad Laszky:

Rex, inquit, tibi Dominus tuus sit, sed nobis non erit; quia non quaesivit a nobis Licentiam regnandi, tu tamen bene advenisti; gratulor tibi, cursorem te vocari, quia ad Dominum nostrum non veniunt Oratores, absque muneribus; non quod munera poscamus; sed, quia per numera, majoritas honoratur Domini nostri. Certus sis, quia, cum venisti absque muneribus, non videbis Imperatorem, nec ei osculaberis manum.

Laszky ad Mustafa Bassam:

Festinabam, inquam, huc, credens me acceptum fore, multaque damna ac discrimina, veniendo huc, perpessus sum, ità, ut me revertendi summa urgeret necessitas. Cum tamen perpendebam ambassadam meam, non redii; sed huc in hac incommoditate me venire constitui. Expectabam a vobis honorem, expectabam munera; sed video, vos solos munera quaerere, quorum apud me nihil est, sique aliquid fuisset, ademptum esset, cum aliis meis rebus.

Mustafa Bassa ad Laszky:

Non propter munera, inquit, dantur dona, Domino nostro; sed propter honorationem. Si itaque voluisti honorem, id est videre Imperatorem nostrum, et osculari illi

manum, debuisti portare munera; sed Dominus tuus, fecit, non sicuti Rex, quia facto non est Rex.

Laszky ad Mustafa Bassam:

Munera non (1) adtuli, sed veni ad tuum Dominum Orator, non portans res, sicuti asini faciunt; sed portans commissa fidei meae, verba transmandata, et id genus rerum, Oratorem demonstrantium Vocas Dominum meum non Regem, dixi tibi jam, quia tuus Dominus non mihi est Imperator, quia ego Regem meum recognosco, et non alium; sic etiam Rex meus, tibi Rex non est, sed mihi est.

Mustafa Bassa ad Laszky:

Bene, inquit, facit, qui Domini sui honorem tutatur ac observat. quae tecum egi, cras sciet Imperator noster, et bona nox! frater! cum ista tua amicitia, quam portas. nescio quid habebis responsi, tamen non tineas, sis boni animi, quia, in adversis vir cognoscitur.

Die 23 Decembris.

Vocatus ad Ayas Bassam, humanam habui Audientiam, qui me interrogavit, de statu Regis mei, de potentia ejus, et Ferdinandi, et aliis rebus extraordinariis negotii mei.

Ayas Bassa ad Laszky:

Ego, inquit tecum ad magna non descendam quia tarde venisti. Erimus tamen tecum, omnes tres nos Bassae, brevi, et nunc libere omnia communicabimus. sed, dic mihi, Radul Vayvoda miseratne Balaor, ad Regem tuum significandum illi, quae consulebam ego? nam mihi, cum dicto Vayvoda, summa est conjunctio, et ità per medium ejus, consilium meum, Domino tuo aperire volui. Miror tamen, quod diu non adveneris, ad hanc Domini nostri portam.

Laszky ad Ayas Bassam:

Nihil horum, inquio, a Domino meo percepi, multotiesque audivi et vidi, Dominum meum mirari de Radul Vayvoda, qui beneficium a Domino meo acceptum non ità refert, sicuti deberet; sed de consilio tuo nihil intelexi. Rogat te tamen Dominus meus, ut sis bonus structor pacis, amicitiae ac conjunctionis, cum Imperatore et Domino meo, faciendae. Tale autem officium tuum, gratia sua ac liberalitate, serenissimus Dominus meus Rex, recompensabit.

Ayas Bassa ad Laszky:

Miror, neglexisse Vayvodam consilium meum; sed dic mihi ille Domini nostri sclavus, qui in Oratorem ad Ludovicum Regem missus erat, scimus quia sedebat in Tata, vivitne, (2) vel in cujus manibus nunc est?

1) Ergo, minus ex vero scripsit Iovius Historiar. lib. 28. p. 275 Sequ: primo omnium, inquit, allatis muneribus, quae elegantia potius, quam pretio placitura, grataque uxoribus futura, non absurde existimarat, purpuratorum non modo, sed janitorum etiam amicitiam moverint. ita et Istuanfius Lib: X. p. 151. 28. Iovium exscripsit Wolfg: Bethlen hist. L. 1. p. 49.

2) Berhamus fuit, Solimani legatus, ad Ludovicum missus, Istuanfius lib. 6. p. 9. 5. Tatam, in vincula datus, ibique cum universo comitatu, clam interfectus, idem iib. 7. p. 92, 38. Egregium, si superis placet, facinus! hungarico, brevi post cruore eluendum.

Laszky ad Ayas Bassam:

Nescio, inquam, certe, quia novus sum Ungariae homo: certum tamen est, si esset in manibus Domini mei, fuisset diu liber: quia non sunt Oratores culpandi, cum voluntatem et Mandata Dominorum suorum exequuntur. Omnino hoc ipsum, quia detentus erat, fuit Domino meo adverssissimum, semperque factum illud vituperabat. interogavit postea, an Regia Majestas, habeat uxorem? interrogavit, de fratre ejus Georgio, dixitque, corpus suum non esse inventum, quod ipse ex industria quaerendum commiserat: et quaesitis a me minoribus rebus, finem, cum bona nocte, fecit verbis

Eadem die, Dominus Ludovicus (1) habuit a me literas Regias, par unum Turcam transmissas.

Die sequenti, qui fuit 24ta Decembris, in aliam me domum transtuli, ubi adhibuerunt mihi custodiam: semper unus Chauz in die, alter de nocte, ante cubiculum sedebat, neminem ad me admittendo, neque aliquem meorum exire permittendo, et omnia fere sumptu meo emebam, ad vivendi meam, et equorum necessitatem.

Die 25ta Decembris, qui fuit festum Natalis Christi, in diversorio, ubi equi stabant, duos agazones, Turcae aegre percusserunt, et mihi magnam custodes mei ingratitudinem ostendebant

Die 26ta Decembris, ibidem in eadem miseria, huc venit ad me, Dominus Ludouicus de Gritti, correptis (2) custodibus; et docuit quomodo mirarentur adventum meum cum ista Legatione: ubi solabatur me, et ut non curarem, quae fierent, rogabat. Constituimusque inter nos, ut literas Regias, quas illi miseram, monstraret Bassae, et quod quaereret licentiam audiendi commissionem Regiam, cui non apperui singula, solum modo dixi; Dominus meus intellexit, hic te agere, et pollere, hic apud Bassas gratia: quare rogat, ut sis mihi consilio in ista porta, cujus ego consuetudinem nescio. tamen majus erit officium Domino meo, monstrando in transferendis praemiis ex Venetijs, quae singulis mensibus, Christianissimus Rex, Domino meo, vi confoederationis, sub nomine auxilii mittit Venetias pro quolibet mense scilicet 30. Millia coronarum dando. Hae pecuniae propter bellum cum Ferdinando, per nullam aliam viam tutiorem Ungariam conduci, quam per hanc, aut per Aragusam possunt; tamen tutior mihi ista videtur. Sed postquam habueris licentiam, publice huc ad me veniendi, et scrivero, si hic pacem conficiam, tunc de praemiis hisce meliùs consulemus. Retulit mihi, officium patris sui Ducis; retulit illius Reipublicae Sollicitudinem, quam hic habuerunt apud Bassas, et medio sui, ac Oratoris hic agentis, dixitque, Turcas, diu Ungariam lapsa aestate invasuros fuisse, nisi hoc modo, per ipsum et Oratorem Venetorum retinerentur; dixitque, non futuram alio modo pacem, quam per tributi conditionem: cui ego, longis verbis impossibilitatem exposui; nec me desuper habere mandatum: quia hoc nunquam cogitasset Dominns meus. Rogavi demum, ut exploraret mentes hominum, et mihi subjiceret; si autem Licentiam veniendi, et me visendi non haberet, ut scriberet, scriptaque, arte aliqua transmitteret.

Die 27mâ Decembris, ibidem in conclavi habui pollicem (3) Domino Ludovico, ubi scribit, se non obtinuisse licentiam veniendi ad me, nec illam habiturum, nisi ad huc semel apud Bassam fuerim, significavitque, cras me apud Bassam futurum, et quod certum sit, ut si cum tributo non veni, quod male tractabor, nec Imperatorem videbo. Admonuit tamen, ut cum a Bassa tentatus fuerim, fortis sim in Proposito meo; «plura non audeo scribere»; scripsit mihi.

Die 28vâ Decembris, qui fuit dies Sabathi, vocavit me Ibraim Bassa. Est enim consuetudo apud caesaris portam, ut in septimana, quatuor diebus, imperialis teneatur

1) Grittus nimirum strenuus, cruentae structor scenae, quam postea reclusit tyrannus, ultra modum sanguinolentus.

2) Wird doch wol eher heiszen corruptis.

3) Schedulam intelligo, ad modum Pollicij complicatam.

audientia, Sabatho, die Dominica, Die Lunae, et Die Martis, iisque, et non aliis diebus diebus audientia datur Oratoribus; vocatur autem hoc audientiae tempus, lingua illorum Divan.

Ibrahim Bassa ad Laszky:

Affectionem Domini tui, et mutuam fraternitatem, inquit, conjunctionemque grato excipio animo, et volo illi minoris esse loco fratris; sed frater fratri, amicus amico, ita debet esse obnoxius, ut res utriusque, unius sint, eadem voluntas, unum studium ac unum consilium. Quare, ego talem cupiens, cum tuo Rege, habere fraternitatem, quae certa et constans maneret, et quae esset grossa, non tenuis, quae facile rumpitur, dico tibi, quia non mihi licet, nec possum ejusmodi inire fraternitatem, nisi prius scrivero, omnia tui Domini negotia, et maxime, quid apud nostrum Imperatorem postulet? modo quo illi se exhibeat? nam ego plus Domino meo, quam patri, plus, quam soli debeo. Nam, si tuus Dominus taliter se Domino nostro exhibere nollet, quod illi esset honorificum, perpendere debebo, aliquid in vestris Visceribus esse, quod tempore suo, contra nos repullularet, et hic mihi ignoscere debebit tuus Dominus, si fraternitatem non excceperim.

Laszky ad Ibahim Bassam:

Considerare, inquio, potes, quia grossam vult tecum Dominus meus inire conjunctionem. Nam alios Bassas, uti Oratores assueverunt, nec salutare, nec illis literas, absque tua voluntate, offerre jussit: Tu autem jussisti, ut eos inviserem, ubi, cum ad Mustafa Bassam venissem, indigne ab eo tractatus sum. Serenissimus Dominus meus Rex, non Rex nominatus; ego cursor vocatus. quid prodest ista tua humanitas, quam tu mihi exhibes? cum me solus honorifice excipis et audis; Regem vero meum, et me, admittis levipendi. Si scivissem ego hoc, non ivissem ad illum certe. Nam ego non veni ad jurgia, nec ad contentiones, nec veni ad eum, ad quem me pridie praemiseras; sed veni ad te. Credo id per industriam abs te factum extitisse, aut in Levipendium Domino meo, vel certe, ut cognoscerem, quantum benignitas tua, ab illius distet inhumanitate. Omnia mihi perplacent, cum tecum ago, quia video me loqui cum corde Domini sui. Agnosco acutiem (:acumen:) industriae et virtutis tuae. Scio, quia scias mores hominum, et modos, scias quid in mundo tractetur, quae sit curiarum Regum, Principumque diversitas, cognoscis. Haec tua prudentia, haec auctoritas, et humanitas, per totas regiones nostras, maximum nomen habet. Nunquam ego audivi, Mustafae Bassae, nunquam Ayas Bassae nomen: obque tales tuas praeclaras dotes, Rex meus Serenissimus, honore et fraternitate sua dignatur te, et non alium quempiam. Nec miror, quia hanc conjunctionem inire nolueris, nisi certitudo, modo, quo erit Domino meo cum Imperatore tuo, tibi priùs foret cognita; si enim aliter faceres, et ego crederem, te aliquid adversi Domino meo pensitare, qui te, cum illius inimico conjungeres? veni ad te, tanquam ad cardinem, qui fores amicitiae, principum nostrorum, regeres, et gubernares, permanendo in fideli obsequio Domino tuo, et Regi meo, in sincera et arcta fraternitate: ubi Dominus meus hoc suum studium et consilium, quod semper Regibus suis Vladislao, et Ludovico, suadebat, et consulebat, nunc solus, cum Rex sit, exequi cupit, videlicet, pacem, amicitiam, conjunctionem, ac confoederationem, cum Imperatore tuo, haecque ipsa, finire, et perficere, medio tui, cupit, et aptat.

Ibrahim Bassa ad Laszky:

Frater mi! inquit, de magnis et diversis rebus tractando, opportet grata, ingratis admiscere, stantibus praesertim ita rebus nostris; Mustafa Bassa, bonus vir est, antiquus hujus Imperialis domûs sclavus, et Secretarius; quilibet tamen more suo agit, et vivit.

cum itaque, Dominus tuus, hoc fraternitatis vinculo me suum esse cupit, cumque, ut ut dicis, te huc in meam mitteret confidentiam; obsequere consilio meo, videbis, quia rectum consilium, et bonum me fratrem Domino tuo cognosces. Rex tuus coronatus est, non ex Regio sanguine existens, neque per successionem; sed electus et coronatus, per partem; habet inimicum Ferdinandum, qui potentior illo est, quem alia Ungarorum pars, duxit in Ungariam, et ut verè dicam, si aliam justitiam non haberet, nisi eam; quia Sororem habet Regis Ludovici, potior ejus justitia apud Deum est, quam tui Domini. Nos autem Regem Ludovicum occidimus, Sedem ejus regalem occupavimus, comedimus in ea, et dormivimus. Regnum illud nostrum est, quia, stultè dicunt, qui asserunt, Reges propter coronam Reges esse. Non aurum vel gemmae, imperant; sed ferrum, Sablya, qua conficitur, obedientia. Itaque, semel Sablya quaesitum, Sablya teneri debet, vique occupatum ac potentia, non potest eripi, nisi aut alia potentia, aut Tractatibus. Quare consulo tibi, ut Domino meo, quam maximum honorem faceres; nam illud Regnum suum est, quia frustra tempus perdis. Scimus potentiam Domini tui; scimus, quomodo Ungariam expilavimus, quae nulla pecuniarum auxilia ferre potest; scimus majorem Baronum, ad Ferdinandum, defectionem; scimus, quia tuus Dominus retrocedere coactus est, cum videret illius fortiorem Exercitum. Quare, accipiat tuus Dominus, manicam Imperatoris nostri, recognoscat illum pro Domino, habebit Regnum a nobis, habebit tale auxilium, quod non Ferdinandum solum; sed et Ferdinandi amicos, quando tuus Dominus voluerit, vertemus in pulveres. Montes illorum, ungulis equorum nostrorum, reducemus ad planitiem. Eo igitur modo, Domino tuo, certitudo Regni facienda est, certitudo Imperatoris amicitiae, certitudo fraternitatis nostrae; ista conditione, status Domini tui, stabiliendus est. Vide! si non fuissent Oratores Veneti, et filius illius Reipublicae Ducis (: ad quem etiam, tu, scio, litteras attulisti :) hac elapsa aestate, gustassemus, et Ferdinandum et Dominum tuum; quia non potest esse melior pro tertio, nisi quando duo dissident, commoditas. Quid fuisset, cum ego, cum Romania, et cum Ianicsarorum parte, per hanc Danubij partem ivissem contra Ferdinandum; et per alium partem, socius meus Ayas Bassa, opposuisset se Domino tuo, ductis secum utique Moldavis, et aliquot millibus tartarorum, uterque nostrum, superaret centum mille virorum numerum. Tartaros in Poloniam, tot mitteremus, quot sufficerent; sed nos, ad Venetorum, qui nostri sunt Amici, postulationem, supersedimus hac aestate; non tamen dormivimus; si erit opus, veniemus brevi, inveniemus utrumque lassum, sine opibus; facilis erit cum eis tragaedia. Quare, consulo, poscas a Domino meo Regnum, et roges, ut moram istam Domini tui boni consuleret. Dic, quia tuus Dominus, vult sub illius manica et umbra esse: promittas Tributum, sumam non nomines, quia ego hanc moderabor; si facies hoc, habebis omnia quae volueris. Nam, si huic thesauro suo, quem habet Dominus tuus confidit, frater! frater! facile ex illo puteo aqua extrahitur, in quem non influit; chorda, quae assiduè pulsatur, rumpitur.

Laszky ad Ibraim Bassam:

Sermonem, inquam, longum fecisti, et vix omnia memoriae imprimere potui. Dixisti tamen inprimis, Regem meum non per Successionem, neque ex Regio stemate; sed per partem esse coronatum. Verum dicis, nullam Dominum meum habuisse Successionem, quia non e regali domo esset; sed ejus talis coronatio laudabilior est, quam per haereditatem; quoniam plerumque haeredes pravos, tyrannos atque ineptos, vidimus et audivimus; sed Dominus meus in defectu Regiae prolis masculae, per longam electionem, tandem unanimi omnium applausu, exaltatus, et coronatus est. Coronantur autem apud nos Reges, a subditis, ut corona, fidelitatem et obedientiam suam testificentur. Regnum autem Ungariae, si per Successionis lineam devolvi debuisset, non alii, tali jure cederet, nisi Poloniae Regi, qui patruus Ludovici erat. Tamen Poloniae Rex, libertatem Ungaricam opprimere noluit; imo misit Oratores suos ad Coronationem, moderni Domini mei

Regis, congratulando illi. *Nam femellae apud nos,* (1) *sicuti et apud vos, non haereditant.* Pro tanto et apud Deum, et apud homines, melior est nostra, quam Ferdinandi justitia. dixisti praeterea, quia Ferdinandum alia pars, et potior Baronum traxit in Ungariam. Verum est, quod sunt aliqui, qui timent, de male gestis poenam. Mox post mortem Ludovici, ad Ferdinandum fugerunt, qui Regem defunctum, male gubernabant, qui plus propria, quam communia amàrunt, qui cum vestro Domino, pacem facere dissvadebant. isti metû Severitatis Ungaricae, salutem sibi apud Ferdinandum quaesierunt. Latrones isti et non Barones (2) sunt. Est unus ille claudus quondam Palatinus, cui, ob Latrocinium, dignitas Palatinatûs adempta erat. Est alter Thesaurarius, qui ob furta, et fraudes, captivus sedebat; sunt et alii istorum complures; isti non pars Regni sunt, sed unum membrum, et id apostematum, quod si non auffugisset, abscissum per plebem fuisset. Vos, hic etiam habetis transfugas persas; nonne, quilibet illorum, aut ob metum, aut ob lucrum venit? de hoc nobis nulla ratio est. Dixisti etiam, quia Regem occidistis, Budam occupâstis; quod per hoc Regnum vestrum esset. Si vos habere voluissetis Budam, non ita illam relinquere debuissetis, sicuti reliquistis; sed ita, sicuti Cairum, sicuti Damascum, sicuti Rhodum; sed comburendo, omnia inde aufferendo, nihil suorum ibi relinquendo, non Praesidiis muniendo, non destructum reaedificando, repentéque recedendo; quis est, qui non dicat, hoc vos metu fecisse? Per hanc occupationem, nihil magni factum est, quia Buda, res est, quae facile capitur; nihil esset omnino turpius, ut propter hoc, Reges Hungariae, deberent recognoscere, Imperatorem vestrum. Consilium autem tuum, quod das, honorificum est, non meo tamen, sed tuo Domino, cum suades, ut sub manicam et umbram Imperialem, Rex se meus committat. quid hoc? propter unam excursionem vestram, et aliquot in *Seremio*, Castellorum occupationem, jam Rex Hungariae, a vobis dependere deberet, jam vobis tributarius, qui inter Reges Christianos, tertius loco est, opibus autem et viribus primus, qui antea, Imperatores vestros, et nostros multoties rupit; qui Venetos tributarios sibi reddidit; qui Bohemiae Regnum; qui Austriam, et alias Provincias, suae subjecerat conditioni. is nunc deberet esse vester tributarius? tandem, fuit quondam inter Regem Mathiam, et Fridericum Imperatorem, contentio, resque Mathiae, pejorem habuere conditionem, quam nunc Domini mei habent; superaverat tamen Mathias brevi singula, quid hoc est, cum Ferdinandi Exercitum, alterius sortis, quàm nostrum vidimus, quod consulto retrocedebamus, arte cum illo agentes, et cupientes equos illos magnos, diuturna fatiga, homines vero assiduo Armorum onere, emacerare atque debilitare: emque ob rem, retro cedebamus. Actum ita saepius exstitit apud antiquos Romanos, et apud alios rei militaris gnaros; nunc tamen audietis alia nova, et majora audietis, dante Domino. Ego huc veni, ut ex ista parte vestra, certus et mutuus inter nos esset amor, pax, amicitia, et confoederatio, quam habentes, integra manu, in Ferdinandum arcum tenderemus, quia hucusque illum duobus tantum digitis traximus, habentes vestri, sicut hostium, majorem, quam Ferdinandi, rationem; volumus igitur esse amici amicis vestris, inimici inimicis. Estne hoc vobis parum a Rege hungariae? cum sumus fide diversi, cum Regnum a vobis illud, recentem videat jacturam ac offensionem, eo modo Ungaricam conjunctionem assequi? profecto, credidi ego hic me habiturum aliam quam video gratitudinem, cum pro parvitate industriae meae perpendebam, tot et tantam rem vestram ex hac amicitia futuram; sed vos adhibuistis tot mihi custodes, tanquam illi, qui fugam metiretur. Non veni huc ad fugam, non veni, ut aliquid explorem Veni, ut dixi, ea spe, quia gratus esse debuissem. Creditis, jam apud nos non esse vires; creditis, non esse maximos Reges? non esse id curae, et apud magnos, et apud parvos, quia res vestrae, tam brevi tempore, in immensum creverunt?

---

1) Falsissimum est, de succesione in Regno, apud Hungaros; verum et legi Salicae congruum, in Gallia; ubi Lilia non nent (spinnen) idem fit apud Turcas, quibus luna sua, nunquam est Serenissima.

2) Putidè dictum! invehitur vero, in Palatinum, Stephanum Bathori, atque Alexium Thurzo, et reliqua Patriae columina, quorum nomina, actusque, legeris apud Istuanfium. L. 9. p. 137. initio: collato, Pauli Jovii Historia Lib. 28. p. 270. ubi videre possis, detorta, hungarorum procerum, cognomina.

confiditis vestrae potentiae, plus quam divinae voluntati? recordari Alexandri Magni potestis; Romanorum potestate, nulla major fuit; ubi nunc illa, quo initio crevere, eo fine interiere. *Sapiens quisque est, qui in maxima fortuna, minimam habet licentiam.* Dominia vestra omnia sunt licentia, vivunt omnes, quorum patres, fratres, et alios consanguineos occidistis. Novum est imperium vestrum; omnia Tyrannide gubernatis. Multoties jam in Syria, ac Aegypto, Rebellionem vidistis. Regna longinqua habetis, ad quae nostris parvus labor navigandi est. Persa est, qui bellum habet vobiscum; nulla tamen ex parte, major vobis ruina imminet, quam per nostram hungariae partem, quam, si amicam vobis feceritis, nihil maritima bella timeatis : nam equites, navibus duci non possunt, cum peditibus, veto, levis comoedia est. Hungari autem vobiscum Amicitiam habentes, tutabantur vos semper ab suis Oris, et non soli solum, sed et Dominus meus, si hoc gratum Imperatori esse deberet, induceret Serenissimum Poloniae Regem, ad faciendam et quaerendam vobiscum Pacem, qui Poloniae Rex, omnibus aliis Regum nostrorum equitatu potentior est, quos, si amicos habueritis, nunquam hanc partem tueri debebitis. Erunt enim isti Reges, et soli amici vestri, et alios illorum amicos, semper ita mantenebunt, et nunquam aliquid hostile molientur. Quia autem Venetiarum Orator, et filius Ducis, vos, ab invadenda hungaria, retraxit, fecerunt ut amici, et Regno illi obnoxii. Sed mihi non placet, haec vestrae potentiae confidentia et jactantia : Dicis enim, »irem, et facerem« *futura* namque, *male quilibet facit, si sibi certa promittit, maximo autem in rebus bellicis, quorum Eventus, in manibus Dei, et non pugnantium est.* Confiditis multum numero et multitudini vestrae, quasi nesciatis, quia, cum ad certamen devenitur, non omnes illi pugnant, qui ad praelium veniunt; Victoria enim, vel ruina, semper per aliquot virorum millia, inprimis pugnantium sequitur, et sic non tantum fidatis vobismet ipsis, ut reliquos parvi fociatis. Scitis, quia a nobis, omnes artes bellicae, et ingenia bombardarum ac munitionum, traxere originem. Vos, si vultis habere bonos machinarum fusores, si illarum jaculatores a nobis, multo impendio, quaeritis. Itaque, temere sibi futura pollicendo, superbè loquendo, nihil id facit aliud, quam, quod incerta spes pascis expectationem tuam. *De Tributo autem jam saepius esse silendum dixi; nam Serenissimus Dominus meus Rex, non solum, nunc inimico suo, sed et Agazoni suo, citiùs regno cederet, quam illud vobis redderet tributarium,* (1) quare si non cupitis eam conjunctionem vobis esse gratam, quam attuli, faciatis mihi salvum reditum ad Dominum meum, per eam, quam veni, viam.

Ibrahim Bassa ad Laszky:

Sedebat longo satis tempore pensando, demum dixit: »jungamus nos subselliis, ut liberius tractemus, sed absque fastu agamus. Dic mihi qaeso, ob quem finem Domino tuo, Hungaria cedere debemus? ob quam utilitatem cum eo, hanc conjunctionem facere? quia cum semel Dominus noster aliquem sibi adjungit, ita cum fovet in gremio benignitatis et amicitiae suae, ut nec ullo pulvere illum labefactari admittat. Regnum, si tuo Regi dabimus conjunctionem, si cum illo faciemus, tum erimus amici amicorum ejus, tum inimicorum inimici. Nonne ad quamlibet ejus requisitionem, illi subveniendum erit? subveniendum autem, nunc contra Ferdinandum, et gentem germanicam, vestri Orbis potiorem, quibus Imperator vester, quibus Rex franciae, quibus Veneti, cum aliquid magni volunt facere, utuntur. Perspice, quantum Impendium Domino meo faciendum erit; impendium non unius mensis, nec unius anni. Cur hoc Dominus meus facere deberet, propter Dominum tuum, absque aliquo fructu, honoris, Superioritatis, atque Tributi? tantum hoc esse deberet propter Domini tui amicitiam? cara est haec amicitia, per Dominum meum non emitur. Dominus, contra quem nobis snppetias laturus est? contra Kiczel Bassam? remotè vestris est. Nos vero, quid, auxilii egemus contra illum, cujus

1) En! quanta animi et Oris libertate constantiaque, negatum sit barbaris, ab hungaro Tributum, ut mirum sit, adfricari id Laskio potuisse a Iovio, et Istuanfio, atque horum Sequacibus.

Medietatem Regni subjecimus? Mesopotamia jam tota nostra est, Sedimus in Devris, sede ac Civitate illius regali, per dies duodecim, actumque jam diu esset de illis, misi essent de fide nostra. Ergo Dominus tuus, ubi nobis subveniet? igitur, propter ejus amicitiam, Hungariam illi nostram dare, ac tot gentibus et impendio auxiliari debemus? dic mihi, si vos essetis, sicut nos, in ista potentia, in istis opibus, viribus et facultatibus, et nostros Oratores, hoc, quod tu habes, quaerentes haberetis, quid faceretis cum eis? suspenderetis eos certò! quia recordamur, quid fecit Ludovicus, uni sclavo nostro, a tanto Domino eunti, nihil mali portanti; tulit tamen pro facto illo, talem. ut scis, bonus Rex, poenam, et certe ego doleo de persona sua. Miror tuae prudentiae, quod huc adveneris, absque salvo conductu, cum ista tua duritia, et cum tui Domini, tam cara amicitia, quam nobis ad vendendum exhibes. Obsequere consilio meo, fac Domino meo honorem, nomine Regis tui, promitte Tributum, stabit Dominus tuus eo melius, quam alias. Nam aliter, nec Domino tuo, nec Ferdinando, Hungariam cedemus. Vidisti viam, per quam novissimè in Hungariam iveramus. Verumne, quia pauca herba nunc ibi est? nunc si erit opus Domino meo, ibimus multo majori apparatu, quia tunc ibamus contra unum; nunc autem ire debebimus, contra duos Reges, faciemus ex Buda, Constantinopolim ibi, — ibi agemus, Tartarorum omnes Czaros in Poloniam cum aliquibus nostris, delegabimus; monstrabitque Dominus noster, talem potentiam, qualem nullus hominum vidit, nullus nec legit, nec audivit. Sed ego nunc tecum alio sum locutus modo, quam Turcico, *qui breviter loquimur*(1) *et longè facimus.* Risitque cum haec diceret.

Laszky ad Ibraim Bassam:

Laetatus fueram, inquio, quia nos propinquius jungebamus subselliis; credidi enim, quia satisfacere velles Domini mei, quam de te habet confidentiae famaeque tuae, quae apud nos maxima est; sed eadem officia, quae et prius, tibi in ore est: semper *Tributum* lingua volutas; honorem assiduè Domini tui, et nostrum perpetuum dedecus; deberemque non ampliùs hanc terere paleam; sed agam, more, ut dicis, vestro, breviter. Quilibet Paterfamilias, qui in aestate ligna colligit, non facit hoc unico praesentaneae Necessitatis respectu, sed de tempore providet, hybernali frigore arcendo: seminando, non eodem momento fructus tollimus, moriuntur multi, talem laborem manuum suarum non degustantes. Eo modo tamen, quicunque vivere vult commodè, necesse est, ut res suas curet. Dominus meus, quia nunc auxilij, amicitiae, et confoederationis habet cum Domino tuo necessitatem, ob idque contemnenda esset talis, tanti Regis Hungariae, affectio, quia in praesenti non frugi vobis esse videtur; quis esset fructus Amicitiae et confoederationis, si solùm unius temporis, subito per eam consuleretur necessitati? certe nullus. Nam, eo modo, una pars haberet commodum, et alia minimè. Amicitiae igitur et confoederationes, propter futura conficiuntur, eamque ob rem, literis munimentitiis, juramentisque firmantur Dixi priùs, quia apud nostros magnos Reges, et Principes, et ab illis, usque ad minimos, magna haec et brevi contracta potentia vestra, cum magno Christianae nostrae fidei, Dominorumque nostrorum Damno, missa est. Dicerem tibi aliqua, nisi timerem, ne forsitan crederes, me velle vos, ad hanc conjunctionem, minis pellicere; vel crederes conficta commentaque esse, quae ego communicavero, et sic forsitan succenseres mihi, ita ut dixisti, verum est,(2) absque salvo conductu venienti, poteris mali, quantum volueris exhibere, quae res non esset ex virtute et fama tua; quia ego de bonitate humanitateque tua confisus, huc ita veni, absque ista salutis certitudine. Cum enim *Galliis* essem, audivi te aliquot captivos manumisisse, qui cum sua Sablya, in caput Domini tui, ac tuum, ibant, Regi suo Ludovico assistentes, eos cum libertate

1) Utuntur omnino, Laconico potiùs, quam Asiatico dicendi genere, Turcae; sed sunt tamen eo prolixiores malefactores, quod nos, tot retro acta secula, condovere.

2) Fallitur ergo, credulus auditionum, Jovius, quando Sigismundi, Poloniae Regis, diplomate praemunitum commendatumque, Byzantinum concessisse ait. histor lib. 28. pag. 275.

non solùm, sed equis, vestibus, pecuniisque, condonasti ac providisti, quae res maxime apud nos insonuit; nam hoc de vobis nunquam antea auditum extitit, commendabantque omnes hanc tuam benignitatem, parasti per id tibi apud nostros maximum nomen, et singularem quandam affectionem confisus itaque ego tantae probitati, generositati, ac humanitati tuae, veni huc absque salvo conductu; non portans sablyam in manibus, sed portans tibi in corde sinceram conjunctionis et Amicitiae affectionem, certoque mihi promittens, id tibi gratum esse debuisse. Audivisti parvo ante tempore, Regem Franciae apud Imperatorem captivum, nunc jam esse liberum, relictis in obsidibus duobus filiolis suis. Is nunc nihil magis laborat, quam ut filiolos suos haberet. Is etiam nunc dixit (1) Angliae Regis filiam, ut hac amicitia et conjunctione fortiorem se faceret Imperatore, miserantque ambo hoc Septembre lapso, videlicet, Franciae et Angliae Reges, Oratores suos ad eundem Imperatorem, hoc modo, quia ipsi favent sibi honorem et titulum Imperialem, rogantque eum, ut filiolos obsides daret in Redemptionem. Postquam Franciae Rex promissa Burgundia atque Piccardia, propter leges cedere non posset, et quod Rex Franciae paratus sit dare paratos tres auri milliones, redimendo promissas provincias, et filios liberando. Quod si Imperatori parum videretur, monent, ut Arbitri, rem recognoscerent, quorum duo unius partis, et duo alterius esse deberent, Regemque Poloniae pro Arbitro nominant; si autem illi, ceu Imperatori indignum videtur, filiis Regis Franciae mercari, mittat illos de liberalitate sua ac virtute christiana, et cedetur illi tota Italia, coronabitur in verum caesarem. Rex autem Franciae, propter talem Amicitiam perpetuo se Mediolano, et Neapolitano, Regno abdicabit, habitisque filiolis suis, mox majorem Regno Franciae praeficiet, et solus sibi, novum Regnum, ex manibus Turcarum eripiendum quaeret, hocque ipsum, per decennium, omnibus viris suis, terra ac mari conari promittit. qui Rex Franciae, in illo Regno portus et stationes habet mille quadragintas, ubi tot habebit vela, si ex quolibet portu unam duxerit navem; qui ordinariè Proventuum Regni scilicet, multos habet coronarum milliones, qui deinde extraordinariè tot habet, quot a subditis postulat. Sciunt hoc amici vestri Veneti, quanta illius est Potentia, quanta opulentia. Rex autem Angliae, in eam rem, duos auri milliones quotannis promittit. Quae res, si sortietur effectum, credo, et mortuos, ut ita dicam, contra vos surrecturos; quia cum Rege Franciae ibunt infiniti, qui cum alio ire etiam nec cogitassent. Rex Angliae idem, Imperatorem debiti duorum millionum, et sexcentum millium Ducatorum, liberum facit, si eo modo filios Franciae Regis dimittet. Abissini mittunt oratorem; Persae rogant, admonentque, ne caput levare, ab hac nostra parte, tuum Dominum admittamus. Promittunt Aegyptum, et terras marinas, illas Regiones vestras, se parvo labore erepturos, si ex hac parte tuus Dominus incessetur. Sed, quid ego haec, quae tibi melius sunt cognita, enumero? credes forsitan, hisce minis meis, te et Dominum tuum, ad conjunctionem cum Rege meo, torquere me velle; non feci hoc, ut te qui aliis terrori fuisti, terrerem, et hoc modo ad amicitiam nostram inducerem; sed ut videres, quia tecum, et cum Domino tuo sincere et vere, vivere constituimus, illique potiùs adesse et auxiliari, quam adversari. Itaque, securis jam ad radicem est, et sicuti non nego, praesentaneam nunc nobis esse necessitatem (: quia et cum tuo Domino, et Ferdinando, uno tempore pugnare, magnus esset labor :), sic etiam perspicio, brevissimo tempore vos laudaturos et experturos conjunctionem nostram. Potentia vestra magna est, ut dicis, et utut eam omnibus praeponis; tamen, non ex vestra voluntate, sed ex divina dependet. Potens erat Darius, contra Alexandri paucitatem; potens Croesus contra Cyrum, tamen divina voluntas alia est, quam humana praesumtio. Darium enim, cum innumerabili Exercitu ad praelium venientem, Alexander magnus, parva manu, profligavit. Allegas Tartaros, et multa de tua potentia jactitas; sed crede mihi, quod cum in unam diem omnis conducitur potestas, non fit hoc consulto; sed haec extra propositum nostrum. Dixisti insuper Turcas, brevia verba, sed longas manus habere, et quòd extra consuetudinem tuam esset, tantum de una re, id est *tributo* disserere. *Dixi jam multoties, vos*

1) Soll wol heissen: duxit.

nullum a nobis tributum habituros. Sed, si vultis a nobis honorari, quia, ut dicis, Dominus tuus plus honorem, quam commodum postulat; reddatis Domino meo, quod sub Rege Ludovico, usque huc, in Hungaria, in Sclavonia, Croatiaque ademptum est; honorabit Dominus meus, Dominum tuum, semperque illi majori, et honorando, scribet, tutorem recognoscet, ob beneficium datum; eo modo, et non alio per nos honorabimini; *Sed de Tributo non cogitetis, quia frustra ex luna securim cudetis.* Si autem Dominus tuus, loca surrepta, nobis reddet, trinum sibi faciet commodum. *Primo,* quia obsequii et integrae amicitiae habebit cum hungaris perpetuam certitudinem, *secundo,* quia Reges Hungariae illum pro suo majore, et tutore recognoscent. *Tertio,* quia talis sua liberalitas, magnum habebit nomen apud omnes Christianos, qui reducent Asperitatem cordium suorum, pacemque forsitan facient, vobiscum praesertim, quando sic Dominus meus, hoc confitendo beneficium se interposuerit. Quare prudens es, polles apud istum Imperatorem, tanta gratia et auctoritate, ut dicaris esse Imperator Imperatoris; bene et male facti, omnis ex te manat finis. Perspice, longa plura, quam quae ipse aperui, vestro capiti minantia. Animum Regis mei excipito, Affectionemque suam. Et mihi de multiloquio ignosce.

Ibraim Bassa ad Laszky:

Forsan, inquit, miratus es, quia risi. Risi, inquam, cum repeteres e manibus nostris ademptas Regiones vestras. Scito, nos magis aduncos Ungues habere, quam falcones: ubicunque manus nostras implicamus, non solvimus, nisi abscindatur, sed ita oportet esse, omnis pluvia cadens, per terram excipitur; sic etiam nos, maxime oratoris verba necesse est ut audiamus sed ut nos longas manus, sic vos longe videntes oculos habetis. Poscitis loca erepta in tot regionibus. Bellgradum, vel Gradum Bell, somniatis, mi frater! Ego, ut quilibet Bassa, verbum minimum, malum sit, vel bonum, Domino meo referre teneor, cum maximo timore; profecto haec Imperatori meo dicturus sum; tamen tu non timeas, postquam tu ita in meam confidentiam advenisti. *bona nox!*

Die 29[na] Decembris, qui fuit dies dominicus, venit ad me Dominus Ludovicus de Gritti, habita a Bassa veniendi licentia, retulitque mihi omnia, modo quo cum Bassa tractarim, cui idem Bassa in commissis dedit, ut tractaret mecum *de tributo,* qui actis mecum multis rebus, dixit: *bene facitis, quia duri in hac materia estis, ego cras cum Bassa ero, et omnibus rationibus ab tributo reducere eum conabor.* et ita terminavimus multas rationes, *de Tributi Impossibilitate.* Jnprimis Amicitiam et auxilium Gallicum, quia eo modo perderemus, omnium Subditorum amorem, omnium aliorum Amicorum affectionem amitteremus, multaque ad allegandum proposuimus. tricesima Decembris, ibidem Constantinopoli

Die 31. ejus mensis ultima, venit ad me Dominus Ludovicus, ubi dixit, se cum Bassa non potuisse tractare, quia in ipso tractationis initio, febris illum invaserat; tamen Bassa dixit: dicas Oratori, quia non sum ausus, regiones per nos ademptas, referre Domino nostro, timui enim Domini iram.

Anno 1528.

Prima mensis Ianuarij. comedit mecum Dominus Ludovicus, quem mox ad se vocavit Ibraim Bassa, cum quo stetit usque ad noctem, redeundoque domum, intimavit, ut bono animo essem, quia cras mihi bonum novum portaturus esset.

Die 2[da] mensis Ianuarij. venit ad me Dominus Ludovicus, longissimumque Ibraim Bassae, de Tributo dando, sermonem retulit, dixitque, quia Bassae, de solo Seremio (1) restituendo suasit, et quam hoc pessimè audierit, summarieque dixit; a tributo esse

1) Nihil, de Laskianae Legationis hoc capite, apue Jovium v. Istuanfium, legas laudanda, si successisset, apud avarissimos barbaros, contentio.

reductum Bassam, hoc tamen poscente, ut annis singulis, Oratorem, Reges Hungariae mitterent, cum Donis 10.000 florenorum ad Imperatorem quod si facere vellem, tunc eo modo, pax et Amicitia tractabitur, et concludetur. Auxilia dabuntur et gentium, et munitionum etc. Adjecitque Bassa, et jussit, ut bene deliberes, quia, quod semel dicitur, vel promittetur abs te, jam hoc jure et justitia nobis debebitur. Respondi ego, quia nulla egeo deliberatione. *Nam idem est fere, dare singulis annis dona pro tempore deputato, ac de tanto valore, quantum esset, dare tributum;* quae res, ceu tributum indigna *esset Domino meo, quia puerilem metamorphosin faceremus, cum tributum vocaremus dona;* et sic nequaquam me id facturum respondi. Rogavi Dominum Ludovicum, ut iret ad Bassam, et proponeret sibi Regis mei Affectionem, fraternitatem jucunde oblatam, et quod hoc modo faciendo, nullam faceret gratitudinem, nec se talem exhiberet, qualem speraret Dominus meus, ac qualem apud omnes de se haberet famam. Rogavi, ut de Seremio urgeret, proponenda; nunquam certam futuram Amicitiam, absque Seremii restitutione, quia utrinque incolae dissidebunt, semperque hinc et inde querelae audientur. Barones Hungariae, quorum quilibet in Seremio, ob vini bonitatem Possessiones habuerunt, nunquam illam commoditatem amissam dabunt oblivioni. Apud statum spiritualem, Archi-Episcopatus Coloczensis, nunquam memoriam perdet. Turcas, nihil inde commodi perpetuo laturos, semperque plus expposituros. Non esse ibi tales Arces, quarum fortitudo, vel munitio rationi esset. Nec aliquando futuram integram Amicitiam, nisi ista dominia dimittat, his, et aliis verbis, rogavi, ut adhuc Bassam stimularet. Nam idem Bassa significavit mihi, quia nollet mecum colloqui, nisi comportatis priùs nostris Differentiis, per eundem Dominum Ludovicum. Itaque, ego, quia Interprete carui meo, potiùs duxi rem per hunc bonum virum agere, quam per alium quempiam. Cui ob laborem, et ejus operae fructum, si Seremia potiremur, promisi unum Episcopatum, et interim Conditionem trium vel quatuor millium florenorum, et desuper dedi illi chirographum meum. Vidi enim virum pollentem in porta caesaris gratia et auctoritate, pollentem ingenio, virtute, opibus, patrem Ducem Venetorum habentem, qui illud dominium totum pro nostra parte regeret.

Die 3[tia] mensis Ianuarij. ibidem Constantinopoli.

Die 4[ta] Ianuarij, qui fuit dies Sabathi, et dies Divan, fuit Dominus Ludovicus cum Bassa, qui retulit; Bassam nolle aliquid de Seremio tractare, mirarique de duritia mea, et quod impossibile esset aliter pacem fieri, nisi cum donis cujuslibet Anni. Allegabat Bassa varia; Regem, Dominum meum, ex Buda pulsum, ex Transilvania pulsum, quodque ei adjuvando, maximum Impendium faciendum sit, et quod rationabilius esset, pro illis solis hoc impendium effundere, quam pro Domino meo; allegavit, quia jam in Seremio, fides Turcica radicata est. Iam illorum ecclesiae multae erectae, quas Dominus illorum, ad manus nostras, nunquam daturus esset; quia esset fidei Defensor, et Dominus Mechae, ubi sedes et potestas est fidei illorum, tamquam vobis vestra Roma; et quod per id ipse sit Vicarius Prophetae, et fidei Defensor . dixit praeterea, Dravum fluvium distincturum dominia mutua, et per eam contiguitatem, nihil futurum injuriarum etc. et cum isto fine venit ad me Dominus Ludovicus, cum quo longam deliberationem, consultationemque habui, tandemque ita constitui; quod, si non restitueretur nobis Seremium, ut tunc pro tali Amicitia et conjunctione Imperatoris, singulis quinque annis, Rex Hungariae, Oratorem mitteret, et valorem donorum non nominando, portaret Imperatori, dona ipsa, qualia Rex meus voluerit; et cum hac conclusione, ivit Dominus Ludovicus, ad eundem Bassam, inprimis pro Seremio quam maximè urgendum.

Die 5[ta] mensis Ianuarij, qui fuit dies dominicus. Bassa cum Imperatore mansit, et dominus Ludovicus, eum colloquendi commoditatem non habuit.

Die 6[ta] Ianuarij. ivit Imperator venatum, et Bassa cum illo. Eodem die, stetit mecum Dominus Ludovicus, et retulit, nova, de Victoria Regis mei allata, non esse vera, quia Vlaci venissent de Semendria, Ferdinandum esse Strigonii nunciando etc.

Die 7[ma] Ianuarij. ibidem in Constantinopoli.

Die 8[va] Ianuarij. in Constantinopoli.

Die 9na Ianuarij. Imperator rediit Constantinopolim ex Venationibus.

Die 10ma Ianuarij. Bassa domum rediit, et vocavit Dominum Ludovicum, quem iste modis omnibus inducebat ad Seremii Restitutionem, cui tacendum de re ipsa, spopondit. Aperuit illi demum, quod ego paratus essem facere, ut quinquennio semper Orator Hungarus veniret cum muneribus; dixitque Dominus Ludovicus: «Domine Bassa! jam ego in tantum laboravi, ut inducerem Oratorem, quod eo modo promittat de Oratore et Muneribus mittèndo, feci hoc cum maximo labore, itaque rogo jam me habeas excusatum, quia considero, quod dictus Orator non bonam habebit de me confidentiam. Vocetis eum ad Vos, et ego utrinque comportata referam. Nam aliter cum illo tempus perdes, quia cognosces duritiem et rationes ejus, et si ego tibi illas dicerem, ires statim in altum, quia hucusque non dixi ego Oratori modo quo tu jussisti, quia scivi, quod commoveretur. Nec etiam tibi dixi Argumenta sua, ne et tu commovearis, et ita utique effeci, ut consentiat, Oratorem mittere singulis quinque annis; jamque differentia inter vos est de tempore, et de munerum valore; Voces illum igitur, et conclude cum illo, et consule, absque bono fine illum non dimittas: vides, quia non est hungarus, habet multorum principum gratiam, quid ille curat, si hungariam Ferdinandus subjiciet? nihil certe! itaque, cum eo fine rediit ad me quod cras ad Bassam vocari deberemus.

Die 11ma Ianuarij. qui fuit dies Sabathi et dies Divan, vocavit Bassa Dominum Ludovicum, stetitque cum eo usque ad noctem.

Eodem die 11ma Ianuarij. venit Vlab Absandzako Semendriensis, dicendo, quomodo fuisset ad occupandam Arcem Mokovicz, quam cum habere non posset, depopulatus est villas, et ultra ter mille animarum obduxit. De Rege autem meo, nihil se potuisse intelligere dixit, quid faciat.

Die $12^{m\bar{a}}$ Ianuarij venit ad me Dominus Ludovicus, et docuit, quomodo Bassa, de suo proposito, nec per unguem recedat, dixitque, quia me esset gravibus et severis verbis admoniturus, de promittendo Oratore, quotannis cum muneribus; sed ego, ut patienter agerem, admonuit, quia plus humanis verbis efficere deberem, quam rationibus apud illum.

Eodem die, steti cum Bassa, per aliquot horas, qui solitis rationibus, Regnum Hungarie spectare ad Dominum suum, asserebat, et quod miraretur, quod ego nollem eam conditionem, mittendi, quolibet Anno cum donis Oratores concludere: cum aliter non esset possibile pacem et amicitiam futuram cum Domino magno; cui ego solitis respondi solutionibus, et dixi, me nullo modo posse descendere ad talem, tanquam indignam conjunctionem, per quam Dominus meus reputationem, suam, affectionem et amorem Regum, Principum, et subditorum suorum, erga se lucidam, amitteret, sibique ex amicis redderet inimicos. Sed, dixi, si vultus eum a nobis honorem, reddatis *Seremium*, quo habito, mittetur Orator cum muneribus singulis annis; tamen, eo, quo bellum cum Ferdinando nobis esset, tempore, mittere dona non esset possibile.

Ibraim Bassa ad Laszky:

Iam credidi, inquit, te Seremii oblitum fuisse; sed video, quia bibisti aliquando vinum(1) illud, et sic sapor ejus tibi dulcis est. Allegâsti mihi multas rationes, cur pro nobis bonum esset, ut vobis dictum *Seremium* redderemus. inter alia tamen dixisti, quia semper plus impendii, observando loca illa, faciemus, quam caperemus commodi. Verum est, quia nunc quolibet trimestri expendimus 28. Argenti Summas, ad rationem vestram facit hoc 56.000 Ducatorum, quae summa, per Annum facit 224.000 Ducatorum; et vide, nondum habuimus Asprae commodum: quid hoc tamen est Domino meo? et si decies tantum exponeremus, eam ob rem non cederemus illa. certe ego hucusque loquendi cum Domino meo non potui habuisse (sic) animum. Nam, etsi tantum apud illum

1) Fuit omnino vinum Sirmiense, omnium, quae tota Hungaria gignebantur, generosissimum. quo, ob incuriam barbarorum, cessante, Tokayense invaluit.

polleam gratia, ita, quod nemo alius unquam apud Imperatores alios tantum valuit; opus tamen est mihi loqui, sicuti cum Domino, sicuti cum Benefactore. Cras itaque intrabo domum ejus, ibi stabo cum illo, sique inter ambulandum per hortos, non erit talis ejus materiae movendae commoditas, alio die ducam illum ad Venationem, et ibi aperiam, et persuadebo, tuis omnibus rationibus; tamen, non credo ego illum hoc facturum, quia est defensor, et Vicarius fidei nostrae. Et quia nunc venerunt Vlaci, qui nunciant Ferdinandum ad illa loca descendere, et ita Dominus meus cedere illa in manus Domini tui recusabit, ne diceretur, hoc metu illius fecisse; faciam tamen omnem diligentiam, quod si obtinere non poteris, tunc istum Oratorem promitte quolibet anno mittendum; si autem *Seremium* reddemus, non munera, sed tributum volumus.

Laszky ad Ibraim Bassam:

Postquam ita Dominus meus constituit, un vobiscum contraheret conjunctionem, per quam amicis amicus, inimicis inimicus esse vult; miror quia aliquot castellorum, tantam rationem habeas, ut pertimesceres desuper cum Domino tuo disserere. Credis, quod ego nesciam auctoritatem tuam, quam hic habes? Omnia haec în Galliis de te scivi adhuc, quae hic audio et video; et certe istam tuam tantam gratiam, tanti facit Dominus meus, ut se sibi fratrem conjungat. Ego autem, si mihi omnes adhiberes torturas, non credeam, nec dicam, quod tu non posses, quod fieri velles; tamen in ea fortuna tua plurimùm commendo modestiam virtutemque tuam, per quam nullam tui Licentiam praedicas. Accipe igitur hanc materiam *Seremij*, pro suo labore parvam, et pro tuo Domino laudabilem, facque, ut illam rehabeamus. Nam, inter amicos omnia debent esse communia; si nobis reddetis illam, amicis beneficium facietis, qui semper, et cum *Seremio*, et cum reliquis multis regnis et provinciis, ad vestram se aptabunt Necessitatem. Hoc enim habito a vobis beneficio, certò non scias, nulla re alia differe, quam fide. Sed amorem, studium, Obsequim, amicitiam, auxilia, semper a nobis habebitis, sincere ac fidelia, et non solum nostra, sed et amicorum nostrorum. Regem Poloniae cupit Dominus meus, cum Imperatore vestro conjungi, quia equitibus omnibus aliis Principibus potentior est, qui si vester erit, nunquam ex hac parte vobis timendum erit: quare, et ejus amicitiae apud Dominum tuum facito mentionem, *Seremimque* redde et tributum non posce, sed munera.

Ibraim Bassa ad Laszky:

Ero, ut dixi, cum Domino meo, et de Seremio fideliter agam. De Rege autem Poloniae, bis mihi locutus es, jam silui primo, sed nunc tibi respondebo. fuit hic novissimè Orator suus, inducias quaerendo, quem cum audivissemus, egimus cum illo de tributo. Vidique ego in vultu et oculis ipsius, quia si ursissemus hominem, tributum promisisset, cum induciis tamen trium annorum illum remisimus, jamque exspirabunt brevi. Rex tuus, magnifacit Regem illum, quem Tartarii ita expilant, ut miremur nos, adhuc esse in illo Regno homines. his annis lapsis, non bellum cum illo agentes, habuit Dominus meus Regni ejus plus quam 50.000 Ducatorum commodum. Nam Tartari omnes captivos, quos educunt, Turcis vendunt. ubi Telonium, in Kilia et Capha, his duobus annis lapsis, plus solito 30.000 Ducatorum invexit, ubi, si gentes nostrae per Bohdanos irent, caperent illud Regnum, et ibi cum tartaris hibernarent, et aestivarent, illa campestria et deserta loca, longioribus depraedationibus implentes. Exspectes, inquit, non recordor nomina terrarum, ubi incursiones faciendae sunt, clamavitque Cehajam suum, quod officium magistri domus ita vocatur, jussitque illi adferri litteras in Thassul, ubi legit Cracoviam imprimis, postea legit Petrkoviam, Opatov, Radom, dixit deinde: istae regiones sunt plenae, et ex eis mox post lapsas inducias trahemus sclavos. Tartari nobis

serviunt itaque, (1) non ex se facieunt Tartari incursiones, in illa dominia; sed ex mandato nostro, quibus Rex ille tributum dabat. Attamen quandocunque illis mandavimus, ibant, de tributo nullam facientes rationem, et faciebant illi Regno damna: quare ergo deberemus servis nostris Tartaris facere hoc damnum? quare nobis perdere hanc sclavorum commoditatem, absque aliquo honoris et commodi fructu? Maximeque indignum pro Domino meo esset, conjunctionem cum Rege isto facere absque tributo, cum ipse servorum nostrorum tributarius esset, quos, non esse vult tuus Dominus, si cum eo pacem habemus, et si cum Rege Poloniae etiam esset, jam nos torperemus, equi nostri, homines nostri, jam privarentur militia, quia in hungariam, ita amicam, non iremus. Poloniae etiam adjuncta, ubi nobis esset bellandum? quia militia usu viget, viresque capit, non multitudine. itaque simplicem amicitiam illius Regis nolumus; sed, si tributum dare voluerit, et esse sub Manica Domini nostri, habebimus eum pro amico.

Laszky ad Ibraim Bassa :

Rex meus, affinitate et foederibus conjunctus est Regi illi Poloniae, cujus Regnum, ut dicis, Tartari assiduis incursionibus expilant, mirarisque adhuc aliquid posse ibi gentium esse, asserisque, per vestros levi labore Regnum illud occupari posse. Verùm est. quia Tartari multoties faciunt excursiones, sed illi non sunt similes viris, sed sicuti lupi, nam apprehendendo aliquid, fugiunt, nec nobiscum congredi volunt. sed, si ita essent magnanimes, ut nos, et plus honorem belli, quam vaccas quaererent, diu jam interiissent, actumque cum illis esset, sicuti cum Moscis, et cum Prussis, ad eum modum, quo cum illis, egregiè faceremus; fugiunt tamen. Nunc annus unus est, cum eorum 22. millia, usque ad unum interire, opera tantum aliquot lithuaniae Baronum, Ducis Constantini, et aliorum, qui Regi illi Poloniae serviebant ex stipendio a multis annis. Nam, cum Regno Poloniae esset cum tota Almanica natione bellum, Rex Poloniae stipendio tartaros contra eos trahebat, et sic veniebant, quando Rex ille jubebat. Novissimè etiam, cum illi cum Mosco esset bellum, utebatur eorundem tartarorum servitio, et solvebat illis stipendium. Sed, cum Imperator noster, nunc ad componendam hanc Differentiam inter Regem et Moscum se interposuit, jamque decennio semper induciae renovantur, non habet eorundem Tartarorum ampliùs necessitatem, neque illis stipendium dat. Itaque, non Tributum illud erat, sed servitii pretium. Quare, quomodo erit certa amicitia inter vos, et hungaros, cum hungari Polonis, a multis annis, arctissima confoederatione juncti sunt? incerta erit talis confoederatio, quia, cum vos bellum faceretis in Poloniam, Poloni ducerent fratres hungaros, Vigore confoederationis, contra vos. Eamque ob rem, Rex meus mihi commisit tractare hanc pacem, quia vellet sinceram habere vobiscum et perpetuam amicitiam; et quod videt, si vobis hungariam, et Poloniam, certam facietis, quia ex hac Christianorum parte, nihil vobis timendum erit; Certum tamen est, illum Regem nequaquam aliquid vobis daturum, quia potens est, et viribus, et opibus, nec ipse aliquid de hac opera Regis mei scit, quia vobis illum jungere cupit. Quare, Tartarorum non miremini excursiones, quas ob praedam, et non ob honorem faciunt: statim enim rapiunt aliquid, etiam minimum, fugiunt, et semper se a praelio subtrahunt. fuerunt vestri ante triennium in Polonia, qui exspectare nostros, etiam tartarica labe infecti, noluerunt, nec facientes cum Polonis praelium, unius diei debitum, omnes continuis Schermucis, interire. Nunc, in isto praelio, quod vobis novissimè cum Rege Ludovico erat, pauci ex Polonia, pecuniis Pontificis ducti fuere; vidistis, quia egregie pugnabant. Nos habemus alium pugnandi morem, quam hungari, quia armatura gravi, maximè equitatu pollemus, pollemus peditibus, et innumerabili Artilleria: ob quos respectus, Rex meus hungariae, cupit hanc inter vos, et Polonos, amicitiam confici.

---

1) Advertat Lector! Tartaros, in faciendis impressionibus (sic), jam tum imperia Turcarum seculos.

Ibraim Bassa ad Laszky :

Frater! inquit, confice priùs unam Regis tui, cum magno Domino nostro conjunctionem; suo deinceps tempore, tractetur de Polonis, qui non bene inducias juratas observant, et qui incursiones facientes sub induciis, abigunt pecora Pastoribus nostris. Parvum nobis damnum faciunt, vobis ipsis autem magnum dedecus. Parvus tamen erit labor, referendo, quia Uninisza, et Breslau, non Rhodus est conferam etiam de eis cum Domino meo, et faciam tibi cognitum.

Laszky ad Ibraim Bassam:

Non habeo commissionem aliter facere confoederationem, nisi habita certitudine, de amicitia inter vos et Polonos. Cur cunctaris super hoc Negotio? nonne dicis, eo modo Dominum tuum, et meum debere facere conjunctionem, ut alter alterius amicorum amicus, inimicorum inimicus esset? qui autem, Rex ille Poloniae, indebitè inducias observet, miror admodum, quia princeps fidei bonae est, et quia, ex virtute et prudentia sua, ita apud omnes Principes nostros magnifit, quia suas Differentias, cum illas inter se habent, semper judicio et Cognitioni Regis Poloniae subjiciunt, stantque illius sententia per totum. Certòque scias, Polonia Regem hanc abactionem Pecorum non solum commisisse, sed et hucusque nescire; sed faciunt hoc *Kozaczi*, qui praeda vivunt, et hodie hic, et cras in alio loco furantur, accipiuntque tantum nostris Polonis, quantum vestris. quos, cum consequimur non occidimus gladio, sed fune suspendimus. Rogo igitur, habeto horum cum Domino tuo rationem, et quantotiùs absolve: et eo modo habebitis amicitiam grossam et non tenuem, sicuti illam expostulas, cum vobis, arcta conjunctio, cum istis duobus Regibus interveniet.

Die 13^{tia} Ianuarij. ibidem, Imperator venatum ivit, in natoliam, comitante illum Ibraim Bassa.

Die 14ta Ianuarij. Stetit Imperator in Venatione, et Ibraim Bassa cum Imperatore.

Die 15ta Ianuarij. Imperator in Venatione, et Ibraim Bassa cum illo venabantur.

Die 16ta Ianuarij. data est mihi Licentia, videndi arsenatum et artilleriam Imperatoris, ubi centum et unam galeam (1) vidi, inter quas triginta et una Galea grossae sunt; artileriae autem, infinitus, ut ita dicam numerus, insignes tamen specie, et debite accommodatae paucae; continuò tamen funduntur; et ad nostrum usum adaptantur. Quae autem post interitum Ludovici fussae sunt, ingenti habentur numero, octingentae, et omnes ad instar cartaginis (2) factae, pulchro certe labore. Eadem die, comedi cum Domino Ludovico Gritti, nam ibi armamentaria sunt, in Galata, ubi dictus Dominus Ludovicus agìt.

Die 17ma Ianuarij. Imperator rediit ex Venatione, ubi, vocato ad se Domino Ludovico, Ibraim Bassa respondit: Imperatorem renuisse *Seremii* Restitutionem, non castrorum, vel provinciae ob respectum, sed quia Ferdinàndus publicaret, se illa loca eripere velle. et quod jam ad revidendas illas misisset certos suos; ubi si Imperator illas restitueret, diceretur, hoc timore ferdinandi fecisse, vel si eas restitueret, et Ferdinandus adveniret, potiretur illis. Duplex ignominia esset, et Imperatori et Regi, et insuper Damnum; sed maneat, dixit, illa provincia in nostris Manibus, et cum finis belli erit cum Ferdinando, agat tunc Dominus suus cum Imperatore, accipiet amicabilem expeditionem. Orator ergo vadat ad alios Bassas, jamque nihil aliud agat, quam confoederationis conjunctionem, et auxilii necessitatem aperiat. Sitque uti mecum fuit comptus în verbis.

Die 18^{và} Ianuarij, ivi ad Mustafa Bassam, languidum et podagra laborantem, qui me humaniter excepit. Cui dixi: «jam plus quam 20. dies praeteriere, ubi tecum

---

1) Naves bellicas intelligit, quas in portu instructas habuère Turcae.

2) Tormenta nimirum grandiora quibus Cartaunae nomen est.

fueram; non feci hoc in contemptum tuum, vel ob id, quia me primo adventu, satis intemperatè tractasses; sed nolui tibi aegroto molestiae esse. Lex enim nostra est, sicuti scis, ut etiam pro inimicis Deum exoremus. quare Deus te faciat incolumem, et Domini mei rebus studiosum, quodque hucusque te non inviserim, feci hoc ipso, uti dixi, intuitu.

Mustafa Bassa ad Laszky:

Gratias tibi ago, quia aegroto haec dixeris, rogo igitur boni consulas priorem materiae tragoediam, quia antequam homo cognoscitur, magno tempore agendum est cum illo; te ego non novi, ita, sicuti jam ex Ibraim Bassa, collega meo, cum me pridiè visitasset, conovi. itaque illam inimicitiae Sgnammam abradamus, mutuo, et ita alter alteri fratris loco erit. Dictus Bassa mihi retulit omnia, quae cum illo tractasses, qualibus verbis, et quali humanitate. Eo modo, cum aliquis nobiscum, tractat, non solùm id, quod expostulat, consequitur, sed capit ita corda nostra, ut illi non minus, quam nobis ipsis debeamus. Tributum, bonis rationibus, eradicasti ex animis nostris, jamque in parvo puncto differentia est, videlicet: nos volumus, ut Orator singulis annis veniret ad invisendum Dominum nostrum, et portaret illi certi valoris munera. Tu hoc renuis nec facere vis, quàm, quod Orator veniat singulo quinquennio cum muneribus non aestimatis, sed qualibus et quantis Dominus tuus voluerit. frater! perpende regnum illud, jure belli nostrum esse, quia Regem illius occidimus, Sedem Regiam occupavimus, quod nec tuus Dominus, nec Ferdinandus tutè a nobis, absque Tractatu, tenere posset. Ex quo Dominus tuus nunc pulsus, magno Impedio nostro, restitui debet, impendio non unius Mensis, et certe non unius anni. Consideres eapropter hoc, et non tardes facere finem, simque ego Mediator ejus nostrae differentiae; facito ita, mittat singulis duobus annis Dominus tuus Oratorem, cum muneribus 10000 florenorum, et isto modo, si promiseris habebis Dominum nostrum amicum Domino tuo.

Dixisti etiam Ibraim Bassae, Regem tuum cupere, ut Dominus noster Poloniae Regem, ad suam amiciam accipiat, et quod illi duo semper erunt amici amicorum nostrorum, et tempore necessitatis, auxiliabuntur nobis tu scis, quia Rex Poloniae longè inferior est, tuo Domino, quomodo itaque cum illo facienda est amicitia, absque tributo? quia ille nunquam nobis nocere potest, nos autem illi semper; quia *tartaros* et *Bohdanos* in nostra manu habemus. Ante duos annos fuit hic illius Orator, inducias expostulans, quas semper omni industria sibi praeparat. Vidimus ex Oratore, quia Rex ille magnam de potentia nostra habet aestimationem, cognoscimusque, quia nos timet; nam etiam Oratorem illum si modico plus urgere voluissemus, induxissemus illum ad promittendum tributum. Et ita voluimus facere, quod eum absque induciis remitteremus, significando illi, si pacem vellet, ut tributum daret, et simul cum Oratore misissemus Romaniae Reglerbeg, cum 50.000 hominum, qui se in Moldavia, cum tartaris jungere debuerant, et ita simul expectare ab illo Poloniae Rege Responsum; sed ita visum erat postea, ut priùs Regnum Ungariae, quod opulentum et potens erat, aggrederemur; deinde Poloniam ità tentaremus. Rex, et tu, unius Nationis sumus; ego Bosnensis sum, et tu Lech, naturae autem affectio talis est, ut Natio suam plus, quàm aliam nationem amet. Profecto condolebam ego illi Regno, quòd adeò continuis Tartarorum Abactionibus expiletur. Et licet inde, et Dominus noster, et nos omnes magnum commodum et ingentem sclavorum molem, et commoditatem habeamus; tamen quaerebam, ut illud Regnum, aut per tributum, aut per occupationem nostram, a Tartaris vindicaretur. Dabat priùs Tartaris Rex ille tributum, sicuti ab ipsis tartaris intelleximus, servis nostris; sed nunc Rex iste modernus sustulit illud, elatus de una Mosci victoria. Si servis nostris dabat, Quàre Domino nostrò non deberet dare? et ita, tuus Dominus munera et Oratorem, in duobus Annis mittat, et Rex Poloniae Tributum.

Laszky ad Mustafa Bassam:

Commendasti, inquio, verba et humanitatem meam, quibuscum Ibraim Bassa tractassem, dixistique, eo modo, non postulata solum a vobis consequi; sed et effici, ut nobis non minùs, quam vobis ipsis, debere debeatis. Nihil ego doleo humanitatis meae, nihil doleo, quia affectio tanta tanti Regis mei, apud vos eo modo aestimetur; cum conditiones confoederationis tales, per vos exigantur, ob quas confoederatio nullo modo confici posset, et si conficeretur, non duraret, sicuti inhonesta, et faceret haec res Domino meo magnam ruinam; perderet Amicitiam Gallicam, et alias conjunctiones abscinderet; perderet apud subditos suos omnes, Amorem, et apud totam Christianitatem, perpetuum (1) dedecus consequeretur. Magnum enim esset, Regem Ungariae, hoc nomine munerum, tributarium esse. Nec certe, si oculos aperire vultis, pro vobis bonum videtis: quia bos jugo carens, alacer est, equus, in dorso ruptus, libentissime, cum potest, insessorem dejicit; ita etiam, si ob hanc necessitatem, quae Regi meo, cum Ferdinando est, vos Dominum meum ad indignas conditiones inducitis, nihil certe aliud per hoc facitis, quàm quod semper non integram in nos collocabitis fidem, et quod alii Regis Hungariae huic turpitudini adversabuntur, illamque omnibus modis excutere nitentur, qui ad faciendum hoc animabuntur ab aliis Regibus, et ita nihil boni et certi fieret. Ego huc veni, absque salvo conductu, confidens in virtute, prudentia, ac humanitate vestra, ubi omnia, quae mihi promittebam tunc incognita, nunc video, ac manibus ipsis palpo. Video hic esse summa ingenia, industrias, benignitatemque hanç, quam sperabam excipio, forsitan plus, quàm persona mea hic mereatur; quod etiam sperabat Rex meus; qui non credidit, eo modo secum tractari debere, perpendens, per iniquas suas (2) conditiones, Imperatori nihil commodi, nihil honoris. sibi autem perpetuum dedecus futurum; quid opus est istis muneribus? quid istis Oratoribus? scit Rex meus, Dominum vestrum primum esse, et omnibus mundi Principibus potentiorem. Pluris ejus Amicitiam, quàm reliquorum facere statuit, majori illum, quam reliquos omnes, honore prosequi, ac perpetuo observare cupit, contra quemlibet illi adesse deliberavit, cum istaque sua ingenti affectione, me huc misit, existimans hunc victoriosissimum Imperatorem vestrum, pro bonitate, et humanitate sua, talem propensionem suam grato suscepturum animo. Cur tanto labore quaesivistis tributum? cur idem mutato tributi in munera nomine, a me exigitis, me ita excipitis? profecto, Magnifice Bassa! Dominus Deus virtutum, Imperatorem vestrum et vos exaltat, licetque fide differamus; Deus tamen nobis et vobis, et ei dominatur, qui ingratitudinem et superbiam edit credoque, nisi Imperator talem gratitudinem Domino meo exhiberet, qualem tantum magnum Dominum decet, et qualem Rex meus expectat, offensurum illum, divinam Majestatem. David, noster et vester Propheta cantavit, *deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles* etc. itaque, Imperatorem ita in consilium trahatis, ne rumpatur ejus Sedes.

Quod autem Poloniae Regem attinet, opus esset longa Demonstratione, quare hoc Dominus meus conficere nititur, qui nunquam Tartaris dabat tributum; sed dum illi cum *Allemannis* esset bellum, cum aliud cum Moscis, ducebat illos stipendio, solvendo contra suos hostes: ubi perfectis feliciter rebus et bellis suis, non habuit opus tartarorum servitio, stipendiumque illis abstulit. Video, quia Regni illius parvam rationem quod in duplo majus est, quam hoc vestrum in Europa Dominium, et quod etiam duplo majus est, quam Ungariae Regnum; in equo uno, in duobus mensibus, aegrè transcurri potest. Equitum et peditum omnis generis infinita potentia. Polonis et non aliis, Rex Mathias, contra hostes suos semper praevalebat, quorum semper 12. millia alebat stipendio. Poloni novissimè nationi Alemannicae, totam Provinciam Prussiam, victrici manu abstulere. Poloni, non semel Moscum, ut dicis (: sed dictum sit bono animo :) semper ad

1) Ita sane evenit; ut habeat, non Hungaria modo; sed universus etiam Orbis Christianus. Nempe facilis descensus averni; sed revocare gradum, hoc opus, hic labor est.

2) Se numeşte: *vestras*.

internecionem fudere. Ac undique Poloni, ubi commode militiam suam ducere possunt, non ducunt illam in Cassum. Tartari, si viri, et non lupi esse voluissent, diù jam per Polonos ad internecionem deleti fuissent. Sed Tartari non veniunt, ut honorem haberent belli, sed ut vaccas subducerent. Veniant, quantumcunque maximo numero, semper praelium fugiunt: quos nos in campestria sequi non possumus, quia non eo modo vivimus, quo ipsi: equi nostri nobiliores illorum equis sunt; et vos certe, qui leviores equos habetis, nec vos soli, nec equi vestri talem incommoditatem suffere possunt, sicuti Tartari. Certumque est, ex illorum modo, et tali furto, multos homines ex Russia eductos esse. Polonus sum, uti scis, tamen mendacium lucidum, quid opus est asserere? facile haec vera esse, ex Mercatoribus cognosces, facile ex Moldavis. Quare Rex et Dominus meus, cupit simul hanc suam, et Regis Poloniae cum Domino vestro, Amicitiam et Confoederationem confici, ut ex ista parte certam haberetis Amicitiam. Nam, et Rex meus, cum Regno illo confoederatus est, quomodo ergo Regi meo faciendum esset aliter? Nunc ab illo Rege habet contra Ferdinandum auxilia, habet cum illo arctam confoederationem, vobiscum aliam nunc conjunctionem indissolubilem facere cupit. Poloni illum, vigore foederum, contra vos traherent, vos contra Polonos, et hoc modo unum Rex meus efficere cogeretur.

Quare, cum prudens es, verba mea brevia, industria tua perpende, et circumstantias rerum perspice. Considera, quia tanta vestra brevis contracta Potentia, non solum Christianis adversa est; sed etiam Persis, qui vobiscum eandem fidem observant. Namque, inter Principes christianos, non faba certe, sed clava cuditur in vestrum caput; ubi per affectionem Regis mei, vides vobis Deum esse propitium, qui ad multas Persuasiones Principum christianorum, cum Ferdinando concordiam inire noluit, quam parvo labore habuisset; potiusque duxit vestram, quam illius sequi amicitiam. Quid cogitaret Rex meus, si hoc apud vos ingratum esset, si iis tractatibus vestris videret affectionem suam, ita parvi pendi? certe Magnifice Bassa! hic tua prudentia, hic humanitas cognoscetur, si non secundum cupiditates vestras, quas soli judicare, sicut proprias, non potestis; sed secundum dignitatem Majestatis tanti Domini vestri, haec mecum negotia transigetis: quod, si fecere vobis videretur alienum, multum de illius bonitate et humanitate decederet. Et certe, apprehensa veste ejus, non avellar, donec omnia perfecero debitè, utriusque Domini mei et vestri, cum honore ac commodo. Scio enim quemlibet Imperatorem ita esse magnanimem, ut plus honorem, quam comodum amet a subdito. Non honor est, illa Observantia, quam Domino exhibet, sed et coacta per timorem Reverentia. Sed quando aliquis, a sibi simili honoratur, reputatur, sponteque recognoscitur, ille verus honor est. Hoc Dominus meus facit, hoc perpetuo facere vult. Quare, Dominationes vestrae, vel mecum aliter agant; quia, si vultis, potestis, omnia facere; vel me admittatis ad Vestri Principis Celsitudinem.

Mustafa Bassa ad Laszky:

Sedebat diu, partim ridendo, partim cogitando, demùm dixit: frater! fecisti me multo saniorem hisce verbis tuis, et certe talis tua Persuasio, adeo me cepit, ut tibi nunc respondere non possim, quia novo modo, et novis rationibus me obruisti, ut profecto vix videam prae ardore, quo tuo Domino afficior, et credo omnia esse vera, quae dixisti. cum Ibraim Bassa eo modo es locutus?

Laszky ad Mustafa Bassa:

Dixi materiam, sed non ita aperte, inquam. Cras tamen ibo ad illum, et referam illi eadem, quae tibi, rogaboque, ut expediar. jussit deinde adfere cassidem, quam vulgariter, *helmelin* vocamus, et interrogavit: *eo modo, armatos equites, quot Ferdinandus habere potest?* Dixi: «tot, quot habuerit pecunias; quia Ferdinandus non habet eam subditorum Obedientiam, ut irent, quando juberet, abspue stipendio; tamen magnos

habet reditus ex Dominiis suis, opinorque, quia comodo 10000 equitum tenere potest». Dixit: «*omnes ita armatos?*» Respondi: «omnes; quia mos Alemannis, Gallis, Polonis, Bohemisque est, ut eo modo, quo se armant, ita etiam Servitores suos arment». Dixit: «*quot Pedites nunc habet?*» Dixi, «decem millia»; «*quot equites levis armaturae?*» Dixi, «quinque». «Certe iste campus, inquit, commodus et pulcher est. *Dominus tuus, quo in loco cum illo congredi statuit?* «Respondi ego: «cuperet Rex meus, ut transiret Danubium, ubi illum ducere vellet ad illam desertam Regionem, quam desolastis, inter Tissiam ac ipsum Danubium, et ibi priùs defatigaret illum Exercitum continuis huc et illuc factis profectionibus, et comeatum illi adimeret, cum multitudine equitum suorum, qui leves sunt; facile demum cum eis conserere manus posset». «*Nos, si iremus, essemusne simul vobiscum, vel seorsin?*» Respondi: «non bonum fore; si uno Exercitu aggrediendus esset; tum etiam, quia fide differamus, semperque aliquid alter de altero suspicaretur, et esse posset, ut sequerentur etiam inter consultandum differentiae, Vos nostrae rationi non obediretis, nec nos vestrae; sed Dominus meus quotidianam vobiscum semper habebit intelligentiam, adjungetque certos viros, gnaros Provinciae, ac scituros artem nostram militarem, qui vestros ducent, et sua consilia modo, quo agendum esset, docebunt». «*Conficiamus,* inquit Bassa, *prius bonam amicitiam, et postea erunt nobis omnia communia.* cogitabo ad singula haec tua argumenta, et cras, si aliter non possem, faciam me cum hoc grabato ad Dominum nostrum ferre, et licet Ibraim Bassa, ut vides, magnam gratiam Principis habet, utpote qui, cum Domino nostro in assidue in Venationibus, ac familiaritate est; tamen, quod attinet Rempublicam, is plus in negotiis iis valet, quia scit dare salubrius consilium, certis rationibus sustentatum. Ego sum senex, et sororem Domini nostri habeo in uxorem, possum etiam aliquid apud Dominum nostrum, etità curabo res Domini tui, bono modo absolvi».

Die 19. Ianuarij. Steti cum Ayas Bassa, qui nihil mecum singulariter in rem neam tractavit, solum modo quaesivit, quomodo mihi placeret Ibraim Bassa, Mustafa Bassa? quomodo mos turcicus? quomodo Arsenatus? quomodo Artilleria? cui ego semper respondebam, «bene». Quia Bassa factus est ex Persuasione Ibraim Bassae, ut ille, sicuti non est vir admodum industriosus, pedibus semper iret, in sententiam Ibraim Bassae. Commendatur tamen de Magnanimitate, et quod aliquoties virum se esse monstrarit.

Die 20. Ianuarij. Fuit Imperator venatum, et Ibraim Bassa cum illo

Die 21. hujus. Rediit Imperator ex Venatione, et Ibraim Bassa intimavit ad me, ut sibi ignoscerem, quia mecum tractare non posset, nam parabat convivium pro Imperatore in domo sua.

Die 23. hujus. ivit Imperator in domum Ibraim Bassae secreto modo.

Die 24. hujus. in Domo Ibraim Bassae expulabatur.

Die 25. hujus. exivit ex domo Bassae, Imperator publico modo, et inde in Moscheam Sanctae Sophiae, cum ceremoniis ad orandum ivit.

Die 26. hujus. qui-fuit dies Sabathi, et dies Divan, id est audientiae illorum, vocavit me ad se Ibraim Bassa.

Ibraim Bassa ad Laszky:

Verumne, quia alium invenisti pridie Mustafa Bassam, quam antehac? laudavit dicta tua in facie Imperatoris, et optimè fecisti, quia hoc modo feceris cum illo communicationem veram.

Laszky ad Ibraim Bassam:

Certe alius mecum pridie erat, quam credere potuissem. Sed non miror, ipse est talis, qualem tu illum esse vis, video illum ex te totaliter dependere: quod autem laudavit dicta mea, coram Imperatore, parvum fructum hucusque ego affectionis Domini mei video, parvum de vobis gratitudinem experior. Nam et Mustafa Bassa, eodem pulsu

obtundit aures meas, quo et tu hucusque obtundebas. Nec satis mirari possum, de vestra duritia, dum credentes, magnam vos rem facere mecum, tot dies in cassum absumitis, elicere a me cupientes in singulos Annos munerum cum Oratore promissionem. Verum est, quia quaelibet gens mores suos habet, apud nos tamen turpe esset ab eo aliquid indignum petere, quem volumus, ut nobis committat se, cum omnibus suis. Omnino, Illustrissime Bassa! minus aequam rem, tanta Imperatoria vestra Majestate exigitis et longè a fama humanitateque tua alienam. Estne iste Domini mei, quem in te collocavit amor, per te eo modo remensus? estne hoc fraterni vinculi indicium, cum ita res Domini mei trahis, nescio ad quem finem? Dixi enim, quia hoc nequaquam promissurus essem, ut munera cum Oratore mitterentur. Itaque et hoc ipsum assevero nunc, sit spontanea nostra affectio, grata nobis, majorque Domino nostro honor erit: cum ultro Dominus meus, talem se exhibebit Imperatori vestro, qualem vos vestris argumentis cogere vultis. Dominus meus, Principem vestrum vult recognoscere potentiorem esse totius mundi Principibus; dicit, ut si cognoverit, Domino vestro gratam esse suam affectionem, quod non solum Regnum Ungariae, sed dimidium sui Patrimonij, et quod majus est, vitam et corpus, semper ad vota vestri Imperatoris locabit, semper vestrum Dominum honorabit, majorem recognoscet, ex spontanea affectione sua. Quid plus ab eo Rege vultis? qui destructum per vos Regnum ingressus est, qui hoc anni curriculo fratrem suum, per vos occisum, nigris suis vestibus contestatur, nec illum sicuti unicum oblivisci potest.

Advertite itaque affectionem Domini mei, accipite potius spontaneam ejus in Dominum vestrum observantiam, quam si feceritis illam coactam. Cessastis jam à tributo, desistite a muneribus, quae nomine submutato, tributum sunt. faciat Dominus vester, rem tanta sua amplitudine dignam, accipiat affectionem Regis mei, ut vobis videtur sterilem nunc, sed brevi mille palmites et fructus daturam. Expedite me, quem Dominus suus utroque oculo venientem prospicit, quem expectat cum desiderio, certam vobiscum Conjunctionem portantem. Ego, Illustrissima Dominatio tua, jam me ad Imperatorem hunc vestrum nobilissimum mittat, cujus certe manicam utraque manu accipiam, nec remittam, quoad perfecero singula. Scio ego animos Principum, qui bonum ad instar, sponte se humiliantes, non calcant, sed extollunt, et fovent. Non veni ego huc cum illa furia et superbia, sicuti alii Oratores assueverunt Ungari, quae res Domino meo semper displicebat; sed veni honorare eum, qui honorem meretur, qui si etiam pacem et conjunctionem non confecerim, non tamen, ab id Veritati adversari potero; nam Dominus meus scit, Imperatore vestro nihil esse inter mortales insignius. Itaque, quomodocunque egeritis nobiscum, semper ita vos cognoscemus; si amici erimus, optabimus nobis plura; si inimici, providebimus rebus nostris, forsitan aliter, quàm aliquis credet; tamen, id coactè faceremus, sicuti ante spretae amicitiae, inimici. Rogo iterum, det mihi Dominatio tua Illustrissima, cum Caesarea Majestate loquendi copiam; opinor, illius Celsitudinis aliam esse benignitatem, quam aliqui existimant.

Ibraim Bassa ad Laszky:

Ergo, tantum confidis, inquit, Imperatoriae benignitati, ut ad verba tua talia, sterilem tui Domini Amicitiam complectatur? magna est tua confidentia, et profecto laudabilis: nescio, quis te spiritus docuit naturam Principis nostri, humanus enim est, benignus, ac in sui studiosos ita affectus, ut plus eorum rebus, quam suis incumbat. Itaque, jam te amplius tenere nolo, faciam te cras alloqui Dominum nostrum. Cum fueris apud illum locuturus, non timeas aliquid, facito Reverentiam, quam scis meliorem, et verba honoris compta dicito, ego ero, qui secundo loco interpretabor. Itaque, accingas te pro crastina die, et sis paratus, cum te vocavero, faciam te cum omnibus Zaussis comitari, pro majori honore Dumini tui.

Laszky ad Ibraim Bassam:

Ab hoc tempore, quo pueritiam superavi, semper apud curias principum versatus sum, et ita scio illorum magnanimitatem, minusque cum illis, quam cum aliis loqui vereor. Et videbis me coram Domino tuo non titubantem, quia mos est mihi libere cum Principibus loqui.

Die 27. Ianuarij. venerunt omnes Zaussi, ad conducendum me in Palatium Imperatoris, ubi descenso equo, ductus sum ad Bassas, qui duo tantum erant, scilicet Ibraim Bassa, et Ayas Bassa, et tertius Beigler Beig Natoliae, ubi ab illis interrogatus sum, de multis rebus familiaribus. Deinde, quaesitus, quomodo sim cum Imperatore locuturus.

Laszky quaerentibus respondi:

Laudo Dominum Deum meum, (1) qui Reges nostros incolumes quam diutissime conservet, et qui me hac, ad hunc vestrum consessum nobilissimum, venire voluit, cum limina portae ascendebam, dextro pede ingressus sum, boni omnis gratia. faxit igitur omnipotens, hic me conficere optima quaeque, inter vestram et nostram, tot bellis, tanto sanguine, sugillatam gentem. Dominationes autem vestrae, hoc laudabile opus, deprecor pro sua auctoritate, atque industria, utraque manu ut fulciant. jam quadrigesimus (2) fere dies est, quo huc attigi, et quo aulas vestras visitare atque vobiscum tractare caepi. Non regredior de auditis Propositionibus meis, quas exaudiri, per invictissimum hunc magnum Dominum, cum magno fervore expecto. Quod autem attinet, verba qualia Domino vestro dicturus sim, et quo honore acturus, facile elicere potestis, ex tot faciam victoriosissimam Domini vestri Majestatem, quidque expostulem ab illa, jam diu etiam est a vobis cognitum; ubi, si repeterem, quid facerem aliud, quàm perderem tempus. Porro vobis Ungariae Regis indicibilem affectionem, qua non solam Ungariae Regnum, non solùm Dominia Patrimonii sui, sed et personam suam propriam, non suam esse vult, sed vestram, neque aliqua realia aliquando vobiscum differet, quam fide ipsa. Itaque eamus! quia nescio, quis spiritus me stimulat, ita, ut nihil magis postulem, quam videre hanc Excellentissimam Caesaream Personam, in qua consistit virtus, benignitas, et praecipua humanitas.

Ibraim Bassa ad Laszky:

Mos erat in tali congressu, cum Oratoribus, omnia priùs discutere, quam admitterentur ad predes Domini nostri: quia illi tractatus, quos faciebas, singulatim apud nos, in conclavi, non tantum ligant, quantum hic in horum, quos vides, praesentia, ligarent. Sed postquam eam abste audivimus tui Domini affectionem; ommissa antiqua consuetudine, quam Turcae non libenter negligunt, vadamus ad Dominum magnum, quem, non erras, dum incognitum laudas, dumque eum videris, nescies ubi initium, et ubi finis est illius virtutum. ivimus itaque ad Imperatorem, Ibraim Bassa, Ayas Bassa, Beigler Beig Natoliae, ego, et Interpres.

Laszky ad Imperatorem Turcarum:

Venio ad Excellentissimam Majestatem tuam, missus à Serenissimo Principe Domino meo Ioanne Ungariae etc. electo et coronato Rege, ab omnibus illius Regni sta-

---

1) Huic forte colloquio, per fenestellam despeciens auscultabat Solymannus: id quod meminit Istuanfius lib. 10. p. 157. 43. Nam ipsa quidem audientia, Turcarum ritu peracta est.

2) Itaque, non triduo, post quam Constantinopolim venerat, admissus ad Solymannum fuit, uti habet Istuanfius loco citato pagina 151. 37.

tibus, qui in defectu Masculae Regiae prolis, jus, et libertatem habent, ex illorum Medio unum, probatae virtutis ac industriae, in Regiam sedem, exaltare, ac eligere. Ubi post victoriosissimum illud praelium tuum, quo Ludovicum fudisti, et ad interitum deduxisti, quo Budam occupasti, et deinde absque custodia relicta, discessisti: Barones Regni, et totus populus, non cito in unum congregatus, matura et longa deliberatione, tandem Dominum meum ad Regia Trophaea invitarunt, qui uti est Majestati tuae cognitum, Transilvaniae dominabatur, et magnas alias Regiones sui habebat patrimonii; tot precibus monitus atque invitatus, suscepit hanc exaltationem, id apud se praecipuè statuenda, ut mox ad te mitteret Oratores, gratam tibi esse talem coronationem suam, et offerendose et sua dominia, tibi ad mutuam confoederationem conjunctionemque futuram, prona. Cumque mox, post suam coronationem, in eum modum ad Majestatem tuam suos Oratores bis delegasset, quorum primus occisus, secundus verò per hominem nigrum (1) impeditus erat, eamque ob rem, ita diù visitasse Majestatem tuam fuit neglectum. Ergo, postquam ego ex Galliis, hoc Septembre redii, ubi Orator eram missus, admonitus sum, ut me huc, huic officio accingerem.

Dumque expeditus in via essem, et cum in Transalpinam descendere voluissem, opposuere se mihi aliquot centum pedites, qui, cum vita non potuerunt, omnibus me bonis, quae mecum erant, spoliaverunt; parumque abfuit, quin turpiter interierim. Malui tamen ego in hac incommoditate, ad tantam tuam amplitudinem, cui scio neque equitatum, neque apparatum Oratoris esse miraculo, potiùs venire, quam reverti. Quam ob rem, licet jam ex ordine Oratorum tertius sum, huc ad Majestatem tuam missus, tamen ego sum primus, qui gratia Dei, hanc tuam Praesentiam conspicere valui. Ubi, salutat te Dominus meus Rex, expostulans, ut diutissimè valeres, et felicissimè imperares, cupitque, ut grata tibi esset talis exaltatio sua, coronatioque, offertque se tibi, non solùm cum Regno Ungariae, non solum cum Provinciis patrimonii sui, sed cum sua Persona, et cum amicorum suorum assistentia, semper tibi esse ad vota; ita, ut certo apud te haberes, illum, Regnumque ejus, et patrimonia sua, non sua esse, sed tua, et quod se tecum jungere vult, ita, ut sit tibi obnoxius, contra tuos omnes inimicos adesse: qui in omni adversitate sua, non alibi se committere decrevit, quam ad benignam tuam personam. Itaque, habes Dominum meum, et Regem Hungariae, cum Regno, omnibusque facultatibus suis, tuum, quem non aliter, quàm pro tuo, ut Regem recognosceres, cum omnibus suis, quam demississime rogat. Sunt mihi multa alia, quae cum Illustrissimis Bassis, ne tibi sint taedio, discutiam. Ita, de amicitia Regis Poloniae faciam nota; sicuti et de bello, quod Domino meo, cum Ferdinando est, et alia. (1)

Imperator Turcarum ad Laszky:

Grato excipio animo, talem Regis tui affectionem, cujus Regnum hucusque meum erat, et non suum, sicuti jure belli, et Sabla conquisitum; cum tamen audivimus, talem ejus Propensionem, jam sibi non solùm Regno illo cedo, sed contra istum Australem Ferdinandum, ita sibi subveniam, ut jam secure, in utroque latere Dominus tuus possit dormire. Cujus tamen applicationem, et eam de me confidentiam, accipio grato animo, omnesque suas necessitates, meas esse reputabo.

Laszky ad Imperatorem:

Pro tanta tua humanitate ac bonitate Dominus meus perpetuo tibi debitor erit, qui ita munificè illum exceperis, qui sponte auxilium ferre promiseris. Fecisti, sicuti verus et magnanimus Imperatur, quem Dominus Deus in infinitum secundet. Et dictis hisce, exivi, et ivi in hospitium, iisdem Zaussis concomitantibus et ducentibus me.

---

1) Nulla haec tributi mentio, quam factam meminit loc. cit. Istuanfius: tametsi actum longe omnium iniquissimè, quod Regnum, se suaque omnia, turpi usus consilio, Tyranno devoverit.

Die 28. Ianuarij. interrogatus sum ab Ibraim Bassa, quomodo mihi placeret Caesarea persona, quam ego, multis laudibus usque extuli supra sydera.

Ibraim Bassa ad Laszky:

Frater! jam Dominum tuum ab hinc Regem vocabimus, et non Erdelbanum, jam eum pro Domino nostro reputabimus, jam illi subveniemus. Dominus meus ibit in persona sua contra ejus hostem. Nunc, quid agendum jam plus est? **non postulamus jam tributum, non munera.** (1) consulere volumus de tranquillo statu Domini tui, cui rogo, ut scribas, ut quam maximè a praelio abstineat. Namque, ejus minima adversitas, ejus ignominia, communis jam cum Imperatore est. Itaque, scribentur sibi litterae foederis, et absolvam te cito.

Laszky ad Bassam:

Non videretur mihi, inquio, ut jam Majestas caesarea revera, suo ductu, in Ferdinandum iret; sed meum est consilium, (2) ut progrederetur in Adrianopolim, et ibi venaretur, parando tamen et struendo se, cum jam aliter esse non posset, atque tunc tardaret minimè. Nunc autem jam praemittatis Ianizaros, ut illa castra in Seremio, illis munitiora faciatis, utque omnes Sandzaci parati cum gentibus jam congregatis, expectent informationem Serenissimi Regis mei, quid illis faciendum, significaret, ut si opus esset, adjungere se Domino meo, ut se conjungant; vel si alibi guerram monstraverint, ut illam faciant. Mecum autem faciatis ire Sandzacum Nicopoliensem, Vayvodam Transalpinae, et Vayvodam Moldaviae, et ibi defectoribus reductis ad Obedientiam, deducam hunc Exercitum usque ad Dominum meum; tu autem deberes esse in quinquaginta diebus in Sophia, in Epiro, et in aliis locis. Praeterea, Rex meus, bombardas non habet in tanto numero, quot sufficerent; detis nobis in mutuum viginti pecias bonas, et pulverem ac Saletre, ut hoc per Tissiam facile deduci possit, usque ad Regem meum. Et hoc modo videtur mihi esse pro nunc fore bene consultum. etc.

Bassa ad Laszky:

Omnia mihi placent, quae dixisti; tamen Dominus meus cupit hunc Australem ita experiri, quod prae ardore nullum nunc locum habet. Proposui sibi ego hoc, et dixi, quia non habere comeatum poterit, cum tot gentibus. Respondit, se velle monstrare, quid possit, jussit Vlacos currere in Moream, jussit in Bosnam, ut frumenta versus Semendriam ducerent. Ducet per Danubium mille quingentis Csaykis et Nassade, annonam, usque ad Seremium portantes, et ibi illas aptabit ad usum belli. Ego non discedam, ut voluisti a Domino meo, quia ire contra incertam necessitatem nolo, sed ita praemittam Beigler Beig Romaniae, et solus cum Imperatore manebo. Non dormiam tamen in rem Domini tui. Nunc ad omnes Sandzakos scribam, inveniet eos tuus Dominus paratos. Tibi dabo Sandzakum Nicopolicum, at nisi cum aliquot millibus hominum. Vayvoda Radul, faciam, ut vadat, et ita et Bohdanos. Bombardas, quas vis in mutuum, donabo tuo Domino, non 20. sed 50. donabo 500 centenarios saletrae et pulveres; cum amicis omnia debent esse communia, bono affectu hic venisti, omnia habes videsque; et sicut non fecisti, facere quae vis, ita facias, ut ista amicitia constans sit. Quia, si videremus postea, alienationem, et altercationem, perpende quomodo commovebimur, pro tanta vestra ingratitudine. Nihil tamen ego dubito in Constantia vestra. Itaque Bom-

---

1) Praeclare factum! nisi arte hac aviditatem occuluisset barbarus, non hungariae tantum, sed toto Orbi christiano inhiantem.

2) Animus nimirum praesagiebat Laskyo, quantum malorum datura esset, suscipienda ductu, Solymanni, Expeditio.

bardas et saletram, Tissiam usque deduci faciemus, quas ibi accipere Rex tuus committat, et ita Regem informes.

Laszky ad Bassam:

Gratias ago, de oblatis hisce Gentibus et Bombardis, ac Saletre; Dominus meus Rex, omni munificentià et amicitia id tibi recompensabit; sed unum mihi cogitavi, quia Valachi et Bohdani sunt tributarij, nec ire tenentur extra Dominia sua, maxime absque praesentia Imperatoris; quare, si vultis, ut vadant, relaxetis eis tributum, et mittatis mecum hunc filium Radul Vayvodae; quia opportet, ut in sede sit vel pater, vel filius. Tum praeterea, cum Rege Poloniae inducias protrahito, ut eo commodiùs Rege meo possit subvenire.

Bassa ad Laszky:

Dic mihi, inquit, Valachi et Bohdani, semperne sub ditione nostra et vestra fuerunt? Ubi, si aliquando vestra non exequebantur mandata, in nostri spem faciebant; ita etiam, cum nobis non indigebant, vestro hoc intuitu erat. sed nunc, postquam nos committemus, postquam mandabit Dominus tuus, necesse est, ut eant, quia jam non habent, quo se excusent; itaque tributum non relaxabimus. filium autem Radul Vayvodae non possumus ex porta alienare, quia loco obsidis est; sed opportet, ut vadat pater . cum Rege vero Poloniae, faciam inducias in duos annos prolongare, ut auxilium tuo Domino ferat. Ego postea omnibus viribus conabor evincere filium Radul Vayvodae, et efficere ut permissus hic, mittatur ad patrem suum.

Die 29. Ianuarij. ivit venatum Imperator. Eodem venit ex Semendria, Thurek Mihaly, servitor Thurek Bálint, qui dixit Ferdinandum esse in Strigonio, Regem autem Ioannem in Pobroziani, et quod tota Transilvania dependet ab ipso.

Die 30. hujus. ibidem Imperator venatur.

Die 31. Ianuarij. Invitatus ab Oratore Venetiarum, cum eo pransus sum, qui et Oratoris, et judicis mercatorum hic agentium, munus habet.

Anno Domini 1528.

Die 1ma Februarij. rediit Imperator ex Venatione.

Die 2da Februarij, qui fuit dies Sabathi, et Divan, attulerunt mihi vestimenta ab Imperatore, pro me, et quatuor servitoribus, et Asperarum 10.000 etiam oblata sunt mihi.

Die 3tia Februarij. Jvi, ad valedicendum Imperatori, ubi ingressus sedi ultra horam, in loco, ubi Oratores expectant Audientiam, et demum ductus ante faciem Imperatoris, dixi haec verba: Nescio, qua lingua, vel quo Oratoris praeconio, gratias tibi referam, Invictissime Imperator! pro tua tanta Regis et Domini mei amicitiae gratitudine, quem pro tua genuina humanitate, gratus et benignus excepisti, verbis in honorem Domino meo factis. ubi certa sit in perpetuum Celsitudo tua, Dominum meum, omni officio et obsequio, tali tuae benevolentiae responsurum, et facturum in honorem tuum et commodum, omnia, etiam cum vitae, et omnium suarum facultatum jactura: faciatque Deus omnipotens, ut diutissimè valeas, et felicissimè imperes. Ex me autem tuo sclavo, quem hic in cunctis non solum benignè tractasti, sed etiam vestisti, et condonasti, assiduum habebis stimulum, apud Dominum meum, ut talis nostra amicitia et conjunctio, quam diligentissimè observetur, et augeatur.

Imperator ad Laszky respondit:

Scis, inquit, quo opus erit ad certificandam talem Domini tui conjunctionem et affectionem. Nam omne ejus negotium, jam meum erit, meum etiam, suum esse debebit.

Itaque, licet sciam, has nubes se multoties ingurgitasse in caput Praedecessorum meorum, ac Populum Dei Mahometicum; nunquam tamen fulgur emisisse, istos christianos Principes: hocque ipsum, nisi fuisset majoribus meis, ac mihi cognitum, fuisset diu ab humano sanguine temperatum; sed consultiùs semper extitit, eorum vires per omnem occasionem infringere, qui se contra nos attollere conabantur. Proinde Dominus tuus faciat nos semper certos, omnium Christianorum negotiorum, magnorum et parvorum, et hoc modo radicabitur certe inter nos amicitia. Ego autem volo tuo Domino amicus esse et confoederatus verus ac integer, perpetuoque, et contra omnes hostes illi in Persona, et cum omnibus viribus nostris, adesse promitto, per Prophetas, per magnum et DEO charum Prophetam nostrum, Mahometum, per Sablyam meam, etc.

Laszky ad Imperatorem:

Habebit Tua Celsitudo, semper Nova a Domino meo, non communia, quae Mercatores scire assueverunt; sed arcanissima. *Ego etiam juro per Deum vivum et unum, ac nostrum Jesum, qui idem Deus est, Redemptorem, ac promitto, Regem, et Dominum meum, excipiendo Poloniae Regem, amicorum tuorum amicum, inimicum inimicorum futurum,* hic autem ad pedes Tuae Celsitudinis relinquo, ex mandato Domini mei, *Dominum Ludovicum de Gritti,* loco Oratoris, et rerum Negotiorumque Curatoris, cui Majestas tua, in omnibus aeque, ac mihi fidere velit.

Die 4[ta] Februarij. Jussit me Bassa certiorem facere, quia litterae Confoederationis, et aliae, scribentur brevi. Eodem ivit Bassa cum Imperatore venandum.

Die 5[ta] et 6[ta] Februarij. Imperator venatur.

Die 7[ma] hujus, commedi cum Domino Ludovico, ubi deinde ivimus ad videndum Bombardas, quas innumeras vidi.

Die 8[va] hujus. Rediit Imperator et Bassa ex Venatione.

Die 9[na] hujus, qui fuit dies Divan, primo ivi ad Bassam, et rogavi, ut me absolveret; qui dixit mihi: «non opus est, ut festines, quia Vlachi iverunt parare gentes et melius est, quod hic submoreris, quam in alio loco expectares congregationem gentium, quae tecum iturae sunt». Rogavi deinde, ut absolveret, et dixi, quia me ad Moldavum Vayvodam, Rex meus ire etiam jussit, et ibi facere alias gentes: ad id verò conficiendum, nihil esset melius, quàm, ut mecum iret insimul unus Zauss, ut ipse Vayvoda obsequeretur Mandatis Regis mei. Promisitque Bassa, hoc ipsum facturum.

Die 10[ma] Februarij. fuit dies dominicus.

Die 11[ma] Februarij. magnus in civitate furor fuit propter ignem ac incendium.

Die 12. hujus. ivit Imperator venatum, et Bassa cum illo.

Die 13. hujus. Rediit Imperator, pulsus imbre ac acri intemperie.

Die 15. hujus misi ad Bassam rogando audientiam, qui mihi illam recusavit, et tertia die venire jussit.

Die 16. hujus fuit dies Sabathi, et dies Divan.

Die 17. hujus misit ad me Bassa recusando audientiam, quam mihi propter negotia multa accidentia, praestare non posset.

Die 18[va] hujus misi ad Bassam, rogando, ut me absolveret, proponendo illi, periculo rebus Domini mei, hic moram esse meam: maximè, cum jam nihil amplius mecum tractetur. qui respondit, non esse possibile, ut discendam, nisi debito Ordine Res Imperatoris componerentur; quaesivi, «quales?» respondit, «nihil mihi ad illas». Dixi, si nihil mihi, vel Domino meo interest, cur me tenes?» respondit, eam ob rem, ut diutius maneres nobiscum, et ne per eum ad Dominum tuum reditum Ferdinandus percipiat, Imperatorem nostrum illuc iturum». Dixi, quid opus est, ut Imperator vadat, priusquam sit a Domino meo requisitus? Dixit: «venit his diebus unus noster turcus, qui in campo Ferdinandi erat; is dicit, quod Ferdinandus vult venire expugnare arces nostras, ubi nos, tacendo vellemus tentare muros ipsius, priusquam ille nostros. Itaque paucis diebus te absolvam; nam quinto aut sexto die obscedere».

Eodem die, cum primum veni in hospitium, febris me invasit.

Die 19. ejus. ibidem febre me macerante.

Die 22. 23. 24. 25. Februarij. ibidem.

Die 26. Febris relaxata aliquantulum, ut ulcus cum sex capitibus supra dorsum factum.

Die 27. ejus tantam passionem ab ulcere habui, ut vix viverem, medici autem nolebant me mederi, donec ille morbus solus maturaret.

Die 28 ejus. misit mihi Bassa duos equos, et vestem dedit, vocabatque me, ut venirem ad illum, ad quem ire ob dolorem non potui.

Die 29. Febr. Morbus maturior factus est, et ivi ad Bassam, accepique ab illo litteras, et juramentum, in veram fraternitatem, Regi meo, et solus atiam Nomine Regis mei praestiti etc. etc.

Finis. (1)

XL.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Sultanul Suleiman*, vestindu-l, că însărcinéză pe Radu-Vodă din Muntenia să mijlocéscă încheerea păcii. 1528. 1 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus Dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Infans Hyspaniarum Archidux Austrie Sacri Romani Imperij capitaneus. Magno Imperatori Solijmano Zolthan Turcorum cesari Maximo, Salutem, Amicitiam et Bone optimeque Vicinitatis augmentum. Quoniam medio Hobordanch nostri oratoris multis in Articulis Regnorum nostrorum confiniumve negocia, que pacis foedera gignere soliti sunt, cum solemnis nostris Muneribus Vestre Imperiali Maiestati intimauerimus. quid tamen ex hinc C.M. gesserit Vestra, vel vt ex oratoris Negligencia Nocium quid, rebus in nostris contigerit non expertes sumus, Intelligentes tamen Spectabilem et Magnificum Radwl Waiwodam Transalpinum C.M. Vestre seruitorem esse fidelissimum, Uniuersa Negocia nostra Regnorumque nostrorum definienda coram Vestra Cesarea Maiestate ipsius medio iri decreuimus. Preterea V. C. M[tas] singulis Annorum discursionibus Joannes Zwpulianus de Hungaria Regni prouentibus administrare si quid dixerit, vbi ipse caret. etiam Nos adimplere et Annuatim M[ti] Vestre solemnes per oratores ferre parati sumus. estimauimus animum C. M. V. posse adimplere Reliqua nostra ex formacione C. M. V. per Waywodam Radwl ostendentur. Valeat Vestra Maiestas Cesarea Annos multos. Datum in castro nostro Pragensi in festo Sancti Egidii Abbatis.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo octauo.

Ferdinand m. p.

---

1) Bedeutung einiger in diesem Berichte vorkommenden lateinischen Worte:
aduncus, einwärts gebogen, nach innen krumm;
pecia, Stück, Fragment;
cassis, idis, oder *cassida*, Helm;
Vlaccus, wahrscheinlich türkischer Ollah;
Seremium, Syrmien;
clava, Beute;
faba, Reichsapfel.

XLI.

1529, 9 Aprilie. Raportul lui *Pater Barnabas* către ambasadorul *Ioan Haberdanczy* despre plecarea la rĕsboiŭ a Sultanului.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Pater Barnabas schreibt aus Constantinopel am 9. April 1529 an den österr. Gesandten bei der Pforte, den Bischof Joh. Haberdanczy:

Nunc quid scribam nescio. Nisi quod Cesar Thurcarum omni sua vi, et fortitudine ad bellandum iam propedie iter arripiet, certa de hac re fama non inuenitur, quas in partes pergat. Alij enim cum contra Molduanos et Wlachones, qui sese nuper ab Jurisdicione sua retraxerunt, censum etiam dare negant, ac Waywodam inter ipsos existentem, ipsosque ad censum soluendum cogentem Capite mulctarunt, Alium iterum Waywodam per Cesarem inter eos deputatum minus acceptarunt, transire, quibus debellatis per partes Transsyluanas, cum Iohanne Waywoda aduersum regem [1] Nostrum Intendere dicunt . . . .

XLII.

1529, 17 Maiŭ și 23 Iunie. Notiță despre maĭ multe raporturĭ privitóre la țĕrile româneștĭ.

Berichte verschiedener Kundschafter lauten dahin, dass die beyden Weyda aus der Molda vnd Walachey mit Ir macht mitainander in Siebenburgen fallen, vnd dasselbig verheeren sollen.

XLIII.

1529, 22 Octom. Raportul *Episcopului și al notabililor din Sibiiŭ* către Regele *Ferdinand I.* despre șovăirea Ardelenilor în urma prădărilor făcute de Zápolya în unire cu Moldovenii și cu Muntenii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

In quo Statu fuerint hic negotia preteritis diebus, misimus amplam maiestati vestre relationem per vitum Horwat, Postquam dictus vitus autem hinc discessit; statim

1) d. i. König Ferdinand, Carls V. Bruder.

ingressi sunt vallachi de walachia qui discurrentes per totum regnum combusere plurima loca saxonum vestre maiestati subditorum et cum magna preda reuersi sunt in patriam suam, ingentem hic ac visu terribilem cladem inter pauperem plebem relinquentes. quicquid autem ab huiusmodi deuastatione superfuit id totum Iohanis milites combuserunt exspoliarunt et occiderunt: et arces habent in eorum potestate exceptis ciuitatibus cibinio et brosouia, ... , quam tandiu obsiderunt et quotidie oppugnant grauiter ut obtineant, he ciuitates non possunt diu teneri nec conseruari quia loca onde comeatus eis veniebant, sunt omnia Combusta et in manu hostium, nec non et omnes vie vigilanter custodite ita ut nemo ex nostris audeat in campos prodire: quem non apprehendunt, veluti vecordes et rugientes machometici pudenda et crudeli morte afficiunt, fidelis autem populus maiestatis vestre et nos pariter Sumus vehementer consternati et desperati: cum toties miserimus nuncios et oratores nostros et usque ad hodiernam diem nihil omnino nec minimam rem quidem a maiestate vestra intelleximus immo quicquid nobis scriptum fuit Contrarium et differens experti sumus cum maxima huius regnj et nostrum perditione: Quare non tantum afficimur desperatione putantes scilicet maiestatem vestram hoc regnum et nos minime velle: Sed et sumus valde admirati: et ab hostibus Subsanati et derisi atque ipsi hac de causa superbj et in iniquo proposito suo communiti: et amici nostri fugati et destructi. ideo cum Planctu flectu et lachrimis Supplicamus maiestati vestre atque ob christianam religionem et Regiam fidem fidelibus subditis debitam obsecramur et requirimus ut maiestas vestra intuitu nostrorum bonorum et fidelium seruitiorum ac propter has nostras paupertates et miserias in quas ob amorem maiestatis vestre incidimus: velit iam aliquando memor esse et misereri huius regni et nostrorum omnium, et mittere aliquas gentes in auxilium et succursum capitum nostrorum. Saltem: sicut maiestas vestra seppe pollicita est. Si tantum promeremur vt vel semel vere et aperte intelligamus quid maiestas vestra de nobis facere deliberat. Nam nisi maiestas vestra absque mora gentes miserit: he ciuitates supradicte dedent se in hostium potestate, Si vero maiestati vestre huiusmodi succursus cure fuerit, omnes conspecto auxilio maiestatis vestre reuiviscent et ad gratiam suam reducentur tam moldauia quam transiluania, et facient quicquid maiestas vestra voluerit absque dubio. hinc poterit vestra maiestas multa damna inferre turcis, Quapropter iterum maiestati vestre supplicamus humillime ut velit nos cum sua gratia consolarj: et ab hac cautiuitate liberare ac hoc nobile regnum in manibus suis suis suscipere in quo omnes preteritj reges diuitias habuerunt, quo circa nos, fidelesque alios humiliter maiestati vestre commendamus ex Cibinjo. XXII Octobris. 1529.

Episcopus ceterique dominj coniuncti cibiniensium.

(Von aussen: Transiluania).

XLIV.

1529, Scrisórea lui *Majláth* către *Domnul Moldovii*, protestând contra lipsei
19 Decem. de respect, cu care el se pronunţase despre Ferdinand I.

(Din „Codex diplomaticus István fyamus", museul din Pesta).

Responsum Majladi de an. 1529 ad Moldavum, qui Ferdinandum Regem ad diabolum fugisse scripsit.

Responsio per Mailad super Secundis literis Moldavo ex Brassouia.

Spectabilis ac Magnifice Domine honorande. Excusationem me fingere Vestra Magnifica Dominatio scribit. Scripsi uti probum et fidelem decuit. Quod autem Ferdinandum regem, Dominum meum clementissimum, non regem Ungariae, ad diabolum fugisse scribit; Vestra Magnifica Dominatio quoque maior me est, omnem defero honorem. Quod si vero meae sortis homo id diceret vel scriberet, optime eundem verbis et factis mendacii arguerem. Scio enim Dominum meum Serenissimum Regem Ferdinandum, Dominum meum clementissimum non ad diabolum fugisse, sed uti probum et christianissimum iustumque principem decuit, ita in omnibus processisse. Ioanni, quem Dominatio Vestra Magnifica scribit regem, nihil obligor; cui obligor, huic ad mortem usque inservire intrepide volo et vestrae Magnificentiae benevolentiam nunquam perdere, sed eius gratiam tanti emere nolo. Datum in obsidione Brasoviae die Domenica post Luciae 1529.

XLV.

1530, *Martin Sidonius Pempfflinger* îi raportéză Regelui *Ferdinand I.* despre
30 Ianuar. retragerea Moldovenilor şi a Muntenilor din Ardél şi despre şovăirea Ardelenilor lipsiţi de ajutor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Regia Maiestas domine domine Clementissime, Post Seruiciorum suorum in graciam Maiestatis vestre humillimam Subiecionem, Mitto hys presentibus inclusas litteras quasdam que per proprium nunccium misse sunt nuperrime Ex Cibinio, qui quidem nunccius habebat in commissis vt personaliter accederet Maiestatem Vestram, tamen ego putabam non fore necessarium, Immo conducibilius vt hic expectaret responsum a maiestate vestra per litteras. Interea iret vnamecum cum presenti expedicione in hungariam, et deodante budam usque, qua demum capta ipse primus referret noua capte Sedis regalis, miseris et expectabundis transiluanis, habuit et in mandatis hec ipsa oretenus referre maiestati Vestre, Imprimis quod Vterque Waywoda et Moldauus et transalpinus, tribus vicibus ingressi sunt transiluaniam Ibique non modica damna fecerunt, finaliter tandem isto nunccio egrediente, pax facta est cum ipso transalpino per contribucionem Summe cuiusdam, quam ipsi transiluani eidem numerauerunt, quo nichil cercius esse dicit Nam et ipse vidit Petrum Geryndj proficiscentem ad transalpinum quem transiluanj ad ipsum expediuerant, de Moldauo nichil certj scit Sed tum audiuit eciam esse cum ipso In tractatibus.

Preterea dicit dominum Marcum auunculum meum nuperrime Symonem litteratum prope oppidum Vyntz ad maros fluvium Iacentem profligasse Ibidem Symon, quasi captus fuisset, et multos ex suis cecidisse et in fluuio Maros submersos fuisse, Iam autem dicit quod denuo nouus exercitus contra Waywodanos paretur ductoribus domino Marco et domino Mayladt.

Dicit finaliter Nisi maiestas vestra eisdem fidelibus transiluanis hac hyeme exercitu suo subuenerit quod non sit possibile vt tantus Viribus resistere queant, Nam tota transiluania contra eos tumultuare incipiet et finaliter ipsam transiluaniam ammittet quam Innumerabilj pecunia non recuperabit, Cetera maiestas Vestra Intelliget Ex litteris ad quas maiestas Vestra quantocius respondere dignetur. Et litteras illas meis includere et per posstam ad exercitum maiestatis Vestre michi mittere Nam vt prescripsi ego quoque ibidem deodante constituj volo.

Preterea priores Litteras quas nuperrime maiestas Vestra Vnacum Signeto cere Rubre pro occupacione castri dewa ad me miserat, vt illos quam citissime in transiluaniam expedirem, feci iuxta mandatum maiestatis Vestre licet admodum difficiliter Nam non Inveniuntur hoc tempore qui se huiusmodi periculis subiciant Tamen expedivi illas taliter quod non est dubium de celerj reddicione illarum, Licet dubitem ne castrum illud Iam ad manus hostium deuentum sit Nam iste Nunccius cum egrediretur transiluaniam Vidit occupatores illius castrj et qui habebant in mandatis accipere illud castrum ad manus suas accelerare eo, et iam constituerant Pedem in transiluaniam, deus tamen aliter prouidebit, Vtj Spero, Cum hys me et Seruicia mea maiestatj Vestre humillime commendo, Datum Posonij 9. Ianuarij Anno dominj 1530.

Eiusdem Maiestatis Vestre Sacre humillimus ac obsequentissimus

Seruitor

S. Pempflinger, m. propria.

[Aufschrift:]
Sacre Regie Maiestatj Hungarie et Bohemie etc domino domino Clementissimo.

XLVI.

Scrisórea lui *Marcu Pempfflinger* cătră frate-sĕu *Martin Sidoniu Pemfflinger* despre prada făcută de Moldovenĭ şi de Munteni în Ardél şi despre trecerea la Zápolya a unei părţĭ din Ardelenĭ. 1530, 6 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Mein fröuntlicher Lieber Brueder, Grues vnd lieb Beuor, Euer brieff haben vnns Erkukht vnnd lebenndig gemacht, got sey lob vnd Er in Ewigkeyt gesagt, Ewern vleis mue vnd Arbeyt vor vnns vnd das ganntz Land gethann wissenn wir wol: vnd werden wir from sein so werden wir Euchs lassen geniessenn, Als nur dann nit chweiffeltt Sonnder ich Thue Euch Zebissenn, als ich Euch geschriben hab, Wie meine diener mit hilff gottes grossenn syg in Walachischs Land Erlangt haben, Nebenn Ztan meinen brueder, Des habenn der New Wayda vnd dy Boierenn in syn gennomenn, vnd von Vns Ebigen fryd Begertt, vnnd habenn Vns wollenn 3000 fl. vnd 1000 Man Zu hilff

gebenn. Das habenn wir als verschmacht; vnd dy weyl ich Schespurg geredt. Alsz dann dy feyndt, mit Kharthawnn vnd Schauffen Much Zubeschiessen die stat schessburg khumenn warnn vnd pelegert, vnd besschossen haben, sonnder got vns vnd die stat behaltenn, dy weil ain haimlichenn Neydigen Rat besschlossenn, vnd an mein vnd der stat willenn, den Maylad mit des pischolff vnnd horvath casper vnd Maylad folkh, mit sambt denn Ausgetribenn Moyzes Wayda, in dy Walachey getzogenn, vnnd Moyzes wayda widerumb in dass Regiment Einczechen haben Bellnn, da sindt dy Walachey der New wayda und dy Boierenn mit dem gantzenn land auffgebesnn, auch mit hilff der Thurkenn, vnd habenn denn Moyzes wayda Erschlagenn, Maylad mit allen dienerenn gefanngenn, vnd der Mayst tail Noch gefangenn was nit Erschlagenn ist. Wie wol Etlich Erpaermmlich als dy petler heraus Khummen darnach sindt dy Thurkenn mit Taternn vnd walachischenn Wayda heraus in das Land getzogenn, vnd Als Kronn vnd Schespurg das vernomenn habenn, habenn sy sich kunig hannssenn Ergeben vnnd geschworenn, vnd das hannssenn paner ausgestekht, vnd von stund an seinen leuten das czwaniczigist in dy henndt gebenn, darnach habenn sy besamlung gehabt, vnd ist Schennkher Repser vnd Alczener stuel auch vmbgefallenn, vnd hannssenn geschworenn, darnach dy Thurkenn Walachenn vnd Taterenn habenn Vil dörffer Verprandt, fylenn des folkh Nyder gehawet, Etlich Tawsent Man. des Maisten khunig hannssenn partheyenn wekh gefurt, vnd also mit grossen Raub wekh getzogenn des hannssenn Parthey ist auch mit in gebesenn. Sy haben auch Hermanstat empssig begert, Nach dem sy pey der Aw gelegenn sindt. Aber ich hab In Anntburtt thann, vnnd Inen pillel munera geschikht Vnnd solh grosz vnpequemlikayt wär nit geschehenn. so wir des Newen Wayda frountschafft vnd hilff hetten wellenn annemen. Wann sy vns fur Thurkenn vnd all versprochen. Nymantt auff vns Zulassenn, Got Vergeb Es denn dye des ain Vrsach syndt, sy habenn vnns In Verderbenn pracht, vnnd dasz Lannd vonn dem khunig befrombt, Wann mit I T. (1) man vnnd III T. (2) fl., vnnd mit denn folkh das wir gehabt habenn hettenn wir mit hilff gottes Vnnsser feynndt Aus dem Landt mögen treybenn, vnnd weder Turken Noch Taterenn Noch Walachen wären auff vnns nit Khummenn, Nichts dester weniger scholt ir euch nichts solhes Lassen Pewegenn, Wenn dy abgeffalnenn stet vnnd Stuel, als pald ir Nuer mit dem folkh dem Lanndt Zutziehenn werdt. Vnns beystenn. Daran scholt ir nit Czweyffelnn, Darumb Bit ich Euch Bruederlich Maturirt accessum vestrum mit dem folkh. Tunc omnia Erunt salua. Ich wais das den frumenn her Hanns fur solhes zu herczenn wirdt geen, sonnder Er schol sich des Nit betruebenn, Es mag als guet werdenn vnd gruest in von meinenn begernn frountlich. Ich hab sein Brieff den selben tag gen kron geschikht. Sagt auch grues vnnd dinst herrn von Rogenndorff vnd Commendirtt mich Inn vleissig, Wolt auch das er in Beuelh het von kun. Mst. dye Geschlösser Chycho vnd kykyllewar Einzenemmen, vnnd mir vberranntburten, Darauff seyt bedacht, ich wartt Ewer begirlich, vnd ier berdt befyndenn das ir ain Ewigen Trewnn Brueder an mir habenn wardt, Damit seit got beuolhenn vnd khumbt pald. Ier scholt Euch warlich Vor Nymant furchtenn. Eilt Nur den hannssen mit den folkh Pald Nach, Non enim erit qui possit resistere Voluntati Vestre. solus deus, vnd Last Euch gar nithts abschreken. hort Was ir welt. Me commendo, ich schreib Nymant als Euch. Datum cibinij. 6 Nouembris. 1530.

Marx pempfflinger E. Brueder, m. propria.

[Aufschrift:]
Domino et fratri charissimo et Amantissimo domino Martino Sydonio etc.

---

1) Ein Tausend.
2) 3 Tausend Gullden.

XLVII.

Raportul lui *Severin Boner* despre prada făcută de Românî in Polonia. 1530, 22 Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Severinus Boner meldet unterm 22. December 1530.

Palatinum Valachie ruptis federis vinclis dominia regis polonie hostiliter inuasisse, villas plures occupasse, Coloniam notabilem in terris illis Civitatem sue ditioni subiecisse, multa preterea aperta oppida cepisse. Cui rex polonie missurus erat exercitum obuiam, sed ille retrocesserat bellumque haud dubie estate proxima Poloniam impendere.

XLVIII.

Deputaţii oraşului Sibiiŭ *Gaşpar* şi *Benedict Margreff* rógă pe Regele *Ferdinand I.* să iee mĕsuri pentru eliberarea Ardélului şi să le dee o haînă de mătase pentru Domnul Munteniei. 1530.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex domine domine clementissime.

Ex quo Maiestas vestra iam expedicionem cibiniensem conclusit, Quod prius nunc idem dicimus. Quod Maiestas vestra Generalem expedicionem in Transsiluaniam mittendam in omnem Euentum prosequatur. Quoniam presens expedicio cibiniensis saltem vna preparacio Generalis expedicionis est, et obstaculum ne Regnum insurgere possit, ideo Eliberacionem nostram infra hos quatuor Menses, a Maiestate vestra expectamus: et si Maiestas vestra sic non prouiderit, Non solum cibinium, sed Maiestas vestra eciam totum Regnum Ammittet.

Accedit et hoc pernecessarium vt Maiestas vestra peccuniam pro Gentibus mittendam, et conducendam ab hinc in vno Mense certo et indubitato cibinij deponi facere dignetur. Ne in hoc mora vel defectus aliquis committatur. Quoniam sicuti peccunia ista absque Generali expedicione, ita Generalis expedicio sine istis peccunijs et gentibus vt deliberatum est prodesse non poterit.

Opere precium autem videtur vt Maiestas vestra de facto Tria Milia fl. in Anno cum quibus Saltem Vnius Mensis Gentes conduci citissime poterint, cibinium mitteret. Postquam enim fideles Maiestatis vestre intrabunt. Res tegi non poterit. Timendum est Ne per aduersarium gencium conduccio impediatur,

De Iniurijs vltro citroque inter Gentes Maiestatis vestre et cibiniensium Emergendis obseruetur instruccio per Maiestatem vestram superiori Anno cibiniensibus missa.

Vt Mathie Armbroster, pro sustentacione sua summa aliqua peccunie mittatur.

Gregorio quoque literato mittantur floreni centum et littere Noue donacionis super. Bonis petri Erdely ad diem donacionis lunzy (1) facte Cuius iam quartus agitur Annus.

1) d. i. Linz.

Wayuode Transalpiniensi hic existenti dignetur Maiestas vestra Vestem Seriсeam, et expensas. Proque seruitoribus suis vnam peciam panni, graciose dare. Deinde domino coczianer committere, vt ad Equos octo stipendium habeat.

Cum hoc cibinienses commendant se et ciuitatem suam cibiniensem in gracciam et clemenciam Maiestatis vestre, Iterum atque iterum Suplicaturi, Ne Maiestas vestra eos et Regnum illud derelinquere velit, sed de eorum fidelibus seruicijs graciose reminiscj.

Sacratissime Maiestatis vestre humiles et fideles Seruitores cibinienses

Gaspar et Benedictus Margreff.

(Aufschrift: Cibinium.)

XLIX.

1530. Raportul lui *Andreiŭ Mihalevici* către Regele *Ferdinand II.* despre solia sa la Domnii ţĕrilor româneştĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex et domine domine clementissime, Recordetur Vestra Maiestas Serenissima, quomodo Anno preterito, ex voluntate vestre Maiestatis Serenissime in prouinciam mihi comissam iueram, et quum hominem illum ad quem me Maiestas vestra miserat, non inuenissem, quia mortuus erat, curaueram alium querere, medio chuius, ea exequi posse, que per Maiestatem Vestram Serenissimam mihi in Comissis data erant. Que quia nullo modo fieri poterant, non neglexi, eum diligentissime, ad fidelitatem hortari, ab eoque, et consilium petere, et hostis aduentum vires et intencionem scrutari, a quo omnia Veraciter decerpsi, prout iam Maiestas Vestra peroptime scit.

Insuper, Licet pollicitis, sum coactus facere, induxi tamen eum ad hoc, Vt subditis Maiestatis Vestre Transiluanis bonam vicinitatem, et primo Maiestati Vestre, sinceram fidelitatem exhibeant, suumque prefectum, eorum consilio exhibere cogant, et hoc domine clementissime, factum est, Nam per totam hanc estatem, subditi Maiestatis Vestre, per eos non sunt molestati, quum tamen, prefectus illius prouincie, per Thurcum, electus, factus et missus est, Alter autem ille Moldauus, non per Thurcum factus, immo Vestre Maiestati promitens fidelitatem, et accipiens, larga stipendia, a Thezaurario Maiestatis Vestre, quam rebellis inuentus est.

Et si inuento illo homine mortuo, ad quem me Vestra Maiestas Serenissima miserat, neminem adijssem, mihi Videtur, quod satis erat de me hoc, quod fui promptus Caput meum, omittam res Capite viliores, periculo exponere, ad Jussa Maiestatis Vestre Serenissime.

Itaque domine Clementissime, si Vel a casu vel aliter forsan propter meam malam fortunam, Radul mortuus fuit, et nequiui perficere, quod certe optabam, nam et pro me Commodius fuisset, Vestra Maiestas dignetur tum Considerare simili promptitudinem, et mihi in infra scriptis benignam facere relacionem, et prouisionem, Nam omnes res quas habui, perdidi, nec Viuere possum si Vestra Maiestas graciose non prouiderit.

Primo domine clementissime, dum me misit Maiestas Vestra tunc dati sunt mihi pro expensis floreni hungaricales in Auro Quinquaginta, et domino tredentino dixi, quod non sufficiunt ad tam longum iter, si eciam recte tuto possem ire et redire, et certa

sit Vestra Maiestas, quod exposui maiorem partem huius summe, ad homines tabellarios, et qui me in transiluaniam duxerunt et reduxerunt, et illic diu reclusus mansi quia non tantum Vitam meam, quantum honorem Maiestatis Vestre Considerabam ne incidam in Manus inimicorum, hoc eciam et Thezaurarius semper suasit, nullum tamen subsidium fecit, immo nec debitum plenarie persoluit, itaque in illo itinere de meis exposui in Auro florenos hungaricales centum minus quinque, et passus sum dampnum in florenos Quadraginta, Supplico igitur Maiestati Vestre Serenissime, dignetur ex sua inata gracia, has expensas mihi reddere et pro dampno aliquod subsidium ferre, Certe ero paratus iterum exponere ad seruicia Maiestatis Vestre, presertim si quid de hoste Vult Maiestas Vestra sciscitari. Scio Raguseos bonos Christianos, habeoque ex eis notos, Vbi possem pro certo, bene de Thurco eiusque rebus scire, quamuis Vestra Maiestas habet multos et exploratores, et alios fideles per quos sit cercior, tamen non minus Vera referrem Vestre Maiestati quam aliquis alter.

Deinde domine clementissime, predixi quomodo omnes res amisi, modo Ynde in rebus et pecunijs perdidi florenos Quadringentos, Nam et illic iueram in seruicijs Vestre Maiestatis, ad Cassouiensem et dominum Caspar Seredy missus per dominos Supremos Consiliarios, et dum illinc redire Vellem, Thurcus appropinquabat, et sic ad res meas Venire non potui, et iam non possum Viuere sine Subsidio Maiestatis Vestre, Supplico igitur Maiestati Vestre Serenissime, non perpetuo peto, sed tantumodo, Vsque tempus in Capitaneatu Pisini, sub domino Iacobo Dwrh, eiusdem loci Capitaneo aliquod Castellum in officium dare dignetur, Vt me sustentarem donec deo Volente, et Maiestatem Vestram iuuante possem peruenire ad ea que mihi in Hungaria per Maiestatem Vestram data sunt, et dominus Petrus Krwsyth, persuasit mihi heri discedens, Vt a Maiestate vestra Castellum Lowran vocatum peterem, quod est in littore maris.

Preterea Rex clementissime Ab eodem domino Petro Krwsyth intellexi, quod Vnicum fratrem amisi, et cum eo magnam partem rerum mearum, quam putabam adhuc habere, et his eciam peryt in seruicijs Vestre Maiestatis, tunc, quum subditi Venetorum prefatum dominum Petrum, sunt insequuti, et res suas acceperunt, dignetur itaque Vestra Maiestas misereri tantorum dampnorum meorum.

Ceterum Rex Clementissime ipse dominus Petrus Krwsyth, et alij quoque Amici mei dixerunt, qualiter aliqui hoc hic prouulgarunt, quod ego iui ad Iohanem Scepusiensem, et ipse dominus Petrus Krwsyth dixit, quod sepius Vestre Maiestati pro me voluit loqui, Sed nesciuit, an hoc pernenit ad Aures Vestre Maiestatis, itaque Sciat Maiestas Vestra illos mentitos fuisse, quicunque hoc dixerunt, quia non sum apud Iohanem, sed sum hic, neque Vnquam habui in Animo ire ad Iohanem, quia nunquam aliquid mihi dedit, neque me nouit, neque ab eo aliquod pecy, in hoc forsan Vellent aliqui inimici mei graciam Maiestatis Vestre perdere a me, sed firmam spem habeo, quod non possunt, dicentes, quod ego scripsi ad Complices Iohanis, petens eos, Vt mihi ordinarent saluum conductum, Verum eciam dum fui in Transiluania reclusus, nec exire audebam, quid feci, misi Vnum hominem cum litteris meis, ad quosdam notos, et olim Amicos domini Petri Krwsyth, scribens eis, quod sum Seruitor, ipsius domini Petri Krwsyth, et quod Veni in transiluaniam, pro quodam debito Vellemque iam exire, Sed audio, quod omnes spoliantur et opprimuntur, qui non habent litteras salui conductus, et ita Vnus ex illis misit mihi litteras suas, me asecurando, tamen litteris suis minime confidens, ad eum non diuersi, quamuis me vocabat, Sed per aliam Viam Veni, Volui eciam ordinare litteras Iohannis, vt dum inter suos Complices irem, possem esse tutus, et hoc certe didici a Mercatoribus, qui trans Tibiscum fluuium, Vtebantur litteris Iohannis ex ista Vero parte litteris Maiestatis Vestre, Ideo Maiestas Vestra huiusmodi hominibus fidem habere ne Velit, quia me falso accusant, prout Videt Vestra Maiestas, quod hic sum, deus scit, corpore corde et animo Scio autem, quod maxime hoc promulgauit Castellanffy, qui prius minabatur me interficere, propter Castellum Zelyna, Nunc autem hac difamacione vellet mihi nocere

Illud Catonis dictum Rex Clementissime teneo. dum recte Viuas ne curres Verba malorum. Arbitry nostri non est quod quisque loquatur, itaque ego in gracia Maiestatis Vestre, et in mea sincera fidelitate confidens, Vestre Maiestati Supplico, dignetur mihi graciosum facere ad prefata responsum, quia paucissimas, habeo expensas, et diu manere non potero, si me Vestra Maiestas non iuuerit, et si prefatum Castellum in officium ob aliquam Causam dare non potest, Supplico dignetur mihi facere aliquam prouisionem, graciosam a Maiestate Vestra expecto relacionem.

Eiusdem Maiestatis Vestre Serenissime fidelis

Andreas Myhalewyth de ffzyn.

L.

1530. Propunerile făcute de *solii oraşului Sibiiŭ* Regelui *Ferdinand I.* pentru o alianţă cu Petru-Vodă Rareş.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex domine domine clementissime.

Que ad conseruacionem Regni Transilvaniae et ciuitatis r. Maiestatis vestre cibiniensis ac suorum fidelium videbunt necessaria, de voluntate et commissione Maiestatis vestre paucis Annotabimus.

Item. Primum per Necessarium videtur, Vt Maiestas vestra suum Oratorem ad wayuodam Moldauiensem quam citissime expediat, nec moram aliquam in hoc Maiestas vestra committat.

Tractandum autem inter alia cum Moldauiensi, vt fidelitati Maiestatis vestre se accomodet. Quemadmodum per Nuncios suos se sepius facturum obtulit.

Moldauiensis autem Wayuoda habet Siculos sibi addictos. Ideo committat Siculis. Alijs autem duobus Nacionibus. Nobilibus et Saxonibus Nuncciet. Ne Ioanni adherere velint. Et ne quovis pacto, contra Maiestatem vestram, et gentes suas insurgant, nec arma capiant, et.

Quum Maiestas vestra in Transilvaniam gentes siue Exercitum suum miserit. Ipse quoque Moldauus certas vires suas illis Jungat Vel si id Aliquo modo fieri non posset, Saltem mittat aliquas Gentes cibinium et ad loca illa circumadiacencia que cum gentibus Maiestatis vestre cibinium existentibus mutuam intelligenciam habeant et obstent, Ne Regnum Transilvanie contra Exercitum Maiestatis vestre insurgere possit. Quod facile factu erit si Moldauus voluerit.

Item Regia Maiestas cibinij habeat, ad Minus VI tert. Equites et 400 pedites pixidarios. Qui ad quatuor Menses stipendium habeant. Qui quidem Equites et pedites efficere poterunt, Ne Transilvania contra Exercitum Maiestatis vestre insurgant. Quomodo autem gentes Intromittende sunt, committimus consilio Maiestatis vestre. Pedites quidem conducere possumus sufficientes, Nec dubitamus, Quin Sebastianus Zekel

et Anthonius Thorozkaij ad Tercentum et Vltra Equites in Transilvania Bonos conducere possint Reliqui ex Hungaria mitti poterint.

Item Interea quo Gentes Maiestatis vestre Circa Ticiam versabuntur. Credimus non frustra. Medio tempore Gentes cibinij habere paratas poterimus: habitis gentibus cibinij. Exercitus Maiestatis vestre Varadinum occupandum accelleret. In Transsilvania autem Gentes Maiestatis vestre cibinij existentes. Totam Transsilvaniam ab insureccione coercebunt. Et sic Exercitus Maiestatis vestre Libere et sine periculo Transsilvaniam ingredi poterit. Nec habet Ioannes Wayuoda tot gentes cum quibus possit obsistere Exercitui Maiestatis vestre.

Si autem Maiestas vestra hec ita Transsigi optat et Cupit res suas saluas. Ex tum Maiestas vestra Nos et dominum Sebastianum Zekel, Torozkaij ac alios quos in Transsilvaniam missura est. Vnacum pecunijs pro solucione gencium Necessarijs. Hoc Triduo in Omnem Euentum expediat et dimittat. Vt huiusmodi nostre conseruacioni et Maiestatis vestre fidelitati in Tempore Prouidere possimus.

Nouit enim Maiestas vestra Terminum per Ciuitatem Ioanni Wayuode prefixum pre foribus esse. Ad quem quidem Terminum cibinienses, eorum promissioni satisfacient. Si Maiestas vestra de facto non prouidebit. Postea Tarde Immo frustra Erit quidquid tandem Maiestas vestra Molitura erit. Hostis etiam Maiestatis vestre non dormit.

Quare humillime Suplicamus Maiestati vestre domino Nostro clementissimo, dignetur pro sua dignitate. pro Conseruacione illius Regni sui Transsilvanie et Tocius christianitatis, et ob respectum fidelium suorum, qui omni Constancia non parcendo Capitibus Bonis et Rebus eorum hactenus Maiestati vestre seruierunt tantam occasionem conseruandi Regni sui minime Amittere. Quin exposcenda tam Temporis quam rerum presencium commoditate. Nos Vnacum alys hoc Triduo graciose absoluere, peccuniamque pro gentibus conducendis Necessariam assignare. Quoniam si Maiestas vestra nos dimiserit vel Ne, Nichilominus fratres nostri cibinienses, ad Terminum Ioanni prefixum exequentur eorum promissa, hoc adiecto, si Maiestas vestra hanc Expedicionem et subsidium faciendum obmiserit. Est itaque preueniendum in tempore, et sine Mora. Cum hec Seruicia nostra fidelia Maiestati vestre cum omni constancia humillime commendamus.

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre

fidelissimi Seruitores

Nuncij cibinienses.

(Aufschrift: cibinio.)

LI.

Raportul *Ambasadorului imperial* către Regele *Ferdinand I.* despre un conflict de granițe ivit între Polonia și Moldova. 1530.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Post. Datum. Allergnedigster konig: Der gutt fromm Mann Anthonj Merusch der Ewer kon. Myst. die letsten brieffe vom Moldawer bracht vnd mit vns biss gen Crakaw widerkomenn ist allhie Inn der herberg beschafft dass er nit aussgehen darff, hatt gleichwol durch vns von kon. Mjst Zu Poln ein gnedige Zusag eins glaits, mit den Moldawischen gesandten von hinnen Zekommen. Dweil aber er auss einer Polnischen Statt als namlich auss Reuschenlemberg ist, da er dann sein wonung, Weyb vnd khind hatt, Ist Im von nöten ein brieff von kon. Mjst. Zu Poln an die von Reuschenlemberg

Zu erlangen, Damit Im oder den seinen sollicher gethaner dienst, der allein Zu furderung fridens und ainigkait Zwuschen Poln vnd der Walachey geraicht nit Zu Verwiss oder nachtail gezogenn Werde. Sollichen brieff von seiner Mjst Zubekommen ist sein vnderthenigst bitt. E. kon. Mjst geruche den konig Zu Poln desshalben vnd Im dem ormen gesellenn zu guttem, vnd gnedigster furderung, schreiben. Welches vns auch billich vnd Im hoch vonn nöten sein beduncken will. Wer auch gutt, dass vns Copey desselbigen Ewerer kon Mjst. schreibens Zugeschickt wurde, Ine dessen zu berichten etc.

iidem vt in literis.

LII.

1531, 3 Ianuar. Deputaţii oraşului Sibiiŭ, *Martin Sidonius* şi *Ioan Fuchs* îi fac Regeluĭ *Ferdinand I.* împărtăşirea, că Sultanul li-a ordonat Moldovenilor, Muntenilor şi Ardelenilor să fie gata de rĕsboiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex et domine, domine clementissime: Post fideseruitiorum nostrorum humillimam commendationem Attulit nobis Adolescens quidam Litteras ex Transyluania, quas ante biduum accepimus, Existimauerunt nos vna cum Exercitu Maiestatis vestrae non longe a Transsyluania abfuisse. Et nuntiarunt Turcarum Tyrannum, Moldauis, Transalpinis et Transyluanis edixisse, ut sub ultimae exterminationis pena, ad proximum ver totis viribus in armis sint, iunctisque Castris et armis Germaniam invadant. Qui huius dire rei nouitate perculsi, quum Turcarum Tyrannidem plurimum uereantur, Rogant et obsecrant ut ea Maiestati vestrae repente nuntiemus, ut si forte Maiestas vestra plura praesidia ante veris initium in Transsiluaniam mitteret, quibus Turcis resistere possent Sed ubi intelligent Exercitum nostrum re infecta pedem retulisse, nescimus quid spei sibi proponent. Si caeteris item Regnis propinguis consulere uellemus, id mature et sine mora fiat summopere necessarium esset. Scripsimus quidem et indies habitis nuntijs Transiluanis nostris scribemus, eisque spem ulteriorem dabimus. Sed toties neglecti, et ad multipharias consolationes nostras necquicquam sequutum, Quum dy superi ac Inferi consilys et conatibus nostris auersentur, postremum et nobis uix credent, nihil tamen ob id intentatum relinquemus. Et Maiestati vestrae per fidem Christianam humillime supplicamus, maturet ad Transyluaniae defensionem, ne Barbari et bestiae illae Turcae opportunitatem tam amplam Maiestati vestrae praeripiant, defensa enim Transiluania, omnia Maiestatis vestrae Regna in tuto erunt, et eo consilio Turcis ipsis magnum subijciet scrupulum, secus et nostrarum et multorum salutem negligemus, nunc in summo opice, et in extremis fluctuamur. Defecerunt nobis praeterea expensae, Quemadmodum prioribus Maiestati vestrae quoque supplicauimus, id Clementiae et gratiae Maiestatis vestrae submittimus, ad neminem enim, praeter ad Maiestatem vestram confugere possimus. Quam Deus optimus maximus diu et foeliciter uiuere sinat optamus. Ex Vienna III. Ianuarij. Anno Domini M.D.XXXI.

Sacrae Maiestatis Vestrae humillimi ac fidelissimi Seruitores et subditj

M. Sydonius et Ioannes Fux Nuntij Transyluani.

[Aufschrift:]
Serenissimo Principi et Domino domino Ferdinando Regi Hungariae et Bohemiae etc. Archiduci Austriae etc Domino nostro clementissimo. — Transsyluania.

LIII.

Scrisórea Regelui *Sigismund I.* către Regele *Ferdinand I.* vestindu-I despre victoria Polonesilor conduşî de Ioan Tarnow contra Moldovenilor. 1531, 30 Aug.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sigismundus dei gracia Rex Poloniae magnus dux littuaniae, Russiae tociusque Prussiae ac Mazouiae etc. dominus et heres.

Magnifice siincere nobis dilecte. Non preterit Serenitatem tuam, quo temerario ausu, quibusne insidiis Valachus hostis noster contra federa et iusiurandum suum, prouinciam Regni nostri Pokveziie inuaserit et indefensam propter non speratam perfidiam occupauerit. Qua iniuria nos prouocati, cum suasu consiliariorum nostrorum, ad eripiendam prouinciam ab hoste nostram, paulo ante, exercitum misissemus, factum est ope diuina et fortuna nostra, quod capitaneus nostri exercitus, Spectabilis et magnificus Ioannes Comes de Tarnow, Palatinus terrarum Russiae generalis, partim stratagemmate, partim sua, militumque bellica Virtute, primo Aduentu Valachos hostes nostros e sedibus dictae prouinciae, non parva strage facta, eicit, ad quem casum excitatus perfidus hostis, et si valida mano atque praegrandibus copiis comparatis, recens denuo aduersus nostros aciem instruxisset. Dei tamen omnipotentis auxilio, Cui fraus et iniusticia ipsius probe erat cognita, et ductu Capitanei, atque fortitudine militum nostrorum iterum de illo, duplicem Victoriam, cum altera, quae fuit Sabbato post Assumptionis Mariae(1) sex Milia hominum, altera, die martis ante Bartholomei(2) circiter viginti Milia profligati sint, sumus consequuti. Ita quod is ipse hostis noster, vulneribus duobus (vt ex captiuis cognouimus) susceptis et vexillo suo potissimo, atque tormentis bellicis circiter quinquaginta ammissis, coactus sit, Cum legionibus suis fuga sibi consulere. De quibus magna pars cesi, pars in Captiuitatem ducti sunt. Quo optatissimo Nuncio, cum nos maiorem in modum sumus consolati, leticiae eius nostrae, et publici tanti gaudii, participem quoque Serenitatem tuam facere voluimus. Quam pro sua erga nos fide et officio senatorio in hoc nobis congratulaturam esse, et diuinae Maiestati supplicaturam. Confidimus, vt quam victoriam nobis et Christiano subiectionis nostrae populo, de perfidis scismaticis tribuere incepit misericorditer prosequi ad gioriam nominis sui dignetur. bene valeat Serenitas tua. Datum Cracouiae feria quarta die sanctorum Felicis et Aucti. Anno domini Millesimo, Quingentesimo Tricesimo Primo, Regni vero Nostri Anno Vigesimo Quinto.

Ex Commissione Regiae Majestatis propria.

---

1) d. i. am 19 August.
2) d. i. 22 August.

LIV.

1531, 4 Sept. Scrisórea Regeluí Poloniei *Sigismund I.* cătră *Papa Clement VII.* vestindu-l despre victoria Polonesilor în luptă cu Moldovenii.

(Din Theiner „Vetera monumenta Pol. et Lith." Tom. II. pg. 479).

Rex Poloniae pontificem de victoria a Vallachis et Vaivoda relata certiorem reddit.

Sanctissimo in Christo patri et domino, domino Clementi septimo divina providentia sacrosancte Romane ac universalis Ecclesie summo Pontifici, Domino Clementissimo.

Sanctissime in Christo pater et domine, domine Clementissime. Post humilem mei Regnique et dominiorum meorum commendationem et oscula pedum beatorum. Credo non ignorare Sanctitatem vestram esse in vicinia mea *Valachos populos bellicosos et in militari disciplina exercitatos,* quibus semper tiranni Vaywode preesse consueverunt, qui etsi christianorum Principum nomen sibi ab antiquo usurparunt, nihil tamen minus unquam prestiterunt, quam quod ad officium professionis christiane pertineret. Nam et qui predecessorum meorum tempore vixerunt, et qui etate mea gentibus predictis imperarunt, continuas insidias et bella Regno et subditis meis moliebantur. Ita eciam Vaywoda presens maiorum suorum morem imitatus, hyeme proxime preterita ausu temerario et libidine nephanda concitatus, contra federa et iusiurandum, quod michi prestitit, provinciam Regni mei sibi propinquiorem hostiliter invasit et indefensam propter non speratam eius perfidiam occupavit. Qua iniuria ego provocatus cum suasu consiliariorum meorum ad eripiendam provinciam ab illo meam paulo ante exercitum meum misissem, factum est ope divina et fortuna mea, quod Capitaneus mei exercitus partim stratagemmate, partim sua militumque bellica virtute primo adventu Valachos hostes meos e sedibus dicte provincie, non parva strage facta, eiecit. Ad quem casum excitatus perfidus hostis, etsi valida manu atque pregrandibus copiis comparatis recens denuo adversus milites meos aciem instruxisset, Dei tamen omnipotentis auxilio, cui fraus et iniusticia ipsius probe erat cognita, et ductu Capitanei atque fortitudine militum meorum iterum de illo sum insignem victoriam consequutus; ita quod is ipse hostis meus, vulneribus duobus susceptis et vexillo suo potissimo atque tormentis bellicis magnis circiter quinquaginta amissis, coactus sit cum legionibus suis fuga sibi consulere, de quibus pars magna cesi, pars in captivitatem ducti sunt. Quo optatissimo nuncio cum ego maiorem in modum sim consolatus, laeticie eius mee et publici tanti gaudii participem quoque Sanctitatem vestram facere volui, quam pro sua erga me benignitate et amore paterno in hoc michi congratulaturam esse confido, et favore suo me ita in reliquum tempus adiuturam, ut omnipotens Deus, quam victoriam michi et christiano subiectionis mee populo de perfidis hostibus tribuere incepit, misericorditer prosequi ad gloriam sui nominis dignetur. Dominus Deus servet Vestram Sanctitatem nobis et ecclesie sue diutissime sospitem et felicem, cui me uti patri clementissimo omni studio eciam atque eciam commendo. Datum Cracovie die quarta Septembris Anno domini MDXXXI. Regni mei anno XX.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae — Obsequentissimus filius

Sigismundus Rex Polonie, manu pp. subscripsit.

(Instrum. Miscell. Poloniae).

LV.

Nicolae Apaffy şi *Marcu Pempfflinger* vestesc pe Regele *Ferdinand I.* că Turcii aŭ cucerit Moldova şi Muntenia şi înaintéză spre Făgăraş şi-l rógă să iee mĕsuri pentru apărarea Timişorii, a Sibiului şi a Albei Iuliei. 1532, 23 Maiŭ

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Sacra Regia Maiestas, Domine clementissime, humillimorum Seruiciorum commendationem. hys proximis diebus Venit ex Transsiluania, Castellanus castri fogaras qui refert, Quod Gritthy Moldauiam et Terram Transalpinarum totam, nunc ad se subigere et eos omnes secum assumere, ac ad Expugnandam Ciuitatem Cibiniensem et Castrum Fogaras educere iam tentat, pertinentiae etiam fogaras iam per eosdem occupate dicuntur. Omnia eciam pecora et Armenta, quibus se Ciuitas Cibiniensis alebat, que non pauca erant, quantum pro eorum necessitatibus sunt abacta et abducta. Si Maiestas Vestra, gentes et Expedicionem, quam fieri supplicabamus, Expediebat, Nulla racione ipse Gritthy audebat eciam cum Moldawiensibus et Transalpinensibus Transsiluaniam intrare. Si Cibinium quod deus auertat occupauerit, non pro Ioanne ipse Gritthy occupabit, sed Cesari Turcarum. Vt autem sepius Maiestati vestre significauimus, qui possidet Cibinium, possidet et totam Transsiluaniam. Dicit etiam Idem homo Castellanus videlicet castri fogaras, Cesarem Turcarum omnino aduenire, hoc tamen Maiestati vestre magis notum est, in quo consistat. Verum si iam Turca Exibit, et Cibinium Expugnatum fuerit, tam Ex terra tota Transalpinarum, Moldauie et Transsiluanie, non paruam gentem leuabit, et secum in sui auxilium educet, quam tamen Maiestas Vestra pro se habere poterat. Si Expeditionem in Transsiluaniam non mutabat, Multa enim damna in Regni sui partibus per tot pro rogaciones hactenus Maiestas Vestra tulit, et deinceps Maiora Euenire possunt, et nisi Maiestas Vestra in rebus hungarorum consilio hungarico, qui nouerint hungarorum necessitates Vsa fuerit, si eciam amissa recuperabit, rursus secluso consilio hungarorum, amittere poterit, Maiestas eciam Vestra tanti faciat Castrum Themeswar, et Cibinium, quod deus auertat, si amiserit illa, ac si amisisset omnia que ad Coronam hungarie pertinent. Nam ista tria tocius Hungarie propugnacula Erant Videlicet Nandor alba Themeswar et Cibinium. Nandor alba amissa, quantum damni hungaria passa est multis constat, quantum eciam alie Naciones et cristianitas, et illius tantummodo Vnius amissione sustinuit et patitur, Vestra Maiestas consideret. Vt autem nos consideramus. Maiestas Vestra tardissime auxilia allatura est Regno isto hungarie. Nam Maiestas Vestra paratas gentes non habet neque huzarones neque Nazadistas nec Balcotas, ad quorum conduccionem Nulla pecunia adest: Et sic Necesse est Expedicionem prorogari, Et si eciam Turca adueniet, interea totam hungariam, et Vicina Regna perdet: Supplicamus itaque Maiestati Vestre faciat iam Tandem, quicquid facere wlt, quosque Themeswar, et Cibinium sunt in salua possessione Maiestatis Vestre, et ne iam nos finaliter deserat, sed quantocicius subuenire dignetur. Et cum totalis fama Vigeat Turcas aduentare, Maiestas Vestra, in tempore conducere faciat huzarones et Nazadistas, sine quibus res Maiestatis Vestre bene succedere nequeunt. Maiestatem Vestram Altissimus deus optime conseruare dignetur: Datum posonij 23 Maij Anno Domini 1532.

Hec per manus meas Marci pempflinger Libenter scribenda erant. Sed propter Scabies et Dolorem inde susceptum, quia scribere nequiui: Maiestatem Vestram vt ignoscat supplico.

Sacratissime Maiestatis Vestre Seruitores

Nicolaus appaffi
et Marcus pempflinger.

[Aufschrift:]
Sacratissime Regie Maiestati, domino domino clementissimo
Appaffy vnd Pempflinger.

(Auf der Rückseite steht noch:) Seit der Zug in Sybenburgen antrift wussten Sy wol was Sy dar In geraten vnd des koniges furnemen darauf gewest ist, Vnnd hinach was dy vrsach die Sy auch anzeigt vnd weiter Dinst geraten haten, darumb der Zug vnderlassen bliben vnd nit fur sich geen mögen. Aber zu Rettung vnd erhaltung des Konigreichs, wil Ir kon. Mjst. nit verhallten. Das sein Mjst bisher nit geferet hat in allem dem dass darzue dinstlich vnd gut gewesen ist. Und ist durch solch seiner Mjst embsig getrew handlung nun dahin kommen dass kon. Mjst vnd der Reichsstannd etc. Zue Ugiren.

LVI.

1532. *Georgiu Reichersdorfer* rógă pe Regele *Ferdinand I.* să-i dăruiască domeniul de la Vinţu de jos, rĕmas vacant după mórtea lui Radu-Vodă.

Sacra Regia Maiestas et Domine Domine graciosissime. Quemadmodum Maiestas vestra habito respectu fidelium Seruitiorum meorum, me Anno superiore super Ducentos Colonos gratiose assecurauerit, quos tamen eatenus propter varia temporum discrimina nusquam locorum consequi potui, Cum itaque ipsa possessio Alwyncz in Regno Transsiluanie post interitum Radul Waywodae Transalpinensis pleno Iure ad Maiestatem vestram deuoluta sit et redacta, et eam quidem possessionem, ego ipse tempore, quo in Transsiluania Legatione functus, Armis quidem pro Maiestate vestra occupauerim, Supplico Maiestati vestrae humillime, quatenus eadem dignetur fidelium Seruitiorum meorum gratiosam habere rationem, mihique prescriptam possessionem gratiose conferre, quae se saltim ad Trecentos Colonos extendit, vel si minus fieri licet, ex tunc Maiestas vestra illos ascriptos Ducentos Colonos in premissa Possessione sequestrare, et conferre non grauetur, quo possim Maiestati vestre deinceps feruenciori animo inseruire, Relacionem gratiosam expectans.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Serenissimae fidelis Seruitor

Georgius Reichenstorffer.

[Auf der Rückseite:]
pro parte possessionis Alwyncz.

LVII.

1533, 15 Fevr. *Regele Ferdinand I.* vesteşte pe *Katzianer*, că voivodul Murad pradă hotarele şi-l însărcinéză să céră intervenirea comandantului turcesc Gritti.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Wie vns vnser Rat vnd landsverweser in win Andre von lemberg Szo aus ein Zogen kundschafften Zuegeschriben, dass der Murath Wayuoda mit einer anzal vollhs bis in III^{M} starkh zu Ross vnd fuess auf vnser Orthflekhen Zuziehen vnd dersel-

ben einen Zubelegern vnd Zuerobern furgenomen vnd aussgezogen wirdest du aus inligender Abschrifft vernemen, Dieweil aber wir der Zeit ein Anstannd angenomen vnd der Grittj von des Turgkes wegen auch derein bewilligt und denselben Zugeleben Zuegesagt so befrümbdet vns nit wenig, dass der Murath Weyuoda sich sol vnndersteen mit solch anzal volkh auf vnser lannd vnd ortflekhen Zuziehen vnd die Zubelegern vndersteen, dann dardurch wurd der angenomen Anstannd nit gelebt noch derselb gehallten sein, des wir vns dann hinfür auch nit anderst Zuuerschen heten. Demnach beuelhen wir dir, dass du eylendist den Grittj schreibest dich angezaigts fürnemen des Murath beswurest, vnd ernstlich handlest, dass Er anstat seins hern des Turgkes solches bej Im Zum poldigst abstellen vnnd den Anstand Zuhallten verfuegen. Auch ordnung geben, vnd Anstands verkundig thun well, dass hiefür wider denselben nit genhandlt noch wir an vnsern landen angriffen oder beschedigt werden, dass wellen wir vns gentzlich versehen vnd entgegen auch also halten. Vnd was du in antwort werdest empfahen, dieselb eylends vnsern landt Verweser in Wien Auch vns Zueschreibest vnd verkindest. Daran thust du vnser ernstlich mainung. Geben Lyntz 15 Februar 33.

LVIII.

Credenţionalul dat lui *Georgiu Reichersdorfer*, însărcinat din partea Regelui *Ferdinand I.* să închee un tractat cu Petru-Vodă din Moldova. 1534, 25 Martie.

(Din biblioteca Curţii din München).

Literae pleni mandati regii.

Ferdinandus Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croatiae etc. recognoscimus ac notum facimus tenore praesentium universis etc. nos attentis fidelitate, industria, rerumque gerendarum agilitate et prudentia fidelis nobis dilecti Georgii Reicherstorffer, secretarii et commissarii nostri, quibus eundem praeditum esse cognovimus sponte et ex certa nostra scientia animoque deliberato omni modo, via, jure, causa et forma, quibus melius et efficacius de jure potuimus et debuimus, ac possumus et debemus, in nostrum verum, certum, legitimum et indubitatum procuratorem, actorem, mandatarium ac nuncium specialem et generalem negotii nostri infrascripti creavimus, ordinavimus, constituimus et deputavimus; sicut creamus, ordinamus, constituimus et deputamus per praesentes, dantes et concedentes eidem plenam et amplam facultatem nostro nomine, vice et loco, cum illo sincere nobis dilecto Petro Vayvoda Moldaviae agendi, tractandi, capitulandi, et definiendi, aliaque omnia et singula, quae in instructionis nostrae serie ei desuper datae continentur er habentur faciendi et exequendi, etiam si talia forent negotia, quae mandatum nostrum exigerent magis speciale, quam punctibus est expressum, promittentes in verbo nostro regio, nos id omne et quidquid per eundem Georgium in omnibus praemissis actum, tractatum et capitulatum, definitum, obtentum, imperatum, ac oblatum et promissum fuerit, eidem perpetuo ratum et gratum, validumque ac firmum habere, nec contra illud ullo unquam tempore directe vel indirecte, aut quovis quaesito colore seu ingenio dicere, facere, vel venire velle, harum nostrarum testimonio literarum, sigilli nostri impressione munitarum. Datum in civitate nostra Vienna, in festo conceptionis beatissimae virginis Mariae. Anno domini millesimo, quingentesimo, tricesimo quarto

---

LIX.

1534, 25 Martie. Instrucţiuni date din partea Regelui *Ferdinand I*, lui *Georgiu Reichersdorfer*, însărcinat a încheia tractat cu Petru-Vodă din Moldova.

(Din biblioteca Curţii din München).

Altera instructio, data eidem, ad Petrum Vayvodam. Viennae in festo Concreptionis Verginis Mariae Anno MDXXXIV.

Dicat Vayvodae Moldaviensi salutem et gratiam regiae Majestatis.

Exponat, quemadmodum hoc praesenti anno intellexerit ex nuntiis Majestas regia bonam ejus voluntatem, inserviendi Majestati suae in defensionem christianae fidei, fueritque omnem operam et auxilium pollicitus; at licet Majestas regia illius legationibus clementer responderit, declaraveritque per eosdem nuncios, grata sibi futura servitia sua, obtuleritque vicissim Petro Vayvodae omnem gratiam et liberalitatem suam, ut tamen Vayvoda de ejus Majestatis erga se benevolentia certior fieret, voluit ad eum mittere oratores suos, qui praesentes praesentem alloquerentur, animumque ejus certius cognoscerent et ad Majestatem regiam referre possint. Deinde commemorent, in quam magna et manifesta pericula regnum Hungariae per temeritatem et ambitionem Joannis Scepusiensis deductum sit et quam dolosis persuasionibus et Hungaros et Transylvanos his annis superioribus ad Turcarum absequium conatus sit pertrahere, promittens, nihil a Turcis aliud, quam pacem et defensionem expectandam esse, si Joannem regem agnoscerent. Id quidem falsum fuisse, Turcarum Imperator docuit, Quoties eum exercitu Hungariam invasit, multo majorem cladem intulit eis, qui Joannem nominabant regem, tam in Hungaria, quam Slavonia, majorque ab his praedae abacta est, quam a fidelibus subditis regiae Majestatis, Domini nostri clementissimi.

Postremo tandem multo evidentius, quid Turcarum Caesar in animo haberet, ostendit, quando per specialem legationis Ludovicum Critti expediverat, qui Emericum Czybak et quosdam alios primo statim adventu suo tollendos curavit, majorem procul dubio caedem facturus in eos, qui Joanni et Turcis parebant, nisi ipsius Vayvodae Moldaviensis et Transylvanorum consilio et virtute in Meghijes obsessus captus et occisus esset.

Quum itaque iam omnibus constet, quam vanum et periculosum fuerit Ioannis Scepusiensis et Turcarum fraudibus implicari, salusque et incolumitas regni Hungariae non a Turcis hostibus, sed e Christianis quaerenda et speranda sit, consideret Vayvoda Hungariae, Transylvaniae et Moldaviae periculum et commodum esse commentum, nec posse periclitari Hungariam et Transylvaniam, quum Moldavia quoque in idem aut gracius periculum involvatur. Propterea hortentur Vayvodam oratores, ut quemadmodum majores et praecessores sui Vayvodae veris et legitimis Hungariae regibus fideles et obsequentes fuerint, ita ipse quoque Petrus Vayvoda unacum suis Boyaronibus et provincia tota in obsequium et fidelitatem regiae Majestatis, Domini nostri clementissimi, id quod per suos nuntios se facturum pollicetur, accedant.

Nam quod ad Majestatem suam attinet, ubi Petrus Vayvoda cum suis provincialibus et Transylvanis unanimiter constantes in obedientia Majestatis suae erunt, ac illi etiam Hungari, si quid adhuc cum Ioanne sentiunt, se ipsos cognoscent et ad saniorem mentem redibunt, hoc pacto Majestas regia regnum unitum et conjunctum Dei auxilio ac potentissimi Romanorum Imperatoris, fratris sui, regnorumque suorum ope se defensurum sperat et confidit, quemadmodum superioribus etiam annis defendere potuisset, nisi ipsimet Hungari inter se divisi fuissent, ac nonnulli unacum Ioanne sua sponte

Turcarum Imperatorem aliquoties in perniciem Hungariae et Christianitatis accesissent et evocassent.

Potuisset autem Majestas regia rebelles et inobedientes armis quoque ad obedientiam revocare, nisi Christiano sanguini pepercisset, et nisi cavisset, ne Hungarica natio, quae sic alioqui est attrita, majoribus adhuc periculis et caedibus affligeretur, et nisi fideles subditi Majestati suae Hungari essent dehortati. Ad quod nunquam Majestati suae vires defuerunt, neque etiam nunc desunt. Quodsi alioquin nollent, qui rebelles sunt, resipiscere, cogetur Majestas sua bello rem agere, a quo hactenus ex pietate Christiani principis et bonorum suorum subditorum supplicationibus dehortantibus abstinuit.

Si Vayvoda quaeret ex oratoribus particulariter, an velit Majestas regiae ferre Moldavo auxillum, quum opus fuerit, adversus Turcas, respondeant, Majestatem regiam non minus, quam praecessores suos reges Hungariae curam illius provinciae habituram, quumque non ignoret Vuyvoda, quibus modis praecessores sui regibus Hungariae ad obedientiam et fidelitatem obstricti fuerint; quam item defensionem eis reges praestare debuerint; si Vayvoda unacum suis Bojaronibus et provincia sua, quemadmodum regia Majestas, Dominus noster clementissimus, sperat, literis et juramento sese ad hujusmodi fidelitatem obligaverit, Majestas quoque regia praecessorum suorum regum exemplo Vayvodam de sua provinciaeque suae defensione et auxilio, ut moris est, per literas suas certionem faciet et assecurabit.

Petant ab eo literas obedientiae consuetas, et polliceantur, Majestatem quoque regiam literas, quales praecessores sui reges illius praecessoribus Vayvodis dare consueverint, daturam, si oratores suos hujus rei causa ad ejus Majestatem miserit.

Si dilationem aliquam in dandis his litteris faciet, nec viderint oratores, posse eas tunc impetrari, confirment, hominem nihilominus, quantum poterint, ut sit erga regem et religionem Christianam constans et firmus, et de regia Majestate speret omnia bona majora, quae praestari possunt a quoque Principe Christiano pro regni Hungariae, proque illius provinciae Moldaviae defensione.

Si dicet, se per nuntios suos semper id a regia M^te^ optasse, ut ea, quae nunc in Transylvania possidet, retinere possit, et si quaeratur, quod nullum responsum aut mandatum de ea re attulerint, respondeant, se sperare et certo scire, Majestatem regiam, ubi intelexerit particulariter, quae sint ea bona, clementer petitioni ejus responsurum, et affirment, se in eo negotio bonos et diligentes internuntios apud regiam Majestatem futuros.

Curent oratores, ut Vayvoda contentus sit hac eorum oblatione, et mittat in scriptis per ipsos aut per proprios oratores suos quae sint illa bona, in quorum possesionibus cupiat relinqui, ut de his regia Majestas maturius conculere et deliberare possit.

Quod si eo ventum fuerit, ut nulla ratione animus illius contentus futurus videatur, nisi de bonis illis assecuretur, affirment, Majestatem regiam illa bona in manibus ejus relicturam, ut nunc possidet.

Caveant, quoad fieri poterit, ne literas dent ipsi Vayvodae super hujusmodi bonis, neve nominatim Bistriciam, vel arces aliquas exprimant, ut suo tempore integrum sit Majestati regiae, quae ad coronam perlineant, et quae aliena sunt, distinguere, et cum Vayvoda, ut temporis feret conditio, de his atque aliis transigere.

Hortentur Vayvodam non nomine regiae Majestatis, neque in exponenda legatione, sed tanquam a semet ipsis, ut efficiat, quemadmodum initio quoque regni Majestatis suae egregiam in hoc operam Vayvoda praestitit, ut Siculi et ceterae nationes Transylvanae concordibus animis ad obedientiam suae Majestati, Domino nostro clementissimo, sed universae religioni Christianae singulare ac perpetuo memorabile servitium exhibere.

———

LX.

1534, 25 Martie. Instrucţiuni date din partea Regelui *Ferdinand I.* lui *Georgiu Reichersdorfer*, însărcinat a încheia tractat cu Petru-Vodă din Moldova.

(Din biblioteca Curţii din München).

Instructio de his, quae fidelis nobis dilectus Georgius Reicherstorffer, Commissarius noster, nomine nostro cum illustri, sincere nobis dilecto Petro Vayvoda Moldaviae agere et tractare debet.

Inprimis post eschibitionem literarum credentionalium et salutationem verbis nostris aptis et convenientibus factam, exponet eidem nostram in eum gratiam et benevolentiam, quodque ejus incolumitatem rerumque suarum felicem successum ex animo desideramus.

Deinde referet eidem, quod cum superioribus diebus Vayvoda praefatus nuntium suum ad nos in civitatem nostram Vratislavensem miserit, multaque nobis per eum, quae suae in nos fidei et observantiae studium arguebant, obtulerit; et licet nos subinde promiserimus, nostrum quoque nuncium et commissarium ad eum vicissim quam primum destinare velle, tamen hoc antequam huc veniremus, propter connplura gravia, quibus hucusque intricati fuimus, negotia, fieri non potuit.

Quem quidem nuncium et commissarium nostrum in praesentibus ad eum destinavimus pleno et sufficienti mandato suffultum, qui ei vice et loco nostri ulteriorem mentem et opinionem nostram declarabit.

In hoc autem ipse commissarius noster lagationis suae exordium sumat quod cum paucis aliquot mensibus praenominatus Vayvoda Moldaviae ex relatione commissarii nostri acceperit, nos ultra manifestissima, quae nobis et serenissimae conthorali nostrae versus Hungariae regnum competunt, in conventu per serenissimam dominam Mariam, reginam Hungariae et Bohemiae viduam, sororem nostram dilectissimam, ac spectabilem et magnificum fidelem nobis dilectum Stephanum de Bathory regni nostri Hungariae comitem Palatinum ac judicem Cumanorum, de more et consuetudine regni nostri praefati ad oppidum Comaron indicto, sed postea ex certis et rationabilibus causis ad civitatem Posoniensem translato, potiores dominos Praelatos, proceres nobiles regni ibidem congregatos, in verum Hungariae regem et dominum supremum electi et accepti simus; et propterea decreverimus, regnum illud, ad nos optimo jure devolutum, una cum sacrae caesareae et catholicae Majestatis . . . et fratris charissimi, sacrique imperii, caeterorumque principum et statuum, nec non subditorum et provincialium regni nostri, Bohemiae, Moraviae, Slesiae aliarumque patriarum nostrarum haereditariarum subsidiis et auxiliis, quae Deo optimo favente nunc obtinuimus, non solum ab internis Hungariae turbatoribus, quorum capitale mostrum est Ioannes commes Scepusiensis, verum etiam externis ac christianae reipublicae hostis injuria, truculentiaque vindicare. Ea propter ipse nuncius noster eundem Vayvodam Moldaviae verbis bonis et convenientibus, nostrae in eum beneficentiae gratiosique animi memoriam inculcans, affectuose hortetur, quam nostri contemplatione quam praemissorum omnium intuitu, partes nostras, sicuti hactenus fecit, et nobismet jam antea obtulit, fovere, et promovere, nobisque, ut iam diu per medium fidelis nostri Laurentii Misschitns petivimus, in acquisitione regni nostri praefatis suis subsidiis et assitentiis adesse, atque opitulari, ac in regno nostro Transylvaniensi declarare velit, ut quando subditi ejusdem regni se alteri domino, quam nobis, per fidelitatem et homagium astringere voluerint, extunc ipse nobis omni ope et auxilio ad debellandos eosdem assistere velit. Item ut Vayvodam Valachiae et Siculos casu, quo contra nos et in subsidium Comitis Scepusiensis antedicti proficisci vellent, domi retineat,

Quodsi ergo Vayvoda Moldaviae praedictus praemissis omnibus animo propenso accederet, atque consentiret, idem nuntius et commissarius noster cum eodem Vayvoda tractabit, et ei referet, nos, si modo sibi placeat, in controversia, quae inter eundem ex una, et Vayvodam Valachiae ex altera parte viget, libenti animo mediatorem interponere, causamque differentiae eorundem cognoscere, et concordare, et deinde seorsum pro effectu ejusdem concordiae obtinendo apud Vayvodam Valachiae praenominatum agere velle. In hoc vero idem nuntius noster imprimis mentem Vayvodae accipiat, nempe, si in hoc consentire voluerit vel ne; nosque de eo protinus admoneat; sin autem in hoc consentire negat, nihil, ulterius agat.

Super castris, quae eundem Vayvodam Moldaviae cupere audivimus, idem orator noster se apud Vayvodam praefatum de nominibus et valore, qualitateque eorundem informari jubeat.

Declarabit item eidem Vayvodae orator noster antedictus, quod nos ei florenos mille (sicut scit) iam diu libentissime transmissemus, nisi viarum pericula et adversariorum impedimenta obstitissent. Sed si singula, quae nunc ab eo petimus, consenserit, atque sic ad implere promiserit velle, idem nuntius noster nomino nostro quoque promittat, nos eosdem mille florenos sibi per cambium ad civitatem Craccoviensem, unde eosdem facili negotio post hac levari faciet, deputaturos; et similiter ipsum Vayvodam in omnibus occurrentiis ac necessitatibus suis vicissim, quando ope auxilioque nostro opus habuerit, viriliter et potenter adjuturos, atque ab omni inimicorum violentia ac molestiis, quae ei ab eisdem nostri causa inferri contingat, valida manu protecturos et defensuros, simulque nos ita erga eum exhibituros, ut omnem sibi de nobis gratiam et munificentiam regiam persuadere et in effectu liberalissimam sentire debebit. In his ergo omnibus et singulis orator noster antedictus juxta suum erga nos fidelitatis officium perpetua utatur diligentia, singulaque haec, ut ordine digesta sunt, modo, quo poterit meliori et conventiori a Vayvoda praedicto obtinere studeat, nostram in eo expressam executurus voluntatem. Datum Viennae ut supra.

LXI.

Raportul lui *Thúrzó* către Regele *Ferdinand I.* despre stăruinţele lui Gritti, ca Domnii ţĕrilor româneşti să se unéscă cu Turciĭ contra Ardélului. — 1534. 24 Iulie.

(Din Archiva cos. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas, Domine Clementissime.

Premissa Solita fidelium Seruiciorum meorum commendacione Maiestati vestre hec nova Significare possum, de adventu Gritti, quod 20 mensis presentis venit nunccius a Czijbak ad Iohannem ex Transilvania, qui Significauit Iam Grittj pervenisse In TransAlpinam, neque ibi diu Inmoraturum, Idem eciam scribunt alij Amici; dicitur tractare cum hijs duobus waywodis Moldawo et Transalpino pro Impetrandis gentibus, in quem finem ego Ignoro, nisi quantum ex coniecturis assequi licet, fortassis non obest Maiestatem vestram eciam esse paratam. Scio eciam pro certo, quod neque Iohannes neque sui sciunt aut intelligunt, qua informacione et intencione Grittj veniat, sunt et ipsi incertj de rebus suis. Mos tamen Turcarum semper hijs fuit, vt dolo et fraude vna cum armis Regnis pociantur, et hijsdem artibus Illa retineant. Iam tempus esset, vt Maiestas vestra

wiennam preveniret, et hijs subditis suis in tempore Significaret, quando esset Eundum ad Maiestatem vestram, quia postea ita Subito ex locis remocioribus convenire non poterunt. Iam eciam Maiestas vestra expedicionem Oratoris suj apud Turcam intellexit, nunc dignetur mature rebus suis hungaricis consulere, quia et alij non dormiunt. Tamen hijs me clemencie Maiestatis vestre humillime commendo etc. Datum In Schempte 24 Iulij 1534.

fidelis Servitor

Thurzo, p.

[Aufschrift:]
Sacratissime Regie Maiestatj
domino meo Clementissimo. —
Citissime.

LXII.

1534, 19 Decem. Raportul lui *Ibrahim Paşa* despre uneltirile ucigaşilor fiiului Dogeluĭ de Veneţia spre a stîrni turburărĭ în Austria.

Ibraim Pascha der unter der Hand mit Oesterreich einverstanden ist, schreibt aus Ofen dd° 19. Dec. 1534.

Homines Wayuodae Walachiae venerunt, et nobis nuntiarunt, qualiter illi proditores qui occiderunt filium domini Venetiarum, transierunt ad partes vestras (nämlich auf oesterreichischer Seite) ut aliquas discordias suscitent: Et Ingressi sunt ad depredandum Regnum hungariae. Sic nobis significauit Waiwoda Valachiae. Amicitia quae est inter vos ambos principes certa est, Cavete ab istis latronibus qui has discordias faciunt, Nam discordia erit talis, vt cum mandato Expugnatoris totius Mundi et cum supradictis Beglerbeg et cum exercitu quem coelum et terra non capit, iterum ad illas partes descendere facile sit. Propter bonam amicitiam vobis hic casus significatus fuit. De illis autem quae in illis partibus succedent et de nouis salutis vestrae non grauabimini significare. Scripta in principio Lunae Gima Zeilacher, Anno 941. So schreibt er an den oesterreichischen Befehlshaber.

LXIII.

1535, 10 Ianuar. Raportul lui *Thúrzó* cătră Regele *Ferdinand I.* despre ştirile primite de la solul moldovean în ceea ce priveşte mórtea lui Gritti.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas, Domine Clementissime.

Post Solitam fidelium Seruiciorum meorum commendacionem hodie hinc iter fecerunt Nunccij Maiestatis vestre ad Moldauum, cum quibus cum aliqua contulissem,

visum fuit fore in rem presentis legacionis, vt Maiestas vestra intellecto nunccio Ipsius Moldauj, qui paulo ante ad Maiestatem vestram cum Capellano dominj Transiluanensis est profectus. Ipsis denuo si quid addendum ad priorem Informacionem videbitur, per postam Significetur, ibunt enim isti pedententim, tum ob aduersam vicepalatini valetudinem, tum ob itineris difficultatem, et iter Illorum erit versus Cassouiam, queruntur eciam de paucitate expensarum ad conficiendum tantum iter, Maiestas vestra nouerit, quidnam in hijs rebus sit Agendum. Nam quod ad Moldauum attinet accepi ego quoque herj litteras a domino Perenj, qui eciam suum nunccium apud Moldauum habuit, qui et Scribit michj Illum timere Turcam ob necem Grittj, et propterea libentissime adherere velle Cristianis. Nam Iohannem dicit esse Turcis confederatum, nemo magis posset restituere res Maiestatis vestre Transilvanenses, quam moldauus, petebat ab Illo dominus Perenj filios grittj, Sed Jurauit se ambos interfecisse, Idque ea de causa, ut filium suum per illos posset redimere. Significat michi preterea idem dominus Perenj Emericum Balassa affinem suum qui res Iohannis tantisper in Transilvania promouebat, per Iohannem defraudatum, omnino ab Illo esse alienatum, neque Illj amplius vnquam Seruire velle. Affirmat idem Balassa se nosse modos subvertendj et perturbandi omnia Negocia Iohannis in Transilvania. Scripsi ego ad dominum Perenj diligentissime, vt ab Illo eos modos et vias expiscaretur, quibus illud conficj possit et hominem traheret in partes nostras, quod eum spero facturum, vrget eciam me dominus Perenj, vt Maiestas vestra denuo committat domino kaczianer, ad rectificandum Illa que per Bebek Illata sunt, de quibus hactenus non est ei satisfactum. Admonat Moldauus dominum Perenj, vt vna secum foueat res et partes Cristianitatis. Remittat Maiestas vestra nunccium moldauj bene contentum et bene tractatum, vt subsequatur oratores Maiestatis vestre citissime. Scripseram preterea ad Nadasdj pro mutua que nobis intercedit familiaritate, vt cum nunc nobis esset tractandum cum Brodarico, vellet me aliquantisper informare de Intencione Iohannis et Statu rerum suarum, vt commodius dirigj possent negocia que Tractanda forent cum Brodarico. Quid Nadasdj rescribat Maiestas vestra ex litteris suis, quas hic Inclusas mitto intelliget, Supplico michj eas litteras remittj, et Secretas esse, ne apud hominem sim notatus etc. quamuis non dubito, quod Maiestati vestre fortassis Secreciora et graviora sit significaturus, fateor rem esse arduam et periculosam provocare in se Cesarem Turcarum. Illud non minus periculj in se habet, quod Ille vel non provocatus veniet ad minus occupaturus Illam partem Regni, que nunc possidetur a Iohanne, quam publice suam fore affirmat, qua occupata quid sperandum sit de reliqua a Tiranno fidefrago, nemo est, qui non prevideat, Amissa hungaria De reliquis quid futurum sit, remitto aliorum Judicio, certe vero est vt Maiestas vestra Iamtandem rebus hungaricis aliquem finem et Statum quieciorem Imponat, nam audio et video hanc iniquitatem temporum multos vix diutius ferre posse, vndequaque Inminent pericula, Illud autem maius, quod timenda est vlcio de nece grittj, et circa hoc periculum Regnj Istarum calamitatum nullibj alia occurrunt vel Remedia vel consilia, nisi apud Sacram Maiestatem vestram. Quibus vel hac hieme est prospiciendum, ego enim Iam parum Spei habeo in concordia cum Iohanne, qui ut Maiestas vestra intelligit factus est obstinacior ego a Maiestate vestra expecto quid cum Brodarico sit agendum hoc eciam vellem Si nondum est certum valentinum defecisse, ne daretur Illj occasio deficiendj, Iam cepta est victualibus Munirj Nytria tamen nichil certj de defeccione sua intelligo et ista non scribo pro rerum mearum expedicione. Cum hijs me clemencie Maiestatis vestre humillime commendo. In Sempthe 10. Ianuarij 1535.

fidelis Seruitor

Thurzo.

[Aufschrift:]

Sacratissime Regie Maiestati
Domino meo Clementissimo.

———

LXIV.

1535, 16 Ianuar. Adaos la instrucţiunile date din partea Regelui *Ferdinand I.* lui *Georgiu Reichersdorfer*, însărcinat a încheia tractat cu Domnul Moldovii.

Din biblioteca Curţii din München).

Particula ista annexa et missa est post Oratorem. Die XVI. Ianuar. Anno MDXXXV.

Quamvis utrumque post Deum immortalem Majestas regia obstitit, quominus Turcarum Imperator iam pridem Hungariae regnum sibi proprium fecerit; nam nisi duabus illis expeditionibus, quibus Hungariam et alias provincias idem Turcarum Caesar invaserat, serenissimum regem nostrum non solum ad resistendum, sed etiam ad ineundem proelium maximis viribus paratum et instructum invenisset, et nisi Turcas magna sua clade et ignominia abire fuisset conatus, procul dubio totius Hungariae possesionem obtinere potuisset.

Quod autem ad rebelles et inobedientes pertinet, poterat eos Majestas regia armis quoque ad obedientiam revocare, nisi Christiano sanguini pepercisset, et nisi cavisset, ne Hungarica natio, quae sic alioquin attrita est, majoribus adhuc periculis et caedibus affligeretur, et nisi fideles subditi Majestatis suae Hungari essent dehortati. Ad quod numquam Majestati suae vires defuerunt, neque etiam nunc desunt. Quodsi alioquin nollent, qui rebelles sunt resipiscere, cogetur Majestas sua bello rem agere, a quo hactenus ex pietate christiani principis, et bonorum subditorum suorum supplicationibus dehortantibus abstinuit.

Et quoniam saepius antea et nunc praecipue per Franciscum presbyterum supplicavit Vayvoda Reg. Maj. ut arces Chycho, Kykellew, Baluanyes et Bistriciam civitatem in manibus ipsius et potestate relinqueret, cui quidem supplicationi, dicant, Majestatem regiam consideratis his servitiis, quae se praestiturum promittit, clementer annuere et consentire; litteras vero de his arcibus post praestitum juramentum fidelitatis reddant Vayvodae, et offerant, in aliis quoque rebus omnibus Majestatem regiam futuram ipsi Vayvodae Dominum clementissimum, cognita ipsius virtute et constantia.

Quodsi oratores, antequam Francircus praesbyter redeat ad Moldaviam, pervenerint et fuerint interrogati, an aliquid novi de ipso Francisco presbytero habeant, dicant, se scire eum per Majestatem regiam cum optato et gratioso responso absolutum ac dimissum.

Dicant oratores, se intelligere, Vayvodae auctoritatem apud Transylvanos esse magnam; ita ut voluntati et consiliis ipsius libenter sint obtemperaturi; propterea hortentur eum, ut illos unanimiter ad regiae Majestatis obsequium reducat id quod Vayvodae erit facillimum facto, praesertim cum Stephanus Maylath non sine ejus voluntate Vayvodatum sit consecutus. Qua de re plura ex Francisco presbytero Vayvoda intelliget. Laborent tamen ipsi quoque oratores diligentissime, ne in Transylvania ad obsequium regiae Majestati reducenda ullam faciat dilationem; affirment, nullum majus servitium regiae Majestati Vayvodam praestare posse. Quod quum fuerit ab eo factum, omnia reliqua erunt faciliora et minore, aut fortasse nulla jactura sanguini christiani, minorique sumtu totius Hungariae ditionem hoc uno Vayvodae servitio Majestas regia consequetur.

LXV.

Regele *Ferdinand I.* îĭ donéză luĭ Petru-Vodă din Moldova castelurile Csicsö, Küküllö şi Bálványos şi oraşul Bistriţa. 1535, 10 Martie.

(Din biblioteca Curţii din München).

Inscriptiones certarum arcium, et civitatis Bistriciensis ipsi Vayvodae Moldaviensi factae.

Nos Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc Rex; semper Augustus, Infans Hispaniae, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Marchio Moraviae, Comes Tirolensis, memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis, quod, cum nos fidelis noster, spectabilis et magnificus Petrus Vayvoda Moldaviensis per nuntios et litteras suas his superioribus annis de sua erga nos fidelitate certiores fecerit, ac spem dederit optimam, quod tum contra nostros peculiares inimicos, tum adversus Christianae reipublicae communes hostes usque ad extremum vitae suae tempus fideliter et constanter cum suis subditis serviet, dignum igitur duximus, ut eundem Petrum Vayvodam cum nostra liberalitate regia non solum in hujusmodi bono ac fideli proposito retineremus, sed ad maximos quoque conatus pro nobis et Regno nostro Hungariae, ac nomine Christianitatis suscipiendos magis ac magis incitaremus, crebris etiam et humillimis eiusdem Vayvodae supplicationibus inducti, Arces Ghycho, Hykellen, Balvanios ac civitatem Bistriciensem in partibus regni nostri Transylvanensis existentes, quas partim a serenissimis nostris praedecessoribus Hungariae Regibus majores sui obtinuerunt, partim ipse Petrus Vayvoda his temporibus est adeptus, cum omnibus illis utilitatibus et proventibus quibus nunc possidet, in manibus ejusdem Petri Vayvodae de gratia nostra speciali relinquimus, absque omni impedimento possidendas, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum in civitate nostra Vienna, in festo beati Antonii Confessoris. Anno Domini Millesimo, quingentesimo, tricesimo quinto.

LXVI.

Declaraţiune de supunere şi de alianţă făcută de *Petru-Vodă* din Moldova şi de boieriĭ ţěriĭ faţă cu Regele *Ferdinand I.* 1535, 4 Aprilie.

(Din biblioteca Curţii din München).

Acta legationis Georgii Reicherstorffer, Transylvani, Secretarii et oratoris regii etc. in praesens diarium congesta sub Anno salutis MDXXVII.

(Beschluss).

Literae confoederationis Petri Vayvodae Moldaviensis.

Nos Petrus Vayvoda dei gratia, dominus et heres terrae Moldaviensis etc. Memoriae commendamus per presentes, quibus expedit universis, quod cum nos post

obitum spectabilis et magnifici quondam Stephani Vayvodae fratris et praedecessoris nostri charissimi gratae memoriae dominium atque hereditatem hujus terrae Moldaviensis Dei benignitate et gratia serenissimi ac potentissimi principis et Domini, Domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum Regis, semper Augusti, et Hungariae ac Bohemiae regis, Infantis Hispaniae, Archiducis Austriae, domini nostri gratiosissimi, sumus assecuti, recognoscentes, hanc terram Moldaviensem ad inclytum Regnum Hungariae, et sacram ejus coronam ab antiquo semper pertinuisse et nunc pertinere, ac eidem esse subjectam, et hoc regnum nostrum Moldaviense, membrum Hungariae, et quasi quendam dictae ejus coronae ramum semper fuisse, et nunc esse, Vayvodasque pro tempore constitutos, unacum Boyaronibus, Nobilibus, Officialibus, ceterique incolis inhabitatoribus, ac universo populo dictae terrae Moldaviensis, sub alis et tutela dicti Regni, Dominorumque olim Regum Hungariae ad hunc usque diem servatos et defensos esse, et tum alios predecessores nostros, tum spectabiles et magnificos, quondam Dominum Stephanum fratrem ac Stephanum avunculum, et Bogdanum patrem ejus, piae memmoriae, ad extremum usque vitae illorum terminum, Serenissimis Hungariae regibus, uti dominis eorum clementissimis fideles et obedientes fuisse, et nunquam a fide et fidelitate sacrae coronae et dictis divis Regibus ejusdem Regni sese abstraxisse, itaque pro vetusta consuetudine regni nostri Moldaviensis, volentes nos quoque majorum nostrorum praedecessorum Vayvodarum, praecipue vero spectabilium et magnificorum quondam Domini Stephani fratris mei, ac Sthani avunculi, et Bogdani patris ejus in hac parte sequi et immitari vestigia, atque prefato Serenissimo Domino nostro Ferdinando, Romanorum, Hungariae et Bohemiae Regi, Domino nostro generosissimo et Regno Hungariae, sacraeque ejus Coronae, ac successoribus ejusdem Regni Hungariae obedientiam et subjectionem nostram debitam declarare, fideique et fidelitatis homagium instar aliorum praedictorum Vayvodarum, praedecessorum nostrorum praestare, ex deliberatione et consensu Consiliariorum nostrorum, ac omnium ordinum hujus provinciae nostrae Moldaviensis nos obtulimus, per solemnes nostros oratores praefato Serenissimo Domino Ferdinando, Romanorum, Hungariae et Bohemiae Regi, nostro Domino gratiosissimo, ut sua Majestas Nos et Boyarones nostros, Consiliarios, Nobiles, Officiales, ceterosque incolas et inhabitatores universumque populum terrae praescriptae Moldaviensis in gratiam ac tutelam suam regiam gratiose recipere, et Nos in dominio ipsius terrae Moldaviensis conservare et confirmare, et more praedecessorum suorum regum divorum Hungariae, in nostris antiquis libertatibus et bonis consuetudinibus, quibus hactenus usi sumus, observare ac defendere dignaretur. Qua quidem oblatione nostra per praedictos Oratores nostros sua Majestas ex regia sua benignitate Nos et praedictos Boyarones, Consiliarios, Nobiles, Officiales, caeterosque incolas et inhabitatores, universumque populum terrae Moldaviensis in suam gratiam regiam tutelamque et protectionem suscepit, Nosque in Dominio et Vayvodatis ejusdem terrae confirmavit, promisitque ex gratia sua speciali, et bonitate singulari, Nos ac Boyarones nostros, Consiliarios, Nobiles, Officiales, caeterosque incolas et inhabitatores universumque populum, ipsorumque haeredes et posteritates, totamque hanc terram Moldaviensem in omnibus illis antiquis libertatibus, juribus et bonis consuetudinibus, quibus hactenus usi sumus, et quibus majores et praedecessores nostri, qui regibus Hungariae et sacrae ejusdem coronae fideliter servierunt, usi et gavisi sunt, tenere et conservare. Quare nos quoque Petrus Vayvoda vestigiis majorum et praedecessorum nostrorum, ut praemisimus inhaerentes habito maturo consilio, et consensu praefatorum Boyaronum et consiliarorum nostrorum promisimus, et promittimus in verbo nostro Vayvodali praefato Serenissimo Domino nostro, Domino Ferdinando Regi Hungariae, haeredibusque suis futuris et successoribus haeredibus Hungariae ac sacrae ejusdem Coronae, Regni Praelatis, et Boyaronibus, proceribusque ac toti Regno Hungariae, fide nostra Christiana mediante, quod simul cum eisdem praedictis Boyaronibus et Consiliariis Nobilibus, Officialibus, ceterisque incolis et inhabitatoribus omnibus, universoque populo et tota terra Moldaviensi a modo, deinceps, eidem Domino Regi Ferdinando et successoribus suis, ac Regno Hungariae, ejusque sacrae Coronae omnimodam fidem et

et fidelitatem ac obedientiam sine omni dolo et fraude observabimus, eidemque perpetuo fideliter serviemus, atque ad eundem Dominum Regem, ejusque successores Regum Hungariae sacramque ejus coronam audiemus, et attendemus, et nunquam ab eisdem separabimur. Promisimus etiam sub eadem fide nostra Christiana, atque sub honore et humanitate nostra, quod amicis suae Majestatis amici, inimicis vero inimici atque hostes erimus, ac insuper, quando Dei auxilio praefatum Dominum Ferdinandum aut ejus successores contra hostes fidei et Regni Hungariae, praesertim vel contra Turcarum vel Tartarorum imperatorem arma sumere vel capitaneum suum mittere contigerit, Nos personaliter cum omnibus Boyaronibus, subditis nobilibus et universis militaribus copiis nostris penes vires suas in auxilium veniemus, et ad finem usque belli fideliter ac constanter perseverabimus, atque contra hostes Majestatis suae pugnabimus. Promisimus etiam et promittimus suae Majestati, quod hostes suos et Regni, praesertim infideles Turcas, per regnum nostrum contra Majestatem suam et ejus regna transire, quantum nobis possibile erit, non patimur, sed eisdem pro viribus nostris resistemus; casu vero, quo iis obsistere nullo pacto possemus, ex tunc id in tempore Majestati suae significabimus. Item quod cum ipsis Turcis nullam unquam concordialem amicitiam, aut mutuam confoederationem habebimus, atque Turcarum imperatori, si fieri poterit, majus tributum non dabimus, quam nostri praedecessores dederunt. Et si nos Deus optimus in futurum de potestate et tyrannide Turcarum liberabit, extunc singulis annis more praedecessorum nostrorum Vayvodarum per solemnes oratores nostros Majestati suae, et Regibus Hungariae, ejusque successoribus honores debitos cum fidelitate exhibebimus. Item quandocunque Turcarum Imperator nos ad portam vocaverit, si evadere poterimus, nullo modo ibimus. Sin autem secus fieri non posset, cum scitu et informatione suae Majestatis id faciemus, et ubicunque erit, in omni rerum eventu Majestati suae regiae, ejusque successoribus, et Regno Hungariae, ejusque sacrae Coronae, ut promisimus, fideliter serviemus, ita tamen, ut sua quoque Majestas regia, sicuti nobis per oratores suos promisit, Nos unacum Boyaronibus, Consiliariis nobilibus, Officialibus, ceterisque incolis et inhabitatoribus, universoque populo Moldaviensi in omnibus nostris antiquis libertatibus, juribus et bonis consuetudinibus, quibus hactenus usi sumus, et praedecessores nostri etiam gavisi sunt, conservare, et contra quosque hostes nostros suis praesidiis, ubi necessitas exegerit, defendere et tueri atque etiam, si, quod Deus optimus avertat, nos ab hostibus quoquomodo obruere et a regno nostro Moldaviensi depellere, ac ad Majestatem suam confugere contigerit, ut Majestes sua regia nos iterum suis sumtibus et impensis in pristinum locum et dominium nostrum Moldaviense virtute bellica et auctoritate hac regia instituere, teneatur. Ad quae praemissa omnia, et quaevis praemissorum singula simul cum praedictis Boyaronibus, Nobilibus, Officialibus, caeterisque incolis et inhabitatoribus omnibus, universoque populo et tota terra Moldaviensi sub praefata fide nostra Christiana, atque sub honore et humanitate nostris nos promittimus, juramusque per Deum vivum, qui coelum et terram creavit, et sancta ejus Evangelia, sacrosanctamque crucem, perque gloriosissimam ejus matrem virginem Mariam, et omnes sanctos Dei, quod eidem Serenissimo Domino Ferdinando Regi, Domino nostro clementissimo, ejusque successoribus Hungariae Regibus, ipsique Regno, et ejus sacrae Coronae fideliter et inviolabiliter observabimus, et per omnes subditos nostros observari faciemus sine omni dolo et fraude. In cujus rei memmoriam, fidemque et firmitatem perpetuam praesentes nostras litteras sigillo nostro majori communitas, manuque nostra propria subsignatas et roboratas duximus praestandas. Datum in oppido nostro Jazwaras, Dominica quasi modo. Anno M.D.XXXV.

Et nos Theodorus, supremus Consiliarius et Cancellarius Regni Moldaviae; Michael Castellanus Castri Swathviensis, supremus campiductor regni Moldaviae; Wlad Castellanus castri Hutiniensis ac confinium ejusdem regni Moldaviae; Lychul Castellanus Castri Hemptz, Albota cubiculariorum magister; Dragsan, supremus armiger Magnifici

Domini Vayvodae; Popezkwl, supremus Magister Agazonum, caeterique universi Boyarones terrae Moldaviensis penes memoratum Dominum Petrum Vayvodam, Dominum nostrum gratiosissimum, eadem fidem, qua Dominus noster promisit, promittimus, quod sua Magnificentia, praemissos articulos, quod omnes earum continentias et clausulas inviolabiliter sine omni dolo et fraude, atque occasionis alimento observabit, et nos etiam in omnem eventum similiter observabimus, In cujus rei testimonium et firmitatem nos subscripti Boyarones penes sigillum ejusdem Domini Vayvodae etiam sigilla nostra his litteris appendi fecimus. Datum ut supra.

LXVII.

1535. Regele *Ferdinand I.* primeşte sub ocrotirea sa pe *Petru-Vodă* din Moldova.

(Din biblioteca Curţii din München)

Decretae litterae Confoederationis Regis Ferdinandi, quae tamen post reditum oratorum ejusdem Majestatis suae eidem Vayvodae Moldaviensi certis ob respectibus non sunt missae.

Nos Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Rex semper Augustus, Infans Hispaniae, Archidux Austriae Dux Burgundiae, Comes Tirolensis, memoriae commendamus tenore praesentium, quibus expedit universis, significamus, quod, quemadmodum divi olim reges Hungariae praedecossores nostri, felicissime memoriae quosque Vayvodas Moldavienses pro tempore constitutos, in suam specialem gratiam et tutelam regiam recipere, eosdemque contra quoslibet hostes suos defendere et tueri soliti sunt, ita et nos quoque instar eorundem Hungariae regum praedecessorum nostrorum facta nostra dirigere cupientes, considerantes fidem et fidelitatem spectabilis et magnifici fidelis nostri dilecti Petri Vayvodae Moldaviensis, quam ipse erga nos et sacram regni nostri coronam Hungariae sincero cum affectu gerit, fideliaque ejusdem et grata servitia, obsequiaque, quae idem nobis ac sacrae ejusdem regni Hungariae coronae hactenus exhibuit et impendit eundem Petrum Vayvodam una cum filiis suis, Boyaronibus Nobilibus, Officialibus, ac universis inhabitatoribus et incolis terrae praefatae Moldaviensis, in similem gratiam specialem, et tutelam, et defensionem nostram regiam recepimus, promittentes verbo nostro regio, dictum Petrum Vayvodam, cum filiis Boyaronibus, Nobilibus, Officialibus, et universis subditis ejus, sub eadem gratia, favore, ac tuitione nostra regia sedulo conservaturos et defensuros, ac insuper promittimus, quod amicis, eovundem amici, inimicis vero inimici et hostes erimus. Praeterea si contigerit, ipsum Petrum Vayvodam Moldaviensem, quod Deus avertat, per hostes suos obrui et oppugnari, ex tunc nos in persona propria et nostris totis viribus, si necessitas expostulaverit, quantocius illi et regno suo in auxilium et subsidium veniemus. Si vero nos, quibuscunque de causis in persona nostra in eorundem defensionem venire non possemus, ex tunc totam provinciam nostram Transylvanam una cum Siculis nostris, ac etiam, si opus fuerit, aliis externis miliraribus subsidiis in praesidium ipsorum cum machinis et instrumentis bellicis necessariis, ac omnium aparatu opportune mittemus, et illos protegere curabimus.

Insuper ex singulari nostra erga eundem Petrum Vayvodam gratia regia eidem singulis annis super affuturis ex proventibus regni nostri Transylvaniensis, facta et habita illius recuperatione et pacifica possessione in subsidium et conservationem regni sui Moldaviae sex millia subordinare et expedire curabimus.

Item, quodsi, quando quidem aliquis colonorum, aut etiam Boyaronum, vel Nobilium Moldaviensium propter aliqua delicta aut facinora ex regno suo Moldaviensi ad nos vel regna nostra confugere contigerit, ex tunc nos contra voluntarem ipsius Vayvodae Moldaviensis tales fugitivos homines nequaquam conservabimus, neque favebimus ullo modo.

Item si aliquem istius provinciae Moldaviae Vayvoda ipse nominaret notum, qui sese ad nostram Majestatem, aut regna nostra profugus conferret, extunc illum etiam nulla ratione in despectum ipsius Vayvodae fovere, neque in nostris regnis et provinciis servare volumus.

Item si temporum sucessu mercatores et quaestores Moldavienses in rebus et mercibus suis ad regnum nostrum Hungariae, aut alias provincias nostras venire contigerit, extunc solutis de jure vel consuetudine pro teloniis et tricesimis solvendis, libere, et sine quovis impedimento istic immorari et res suas ad libitum divendere, atque iterum dum voluerint inde ad propria redire possint et valeant.

Si autem aliquis illorum mercatorum Moldaviensium causa creditorum vel mercium aliqui in nostris provinciis debitor remanserit, extunc eundem propterea ad instantiam sui creditoris istic nequaquam arrestare aud detinere patiemur, sed illum juxta regni istius Moldaviae consuetudinem coram suis judicibus ordinariis requirere debeat et teneatur. Et e converso nostri quoque mercatores, qui dum quaestus gratia Moldaviam provinciam cum rebus et mercibus ipsorum pervenerint, eadem libertate fruantnr et gaudeant.

Item si aliquando, quod Deus avertat procul, praenominatum Petrum Vayvodam, unacum uxore et liberis suis, atque Boyaronibus, Nobilibus, et Officialiis ceterisque incolis suis, eorundemque filiis, uxoribus, bonisque et rebus suis omnibus, ac thesauris universis suis vi aut motu hostium ex regno Moldavieni ad nos aut regna et provincias nostras sub spe salutis et praesidii confugerint, vel ab hostibus expulsi fuerint, ex tunc nos illos omnes cum universa familia sua ac rebus et bonis omnibus in nostram regiam tutelam recipere, et conservare, atque etiam denuo auctoritate nostra regia et virtute bellica praefatum Vayvodam Petrum unacum uxore, filiis et cunctis aliis bonis suis omnibus in pristinum locum et dominium Moldaviense nostris sumtibus et impensis reducere et restituere teneamur.

Quae omnia suprascripta Nos Ferdinandus Rex praefatus promittimus in verbo nostro regio, bonaque fide nostra firmiter observanda sine dolo et fraude aliquali, harum nostrarum, quibus sigillum nostrum secretum, quo ut Rex Hungariae utimur, est appensum, vigore et testimonis mediante. Datum etc.

LXVIII.

1535. Respunsul lui *Petru-Podă* din Moldova la propunerile ce i s'aŭ făcut de solul lui *Ferdinand I.*

(Din biblioteca Curţii din München).

Responsio Vayvodae Moldaviensis, quam Orator regiae M^tis coram obtulerat in scriptis.

Serenissime Rex Domine clementissime! Postea quam mandata Majestatis vestrae ipsi Vayvodae Moldaviensi retulissem, non parum congratulatus est, et ea quidem relata bona et gratissimo accepit animo, quae tandem etiam suis Boyaronibus, consiliariis, potioribus magno cum effectu recensuit et coram publicavit.

Deinde inter reliqua sua argumenta non sine quadam gravitate asseruit dictus Vayvoda Moldanus, inquiens: Quicquid Majestas regia nuper medio suorum oratorum a nobis expetivit, id Majestati suae pro nostra erga eandem Majestatem suam observantia et fidelitate quam obsequiosissime praestare ac votis Majestatis suae satisfacere curamus, quemadmodum Majestatem suam ex oratoribus suis plane omnia iam pridem accepisse et intellexisse, arbitramur.

Itaque rogamus Majestatem suam tamquam Dominum nostrum clementissimum, ut Majestas sua justis quoque petitionibus nostris acquiescere dignetur, quo demum suae Majestatis propensum et gratiosum erga nos animum et bonam voluntatem cognoscere et experiri possimus latius; sicuti in suam Majestatem plene confidimus.

Praeterea, sacratissime Rex! ipse Vayvoda Moldanus rogat et exhortatur Majestatem vestram, quod, exquo iam idem Vayvoda in regno suo Moldav. validum exercitum conscripsit, et castra metatur indies, atque omni hora Majestati vestrae in subsidium venire paratus sit, quatenus nacta tandem tam opportunissima occassione Majestas vestra dignetur, quantocius ad Transylvaniam quinque aut sex millia saltem armatorum mittere, adhibitis bellicis machinis necessariis, atque ipsum Balthasarem Bantfy, affinem ejusdem, qui alioquin etiam Majestati vestrae fidelis servitor esset, in praefectum et capitaneum gentium illarum praeficere et constituere, cui et ipse et Majestas vestra satis fidere possint. In quo Majestas vestra sibi rem ad modum gratam et Majestati vestrae ac toti regno suo utilissimam esset factura.

Cum primum vero exercitus Majestatis vestrae ad Transylvaniam applicuerit, ipse Vayvoda Moldanus e vestigio suas militares copias, ac universum suum exercitum in illorum subsiduum se missurum pollicetur, et cupit Majestati vestrae tum toto regno suo Moldaviensi pro totius christianae reipublicae conservatione et utilitate fideliter et constanter servire, sicuti hactenus etiam re ipsa semper ostendidit et praestitit.

Proinde iterum exhortatur et rogat Majestatem vestram idem Moldanus Vayvoda, ne unquam Majestas vestra cum imperatore Turcarum aut Ioanne Comite Scepusiensi concordiam pacis inire, aut inducias aliquas suscipere velit; namque nullo unquam tempore Majestas vestra ad recuperandum regnum suum Hungariae tam opportunissimam potuisset assequi occasionem, et talem habere accessum, sicuti nunc, siquidem Turcarum Imperator a Persarum rege, pluribus iam vicibus, ut Majestati vestrae indubio constaret, adeo usque profligatus esset ut difficile vires suas, recuperare, aut limites regni Hungariae de caetero propius attingere posset et quicquid Majestas vestra. . . per suum privatum nuntium primo quoque tempore insinuare. . . ut eo commodius rebus suis consulere et prospicere, atque Majestati vestrae maturum praesidium praestare possit et valeat.

Interea autem donec Transylvania illa provincia in tranquillum statum et juris-

dictionem Majestatis vestrae non redigetur, et ad illius imperium redacta non fuerit, Vestra Majestas officium Vayvodatus regni Transylvaniae sine ejus Vayvodae scitu alicui conferre minime dignetur: nisi non antea idem Vayvoda unacum Majestate vestra per internuntios suos aut litteras de privatioribus rebus et negotiis ad commodum et rempublicam regni Transylvaniae spectantibus intelligentiam non habuerit, quae siquidem imprimis pro reconciliatione et conservatione istius regni Transylvaniae summe erunt Majestati vestrae necessaria et longe accomodatissima futura.

LXIX.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către Regele Poloniei *Sigismund I.*, cerênd un armistițiu de mai mulți ani între Moldova și Polonia. 1536, 7 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Poloniae. Ferdinandus. etc. Serenissimo etc.

Perlatum ad nos est, causam dissensionis, quam inter Serenitatem vestram et Spectabilem ac Magnificum fidelem sincere nobis dilectum Petrum Wayuodam Moldauiae vigere audimus, non postremam esse, quod licet terra Moldauiensis et territorium Pokwciense a diuis quondam Hungariae Regibus praedecessoribus nostris Dominorum Moldauiensium antecessoribus tali conditione donata fuerit, vt ijdem Moldauj primum sanctae coronae Hungariae sint fideles, et illi quoque sub protectione et tutela eiusdem coronae esse debeant. Nihilominus Serenitatem vestram aut homines suos transcendisse fluuium Nester, qui sit vera meta et terminus regni Serenitatis vestrae et terrae Moldauiensis, et quaedam loca in eadem terra occupasse, et habitationes in eis construxisse, quae ab ipso Wayuoda postea quam a Serenitate vestra nullum super petitis suis sepius ad eam, vti asserit, deductis rursum habere potuit, fuerint deuastatae et combustae. Cum autem mens nostra non alia fuerit vnquam, neque sit, quam in bona pace et vicinia cum Serenitate vestra suisque ceteris viuere et agere, nobisque causa bonae pacis et viciniae non parum displiceat, hec inter Serenitatem vestram et dominum Wayuodam successisse, Ideoque Cupiamus ea complanarj et sopirj, ne quid aliud Inde cum tempore sequatur, sicut pro nostra in Serenitatem vestram affectione mutua conuenit, ac pro ea cura, quam de terra Moldauiensi rationi regni nostri predicti habemus, nonnihil facere tenemur. Eandem Itaque Serenitatem vestram affectuose et benigne hortamur et rogamus etiam, vt et nostrj et necessitudinis ac vnionis vestrae bonaeque vicinitatis Intuitu et contemplatione cum prefato Wayuoda Moldauiae Indutias aliquas triennales aut quadriennales pro bono vtriusque inire, et hoc modo differentijs istis melius posthac componendis locum dare velit. Nos etenim cum eodem Wayuoda taliter agemus, vt nec ipse, nec sui boiarones et subditi quoquo pacte eandem Serenitatem vestram et suos vicissim audeant Infestare, sed suis finibus contenti in bona pace et vicinia cum ea et suis viuere et in ex perseuerare, In quo Serenitas vestra rem se suisque dignam et aequam nobisque gratam faciet nostra in eam affectione fraterna compensandam, quam felicissime valeat. Datum Viennae Septima Ianuarij. 1536.

LXX.

1536, 7 Ianuar. Regele *Ferdinand I.* încunoştiinţéză pe Petru-Vodă din Moldova, că a intervenit la Regele Poloniei în cestiunea Pocuţiei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Moldauiae Wayuodae. Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis syncere dilecte. Ex litteris vestris in die omnium sanctorum ad nos datis Intelleximus Serenissimum dominum Regem poloniae fratrem et Sororium nostrum charissimum aut suos traiecto fluuio Nester, qui regnum Poloniae et terram moldauiae disterminat, occupasse quaedam loca, quae tamen solis eiusdem moldauiensis terre Inhabitatoribus et sacrae regni nostrj hungariae coronae pertineant, suamque Serenitatem super remissione occupatorum sepius a vobis rogatam et admonitam nihil respondisse. Vos Ideo eadem loca deuastasse et combussisse, propter furta et latrocinia quae in illis perpetrabantur, Nobis vero molestum auditu fuitu haec ita successisse, cum potius bonam pacem et viciniam inter vos esse et vigere cupiamus, Vobis autem gratiose respondemus, Nos de hac re, vt primum ad aures nostras pervenit ad praedictum d. poloniae regem scripsisse eiusque Serenitatem fraterne et benigne rogasse, vt causa mutuae Vnionis nostrae ac bonae Viciniae Indutias triennales aut quadriennales Vobiscum Inire et hoc modo differentijs istis componendis locum dare velit, Sicuti ex Magnifico et Egregio fidelibus nobis dilectis Marco Pempfflinger Barone In Chichwa et Kykolew ac Balthasare banffj d' Consiliarijs nostris Vel altero eorum latius intelligetis. Quibus fidem Indubiam habere Velitis. Datum Viennae 7-a Ianuarij 1536.

LXXI.

1536, 10 Ianuar. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către Regele Poloniei *Sigismund I.*, stăruind pentru o resolvare pacînică a conflictului privitor la Pocuţia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Poloniae.

Ferdinandus Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper augustus etc. Serenissimo Principi Domino Sigismundo Regi Poloniae, magno Duci Lituaniae ac Russiae Prussiaeque Fratri et Sororio nostro charissimo. Salutem et mutui fraterni amoris omnisque felicitatis continuum incrementum. Serenissime Princeps, frater et Sororie noster charissime, Perlatum est ad nos causam dissensionis, quam inter Serenitatem vestram ac Spectabilem et Magnificum fidelem nobis dilectum Petrum Wayuodam Moldauiensem vigere audimus non postremam esse, quod licet terra Moldauiensis et territorium Pokwciense a Diuis quondam Hungariae Regibus praedecessoribus nostris Dominorum Moldauiensium antecessoribus tali conditione donata fuerit, vt ijdem Moldaui primum sacrae Coronae Hungariae sint fideles, et illi quoque sub protectione et tutela eiusdem Coronae esse debeant. Nihilominus Serenitatem vestram aut homines suos transcendisse fluuium

Nester qui sit vera meta et terminus regni Serenitatis vestrae et terrae Moldauiensis, et quaedam loca in eadem terra occupasse, et habitationes in eis construxisse, quae ab ipso Wayuoda, postea quam a Serenitate vestra nullum super petitis suis saepius ad eam, vt asserit, deductis, responsum habere potuit, fuerint deuastatae et combustae. Cum autem mens nostra non alia fuerit, vnquam neque sit, quam in bona pace, et vicinia cum Serenitate vestra suisque omnibus viuere et agere, nobisque causa bonae pacis et viciniae non parum displiceat, haec inter Serenitatem vestram et dominum Wayuodam successisse, Ideoque cupiamus ea complanari et sopiri, nequid aliud inde cum tempore sequatur, sicut pro nostra in Serenitatem vestram affectione mutua conuenit, ac pro ea cura, quam de terra Moldauiensi ratione regni nostri predicti habemus facere tenemur. Eandem itaque Serenitatem vestram affectuose hortamur et rogamus etiam, vt et nominis ac necessitudinis et vnionis nostrae bonaeque vicinitatis intuitu cum prefato Wayuoda Moldauiae, indutias aliquas triennales aut quadrienniales pro bono vtriusque inire, ac vel hoc modo differentys istis melius componendis locum dare velit. In quo Serenitas vestra rem se suisque dignam et aequam nobisque gratam faciet nostra in eam affectione fraterna compensandam. Quae faelicissime valeat. Datum in Ciuitate nostra Vienna, Die X[a] Mensis Ianuarij. Anno Domini M.DXXXVI. Regnorum nostrorum Romani Sexto, aliorum vero decimo.

Ferdinand, mp.
I. Maiusell.

Aufschrift von aussen: Serenissimo Principi Domino Sigismundo Regi Poloniae ac magno Duci Lithuaniae ac Russiae Prussiaeque, Fratri et Sororio nostro charissimo.

LXXII.

Solii trimişi în Moldova *Baltasar Bánffy* şi *Marcu Pempfflinger* încunoştiinţézá pe Regele *Ferdinand I.* că Petru-Vodă doreşte resolvarea pacînică a conflictului iscat din causa Pocuţiei. 1536, 13 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex domine domine Clementissime.

Post fidelium seruiciorum nostrorum Commendacionem. Cum iam hodie essemus in procinctu itineris, aduenit Gregorius seruitor Moldauiensis qui prius apud Maiestatem vestram in legacione egit. Venit autem ad Maiestatem Vestram propter duo. Vnum Vt cum Rege Polonie Maiestas vestra inter eos concordiam facere, quoniam habita concordia Moldauus animum suum eo constanter stabiliuit, vt ad ad verem proximum contra Turcham se mouere vellet omni sua potencia, implorato auxilio Cesaree Maiestatis et vestre Serenitatis. Alterum Quod audita cibinij dedicione, quam primum ad eum accellerare deberemus, quo Transsiluaniam occupemus. Hijs intellectis visum est nobis tum pro evitandis vlterioribus Maiestatis vestre expensis, Tum eciam vt nostra profeccio, cum Idem Gregorius apud Moldauum fidem non paruam habeat, eo securius et constancius transsigi possit, nobiscum duximus. Et vnasecum ad Moldauum deo propicio proficiscimur, deus concedat graciam et Maiestati vestre victoriam. Itaque exquo

Maiestas vestra iam eius legacionem intelligit, Suplicamus Maiestati vestre domino nostro Clementissimo, dignetur super hijs duobus articulis a Moldauo optatis relacionem et expedicionem facere graciosam. Misimus namque hunc Nobilem Stephanum Glynchyth alias familiarem Maiestatis vestre presencium ostensorem medio Cuius et de hijs et alijs Maiestati vestre habunde nuncciauimus. Maiestas vestra dignetur verbis suis fidem prestare, habet eciam Is Glynchijth litteras Maiestatis vestre ad Regem Polonie scriptas. Si consultum videtur Maiestati vestre, Quoniam alioquin ipse Glynchyth in partibus illis Polonie et Regi et alijs notus est. Vt Nomine Maiestatis vestre ad Regem polonie iret: stante beneplacito vestre Maiestatis, Quia si Maiestas vestra in Concordia cum Rege Polonie et Moldauo serio et cum diligencia non aget, tunc Moldauus Potenciam suam contra Regem polonie vertet, et defensio Regni Transsiluanie obmittetur.

Preterea Serenissime Rex, Maiestas vestra propter Varias curas et sollicitudines quas in recessu suo habuit oblita est committere domino Grazwein vt illi Mille fl: panni petouie, Petro Markus qui in finibus Turcarum Post Maiestatem vestram Capitaneum agit et francisco Thahy redderentur. dixit enim d. Grazwein Vt Maiestas vestra cum eo de hac re non conclusit, et in hoc Suplicamus Maiestati vestre pro fide et fidelitate qua illi tenemur, ne istam solucionem negligat, ne et isti alij quoque a Maiestate vestra deficeant. Nam wayuoda nunc quoque suos Nunccios in medium regni Sclauonie misit, eos a fide et fidelitate Maiestatis vestre alliciendo.

Suplicamus denique, vt istum hominem nostrum quanto Cicius expedire dignetur. Nam eius mora nemini alteri quam vestre Maiestati nocebit Prouidere quoque non dedignetur sibj de aliquibus expensis, cum Negocium Maiestatis vestre agitur et non nostrum. Seruicia nostra semper fidelia Maiestati vestre annimorum effectu humillime Commendamus. Ex Vienna 13 Ianuarij 1536.

Sacratissime Maiestatis Vestre fideles Seruitores

Balthazar Bannffy et Marcus Pempfflinger.

Aufschrift: Sacratissime Romanorum hungarie et Bohemie etc Regi domino nostro Clementissimo. — Ad Manus proprias.

LXXIII.

1536, 20 Ianuar. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Petru-Vodă* din Moldova, vestindu-I, că nu renunţă faţă cu Zápolya şi c'a intervenit la Regele Poloniei în cestiunea Pocuţiei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Moldauo. Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis syncere nobis dilecte. Post nostrum ex Vienna discessum applicuit illuc Nunctius vester Egregius Gregorius Rosenberger, et cum ibidem inuenisset Magnificos Balthazarum Banffy etc. et Marcum Pempfflinger Baronem in Chichwa et Kykelaw Consiliarios nostros ad vos ituros, ex certis per bonis causis et respectibus haud facile improbandis ab eisdem Balthasare et Marco ad vos reductus est missis prius ad nos ab eo litteris vestris Credentialibus super quibus idem Gregorius singula quae a

vobis In commissis acceperat nobis per litteras suas seriatim exposuit, ad quae vobis gratiose respondemus.

Gratum scilicet fuisse nobis, quod huius etiam Nuntij vestrj medio nos dę nostris simul et vestris rebus admonere non dubitastis. Quod autem ad vos delatum fuit, nos hungariam Iohanni Scepusiensi daturos, hoc plane falsum est. Nunquam enim mens nostra fuit, nec est, vt Iohanni hungariam relinquamus aut illum in ea dimittamus, Ideoque et consequi iter opus non est, vt vos in compositione cum Eodem Iohanne facienda sicut petijstis includamus. Recordamur etiam adhuc eorum, quae per proximos Nuntios nostros vobiscum acta et conclusa fuerunt, beneque contenti sumus super promissis et conuentis huiusmodj vobis etiam litteras nostras assecuratorias erigere et tradere cum primis nuntijs seu Oratoribus Vestris, quos ad nos mittetis. Verum quod Serenissimum Dominum Poloniae regem etc fratrem et Sororium nostrum Charissimum concernit hoc ipsum quod à nobis modo petijstis libenter equidem et benignę fecimus scriptis mox Serenitati suae litteris vt vobiscum quadriennales aut Septennales Indutias pro vtriusque bono assumere, et per hoc differentiae inter vos melius sopiendae locum dare velit. Addito quoque speciali nuntio nostro Egregio Stephano Clintschitz qui redditis Serenitati suae litteris nostris singulariter apud eam Instet ac solicitet pro resoluto ipsius responso obtinendo. Quo taliter vti petimus obtento ad vos quoque pergat, et Serenitatis suae consensum Vobis Insinuet, pariterque vobiscum agat, vt sicut ipsa consentire non recusavit In eiusmodi Indutias eas quoque vos, vti inter vos conueniet, obseruare velitis. Quicquid autem postea pro facienda Inter vos pace et concordia facere poterimus ad hoc nos promptj pro semper erimus et paratj. Reliqua vero praesertim quae Cibinium attinent a praefatis Balthazare Banffi et Marco pempfflinger latius Intelligetis quorum verbis indubiam fidem habere, vosque sic erga nos et ipsos exhibere velitis prout In vos plene confidimus atque erga vos singulari gratia et beneuolencia nostra regia compensabimus et recognoscemus. Datum In oppido nostro Vecklapruck die 20. Ianuarij 1536.

LXXIV.

Regele *Ferdinand I.* vestește pe Regele Poloniei *Sigismund I.*, că va trimite atât în Polonia, cât și în Moldova un sol special pentru resolvarea pacinică a conflictului privitor la Pocuția. 1536, 10 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Poloniae etc.

Ferdinandus etc. Serenissimo Principi domino Sigismundo Regi Poloniae, Magno Duci Lituaniae, ac Russiae, Prussiaeque, Fratri et Sororio nostro Charissimo Salutem et mutui fraterni Amoris omnisque felicitatis continuum Incrementum. Serenissime Princeps, frater et Sororie noster Charissime. Perlatum est ad Nos causam dissensionis, quam inter Serenitatem vestram ac Spectabilem et Magnificum fidelem nobis dilectum Petrum Vaynodam Moldauiensem uigere audimus, non postremam esse, quod licet terra Moldauiensis et Territorium Pokwciense a Diuis quondam Hungariae Regibus praedecessoribus nostris Dominorum Moldauiensium Antecessoribus tali conditione donata fuerit, vt ijdem Moldaui primum sacrae Coronae Hungariae sint fideles et illi quoque sub protectione et tutela eiusdem coronae esse debeant, Nihilominus Serenitatem vestram aut homines suos

fluuium Nester, qui sit vera meta et terminus Regni Serenitatis vestrae et terrae Moldauiensis, et quaedam loca in eadem terra occupasse et habitationes in eis construxisse, quae ab ipso Wayuoda postequam a Serenitate vestra nullum super petitis suis sepius ad eam, vt asserit deductis, responsum habere potuit, fuerint deuastatae et combustae. Cum autem mens nostra non alia fuerit vnquam neque sit, quam in bona pace et vicinia cum Serenitate vestra suisque omnibus uiuere et agere, nobisque causa bonae pacis et viciniae non parum displiceat, hec inter Serenitatem vestram et dictum Wayuodam successisse, Ideoque cupiamus ea complanari et sopiri ne quid aliud inde cum tempore sequatur, sicut pro nostra in Serenitatem vestram affectione mutua conuenit, ac pro ea cura, quam de terra Moldauiensi ratione Regni nostri predicti habemus, nonnihil nos facere tenemur. Eandem itaque Serenitatem vestram affectuose hortamur et rogamus etiam, vt et nostri et necessitudinis et vnionis nostrae bonae vicinitatis intuitu cum prefato Wayuoda Moldauiae Indutias aliquas quadriennales aut septiennales, pro bono utriusque inire ac vel hoc modo differentijs istis melius componendis locum dare velit. Quibus sic stantibus nos ad faciendam inter vos concordiam, et quicquid per nos pro bono pacis et tranquillitatis communis fieri poterit offerimus Id in mutuae beneuolentiae cuniunctionis et viciniae nostrae respectu, Cuius ante omnia potissimum semper duximus In omnibus habendam esse rationem. Commisimus autem Egregio fideli nobis dilecto Stephano Clintschitz Nuntio nostro specialiter ad hoc misso, vt hanc rem apud Serenitatem vestram instanter agat ac obtinere exequi etiam contendat habitoque Serenitatis vestrae ad hoc assensu se ad dominum Moldauum conferat, eum roget et nostro nomine et vestro agat, quod Inducias, prout Inter vos conuentum fuerit, obseruet. Velit ergo vestra Serenitas Nuntium hunc nostrum cum votiuo super his responso remittere et expedire. In quo Serenitas vestra rem se suisque dignam et aequam nobisque gratam faciet nostro in eam amore et affectione fraterna compensandam, et quam felicissime valeat. Datum in oppido nostro Vecklapruck 20. Ianuarj 1536.

LXXV.

1536, 6 Martie. Scrisórea Regelui Poloniei *Sigismund I.* cätră Regele *Ferdinand I.* refusând armistițiul ce i s'a propus pentru resolvarea conflictului privitor la Pocuția.

(Din Archiva cos. reg. din Viena).

Serenissimo principi et domino FERDINANDO diuina fauente clementia Romanorum Regi semper augusto, ac Germaniae, Vngariae, Bohemiae, Dalmatiae, Slauoniae, etc. Regi, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Comiti Flandriae, Tirolis, fratri et consauguineo nostro charissimo et honorando SIGISMUNDUS dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lituaniae, Russiae, totius Prussiae, Massouiae etc. dominus et heres, salutem et mutui ac perpetui amoris continuum incrementum. Serenissime princeps, amice et consanguine noster charissime. Reddidit nobis generosus Stephanus Klintschitz Maiestatis vestrae literas de Valachia et ditione nostra Pokutiensi, Valachi ipsius instinctu ueroque dissentanea relatione scriptas, quibus postulat hortaturque nos, vestra Maiestas ut cum eo inducias in triennium uel quadriennium faciamus. Verum quando Maiestas uestra non recte rem hanc, ut se habet, accepit, paucis docebimus. Principio territorium istud nunquam uel is qui nunc est palatinus Valachiae, uel maiores eius habuerunt. Deinde neque reges Hungariae donare id cuiquam potuerunt, ut qui nihil

ibi iuris unquam habuissent, quin imo maiores nostri diui Reges Poloniae semper in eius possessione fuissent. Adhaec autem fuit quidem regno Vngariae aliquando tributaria siue feudalis Moldauia, Sed fuit, ac multo prius, etiam regno Poloniae, Nunc uero utrique erepta, Turcis paret, illorumque uoluntate atque defensione freta, ethnicis amica, Christianos fere infestat. Itaque non est quamobrem Vestra Maiestas ab illius stet partibus, atque ea a nobis contendat, quae non sunt nobis factu integra, neque conuenientia. Nam in alijs, quo ad commode et cum dignitate possumus libenter gratificamur et obsecundamus Maiestati vestrae pro necessitudine nostra mutua.

Quod attinet ad inducias cum isto ipso Valacho paciscendas, non uidemus quomodo id honeste a nobis fieri possit, ut qui neutiquam a nobis lacessitus nobis absentibus, et bello cum Moschis gerendo, cui adhuc operam damus, occupatis, prouinciam nostram infesto exercitu ingressus ferro incendijsque uastauisset, cum eo nos nunc foedus iniremus, quod quid esset aliud, quam quod graui accepto damno, ridendos nos insuper propinaremus? maxime si in eius leges foedus feriremus, nempe ut quod ille uult, territorium Pokuciense per tempus induciarum desertum esse pateremur, quo facto magnum nos ipsi nobis faceremus praeiudicium. Iam uero Maiestas vestra nullas nobis obtulit paciscendarum induciarum conditiones, et legatus vestrae maiestatis negauit se ulla habere mandata ea de re a Maiestate vestra. Vnde non uidimus, cur opus esset cum a nobis ad Valachum sine ullis mandatis proficisci, nisi nos ipsi mandata daremus, et uideremur pacem suplices petere. Postremo ut maxime uellemus nobis cum eo inducias fieri, et conditiones honeste nobis proponerentur. Tamen nihil est, quod ullis pactis et inducijs fidere debeamus, praesertim quum sit nobis res cum eo homine, apud quem nihil est loci fidei, nihil religioni. Nuper enim, ut alia eius egregia facta pretermittamus, quum a nobis per legatum suum contendisset, vt designatis utrinque arbitris atque commissarijs, pacis uel saltem induciarum conditiones constituerentur, et locus atque tempus ad Dominicam Letare condictum esset, ille interim, dum hic est legatus maiestatis vestrae coacta ualida manu securis nostris, ac nihil tale suspicantibus, ditiones nostras inuasit, ac pagos aliquot exussit. Quare accipiet Vestra maiestas aequo animo excusationem nostram, si id, quod absque graui damno ac incommodo, ignominiaeque nota facere non possumus, Maiestatis Vestrae causa facere recusamus. Nam bellum neque intulimus ei ullum, neque unquam inferremus, si per eum integrum esset, nostras uero ditiones non defendere non possumus. Quod reliquum est cupimus Maiestatem Vestram longum ualidam, incolumem et fortunatam esse. Vilnae VI. Martii Anno Domini M° D° XXXVI. Regni nostri anno XXX.

Sigismundus Rex.

Von aussen: Serenissimo principi et domino Ferdinando diuina fauente clementia Romanorum Regi semper Augusto, ac Germaniae, Vngariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slauoniae etc. Regi, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Comiti Tirolis, fratri et consanguineo nostro charissimo et honorando.

———

LXXVI.

1536, 4 April. Raportul lui *Thúrzó* cătră Regele *Ferdinand I.* despre pregătirile lui Zápolya și despre hotărîrea Porții de a rěsbuna mórtea lui Gritti.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas, Domine Clementissime etc.

Praemissa fidelium Seruiciorum meorum humilj commendacione. Cum alia que occurant, per communes litteras nostras ad Maiestatem vestram perscribantur, non puto In meis fore repetenda, quod ad alia attinet Illud Maiestatj vestre affirmare possum, Turcarum Numerum in istis confinijs nostris quottidie augeri. De quorum intencione, duplex est opinio Altera, quod querunt modum de Buda occupanda altera vero quod Cesar Turcarum velit imittere exercitum ad puniendum Moldauum, et Transilvanos ob necem grittj. hoc certum est, quod Turca comisit omnibus suis in confinijs ut se parent in expedicionem, Iohannes quoque Iubet suos esse paratos nescio in quem eventum, tamen queritur De Ozora intercepta, ad cuius pertinencias vastandas dicitur suas velle mittere, nam sub Inducijs capi eam arcem non debuisse, Maiestas vestra ita dignetur presentia negocia et condicionem temporis considerare, quod si ad aliquod Nouum bellum deventum fuerit, quod a multis audio deinceps nec posse nec velle patj Exustionem et devastacionem bonorum suorum, tantum est vel cum Turca vel Iohanne fore concordandum quorsum hec tendant facile Iudicarj potest. et fortassis erunt primj Illj qui ex agazonibus(1) et Rybaldis(2) facti sunt per Maiestatem vestram dominj, Dominus perenj non omnino est contentus de Maiestatis vestre resolucione in suis negocijs, scribit se quoque circa res suas deliberaturum, cum hijs me et fidelia Seruicia mea Maiestati vestre humillime commendo. Posonij 4ta Aprilis 1536.

fidelis Seruitor

Thurzo.

Aufschrift: Sacratissime Regie Maiestatj Domino meo Clementissimo.

Einlegblatt: Dominus Nadasdj fuit per me huc accersitus, et dicit se nondum accepisse Illas litteras per dominum Mayum in Negocijs suis expeditas rogat dignetur Maiestas vestra Illas ej expedire hic mecum nemo est preter Sacerdotes, quibus Incumberet Ecclesie sue Incumbere quam profanis negocijs videretur michj dominus Nadasdj Idoneus hic pro consiliario, alioquin Iohannes Zalay ob egritudinem non potest adesse. etc.

---

1) Reitkunst, Truppe.
2) Velites, milites qui prima proclia tentabunt.

LXXVII.

Raportul lui *Marcu Pempfflinger* cătră Regele *Ferdinand I.* despre stadiul negoţierilor cu Petru-Vodă din Moldova. 1536, 22 April.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex, domine domine Clementissime.

Fidelitate et fidelium seruiciorum meorum, in graciam Maiestatis vestre humilj commendacione premissa, de Maiestate vestra primum veniam et graciam peto imploroque Cur hactenus Maiestati vestrę non scripserium, et statum Negociorum meorum non detexerim. Causa hec est Cum ad partes istas venissemus cum domino Bannffij Visum eque consultum nobis fiut, Vt Moldaui animum apercius et ex fundamento intelligeremus, Ne Negocium quod ante nos est, Vna Nobiscum periclitaretur placuit, quo d. Bannffij in propria persona ad Moldauum proficisceretur vt affinis. omniaque et singula ab eo expiscaret, intelligeretque quo Pacto rem ipsam aggrediendam. Iamque Integer Mensis cum altero dimidio elapsus, quo Banffij apud Moldauum agit. hactenus tamen Nec Nunccios nec litteras ne Intimata quidem ab eis habere potui. Misi tres seruitores meos cum litteris ad eum, nec illorum aliquis reuersus est. Nescio in quam partem interpretari debeam, Cum Certo sciam dominus Bannffij illic esse. Propterea expectans Expectavi expectoque in horas Nunccium et litteras a Bannffij, quo de hijs et alijs omnibus Maiestatem vestram informare et Cerciorum reddere possim. duxi nihilominus ad Maiestatem vestram has litteras mittendas, quamuis cum rubore Maluissem Potius fundamentum aliquot scripsisse, Suplico Maiestati vestre dignetur ex gracia sua Boni consulere. Nam hic satis graui animo relacionem non sine magnis expensis prestulor, (1) quamvis et hic non sine commodo Maiestatis vestre seruio. Quam primum tamen Nunccium vel litteras ex Moldauia habuero sine mora Maiestatem vestram Cerciorum reddam, Preterea Sacratissime Rex, Quo in statu res harum parcium dependeat, ex pluribus et Capitaneorum et aliorum scriptis intelligere potuit. Prima tamen hec est, Quod hostes Inducijs publice renunciarunt, et iam facte ipso agunt. Maiestas autem vestra hic paucas gentes habet. Cum quibus eis resisti possit. Nam aduersarij in dies Nituntur dominia Maiestatis vestre inuadere. Castella erigere. Castrum Thokey obsidere, Totam istam Terram ipsis sub Iugare, Maiestas vestra in tempore prouideat. Reliqua Maiestas vestra a Warkoch intelliget qui Vera Maiestati vestre que oculis conspexit dicere poterit.

Domine Clementissime hoc Maiestati vestre Certe scribere possum, Quod cum Mehmerlek Vti Maiestas vestra nouit sit prefectus Arcis Nandoralbensis, attulit ille secum Nouem Milia Turcharum, qui passim ubique in villis et graminibus pascendo equos Eorum et propediem se monebunt, Conatum eorum explorator meus nescit. Audiuit tamen ab ipsis turcis vt Budam attendere velint, Vidit eciam in fluvio danubij duodecim Galeas et Tercentum nazadas naues, Paranturque in dies plures, In Redeundo venit explorator ad Zegedinum, ad quendam Bonum et Veteranum Amicum meum. quem et Maiestas vestra noscere Poterit forte. Il amicus meus Nuncciavit michi, Qualiter Zegedienses misissent ad Ioannembek, interrogatum, ad quid se tenere debeant, cum intelligant Turcas venturos, debeantne timere ab Eis an Non. Respondit eis, bene deliberate. Custodite vos defendam enim vos nichilominus, Secundario iterum miserunt ad Ioannembek, vt rursus intelligerent ab eo modum conservacionis eorum. Ingemuit Ioannes et scapulis attractis Respondit Nescio ad uc quomodo Negocium meum stat. Ite et conseruate Vos

1) Warten.

quo melius scitis, me hic Invenietis, si indigebitis persone mee. Vidit eciam explorator meus Turchas Wayuodas Venientes Zegedinum, Vnus post alium et confortantes Eos, ne timerent, nos inquit Vobis nocere Nolumus. Melius tamen erit si nobis qui defendemus Vos obediatis, quam germanis. Inter Waynodas illos fuit Vnus hungarice loquens, et dicens Prius in hijs partibus habuimus Sanssa cum qui aliquando spolia hoc est rapinam christianorum hominum per nos restitui fecit. Iam talem habemus Nonum Sansacum pui nedum christianos per nos restitui fecit, Sed eciam et vos et alios abducet. Et si Rex vester Ioannes in Nostras manus deuenerit, habemus in commissis, quid secum a gamus. Sacratissime Rex et hijs omnibus aliud elicere nequeo, Quam quod Turce Budam occupabunt, et ad futurum Annum imperator Turcharum in propria persona illo Veniat, et Regna Maiestatum vestrarum deuastabunt, Eritque Sedes illa Turcharum Buda, deus graciam et Victoriam Maiestatibus vestris concedat. Bonum tamen Esset, Vti partibus istis Maiestas vestra tempestive prouideret, Iam tempus est qui fideliter seruire velint et qui Non, hoc vnum scio, quod d. Seredij fidelis Maiestatis vestre est. Jdeo ei erit confidendum, et si plures gentes tenuerit quam Ex debito conduccionis sue debebit. Maiestas vestra ej respondeat Necessarium enim esset vt Maiestas vestra haberet plures fideles seruitores, d. Belek dicit se velle fideliter seruire, et demonstrare suam fidelitatem. hoc effectus demonstrabit. Sed hec contra tantam potenciam saltem Ioannisbek parum.

Recordetur Maiestas vestra quid aliquando Maiestati vestre de domino lasky dixerim. nam sciret et posset Maiestati vestre seruire, Sed Videtur despectus et spretus a Maiestate vestra potissimum, Vnum vt Eum in Numerum suorum seruitorum accipiat, Alterum Vt Maiestati vestre seruiat, vti ex litteris suis Maiestas vestra intelliget. Consulo itaque ex mera fide et fidelitate mea qua Maiestati vestre debeo, Vt Vtramque condicionem ipsius lasky vltro Maiestati vestre oblatam, non modo hoc tempore acceptet. Verum pedibus et manibus amplectatur. Quod si Maiestas vestra nunc peccunias dare ej nolit, cum nunc Maiestas vestra multas necessitates habet. faciat scribere ad eum pulchras litteras, acceptet in seruitorem Et moneat hominem, vt Maiestati vestre bene seruiat, maxime hoc tempore necessitatis, et quidquid exposuerit in seruicijs Maiestatis Vestre, Maiestas vestra cum tempore ei respondebit, de hoc per litteras eum assecuret. Certus sum Quod d. lasky talia Maiestati vestre seruiet. Vt maiora nemo pro Vna persona seruire poterit, Vellem Vt Maiestras vestra ex lapidibus homines Creare possit, Non quod talem Virum Vtilem despiceret Maiestas vestra Quia despectus facit desperacionem desperacio Casum. Maiestras vestra prudentissima est: Suplico tamen Amore Iesu, pro Bono Maiestatis vestre et commodo huius Regni. consilium meum fidele non abijciat. Si peccavit in deum et Maiestatem vestram peccaiut. Cupit Emendari et penitenciam agere, demonstrareque Vt, Quod prior in Incommodum Maiestatis vestre egit, id summa fidelitate et seruicijs Corrigat. Maiestas vestra est Princeps ac Rex pius et graciosus. Nam et Catelli commedunt de micis (1) que cadunt de Mensa dominorum suorum, et si Videtur Maiestati vestre cum ei scripserit facere dignetur mencionem in ipsis litteris de promocione mea, Non in alium finem opto, quam ut hominem ad Vlteriora seruicia Maiestati vestre quanto maiora astringere possem, et deuincere, de quo penitus nullum dubium habeo. Sed Maiestas vestra cum suis consiliarijs hoc non Communicet, fortassis est qui nolit ut ad seruicia Maiestatis vestre accederet. Causas ego scirem Maiestati vestre dicere. Intelligetque de hoc aliquid a domino preposito wylaky etc.

Audio Nunccios et Oratores Ioannisbek a Cesarea Maiestate absolutos esse. Quod si Inducie Vlterioras pepegerunt Maiestates vestre, Regnum et nos peribimus. Tamen Turcha inter Maiestatem vestram et Ioannem dirimet Inducias. Sin itaque Lumbj Maiestatum vestrarum bene precinctj et Bicipites gladij in Manibus suarum Maiestatum. Confidant deo, et si plures et maiores hostes adessent, cum tamen maiores esse nequeunt.

1) Mica, & Brodkrumme.

deus optimus maximus graciam et Triumphos Maiestatibus vestris largietur. Me et Seruitutem meam commendo Maiestati vestre, Ipsam Vero summo deo summo Cesari Imperatori et Regj, in eius graciam et misericordiam commendo. Cassovie 22 Aprilјs 1536.

Sacratissime Maiestatis vestre — fidelis Seruitor

Marcus Pemfinger, ppa.

Aufschrift: Sacratissime Regie Maiestati Romanorum hungarie et Bohemie etc. domine meo semper clementissimo. — Ad Manus proprias.

LXXVIII.

Raportul lui *Thúrzó* cătră Regele *Ferdinand I.* despre hotărîrea Turcilor de a năvăli în primăvara viitóre asupra Moldovei şi Ardélului. 1536, 30 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas, Domine Clementissime.

Premisa fidelium seruiceorum meorum humillima commendacione Ex literis Reverendissimi Dominj Lundensis oratoris Maiestatis Cesaree Maiestas vestra intellexit conclusionem Induciarum, que proculdubio non multum vtrinque continebunt plerosque a solitis violencijs Rapinis et cedibus. Nouerit tamen Maiestas vestra quomodo et sub quibus mulctis obseruacio Illarum debeat subditis suis Iniungj, Nostra enim hic vel parva vel nulla est auctoritas, et agitur vtrinque de Dignitate et existimacione Maiestatis vestre etc. Quod pertinet ad Turcas, scio Maiestatem vestram, Jllis nullam occasionem Dedisse Rumpendi pacem. Sed Nichilominus ipsi quottidie faciunt talia, que videntur concluse pacj contraria, et hodie accepi fidedigno nunccio, Iam mehmedbek collegisse ad octo Milia equitum in Surimo, hijs omnino aliquid attentabit, nuper capta est ywanka, ista et hijs similia que fiunt, movent Animos subditorum, quod careant defensione, et ex quodam loco satis autentico intelligo Turcam habuisse in Animo aggrediendi Moldaviam et Transilvaniam, ad vlciscendam necem grittj, et res oblatas, quod postea est dilatum in ver futurum, vrgente expedicione Naualj quam Turca parat et parauit contra Cesaream Maiestatem mehmetbek autem modernus Zanzakus Nandor Albe est infestus Ioannj, cum quo fortassis non obesset aliquam Maiestatis vestre habere intelligenciam. Sum de hac re, ex quodam loco, forsam Maiestatj vestre non Igroto admonitus, faveo equidem Domino Casparj horwath in omnibus velutj probo et bono Seruitorj Maiestatis vestre, si obtinuerit a Maiestate Reginalj domina Maria, Castrum Dyosgher, tamen scio dominum perenj non satis equo Animo auditurum Illam Arcem ad manus alterius pervenisse, cum ipse Iam a tanto tempore pro Illa apud Maiestatem vestram laborauerit, et modo quoque accusat me in ea re promovenda nimium esse negligentem. Quo ad reditum meum posonium quamvis satis infructuose non diu Illum differam. Supplico tamen Maiestatj vestre dignetur graciose admittere me paucissimis diebus abesse, vt vel aliquos Sumptus michi comparem, cum hijs me clemencie Maiestatis vestre humillime commendo. Ex Baynocz vltinea Iunij 1536.

Miror non puduisse Ludouicum pekrij talia scribere Maiestatj vestre in excusationem maleactorum suorum, que a veritate sunt aliena que cum sint in manifesto, non egent mea repeticione, etc.

Quantum ex literis dominj colocensis ad me datis apparet, noscere vel elicere licet, non apparet quod Iohannes Illius persuasionj in omnibus se conformet, quo ad hos tentatus pacis, nescio quid sequetur. ego hinc post triduum Discedam, et ero propior posonio.

fidelis Seruitor

Thurzo.

[Aufschrift:]
Sacratissime Regie Maiestatj Domino meo Clementissimo.

LXXIX.

1536, 1 Iulie. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Aochiepiscopul de Lunden*, cerêndu-i raport despre stadiul negoţierilor cu Petru-Vodă şi vestindu-l că i-a restituit lui Valentin Török bunurile.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Archiepiscopo Lundensi. Ferdinandus etc.

Reuerende Pater, Deuote syncere dilecte, Salutem. Recepimus Deuotionis v. literas Septima 8ua et duodecima Iunij iam elapsi ad nos datas ad quas nihil est quod magnopere respondeamus, Cum in dies recentiora de Congressu suo cum Wayuoda expectemus, De Bonis per Valentinum Terek ablatis districte serioque mandauimus, vti restituantur, Ceterum deuotionem v. varadinum aduenisse quemadmodum scribit, gaudemus, et de his que secutura sunt nos ab eadem, vt solet, diligenter Certiorem fieri cupimus.

Legimus item que nobis de Castro Balwanos Wayuodae Moldauiae adempto significauit Deuotio v. Cui Impresentiarum Nouum de Caesareae Maiestatis Successu in rebus bellicis Cum alia non occurrerent, transmittere operae pretium esse putauimus. Datum Insprugk prima Iulij 1536.

LXXX.

Raportul lui *Marcu Pempfflinger* către Regele *Ferdinad I.* despre legăturile lui Petru Vodă cu Ioan Zápolya. 1536, 5 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ex literis Marci Pemfflinger V^ta Iulij Cassouiae Datis.

Moldauum intelligentiam suam quam cum Iohannebek habet eo modo pretegere, quod scilicet in eum finem fecerit, vt ipsum decipiat et secum agere possit sicut cum Grittij.

Moldauum non esse omnino reijciendum sed spe et gratia Maiestatis V. intertenendum esse, quia cum tempore possit Maiestati V. et maxime contra Turcas magno usui esse. Licet Leuis sit animi et eventum Cesareae expeditionis expectare videatur.

Inducias a Wayvodanis non obseruari, ac nuper Castrum Hwzch gentibus circumdedisse et illud habitis tormentis que expectant oppugnare intendere. In cuius subsidium Ipsum Pemflinger cum suis intra biduum profecturum.

Hieronymum Lasky ad Poloniam iuisse et hactenus Maiestatis vestre resolutionem expectare, quam sibi nunc fieri cupit suadetque hominem illum retinendum.

Rogat Maiestatem V. dignetur Clementem rationem seruitiorum suorum habere illique de statu et conditione sua prospicere, attento quod magnas expensis pro intertentione gentium suarum facere cogitur, neque a Maiestatis Vestre a Vienna discessu pecuniam pro illarum intertentione a Maiestate Vestra receperit, sed de suo erogauerit.

LXXXI.

Raportul lui *Marcu Pempfflinger* şi alui *Baltasar Bánffy* despre condiţiunile, cu care Petru-Vodă e dispus a da ajutor pentru cucerirea Ardélului. 1536, 31 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ex Communibus literis Balthasaris Bamffy et Marci Pemfflinger Cassouie vltima Iulij 1536. Datis.

Balthasarem Bamffy Oratores Turcharum et Iohannis Scepusiensis apud Wayuodam Moldauiensem reperisse petentes ab eo sex Milia hominum in auxilium Iohannisbeck, vt vnacum Militibus Transsyluaniensibus et Transalpinensibus quorum VII.$_{M.}$ essent ad depredandam Morhauiam et Silesiam irent, promittens ei Turca se illi mortem Gritti condonaturum, ac terras et ditiones pro quibus bellum cum Rege polonie agitur perpetuo Jure sibi impetrare velle. Ipsum vero Moldauum his omnibus non curatis subsidium

contra Maiestatem vestram ferendum recusasse quod Transsyluanienses et Transalpini videntes simili modo fecerunt.

Moldauum ad propositionem Balthasaris Bamffy de inuadenda Transsyluania respondisse difficili modo hoc iam amisso Cibinio fieri posse, quod antea facile fuisset, nam se multos inimicos habere, quorum potentiae si bellum extra Dominium suum inciperet sine speciali subsidio gentium Maiestatis Cesareae vel vestrae resistere non posset. Tamen se paratum esse, vt missis copijs sufficientibus a Maiestate V. ad has partes, nedum Transsyluaniam recuperet sed et Regna Turcharum Cesaris omni sua potentia viribus et propria persona aggrediatur. In cuius effectum $V._{M.}$ hominum cum machinis et Tormentis bellicis sufficienter instructorum opus esse putat.

Si vero generalis expeditio in partes illas fieri deberet XV Milia hominum in subsidium a Maiestatibus V. petit, quibus accedent ex partibus Transsyluaniae $XV_{M.}$, ex Transalpinis vero $XXV_{M.}$ Et ijsdem $XL_{M.}$ Electorum militumex Regno suo superaddere, eaque Copia ad Constantinopolim vsque proficisci paratum esse.

Balthasarem Bamffy in reditu a Moldauo videntem Inducias ab aduersarijs non obseruari, cunctaque hostilia in Maiestatis V. subditos exerceri Naues aliquot Sale oneratas Turcis vendenda per aduersarios trans Tybiscum vehendos armata manu caepisse, et ex parte depredasse, ac in Nemethy deposuisse.

Iohannistas Castellum ad Zathmar Nemethy pro defensione Dominiorum Maiestatis V. per Hwzthenses et Munkathenses erectum iunctis omnibus viribus et potentia sua, et adhibitis tormentis bellicis demolijsse et expugnasse.

Iohannem Scepusiensem ad Iniuriam ipsius Moldauj Castrum Balwanos in Transsyluania situm arte et dolo intercepisse et ab eo alienasse, qua re motum Moldauum ad ipsos Bamffy et Pemfflinger misisse vt se ad profectionem Transsyluaniensem paratos redderent, Quod se iam curasse ac omni modo in hoc attentos esse medio petro Gerhyndij ipsi Moldauo renunciasse, eumque exhortatos fuisse ne ab hoc proposito discederet. Interim vero Scepusiensis oratores suos ad Moldauum misisse qui illi Castri restitutionem offerent, et alia etiam maiora. Vnde forte Moldauum motum ipsi Petro respondisse se Caesareae et Vestrae Regiae Maiestati totique Christianitati et Capite et Regno suo inseruire, et omnem substantiam suam pro Christianitatis conseruatione et bono publico impendere paratum esse, dumodo Maiestatis V. operam et auxilium earum de quo superius dictum est adhibeant. nam se ob causas supra enumeratas absque tali subsidio $V._{M.}$ scilicet hominum Transsyluaniam ingredi non posse.

Petunt desuper a Maiestate V. gratiosum responsum quid illis in hac re Vlterius agendum sit.

LXXXII.

1536. Raportul lui *Marcu Pempfflinger* şi alui *Baltasar Bánffy* despre con-
31 Iulie. diţiunile cu care Petru-Vodă e dispus a da ajutor pentru cucerirea Ardélului.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex, domine domine clementissime etc.

Post fidelium seruiciorum meorum in graciam Maiestatis vestre Commendacionem, Cur hactenus ad Maiestatem vestram non scripsimus, diuerse cause et raciones

obsteterunt. Nam cum primum ego Bannffy ad Wayvodam Moldaniensem venissem. Erant cesaris Thurcarum et Iohannis Scepusiensis oratores apud eum in Legacione. Thurca petebat Vt sex milia hominum in auxilium Ioannisbek daret, Quoniam Transsyuania Tria Milia, Transalpine Vero Quatuor Milia hominum contra Maiestatem vestram, ad depraedandam Morauiam et Schlesiam. datura esset. Promisitque Turcha Moldavo Vt si hoc fecerit, mortem Grytti Relaxabit, deinde Terras et diciones pro quibus Bellum cum Rege Polonaie agitur, perpetuo Iure sibi impetrare vellet. Scepusiensis autem penes hoc Maria et Montes promittebat, et in Vilependium Maiestatis vestre multa indigna nuncciauit, ac dignitatem et Statum Maiestatis vestre depressit. Tamen wayuoda non Curatis Vnius et alterius promissionibus, gentes contra Maiestatem vestram dare recusauit. Cum Transsiluanenses et Transalpini intellexissent, ipsi quoque gentes dare reluctarunt.

Cum Waynoda Moldaniensis inter Ceteros tractatus de expedicione in Transsiluaniam facienda, Vti se et literis et Nunccijs Maiestati vestre obtulit. plura tractavi, Qui mihi Respondit. Verum esse, Quod ad Maiestatem vestram misit Nunccium eique promiserit, Transsiluaniam in potestatam vestre Maiestatis redigere Quod et facile fieri potuisset, in quantum cibinium non esset amissum. sic vt ante ammissionem illius Maiestas vestra nos misisset.

Iam Vero ammisso cibinio difficilius est profectionem in transsiluaniam prosequi, Ex eo, quod plures habeat sibi Jnimicos. Thurcam, Tartaros Regem Polonie et Ioannembek, illorum potencie sine speciali auxilio gentium vestre vel cesaree Maiestatis resistere non possit, Maxime si Bellum inciperet. nemo ej suppecias ferret, Quoniam Maiestas vestra a tempore sui regiminis ad frequentes suos oblaciones hactenus nullas suppecias tulit, Nichilominus dummodo Maiestas vestra aliquot milia hominum hoc Anno ad has partes, que in eius subsidium eant, mittat, Paratus est, Nedum Transsiluaniam occupare Verum eciam diciones et Regna Thurcarum cesaris omni sua potencia viribus, et propria persona aggredj et Maiestatj vestre ac toti christianitati seruire, Multa eciam et quidem plurima in hanc rem necessaria retulit. consuluitque que Maiestas vestra suo tempore intelliget.

Itaque in Redeundo a Moldauo, veni ad castra Maiestatis vestre hwzth et Munkach. Videns aduersarios penitus nullas inducias seruare sed hostiliter et aperto marte in fideles Maiestatis vestre seuire. Tum aqua Ticie excreuerat. Wayuoda volens certum numerum Salium per Tibiscum turcis vendendum, qui illic cum peccunia aderant dimittere, ad Naues illas irrui : et partem illarum Salium Vi et armata manu arripui, illosque en Nemethy deposui, cum reliqua parte salim auffugerunt.

Praeterea quum hostes vndique passim in dominijs et dicionibus Maiestatis Vestre non sine maxima Iactura et damno eiusdem et suorum fidelium, Castella erexerant, habito mutuo cum hwzthensibus et Muckachiensibus tractatu, pro defensione dominiorum Maiestatis vestre, Vnum Castelum ad Zathmar Nemethy erexerat Wayuoda ipse Iunctis omnibus Viribus et potencia sua adhibitis machinis Bellicis, non sine seruiciorum meorum Clade Ex quo mille suppecie a fidelibus Maiestatis qestre dabantur. illud Castellum expugnauit et demoliuit.

Interea contigit, Quod Wayuoda Scepusiensis ad Iniuriam ipsius Moldaui, Castrum Balvanos in Transsiluania situm arte et dolo interciperet, alienaretque ab eo. Moldavus hoc intelligens moleste tulit. fortassis vlciscj volens ad Nos misit, Nuncciavitque Vt parati esse debeamus, Quo Vna secum Transsiluaniam ingrediamur in omnem eciam eventum, Nos gaudio non paruo ductj. Illico Egregium petrum Gherijndy Seruitorem Maiestatis vestre: ad wayuodam Moldauiensem misimus Nuncciantes nos cum gentibus nostris paratos esse, eoque proficiscj qua sua Magnificencia iusserit. quoniam ad ipsius optata. in Eum finem huc venimus. dummodo sua Magnificencia intimet nobis quo eundum nobis erit, et in quo loco eandem comperiamus. Ex animoque rogavimus suam Magnificenciam, ne sanctum hoc propositum suum mutet, sed iam tandem prosequatur, et in Nobis nichil deerit. Wayuoda scepusiensis interea Oratores suos ad Moldauum misit, Promittens ei restituturum Castrum Balwanos. preterea eciam maiora ei

condonaturus, Reuenit Petrus Gheryndij hijs diebus. Qui hanc relacionem reportauit a Moldauo.

Ego inquit Cesaree et Catholice, ac Regie Maiestati, totique christianitatj et capiti ac Regno meo inseruire paratus sum, nec Capitj nec substancie mee parcam. sed omnia pro christianitatis conseruacione et bono Publico subire presto. dummodo Maiestates earum operam et auxilium earum adhibeant. quo id commodius et sine Iactura mej et istius regni Moldauie. intentum meum prosequi possim. Nam Vndique magnis adversarijs ipse et regnum meum septum est. Si expedicionem aliquam fecero isti contra me insurgent, et si non habuero, qui mihi auxilium prestet, et a Maiestatibus suis derelictus fuero: et ego cum Regno peribo. Exinde maiestas earum et tota Christianitas periclitari poterit, sic nec Maiestatibus suis nec mihi prodero, Sed Maiestates sue faciant hoc, Vt dignentur mittere aduc Anno isto Quinque Milia hominum cum machinis que Muros frangunt. Non dubitent Maiestates earum Quin procul dubio in omnem Rerum Euentnm, deo propicio, et regnum Transsiluanie Maiestatibus suis integrum reddam, et cum hoc dominijs Thurcarum non paruam Jacturam inferam.

Vbi Vero Maiestates earum Generalem expedicionem contra Thurcas facere Voluerint, Mittant Quindecim Milia hominum. Quibus addam ex regno meo Quadraginta Milia electorum, Transsiluaniae Vigintj. Transalpine vero Vigintj Quinque milia. Cum hijs deo volente. usque Constantinopolim proficisci velit, Vbi autem Maiestates vestre de sua oblacione dubitarent, easdem Maiestates vestras assecurare et certas reddere Vult, hec Maiestatj vestre pro nostra in eandem fidelitate rescribere voluimus. Cui tanquam domino nostro Clementissimo humillime Suplicamus dignetur nos facere Cerciores, quid Vlterius nobis agentum sit, Curamque nostri et senuiciorum nostrarum graciose gerere, Neque Culpam aliquam nobis in hoc ascribere: Quia nec Capitibus nec Sanguini nostro parceremus, dcmmodo Maiestati vestre ad Vota seruire possemus, Itaque Commendamus Maiestati vestre perpetua et fidelia seruicia nostra Vti domino nostro Clementissimo, Quam deus optimus maximus felicissimam conseruet, Ex Cassovia Vltima Iulij 1536.

Sacratissime Maiestatis vestre fideles Seruitores

Balthasar Bannffy,
Marcus Pemfflinger.

LXXXIII.

1536, 31 Iulie. Raportul lui *Marcu Pempfflinger* către Regele *Ferdinand I.* despre situaţiunea din Ardél şi despre duplicitatea lui Petru-Vodă.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Sacratissime Rex, domine domine clementissime etc.

Post fidelitatem et fidelium seruiciorum meorum in graciam Maiestatis vestre commendacionem. Ex litteris Communibus, ad Maiestatem vestram datis, leuitatem Moldauj intelliget, Quamuis ipse dicat vt intelligenciam quam cum Ioannebek habet, sit ficta, et in eum finem facit, Vt decipiat ipsum Ioannem, et vt possit secum agere, Vti cum Gryttij, Tamen mos et consuetudo Barbarorum est, Vt pallium eo vertant, vnde ventus

flat, Cernit fortunam Maiestatis vestre ex cesaree Maiestatis eventu pendere, Illius exitum expectat. Meo tamen videre Moldavus per Maiestatem vestram in toto non est reyciendus, Cum tempore poterit Maiestatibus vestris maxime contra Turchas non parum seruire. Intertenendus est spe et gracia Maiestatis vestre.

Tremestres Inducie per dominum londensem confecte sunt, factum tamen aduersariorum aliter demonstrat. Nam hijs diebus Ioannite castrum hwzth, gentibus circumdederunt, et dicuntur illud obsidere velle, seque machinas expectare. In Cuius defensionem hoc Biduo proficiscemur, Nos quidem inducias Sancte vti debemus obseruabimus. Sed Iniuria ab aduersarijs prouocatj Non videtur mihj iusticiam Maiestatis vestre et diciones suas non defendere. Maiestas vestra nouit Quod aduersarij nunquam seruarunt inducias, Immo sub Inducijs Maiestatis vestre dominia ipsis usurparunt. Velit deus ut Bona et honesta Concordia inter Maiestatem Vestram et suum aduersarium transsigatur. Tamen nunquam credo id futuram, Nisi coacte.

Scripseram Maiestati vestre de Negocio domini Lasky. Nondum tamen habeo a Maiestate vestra relacionem, d. Lasky in Poloniam iuit, in octo vel decem diebus reuertetur, auide enim a Maiestate vestra relacionem expectant. Consulo Maiestati vestre ne abijciat hominem. Nam tali Seruitore Maiestas vestra non leue carere potest.

Demum Suplico Maiestati vestre dignetur aliquam curam Status et condicionis mee gerere, Iam elapsi sunt septem Menses, quo in Seruicijs Maiestatis vestre versor, expectans redempcionem Israhel, et dumtaxat me illis pecunijs per Maiestatem Vestram aduc Vienne datis contentari opportuit, perpendat Maiestas vestra ad tot gentes quas tenui et modo teneo et ad meam propriam intertencionem quantum expendj. Sciunt enim omnes meis seruitoribus In hunc Vsque diem recte eorum Sallarium soluisse.

Ad quid me Vlterius teneam quid michj faciendum erit expecto a Maiestate vestra graciosam et informacionem et relacionem, desuper expecto. Nam sum sicut Auis, et non habeo quo Caput meum iam senio confectum reclinem. Maiestas vestra post deum vnica spes mea Cuius gracie me iterum atque iterum cum meis fidelibus seruicijs commendo. Maiestatemque Vestram felicissime cum suis valere opto. Ex Cassouia Vltima Iulij 1536.

Sacratissime Maiestatis vestre fidelis Seruitor

Marcus pemflinger.

Aufschrift: Sacratissime Romanorum hungarie et Bohemie etc Maiestati, domino domino meo clementissimo. — Ad Manus proprias.

———

LXXXIV.

Scrisóre de recomandaţiune dată din partea Regelui *Ferdinand I.* pentru *Ieronim Lasko* la adresa mai multor magnaţi din Polonia. 1536, 9 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ioanni Comitj a Tarnow. Ferdinandus etc.

Illustris syncere dilecte, Commisimus Magnifico fideli nobis dilecto Hieronymo à Lasko Palatino Syradiensi etc Consiliario nostro nonnulla Vobis nostro nomine expo-

nenda, sicut ab eo Coram intelligetis, Vos proinde studiose hortantes requirentesque, vt eidem Lasko in ijs que Vobis ex verbis nostris referet plenam et Indubiam fidem adhibere, Vosque super ijs ita exhibere velitis, prout in Vos plane Confidimus, et erga Vos gratia et beneuolentia nostra Regia Condigne recompensabimus. Datum Viennae IX Decembris. 1536.

Spectabilis et Magnifice syncere dilecte — In simili ad Comitem

Andream a Gorka,
Petrum Opalynsky,
Spitkorem Comitem a Tarnow.

LXXXV.

1536, 10 Dec. Instrucţiunile date din partea Regelui *Ferdinand I.* lui *Ieronim Lasko*, însărcinat a mijlocí resolvarea pacinică a conflictului privitor la Pocuţia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Instructio ad Poloniam. Ferdinandus etc.

Instructio de ijs que Magnificus fidelis nobis dilectus Hieronimus a Lasco Palatinus Syradiensis etc. Consiliarius noster, apud Serenissimum Principem Dominum Sigismundum Regem Poloniae, Magnum Ducem Lituanie ac Russiae Prussiaeque, fratrem et Sororium nostrum Charissimum nostro nomine agere et tractare debet.

In primis post exhibitas literas nostras Credentiales dictamque verbis nostris Salutem Serenitati suae exponet synceri amoris nostri, quo eam Complectimur affectum, quodque ei omnia leta ac prospera cum Incolumitate persone sue, suorumque simul et rerum suarum successum perpetuo felicem ex animo precamur et optamus.

Deinde eidem referet nos non sine magna letitia voluptateque intellixisse, Serenitatem suam, ad Regiam Sedem suam Cracoviam saluam et Incolumem, per tam longissima intinera, Confecto feliciter bello quod adversus hostes suos susceperat, Cum magno suorum applausu redijsse, quo nomine non solum Serenitati sue pro nostra mutua necessitudinis Coniunctione, Amicitiaque summopere gratulemur verum etiam deo optimo Maximas gratias Immortales habeamus, precantes vt tam prospero rerum suarum successu eandem diu superstitem perpetuoque fortunatum ac felicem vna cum suis frui potirique largiatur.

Postea Serenitati sue ostendet nos maiorem in modum Cupere, vti differentia et Controuersia inter Serenitatem suam et Wayuoda Moldauiae exorta pro vtriusque bono sedaretur. Et licet alias in ea Causa multum apud Serenitatem suam per proprium etiam Nuntium intelleximus. Tamen postquam Serenitas sua petitione illi nostre tum temporis acquiescere noluerit, neqne vllas Inducias Cum prefato Moldauo mediante opera nostra suscipiendas sibi putarit, nos id bonae pacis et Vicinae Causa, non potuisse non egre ferre et non libender videre eandem Controuersiam inter eos tali modi vigere, quod Serenitas sua aduersus dictum Moldauum expeditionem parare decreuisse plane dicatur, ex qua re haud mediocrem molestiam Capiamus presertim Cum id non solum pro bono publico non futurum verum etiam Impedimentum Serenitati sue in rebus bene gerendis

fortasse non paruum allaturum esse suspicemur, Proinde cum nihil sit pace Concordiaque melius neque vtilius, nos vehementer et ey animo desyderare, vt adhuc Serenitas sua sese ad eam benignam facilemque prebere, nostrasque preces admonitionemque non aspernari velit. Nos siquidem pro singulari nostro erga Serenitatem sua amore, fraternaque Coniunctione adduci impellique vt ei quod rebus suis Conducere expedireque arbitremur, Confidenter Consulamus, Nobis autem videri omnino faciendum, ut Sereintas sua hoc tempore, tam difficillimo proculosissimoque quietem amplexetur, Cumque Moldauo vel Induciam vel compositionem suscipiat, potius, quam vt secum hostiliter Concertare velit, quum nimirum apud Serenitatem suam eundem rumorem, qui apud nos haud vanis authoribus diuulgatus est increbuisse. procul dubio nobis, persuademus, Turcham Cum numerosissimo Exercitu, summoque apparatu ad futuram aestatem vel Regnum nostrum Hungariae vel alia Christianitatis loca truculenter adoriturum esse, Eapropter vel maxime Convenire, Omnibus Principibus Christianis, vt depositis mutuis odijs, altercationibusque ad resistendum, Communi Christianj nominis sancteque fidei nostre hosti vires suas Conferant, Et Cum hec ita sint, Serenitasque sua pro sua ipsius prudentia Consyderare possit, nonnisi mutua Christianorum discordia Turcharum Tyrannum potentiam suam auxisse, Jdcirco nos maiori quo possumus studio Serenitatem suam Hortari, rogareque vti ab amicabili tractatione, tolerabilibusque ac honestis Concordiae Conditionibus, ad quas nos quidem operam et studium nostrum tamquam boni Mediatores inter vtrumque faciendas, prompto et parato animo offeramus, minime abhorrere, quin potius publicam Tranquillitatem respicere, presentisque temporis turbulentissimam faciem intueri, Immanissimique Turcharum Tyranni rabiem ferociamque, qua queque Christianorum loca sibi subiugare minime Cessat, attentius perpendere velit. Periculum enim esse, ne si Serenitatis sua Contra illum processerit, Turcha ansam sibi Commode oblatam putet, inter ista dissidia rem suam agendi inuadendique istas partes, quas alioquin attentare aggrediue non auderet, Eoque magis deponi debere Contractam Simultatem, donandumque aliquid publice quieti Salutique Cuius Serenitatem suam semper hactenus studiosam fuisse non ignoremus, posse nimirum facile queri inueniriquе vias et modos, per quos Consopiantur Controuersie ille, si modo Serenitas sua non detrectet bene et salubriter suadentibus obiecto omni priuato affectu obsequi: Quum vero dissensionis istiusmodi inter eos Causam non postremam fuisse Constet, quod Serenitas sua vel homines ipsius traiecto Flumine Nester, qui sit vera meta et Terminus Regni Serenitatis sue et Terre Moldauiensis quedam loca in eadem Terra occupaverant et in eis habitationes Construxerant, illeque rursus ab ipso Wayuoda deuastate et Combustae fuerint nosque pro ea Cura quam de Terra Moldauiensi ratione et tutela existit, vt que a diuis quondam Hungarie Regibus predecessoribus nostris Dominorum Moldauiensium Antecessoribus Ea Conditione donata fuerit, vt ijdem Moldauj Sacrae Coronae Hungarie fideles sint, non parum teneamur apud vtrumque agere que ad reconciliandam pacem inter Eos Consopiendamque ipsorum mutuam discordiam facere videantur. Nos itaque horum omnium premissorum Causa rationabiliter motos suam Serenitatem vehementius obtestari, vt tum pro bono pacis et Tranquillitatis Communis tum nostri ac necessitudinis vnionis, mutueque beneuolentiae Coniunctionis et bonae vicinie nostre respectu, nos, aequos mediatores vel alios sibi bene visos in hac Causa esse sinat quippe qui opperam nostram ad illorum Componendam Controuersiam, non nisi promptissimo animo offeramus, omniaque facere Cupiamus, que pro vtribusque bono vllo modo possumus, velit tantummodo serenitas sua vel Inducias cum Moldauo suscipiendas benigne Consentire vel ad aliquem Concordie tractatum Condescendere. Nos enim habito Serenitatis suae assensu statim apud dictum Meldauum non solum per literas verum etiam Spetialem Nuntium si ita opus esse videatur diligenter pro facienda bona et vtrique parti acceptabili pace acturus fore, Sperantes nos haud inutilem operam sumpturos Studiumque nostrum apud Serenitatem suam approbaturos esse. Porro quia superiori Mense per Certum Nobilem literas quasdam nostras Serenitati suae transmisimus, in quibus ei locum et diem Sponsaliorum inter Serenissimum Dominum Sigismundum Secundum Poloniae Regem Serenitatis suae filium et Seruissimam Dominam Elysabetham Reginam filiam nostram dilec-

tissimam Celebrandorum Constituimus, Nos igitur rursus hotari Serenitatem suam vt ad prefixum tempus videlicet primum diem Mensis Martij proxime futuri ad Ciuitatem nostram Regiam Sedem Pragam suos Oratores ot Commissarios deputare et transmittere velit.

Ceterum pari officio salutationis prefatus Lascus cum apud Serenissimam Dominam Bonam, Reginam Poloniae, quam vt Affinem et Sororem nostram honestis et decentibus verbis alloquetur, tum apud Serenissimum Sigismundum secundum Poloniae Regem filium nostrum Charissimum vtatur, Eisque post exhibitas literas nostras Credentionales synceri amoris animique nostri affectum quem in eos gerimus exponet nosque omnia leta eisdem ac prospera euenire Cupere et optare copiose et eleganter sicuti scit enarret. Postquam dictus Lascus in premissis et Ceteris omnibus ac singulis pro voto nostro omnique suo posse abeundis et exequendis singularem prudentiam fidem et Industriam suam impendet sicque rem attemperare dirigere et Conficere laboret, prout Consultius meliusque et pro qualitate temporis magis idoneum visum fuerit Nostram in his omnibus expressam executurus voluntatum. Datum Vienne X^ma^ Decembris 1536.

LXXXVI.

1536, 10 Dec. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Petru-Vodă* din Moldova, vestindu-l c'a însărcinat pe Ieronim Lasko să mijlocéscă resolvarea pacinică a conflictului privitor la Pocuţia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Wayuodae Moldauiae. Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis syncere dilecte, Cum differentiam inter Serenissimum Principem, Dominum Sigismundum Polonie. Regem etc fratrem et sororium nostrum Charissimum et Vos de finibus Terrae Moldauiae et Regni Polonie iam dudum exortam, adhuc vigere audiamus, Nos vero eam pro vtriusque bono prorsus componi et extingui Summopere Cupiamus, presertim hac tempestate, Vbi in dies magis magisque multorum explorationibus confirmatur immanissimum Turcharum Tirannum Cum Copiosissimo exercitu Christianitatis loca adoriri deuastareque decreuisse: Idque ita plane futurum, Maximi sui apparatus, quos nunc facit, arguere docereque videntur. Quamobrem ad prefatum Poloniae Regem Magnificum fidelem nobis dilectum Hieronymum a Lasko etc. Consiliarium nostrum inter Cetera emandandum duximus, vt is nomine nostro apud eum pro Inducijs inter Serenitatem suam ac Vos vel pace siue Compositione aliqua facienda, Omnibus quibus potest melioribus et oportunioribus modis atque vijs agere et tractare studeat, nostramque bonam operam in ea re interueniendam eidem offerat, vt tantum efficere laboret, vt Serenitas sua vel ad Inducias Vobiscum ad Instantiam nostram ineundas Consentire, vel aliquem pacis tractatum suscipere non grauetur. Quicquid autem in hoc negotio sequetur, de eo Vos statim vel per literas nostras vel per proprium Nuntium Certiores reddemus. Quod Vos latere noluimus. Datum Vienae X. Decembris 1536.

LXXXVII.

Raportul lui *Paul Litteratus* către Regele *Ferdinand I.* despre condițiunile de alianță ale lui Petru-Vodă Rareș. 1536.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Articuli per Egregium Paulum literatum ad Regiam Maiestatem ex Parte Wayuode Moldawiensis.

Item. Primus Articulus hijs diebus cum litere Regie Maiestatis presentate fuerint per Egregium Paulum literatum, Venerunt ad Nos legati de tribus Nacionibus parcium Transsiluaniarum Audita eorum legacione, Nuncciauimus ipsis Vt nullus ipsorum Transsiluaniensium, ad Ioannem Sepusiensem spurcissimum proditorem tocius Cristianitatis, declinare debeat aut presummat, Suscipere, Ex quo ipse Caspar Somy Vbique seminabat quod partem ipsius tenerent, alias si aliquis eorum susciperet Partem ipsius, tunc Nos contra talem proditorem, totis Viribus Nostris insurgere Vellemus, quia Nos tempore Vite nostre Nunquam a Vestra Serenissima Maiestate separati Volumus.

Item. Articulus secundus. Quod nos audita infidelitate ipsius Sigismundi Regis Polonie, Erga Maiestatem Vestram, quod ipse Vellet suppecias dare ipsi Ioanni Sepusiensi. Nos parati fuimus contra eum ire cum nostris Viribus Videlicet Viginti quinque Millibus hominum, et si Maiestas Vestra Mandat Nunc quoque Parati summus illum spurcissimum traditorem Ex omnibus angulis Regni Polonie exquirere, Preterea nihil timeat Maiestas Vestra, De Rege Polonie Saltem quod Maiestas Vestra Mandet et Precipiat Nobis quo cicius poterit medio istius pauli literatj, quid simmus facturi.

Item. Quod modo non est timendum Maiestati Vestre de ipsis Tartaris quia habuimus hominem nostrum in Porta Cesaris Tartarorum et modo gerunt Inter se Intestina Bella, et sciat Maiestas Vestra, quod intantum Prosequuntur odio ipsum Ioannem Zapolijaij, quod Vnus Canis Maiorem honorem habet coram ipsis quam hereticus ipse Ioannes.

Item. Similiter habuimus hominem nostrum in Porta Cesaris Thurcarum et ille homo noster redijt codie quo Voluimus mittere hunc Paulum literatum ad Maiestatem Vestram et ille dicit, quod ipsi Turci nullo auxilio Volunt esse ipsi Ioanni tamquam tali Proditorj, quia Plus diligunt Vnum Canem quam ipsum.

Item. Vltimus Articulus. Quod deo Volente iam multum laborauimus in hoc vt ipsos Venetos possemus Maiestati Vestre reddere tributarios, quia sine nostra terra Nulla die fieri possunt iam Intantum induximus eos quod parati erunt obedire Maiestati Vestre et comodo subditj Maiestatj Vestre sicut fuerunt praedecessoribus Regibus hungarie, Saltem quod Serenissima Maiestas Vestra det relacionem citam quid facturi summus in hac re.

Tandem Supplicauimus, Serenissime Maiestati Vestre tamquam domino nostro graciosissimo, quatenus Velit et dignetur Eadem Nobis ex sua clementissima bonitate dare conferre et tribuere Ciuitatem Biztriciensem in Transsiluania cum Pertinencijs, Vti eo fidelius Possemus Maiestatj Vestre Serenissime, et quicquid Eadem Voluerit de hijs facere nobiscum det eadem responsum benignum medio istius Pauli literatj.

Item. Quod Nunquam Maiestas Vestra oportunius poterit Castra finitima subsederi facere, sicut in ista estate, quia non erit timendum hoc Anno ab ipsis turcis.

[Aufschrift :]
Proposicio Wayuodae Moldauiensis.

LXXXVIII.

1537, 5 Ianuar. Raportul lui *Ieronim Laszko* către Regele *Ferdinand I.* despre mĕsurile luate pentru apărarea Ungariei superióre.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima et Serenissima Maiestas Regia et domine, domine clementissime, humilem seruitiorum meorum et obedientiae commendationem.

Magna festinatione huc ad me venit Magnificus Dominus Mathias Loboczski frater et consanguineus meus, ut conaretur hinc me, cum equitibus meis educere, obtestaturque quod mora est in periculo, et dicit ciuitates uehementer nutare plebemque et communitates cum Senioribus non bene concordare, ciuitatesque spem habere in me, et hijs equitibus, quos vestra Maiestas hic parare iussit, preterea dicit summam difficultatem fore, pro victualibus, atque omnes iam ad Cassouiam nobiles defecisse iuramentumque hosti praestitisse, presertim vero eos, qui munitiones habent sicuti ex castris Capusch, Schowar, Sebyesch, preterea propositum ex Iassowiensi abatia, et Petrum Horwath, quibus ex locis plus iam oppressionis affertur ciuitatibus, quam ex ipsa Cassouia, dicit preterea fratrem Georgium Cassouiae unacum Gregorio Pestienij esse, et omnibus artibus laborare, ut reliquas ciuitates, dolo, arte, largitionibusque, et minis ad se flecterent, aguntque negocia sua, per ciues Cassouienses apud istas ciuitates. Preterea retulit mihi, quomodo castrum Tokaij iam fecisset cum hostibus conventionem, et alia multa, quae tendunt in magnam iacturam istarum partium, hic ego Serenissime Rex, aliud domino eidem fratri meo ducere non potui, quam quod vestra Sacratissima Maiestas mittit 2000 equitum et peditium, ad perseuerationem istarum partium equites uero istos Polonos quingentos, tunc primum futuros, quando uestra Maiestas miserit peccuniam, dixi etiam venturum maiorem exercitum, pro retinendo campo, et purgandis istis castris hostium etc. Quare humillime rogo, dignetur vestra Serenissima Maiestas facere citissimam prouisionem, nam ego propterea ex itinere cognita Cassouiae interceptione ad uestram Celsitudinem redieram, ut uestra Maiestas personam meam exponere dignaretur, quia sciui me ad talia citto et non inutiliter potuisse inseruire uestrae Maiestati, et has ciuitates tuerj, et uictualibus replere, iamque fuissent ibi, aut saltem equites mej, si mecum transigere rem uestra Maiestas fuisset dignata, sed uestra Maiestas, cum hoc me dimisit, ut ipse condiceret quingentos equites, et ut irem hic Orator, uestra uero Maiestas, intra quatuor dies debuit deliberare, an isti quingenti equites cum primis copiis, aut cum illis, quae sequi debent essent militaturj, quam deliberationem unacum literis cambij voluit Serenissima uestra Maiestas post me mittere. Quare precor dignetur me Vestra Maiestas Serenissima certiorem reddere, quid me facere iubeat, nam isti equites sunt per Regnum Poloniae sparsi, et nolunt intelligere a me, quando ueniendum sit, nam expectare eis cum equis, et seruitoribus sine stipendio est graue, ob quam rem Serenissima uestra Maiestas deliberare iam dignetur, an istj equites cum primis uel alijs sequentibus copijs sunt militaturj, Sed credat mihi uestra Serenissima Maiestas, idque ex debito meo, et fide illj praestita dico, quod iam ego cum istis equitibus incepissem talia facere, quae hostibus displicuissent, et subditis uestrae Maiestatis Serenissimae venissent in consolationem, et in commodum, Scit tamen uestra Maiestas Sacratissima, quo in loco est usura seruitute mea, ad quam ut eo citius utatur persona mea, illamque exponat periculis supplex oro, de rebus alijs et praesertim de Magnificj domini Loboczsky negotijs abunde Reuerendissimo domino Lundensi scripsi.

Dum haec scripsissem uenit huc nuncius ad dominum Loboczsky, certoque retulit Petrum Perennj cum nonnullis copijs hostium, ad Scharosch uenisse, ubi coniectu-

ram facio, eum iam ad partes hostis defecisse, id quod non sine magno dolore meo vestrae Maiestati Sacratissimae, significare uoluj, cuius gratiae me humillime et diligentissime commendo, Precorque, ut diutissime felix et incolumis ualeat, cum nominis et regnorum suorum incremento. Datum Cracouiae in uigilia epiphaniorum Anno domini M.D.XXXVII.

Minimus seruitor

Hieronymus de Lasko etc. manu sua.

Serenissime et Sacratissime Maiestati Regiae Romanorum, Hungariae etc. etc. etc. domino, dominoque meo pientissimo.

LXXXIX.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Petru-Vodă*, vestindu-l că a obținut pentru dênsul de la Regele Poloniei un armistițiu și întrebându-l dacă-l primește. 1537. 4 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper augustus, ac Germaniae Hungariae Bohemiae Dalmatiae Croatiae etc. Rex. Infans hispaniarum. Archidux Austriae. Dux Burgundiae etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis dilecte. Cum ad Nos nuper Egregius Gregorius Rosenberger Secretarius et Nuntius tuus abs te missus uenisset verbisque tuis Nobis non pauca exposuisset. Respondimus quidem pro nostra in te propensione benigne, sicuti ab eiusdem sermone percipies, ad quem Nos etiam num referimus, ita vt dubitare non debeas Nos neque te neque Regnum nostrum ullo auxilio destituros fore, sunt enim Nobis, res Nobis tuae non vulgari curae, id quod cum alias plurimis argumentis intelligere potuisti, tum vero nunc magis magisque percepturus es, Quippe qui tantum ad serenissimum Polonie Regem agere, et efficere non pretermiserimus, uti serenitas sua hortatu, et impulsu nostro tecum Inducias usque ad Diem Iacobi diui Apostoli suscipere annuerit, non abhorrens, quin interea temporis à Nobis circiter festum Philippi et Iacobi Apostolorum constituatur locus in quo vtriusque vestrum Commissarij plenissimis Mandatis suffulti simul cum nostris conveniant de pace facienda, seu controuersia sedanda inter vos, aut Concordia aliqua ineunda nostrorum etiam interuentu opera et studio accedente tractent, et transigere laborent. Quamobrem quod ad Inducias attinet, cum habeamus prefati Regis Poloniae assensum, ut supradictum est, Volumus, ut tu primo quoque tempore in illas pariter consentias. Nobisque super eiusmodi consensu confestim literas transmittas, quo quidem habite statim tuas ad Regem iamdictum dirigemus eiusque ad te vicissim mutuo pacto Consensum destinabimus. Praeterea de Oratoribus super Tractatu Concordiae mittendis in locum vtrique parti idoneam Conuenientemque per nos nominandum, tuum quoque fuerit nos confestim Certiores facere num tibi dies ad festum diuorum Philippi et Iacobi Apostolorum gratusne sit nec ne, vt definito deinde a nobis loco in tempore cum plenis Mandatis ex parte et nomino tuo adsint, Quos voles isti rei

componendae nomine tuo interesse. Nos enim omnem operam dabimus, ut utrinque res bene pacificetur, et negotia tua omnia, teque simul, et fortunas tuas semper commendatas habituri sumus. Quod tibi indubitanter persuadere potes. Datum in Ciuitate nostra Vienna die Quarta Mensis Februarij, Annô Domini M. D. XXXVII. Regnorum nostrorum Romani septimo Aliorum vero Undecimo.

Spectabili et Magnifico fideli nobis dilecto

Petro Wayuodae Moldauiae.

XC.

1537, 24 Fevr. Scrisórea lui *Pĕtru-Vodă* cătră Regele *Ferdinand I.* rugându-l să mijlocéscă încheerea unui armistiţiu de maĭ mulţi ani între el şi Regele Poloniei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Princeps et Domine Domine, graciosissime. Obedientiam Cum fidelitate. Petrus dei gracia Waywoda et dominus Ac heres perpetuus Terre Moldawiensis etc., aduxerat Jam hijs non multis peractis diebus, familiaris, Magnifici Ieronimi de lazko nobis litteras Sacratissime Maiestatis Vestre, Ex Quibus Intellexeramus omnem fauorem Regium Erga Nos, ac Inter Serenissimum Regem Polonie Vicinum Nostrum, differencias, velle determinare, ad Bonum finem, Per Consiliarium Sue Maiestatis videlicet prefati lazkij Iam notum est Sacre Maiestati vestre, Pro qua Re differencia Exorta est Inter predictum Regem, est Vna Porciuncula Terra ab antiquis Iure hereditario Cernes Terram Moldawiensem, quam, nititur, Predictus, Polonie Rex, sine omni Iure occupare, Verum quidem, Inducie facte Sunt Inter Serenissimum Regem Polonie, Iam ad festa Penthecosten Proxime venturi, licet, prenominatus lazky, optaverat Inducias, ad festum diui Iacobi Appostolj, a festo Penthecosten vsque ad festum sancti Iacobi, sunt pauca Tempora, Ideo Suscipi nollumus Inducias, ad festum diui Iacobi Appostoli, Igitur Suplicamus Sacre Naiestati Vestre tamquam domino Nostro, Clementissimo, quod Sua Maiestas gracia Nostre fidelitatis dignetur, ad monere, Serenissimum Regem Polonie, Ut sepedictam, terram Nobis Impacce dimittat, ne Plurimum Effusio Sangwinis, generaretur, Pro Illa Porciuncula terra. Nos autem Plurimum Refermemus Sue Regie Maiestati. Vbi autem Idem Rex Recusauerit, Predictam terram assignaturam nobis, Ex tunc dignetur Sacra Maiestas Vestra Ordinare Inter prefatum Regem et Inter hec duo Regna Polonie et Molda: Inducias Paccis, Per spacio duorum aut Trium annorum, quousque Ales Christianitatis Ex panduntur. Ceterum quicquid ostensor presenciarum Nostro Nomine Sacre Maiestati Vestre protullerit Suplicamus fidem prestare dignetur, In Relinquo Dominus deus Sacram Maiestatem Vestram Do. N. Cle. ad vota Sua Regia omni triumpho Conseruare felicissime dignetur. Ex Opido Bacho Mathie appostoli. Anno domini Millesimo quingentesimo tricesimo Septimo.

(Missivae et supplicationes Variae Hungarorum de Anno 1537)

Aufschrift: Serenissimo ac Sacratissimo Principi et domino domino Ferdinando diuina fauente Clemencia Romanorum Bohemie et hungarie Regi Semper Augusto etc. domino Nostro Clementissimo.

XCI.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Petru-Vodă*, vestindu-l că-i va trimite Regelui Poloniei un sol în cestiunea Pocuției. 1527, 2 Aprilie.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Wayuodae Moldauiae. Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis syncere dilecte, Ternas literas tuas succesiue accepimus quarum priores binae fuerunt eiusdem quasi sententie, de Inducijs inter Serenissimum Regem Polonie acte nôbis suasoribus authoribusque ineundis quas tamen in posterioribus ex oppido Ballyo in die Divi Mathie Apostoli datis te non suscepturum significas, presertim in tam breue temporis spatium paciscendas, Sed per nos dictum Regem Polonie admoneri petis, vt vel portionem illam Terre, de qua inter Vos Controuersia Contentioque ista exorta est, intactam Illesamque relinquat, Vel saltem duorum aut Trium Annorum Inducias tecum suscipiat, In postremis autem per proprium hominem abste allatis nos a dicto Nuntio tuo intellecturum nonnulla vera archana Cordis tui scribis. Nos itaque et quos ad nos misisti Clementer in sermone Coram nobis ex Verbis tuis habito audiuimus, et ex Secretarij tui Egregij Gregorij Rosenberger literis eadem percepimus, Cui etiam que nobis Visa sunt respondimus, Cumque duo apud nos aduenissent Nuntii tui, alterum Cum literis istis nostris ad te, Secretariumque tuum remisimus, alterum Vero apud nos retinere tantisper decreuimus, donec a prefato Rege Polonie Certum responsum habebimus super isto negotio, de quo rursus per proprium hominem apud Serenitatem suam instetimus. Cuius Voluntatem mentemque desyderio nostro satisfacturum Speramus, Quare quicquid referetur ad nos de animo suo ac deliberatione id illico ad te per hominem tuum perlatum iri curabimus. Reliqua nimirum ex nostris ad Rosemberger literis Cui diffusius scribimus, intellecturus. Datum Prage Secunda Aprilis. 1537.

XCII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către Regele Poloniei *Sigismund I.* stăruind să-i acorde lui Petru-Vodă un armistițiu de doi ori trei anĭ. 1537, 4 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Poloniae.

Ferdinandus etc. Serenissimo etc. Misit ad nos Spectabilis et Magnificus Petrus Wayuoda Moldauiensis vnum atque alterum Nuntium cum literis suis, Ex quibus literis ac eius hominum sermone intelleximus excusationem suam quamobrem Cum Serenitate vestra Inducias ad festum diui Iacobi Apostoli proxime venturi suscipere recusavit. Et sane eiusmodi Causas rationesque attulit quae nobis documento fuere haud obscuro ipsum neque ab Inducijs neque a pace Cum Serenitate vestra ineunda quidquam abhorrere, quippé qui nos summopere rogavit, vt adhuc apud Serenitatem vestram pro Communi Christiane Reipublice bono Inducias duorum Annornm vel triennales obtinere

Curaremus, idque ob eam potissimum Causam, vt interea temporis Commodius ac meliori Cum fructu de Sedanda Componendaque inter Serenitatem vestram et ipsum Waywodam Controuersia, operae nostrae interuentu, vtpote Cuius arbitrio voluntatique sese totum Committeret, agi tractarique posset. Si vero id Serenitati vestrae non videretur Concedendum, Saltem operam daremus, vt Serenitas vestra in locum aliquem vtriusque Confinium Certos suos Commissarios ocius mittere annueret, nosque pariter aliquos ex nostris eo destinare non grauaremur, tractandi Causa non tam de Inducijs prorogandis quam querendis medijs pacis, aut Concordiae alicuius statuendae, dirimendaeque bona quapiam Via Controuersiae istius, Et nostra quidem sententia opinamur posse modum reperiri, quo hec ipsa differentia tolli queat. Quapropter Etsi proximis diebus eadem de re Ad Serenitatem vestram per Aulicum nostrum Georgium Warkotz dedimus literas, tamen postquam dictus Moldauus omnino vel firmam pacem vel Inducias diuturniores parcendi gratia Sanguinis Christiani effusioni, nec non publice quietis respectu, Cum Serenitate vestra Constituere Certe affectat, Idque per nos efficere posse sperat Serenitatem vestram non possumus non vehementer adhortari, vt presentis Tempestatis procellis Consideratis, et ob oculos positis apparatibus illis Ingentibus, quibus sese Turcharum Tirannus in perniciem Christiani nominis iam diu instruxit, velit vt pacificus Rex, et Communis Tranquillitatis Amator in ea re statuere id quod se dignum sit, nosque eam pro sua in nos beneuolentia ex vsu vtilitateque totius Reipublice Christiane potius quam vllo priuato suo Commodo Constituram prorsus Confidimus, Ita enim rectius et honori suo et Communi de Clementia suo opinioni Consulet et nobis pacem scilicet vel Concordiam honestam inter Serenitatem vestram et praefatum Wayuodam Moldauiae fieri maiorem in modum Cupientibus, valde gratificabitur, quam admonitam omni studio volumus, vt suae nos Voluntatis ac sententie in hac Causa subito Certiores reddere non grauetur nam in hoc solum dicti Wayuodae alterum nuntium apud nos retinemus, vt ipsum subito a Serenitate vestra responso ad dominum suum illico remittamus. Ceterum Serenitatem vestram vna cum suis omnibus bene valere optamus. Datum Prage 4.ta Aprilis. 1537.

XCIII.

1537, 14 Aprilie. Scrisórea Regelui *Sigismund I.* cătră Regele *Ferdinand I.* vestindu-l că-i acordă lui Petru-Vodă armistițiul de doi ori trei ani și hotărînd Cracovia drept loc de întêlnire pentru negoțierile de pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissimo Principi domino Ferdinando diuina fauente Clemencia Romanorum Regi semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croaciae, Sclavoniae etc Regi. Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Comiti Tirolis, fratri et consanguineo nostro charissimo, ac honorando. Sigismundus dei gracia Rex Poloniae Magnus dux Lituaniae, Russiae tociusque Prussiae ac Masouiae etc dominus et heres, Salutem et mutui ac perpetui amoris continuum incrementum. Serenissime Princeps et domine frater et consanguinee noster carissime ac honorande. Accepimus literas Serenissimae Maiestatis uestre Prage die quarta mensis Aprilis datas, quibus nos reddere uoluit cerciores, Waywodam Moldauie hostem nostrum, unum atque alterum Nuncium cum literis isto ad se misisse, ijsdemque literis et excusaciones, quae Maiestati vestre Serenissime a racione non alienae uiderentur. ob recusatas ad festum sancti Iacobi

Apostoli proxime uenturi nobiscum inducias attulisse, et Maiestatem vestram Serenissimam summopere rogasse, ut a nobis obtinere curaret: Quo secum inducias Duorum vel trium annorum reciperemus. et si id factu foret difficile vt ocijus utrinque in confinibus Commissarios inter nos constituamus, quibus Maiestas uestra serenissima suos quoque agregaret, qui non de induciis solum prorogandis tractarent, sed de pace eciam. seu aliqua concordia statuenda raciones quererent, Eamque ob rem subinde nos hortari uoluit, Serenissima Maiestas uestra ut positis ob oculos rerum Cristianarum perturbacionibus, et expensis procellis illis. quae a Turcico copiarum instructissimo apparatu. iam proxime ceruicibus Cristianis impendere audiuntur, id cum inimico nostro statueremus. quod et a dignitate nostra non alienum, et ad pacem ac tranquillitatem Cristianam necessarium uideretur. Quibus. Maiestatis uestre Serenissime scriptis ut ex ordine respondeamus. Primum illi agimus gracias. quod pro sua erga nos beneuolencia et fraterno affectu, hec que ad nos pertinere ipsa arbitrabatur, nouis signigcare per literas non fuerit grauata. Deinde uero repetentes illud quod proxime per Aulicum Serenissimae Maiestatis uestre. Georgium Warkocz, et uerbis et literis significauimus. quas literas ad hoc tempus in manus Maiestatis uestre Serenissimae peruenisse non dubitamus, Maiestatem vestram Serenissimam Cupimus non ignorare, quod etsi praeter grauissimas iniurias. quibus nos Waywoda. nihil mali de se suspicantes iam pridem lacessiuit. proximis temporibus. in adeo malam opinionem fidem suam apud nos adduxerit vt plane nobis firmi nihil. de illius promissionibus, quantumuis maximo iureiurando firmatis, polliceri possimus Nam ut alia certissimae perfidiae signa praetermittamus. hoc quod ille per Maiestatem vestram Serenissimam poposcerat prior vt ad festum Diui. Iacobi Apostoli inter nos induciae reciperentur, cum ad id nos assensuros perspexisset. ipse rursum id interuertit. et eas quas ad festum pantecostes accepit. temere et contra pacta sua uiolauit. exustis nuper et depopulatis nonnullis subditorum nostrorum possessionibus. et subordonatis in perniciem nostram, et ad raptum exercendum non parvae manus Tartaris infidelibus. et uniuersi Cristiani nominis praecipuis et expeditis hostibus. Nos tamen vt testimonium nostro hosti faceremus. quod consiliis Maiestatis vestre Serenissime tanquam fratris et consanguinei nostri carissimi libenter obtemperamus, et Maiestatis vestre postulatis satisfaceremus condicionem accepimus. sicut Maiestas vestra Serenissima optauit admittendi ad nos Oratores Waywodae. cum quibus et vna cum Maiestatis uestre Commissariis Cracouie ante festum Pentecostes proxime instans, quicquid uideretur dignum ac honestum, tractaremus, quod officium nostrum gratum fore serenissime Maiestati uestre nihil dubitamus. At quoniam nunc iterum Maiestas vestra serenissima per Wayuuodam solicitata, nos admonere uoluit. vt si inducias duorum uel trium Annorum recipere cum Waywoda nollemus (quod ipse primum postulat) Commissarios in finibus designaremus, qui cum Maiestatis uestre Serenissime et Waywode Commissariis de pace vel concordia quapiam conferrent Nos ut nihil a priore Sentencia nostra, quam Maiestati uestre Serenissime declarauimus, discedere uideamur, quod scilicet Maiestatis vestre serenissime consiliis et postulatis locum apud nos daturi essemus, nunc quoque freti Maiestatis uestre Serenissimae adhortationi pacificacionem, quae nobis digna et honesta tum cum id agetur negocii, uidebitur, tractare cum Maiestatis uestre Serenissime et Waywode Oratoribus non recusamus, Verum quoniam absque nobis commode nihil ea in re agi posse certo nobis persuademus: Videretur nobis, Si idem Maiestati vestre serenissime probabitur. ut isti, quos Maiestas uestra Serenissima et a se et a Vaywoda mitti cupit ad nos Cracouiam. descendant. et illic nobiscum. si quid forte honesti attulerint, communicent. Vbi tamen festum Pentecostes ad hanc rem, quam parat Maiestas vestra Serenissima. nimis angustum tempus uideretur, et quod intra id ipsum tempus conuenire commode huc oratores nequeant, relinquimus arbitrio Maiestatis uestre Serenissime, ut ipsa vltra festum Pentecostes predictum. aliam diem dicat. et tempus ad unam uel duas Septimanas ab ipso festo conueniendi oratoribus proroget. eamque nobis diem. quam designauerit significet: ut sciamus. in quem finem raciones nostras, quas iam undequaque, hoste lacessente, recensere incepimus deinceps accommodare debeamus. Mora si quidem in rebus, presertim

magnis gerendis, sua cuique nociua esse solet, Hec Maiestati uestre serenissime subito cum iter uoti soluendi causa ad locum quendam in Regno nostro Diuae virgini Mariae solennem, faceremus, responsum esse uolumus. Cuius beneuolenciae et amori fraterno. nos commendamus. Optamusque illam cum suis omnibus. diu uiuere et foelicem esse Datum in oqido nostro Clobuczko, die Quartadecima mensis Aprilis Anno Domini Millesimo quingentesimo Tricesimo septimo Regni nostri Anno Tricesimo Primo.

14 Aprili 1537. *Sigismundus Rex.*

Aufschrift: Serenissimo Principi domino Ferdinando. diuina fauente. Clemencia. Romanorum Regi semper Augusto. ac Germaniae Hungariae. Bohemiae. Dalmaciae. Croaciae. Sclauoniae, etc. Regi Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae. Duci Burgundiae etc Comiti Tirolis, fratri et consanguineo nostro carissimo ac honorando.

XCIV.

1537, 23 Aprilie. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Petru-Vodă*, invitându-l să și trimiță la Cracovia plenipotențiarii pentru negoțierile de pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Waynode Moldauiae. Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis dilecte. Redierunt ad nos duo Nuntij, quos ad Serenissimum Regem Polonie tua Causa miseramus, vt vel Inducias ad biennium vel tres annos a Serenitate sua tecum suscipiendas, Vel quo in Confinibus Vtriusque Vestrum nostrorum Oratorum interuentu de Concordia tractaretur obtineremus, dicti vero Nuntij nostri Cum Vnus post alium reuersus esset, binas literas ad nos ab eodem Rege Poloniae attulerunt, in quibus valde Conquiritur, te non seruatis Induciis ad Penthecosten vsque abste postulatis Clanculum in fines Dominiorum Serenitatis Suae incursione facta, pagos aliquot depopulatum esse, nonnullasque Subditorum suorum possessiones exussisse, quod si ita est non possumus non moleste graviterque ferre, te non Vereri pro pace inter vos Constituenda magno Conatu laboramus, eiusmodi praeter dignitatem nostram, et fidei quasi tue labefactione tentare, Nihilominus hortationibus nostris impulsus, et vt Consilio nostro pro mutua necessitudine nostra morem gereret, statuit se velle in nostri gratiam admittere, vt Oratores tui quibus fide publica ad se Veniendi potestatem faciet, Vna Cum nostris Cracoviam accedent ad quartum diem Mensis Iunij Proxime Venturi, id est, à festo Penthecostes post duas Septimanas, Vbi Commode de pacificatione tractari possit, Quamuis aut tibi durum fore suspicamur, Vti Cracouiam et non potius ad Confinia Oratores tuos destines, tamen postquam aliter impetrare non potuimus, non solum suademus, Verum etiam authores tibi sumus, maiorique quo possumus studio te hortamur et requrimus, vt tum pro Communi pace tranquillitateque, tum quia nos sensisti admodum hactenus in negocio illo ad bonum exitum producendo, propter te solicitos fuisse, vt ne inabsolutum imperfectumque relinquere Cogamur, des hoc nobis publicoque Commodo, neque Commissarios tuos Cracouiam ad praescriptum tempus emandare recuses, Id quod de te nobis plane persuadere volumus, aequum enim est, Vt qui omnibus

modis Contedere decreuimus, quemadmodum hactenus diligenter sane fecimus, vt inter Vos Controuerisa honesta pace seu diuturnioribus Inducijs sedetur Complaneturque totiesque Regem Poloniae ad tuas praeces et Instantiam ea de re Vrgere, sibique Conditiones, quasi praescribere non dubitauimus, nostris postulationibus iam nunc Vicissim Vti decet obsequaris. Nam nihil per hoc vel Iuri Vel authoritati tue detrahi posse existimamus, Accedit etiam quod nisi Voluntati nostre morem gesseris, mox prefatus Rex et Consanguineus noster in suspitionem veniet, te Callide et Insidiose fingere pacis aut Induciarum prorogandarum Cupidum esse, Cum diuersum tamen agere videare. Quare omnino faciendum esse Censemus nostro suasu Impulsuque non relucteris Communi bono quod ex tractatu illo resciturum procul dubio Speramus. Imprimis autem Caveas opertet, ne vllis Iniuriis depopulationibusque sive Incentdijs tuis presentem rei statum perturbes, aut inuertas, vt Integrum nobis sit, sic omnia ad finem optatum deducere, agitur enim in eo et dignitatis nostre non minima ratio, et fidei tue vel maxima opinio, vt interim ipse te ab omnia violentia hostillique Inuasione aduersum dictum Regem eiusque Subditos dum tractatus pacis aut Inducie existunt, Contineas, ne simul et honorem nostrum imminuas, et fidem tuam in malam hominum opinionem leuitatisque notam adducas, Que autem nunc mens et Voluntas tua vlterius est, hanc primo quoque tempore et quam Certissime per peculiarem rursus Nuntium aeque dicto Regi Polonie atque nobis significandum Cures, ne tempus Agendi oportunum ex mora Cunctationeque pereat, vtque nos nostros Oratores ea de re tempestiue expedire et transmittere possimus, in quo rem nobis gratam et expectatam tibique admodum Vtilem infallimur, facturus es. Datum Prage XXIII Aprilis 1537.

XCV.

Scrisórea Regelui *Sigismund I.* către Regele *Ferdinand I.*, vestindu-l, că ambasadorul moldovean Nic. Fleischhaker a fost arestat, dar apoi pus ear în libertate și că solii moldoveni vor sosì la 25 Mai în Cracovia. 1537, 23 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissimo Principi domino Ferdinando diuina fauete clementia Romanorum Regi semper Augusto ac Hungariae. Bohemiae. Dalmaciae, Croaciae etc. Regi. Infanti hispaniarum Archiduci Austrie Duci Burgundie Marchioni Morauiae. et utriusque Slesiae duci. comiti Thirolis etc. Sigismundus dei gracia Rex Poloniae magnus dux Lithuanie Russie totiusque Prussie. Masovie. Samogithie etc. dominus et heres. fratri et consanguineo charissimo ac honorando. Salutem et foelicitatem. ac amoris continuum incrementum. Serenissime princeps domine, frater et consanguinee charissime ac honorande. Venerat ad nos paulo ante Magnifici Domini Palatini Moldauiae nuncius, Nicolaus Fleischhacker. qui a vestra Serenissima Maiestate rediens in Moldauiam, per dominia nostra erat profecturus. petitumque fuit nomine Maiestatis vestrae, vt illi redeunti in Moldauiam vsque de securitate per dominia nostra prouideremus. quod nos non grauatim fecimus, quippe qui in rebus omnibus. nullis vnquam vestre Maiestatis votis et desyderiis deesse velimus. Is itaque Fleischaker, cum nouis nunc literis ad vestram Maiestatem a Magnifico domino Palatino est iterum expeditus, cum quibus sine saluo conductu. sine scitu nostro. et literis ad id necessariis. per nostra dominia se contulit. quem ubi nostri locorum illorum officiales. sine literis nostris. sub hoc rerum turbine, ut fit. apprehendissent. mox illum, sine tamen eius vlla indignitate. retinnerunt, vsque ad Maiestatis nostrae informationem. Literas autem quas vel ad Maiestatem vestram. vel ad nos. Nicolaus ipse habuit,

deferendas. nobis quoque saluas et integras remiserunt. Quibus nos visis, ex re esse putauimus vt eas literas quae vestrae sunt Maiestatis, sine omni mora nuncio hoc nostro ad Maiestatem vestram mitteremus prout et mittimus, veriti fortasse. ne si aduentum huc ad nos Nicolai expectemus aliquam rerum bene gerendarum hac mora et tarditate committamus. Scripsit enim nobis Magnificus Dominus Palatinus. Moldauie. se iam misisse Oratores suos, qui inter nostram Maiestatem atque illum de pace essent tractaturi, idque ex voto se fecisse vestrae Maiestatis. Intulit quoque eos oratores suos. ad castrum finitimum nostrum Camenecz venturos feria sexta proxima post penthecosten.(1) Nuncium vero domini Palatini. ad nos omni qua decet commoditate deduci fecimus. quem etiam mox vbi venerit ad vestram Maiestatem mittemus. Interim vero literas istas. vestrae Maiestati permittere. illamque de oratorum ad nos ista perfectione, certiorem reddere consultius est visum. Quae vestra Maiestas tanquam amantissimus noster consanguineus et frater. ut Rex est prudentissimus, boni consulere. errorique huius nuncii interceptionem istam. non nostrae erga se inofficiosae negligenciae tribuet, Quam sanam et foelicem diu valere ac Regnare vehementer optamus. Datum ex venationibus nostris in Nyepolomice feria quarta Penthecostes Anno domini M.D.XXXVII. Regni vero nosri anno XXXI.

23 Mai 1537. *Sigismundus Rex.*

Aufschrift: Serenissimo Principi domino Ferdinando diuina fauente clementia Romanorum Regi semper Augusto. ac Hungarie Bohemiae, Dalmaciae, Croaciae etc. Regi. Infanti Hispaniarium archiduci Austriae, Duci Burgundiae Marchioni Morauiae. vtriusque Slesie duci. comiti Thirolis. etc. fratri et Consanguineo charissimo ac honorando.

XCVI.

1537, 27 Maiŭ. Credenţional dat din partea lui *Petru-Vodă* comisarilor însarcinaţi din partea Regelui Ferdinand I. a mijloci încheerea păciĭ între Polonia şi Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Petrus dei gratia Waywoda et dominus Ac henres perpetuus terrae Moldacuiensis. Magnifici domini et amici obseruandis. Salutem ac omne bonum. habent hij nostri Oratores et Consiliarij aliqua Certa documenta a Nobis Magnificae dom. vestrae Nostro nomine proferre. Igitur Rogamus dominationem vestram M.am Qutemus Illis fidem adhibere vellint, deus autem maximus et benignus dominationem vestram Magnfam sane conseruare dignetur. Ex Arce Shochawiensi XXVII. Maij Anno M.D.XXXVII.

Aufschrift: Magnificis Dominis Oratoribus ac Consiliariis Sacratissimi Romanorum hungarie bohemie Regis etc. Dominis et Amicis obseruandis. (L. S.)

Nebstdem steht auf der Aufschrift die Bemerkung: A. Wayuoda Walachiae, putatae Craconiae die 21 Iunij anno 1537.

---

1) D. i. am 25 Mai.

XCVII.

Instrucţiunile date din partea Regelui *Ferdinand I.* comisarilor Baronul *Ioan. de Wartemberg* şi *Claudius Canciuncula*, însărcinaţi a mijlocí încheerea păciĭ intre Moldova şi Polonia. 1537, 28 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Ferdinandus Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus ac Germaniae hungariae etc. Rex, Infans hispaniarum, Archidux Austriae etc.

Instructio de ijs, quae Magnificus, et Reuerendus Ioannes Baro à Wartemberg, et in Strackonitz Supremus Magister Prioratus in Regno nostro Bohemiae, et Honorabilis Doctus Claudius Canciuncula Iure consultus, Consiliarij, et Oratores nostri fideles nobis Dilecti apud Serenissimum Principem Dominum Sigismundum Regem Poloniae, Magnum Ducem Lituaniae, ac Russiae, Prusiaeque fratrem et Sororium nostrum charissimum nostro nomine agere et tractare debent.

In primis post exhibitas literas nostras credentiales Serenitati suae exponent, synceri amoris nostri, qao eam complectimur, affectum, quodque ei omnia laeta ac prospera cum incolumitate personae suae, suorumque simul et rerum suarum succesu perpetuo foelici ex animo praecumur, et optamus.

Deinde referent nullum nobis esse dubium quin Serenitas sua recenti adhuc memoria teneat, Quemadmodum per eius Oratorem nuperrime ad Nos missum cum praeter alia nobis Serenitatis suae animum ad suscipiendum bellum contra Wayuodam Moldauiensem pluribus de causis impulsum aperuisset, eidem Serenitati suae Significauerimus, Nos legitimis, ijsque ualde multis rationibus, et argumentis in eam Sententiam adduci ut existimemus, vtrique parti longe utilius salubriusque fore uti eiusmodi controuersia ac non leuis contentio inter Serenitatem Suam dictumque Wayuodam ob cuiusdam terrae particulam exorta, per amicabilem compositionem, et ab aequo non alienam discussionem sedetur, potius quam ut in mutuam pernitiem corruentes, cum magna Christiani sanguinis effusione cruenta proelia inuicem exerceant, dissidiumque allatis ultro citroque iniurijs, calamitatibusque non solum non deponant, Verum etiam magis, magisque indies exaggerent, Vnde nullus malorum finis facile expectandus esse uideatur.

Cum igitur Serenitatem suam ad pacem et concordiam satis bene animatam et propensam esse cognouissemus, Nos proinde facere non potuisse, quin pro ea singulari arctissimaque necessitudine, quae nobis secum intercedit, proque ingenti amore, quo eam prosequimur, nostram operam, ultro fraterneque offerremus, Sperantes nimirum laborem istiusmodi, interpositumque studium nostrum quasi boni, et synveri mediatoris cum a Sua Serenitate probatum iri, tum fructum aliquem pariturum non spernendum, Sicuti ista omnia eandem Serenitatem suam ab Oratore suo supradicto haud dubio latius diffusiusque accepisse confideremus.

Quapropter nos oblationis eiusmodi nostrae non immemores ad Moldauum dedisse literas In similem Sententiam Scriptas, cohortando eum, uti nobis authoribus id genus honestas, et aequas conditiones, atque media à nobis proposita ineunda cum Serenitate sua concordiae nequaquam detrectaret.

Quibus literis nostris praefatus Wayuoda respondens ostendisset se nullo modo a pace alienum esse, Sed paratum Commissarios, et Oratores suos usque ad confinia mittere, Nos autem haud quiescentes in hoc opere perficiendo denuo eidem Wayuodae scripsisse, et ab eo uehementer petijsse, prout Serenitati suae per Superiores quasdam literas nostras clarius insinuassemus, vti desiderio, et voluntati nostrae in hoc morem gerere non recusaret, ac potius Oratores suos Cracouiam sine aliqua difficultate, molestiaque mittendos duceret, quam obsistendo concordiae transigendae spem nobis eriperit.

Ex his itaque causis Nos dictos Oratores et Commissarios nostros ad Serenitatem suam emandare opere pretium duxisse, tum ut cerneret nobis illam ipsam differentiam magnae curae esse, ut probabilibus vijs, quoad eius fieri queat, consopiatur, tum ut persuasum haberet Nos admodum cupere interuentu Oratorum illorum nostrorum discordiam illam iuxta Sententiam, et opinionem Serenitatis suae, bona utilique quapiam ratione terminari.

Dictos enim Oratores nostros à nobis amplissimam facultatem habere, queque agenti tractandique nomine nostro, quae cum ad pacificationem inter Serenitatem Suam, et Wayuodam quosquomodo tentandam pertinere, tum uero ad abijciendam praesentem eorum dissensionem discordiamque proficua, et accommoda esse posse uideantur.

Quamobrem si praefati Oratores nostri compererint Moldauum quoque vnum uel plures suos Commissarios ad Cracouiam expediuisse, viderintque Serenissimo Regi Poloniae haud displiciturum, aut incommodum fore, vti cum dicti Wayuodae legatis sermonem super negocio illo instituant, poterunt Oratores nostri eiusmodi Moldauienses Commissarios ad se accersendos curare, eisque proponere, nempe, Quod non dubitaremus eos a Domino suo satis abunde, et perspicue edoctos, quo studio, quaque animi contentione operam nostram interponere laborassemus hactenus et adhuc laboraremus, vti nonnullis honestis conditionibus per Nos adductis istiusmodi controuersia inter Serenissimum Regem Poloniae, ac Dominum eorum iam nunc componeretur, pacificareturque prius quam mutuis cladibus offensionibusque magis, magisque augeretur, incrudescereturque, non sine miseriae plebis exitio, multorumque insontium detrimento, nec non bonorum deuastatione, Christianique Sanguinis effusione, sicuti hec et alia id genus plura mala belli tumultus, hostilisque motus secum pertrahere soleant.

Et propterea Nos praefatos Oratores nostros ad tractandum inter utramque partem de pacis et concordiae medijs expediuisse, Et si plenam et sufficientem auctoritatem a Domino suo acceperint Oratores nostri se paratos ad auspicandum hoc pacis negocium esse demonstrent.

Quocirca cognita et perspecta eorum voluntate ad tractationem concordiae inclinata, eosque cum amplissimo mandato super ea re instructos esse compertum habentes ijdem Oratores nostri sese ad amicabilis compositionis actionem inter eos accingere accommodareque poterunt, non aliter tamen, quam uti Serenissimo Regi Poloniae placere, consultumque, ac commodum, et aportunum uideri animaduerterint, cuius Sententiam, et opinionem circa hoc negocij inprimis explorandam habebunt.

Praeterea dicti Oratores nostri ad rem ipsam post praemissa accedentes, et initium facturi ante omnia animos Oratorum Wayuodae erudire studebunt, nostra sententia non deesse vnum atque alterum modum qui cum differentia, uel suspendi, uel penitus tolli posset, et uideri quidem nobis unum ex his non solum cum honestate, aequitateque coniunctum, verum etiam omni rationi, iurique consonum, et attemperatum, usque adeo ut neutra pars ab eo amplectendo refugere illumue improbare possit, si modo in animo habeant Ius suum non armis aut vi, sed iustitia, et aequitate mediante sibi uendicare, Qui talis nimirum esset, Nempe cum dissensionis istiusmodi, inter Serenissimum Regem Poloniae, et Wayuodam Moldauiae causam non postremam fuisse constet, Quod Serenitas sua uel homines ipsius traiecto flumine Nester, qui sit uera meta, et terminus Regni Serenitatis suae et Terrae Moldauiensis, quaedam loca in eadem Terra occupauerant, et in eis habitationes construxerant, illaeque rursus ab ipso Wayuoda deuastatae et combustae fuerint, atque utraque pars sibi plenum, et optimum ius ad praefatam Terram competere praetenderet, eiusque dissidij ratione non modica damna, iniuriaeque ultra citroque illatae fuerint, Rexque Poloniae ex eo quod contra inducias petitas Moldauum ipsum clanculum in fines Dominiorum Serenitatis suae incursione facta pagos aliquot depredatum, Subditorumque suorum nonnullas possessiones contra pacta exussisse nuper asserat, bellum aduersus eundem Moldauum suscipere decreuerit, ac proinde Si heec ipsa controuersia in Dubium et disceptationem nimirum uocata extra uiam amicabilis compositionis, aut iuridicae decisionis discerni debeat, aliter sane fieri non posse, quam per uim consertisque

pugnis, ex quo infina damna, praeterea, de quibus supra mentio facta est pauperumque oppressiones, multorumque innoxiorum interitus, ac mille ruinae incommodaque sequerentur, et nihilominus vigeret eadem discordiae, neque per hoc differentia concordari, et consopiri posset, quin Imo atrocior et ad sedandum longe difficilior redderetur, Et nondum satis liquesceret, aut constaret, ultra pars meliori iure, aequitateque niteretur, quantumuis de dictae terrae possessione armis, consertisque manibus digladiaretur, Quando quidem vniuscuiusque Ius non armorum strepitu, sed legibus cognosci, diiudicarique possit.

Quo igitur istius modi exitiosa mala iam enumerata, Sanguinisque christiani crudelis, ac indigna effusio, caueatur, et auertatur, eorumque in locum bona potius concordia succedat, ac quisque demum eo, quod ad se Jure, legitimeque pertinet non fraudetur, declarabunt saepedicti oratores nostri, nobis uideri haud abs re fore, aut absurdum, et inconueniens existimari, ut utraque pars assentiret, et compromitteret, sicuti ambas partes nequaquam refutare, aut reclamare debere suspicamur, se nostrae declarationi et Sententiae, uel si placeat Caesaream Maiestatem uel Oratores ipsius in hoc destinandos vna nobiscum, uel cum Oratoribus nostris coniungere, Id quod etiam nobis ualde probaretur, staturos, Ita quod per Nos, uel per Caesaream etiam Maiestatem vna nobiscum intra vnius anni spacium à facto compromisso incipiendo, locus oportunus et Idoneus nominari, deputari, et constitui debeat, In quo omnibus melioribus vijs atque modis, quibus fieri posset à nobis studium apponeretur, ut ambae partes per amicabilem compositionem ad concordiam aliquam reducerentur, Si uero amicabilis tractatio, nullum penitus locum habere posset apud Nos, quod ex tunc singulae partes omnia et singula iura et fundamenta sua, quae ad hoc negocij pertinere putent, et alia quecumque ad sufficientem, et necessariam demonstrationem, et ad Docendum palamque faciendum apertis, idoneis, appositis, liquidisque argumentis, et probationibus de vniuscuiusque ipsorum Jure, quantumquidem ad hanc rem attinet, deseruire conducereque poterunt, fraude doloque remotis, producere allegareque Et super his postea exacta cura per nostros, et Caesareos Commissarios trutinandis, reuidendis, recognoscendisque, diffinitiuam omnique Jure fundatam decisionem declarationem et Sententiam pronunciandam expectare tenerentur, Et quicquid ita iudicatum Sententiatumque esset id firmiter teneri, inuiolabiliterque obseruari ab eisdem deberet, pro positis certis poenis communi vtriusque partis consensu statuendis, quas pars in contrarium quidquam ferendae Sententiae attentatura, eamque obseruare, uti teneretur, neglectura incurrere deberet, adiecta stipulatione solemni et obligatione, quod ambo interea temporis ab omni violento actu inter se abstinebunt, neque alter alterius possessiones, res, personas, quouis modo inuadet, laedet, aut offendet, Sed pacifici remanebunt, Et quod Serenissimo Regi Poloniae Terrae illius partes, quas habet in manibus suis sine offensione, aut laesione aliqua pro nunc dimittantur, quousque causa, ut supradictum est, uel per uiam amicabilis compositionis, uel per diffinitiuam Sententiam determinetur.

Praemissisque sic actis praefati Oratores nostri omnem, operam, curam diligentiamque adhibeant uolumus primum apud Moldaui Oratores Deinde uero apud Serenissimum Regem Poloniae, ut ambae partes ad praescripta media condescendant, nihilque in eo praetermittant, quod ad alliciendum, et inducendum utriusque animum ad viam concordiae quadrare cognouerint.

Insuper si quae alia dictus Rex Poloniae his adiuncturus, aut per se positurus esset ad rem conuenientia, eiusmodique quae ab altera parte non improbari posse uiderentur, in his quoque ijdem oratores nostri pro virili incumbent, atque ita omnibus modis agere studeant, negociumque illud eo perducere summopere, et quam accuratissime laborent, vti Serenissimus Rex Poloniae a Decreto bello contra Moldauum abstinere ac potius amicabili uia cum eo concordare uelit.

Quod si contingat Moldauum suos legatos non nisi ad confinia misisse eosque nolle ulterius progredi, id quod tamen fore non confidimus, in omnes statim partes incumbant, et conentur illos ipsos melioribus quibus poterunt rationibus, et persuasionibus ad Cracouiam perducere, Et si per literas apud eos obtinere non possent, tum demum

omni qua possunt diligentia cum Serenissimo Rege Poloniae agant, suamque Serenitatem aptis idoneisque rationibus persuadere studeant, vti pro bono publico nolit grauari suos Nuntios ad confinia simul cum praefatis Oratoribus nostris, mittere, ne operam, et laborem illum nostrum ex syncero affectu hactenus interpositum sine fructu impendisse uideamur, maxime cum nihil exoptatius nobis esse queat, quam ut negocium illud ad bonum finem perducatur.

Et si Serenitas sua in nostri gratiam se id facturam annuerit, Praefati Oratores nostri una cum Serenitatis suae oratoribus sese ad confinia conferant tractaturi iuxta suprascriptum modum omnia.

Partibus uero unam uel alteram uiam compositionis amplectentibus ijdem Oratores nostri de faciendo compromisso in optima forma, atque alijs necessarijs et ad hoc requisitis expediendis non minori studio, quam caetera agere debent, prout pro prudentia, et dexteritate sua et secundum rei qualitatem facere scient, et poterunt.

Si uero neutra pars proposita media nostra acceptare uellet, et ad hoc nullis rationibus induci possent, tum tentare debent dicti Oratores nostri, vt saltem induciae quam longissime fieri potest inter eos suscipiantur.

Caeterum pari salutationis officio praefati Oratores nostri cum apud Serenissimam Principem Dominam Bonam Reginam Poloniae, Magnam Ducissam Lituaniae, ac Russiae Prussiaque Sororem, et Consanguineam nostram charissimam, quam honestis et decentibus verbis alloquentur, tum apud Serenissimum Principem Dominum Sigismundum Secundum Regem Poloniae etc filium et Consanguineum nostrum charissimum utantur, eisque post exhibitas literas nostras credentiales synceri amoris, animique nostri affectum, quem in eos gerimus, exponant, Nosque omnia laeta eisdem ac prospera eueniri cupere et optare copiose, et eleganter sicuti sciunt enarrent, Nostram in ijs omnibus expressam et omnimodam executuri voluntatem. Datum in Arce nostra Regia Pragae Die XXVIII. Maj Anno Domini M.D.XXXVII. Regnorum nostrorum Romani septimo, Aliorum uero vndecimo.

Ferdinand, m p.
(L. S.)

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium,
Ad. Carolus.

XCVIII.

1537, 30 Maiú. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră Regele *Sigismund I.* vestindu-l că în curând, va pleca la Cracovia solul însărcinat a mijlocí încheerea păcii între Polonia și Viena.

(Din Archiva cos. reg. din Viena).

Regi Poloniae. Ferdinandus etc. Serenissimo etc.

Tametsi, vt ptoxime ad Serenitatem vestram scripsimus, nos Oratorem quendam nostrum ad se Cracouiam inter Serenitatem vestram et Wayuodae Moldauiensis Nuntios de Concordia tractandi causa missuros esse eiusmodi in hoc eundum elegeramus destinaveramusque, vt illic ad praestitutum diem, videlicet quartum Mensis Iunij proxime futuri nomine nostro adesset, tamen praeter spem et opinionem nostram accidit, vt is ob quaedam negotia sua impeditus sese nondum in viam dare potuerit, Id quod non libenter

vidimus. Ne autem Serenitas vestra suspicetur, nos eius negotij Curam penitus abiecisse, vel promissis nostris nolle satisfacere, eam per has nostras praemonendam duximus, praefatum Oratorem nostrum ab hinc quatuordecim dies ad summum apud Serenitatem vestram Certo constitutum iri, quam rogamus, vt nos ob longiorem illam moram praesertim cum non nostra culpa eueniat, paucorumque admodum dierum Interuallum fraterne excusatos habere, atque ita existimare velit, nobis res suas atque nostra propria cure esse. Quod si interea temporis quispiam a Wayuoda Moldauiensi venturus sit, pergratum nobis fecerit Serenitas vestra illi significandum Curare, vti Oratoris nostri aduentum breui futurum expectare non grauetur. Et eandem Serenitatem vestram vna cum suis omnibus quam diutissime felicissimeque valere optamus. Datum Pragae penultima Maij. 1537.

XCIX.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră Regele *Sigismund I.* vestindu-I că în curênd va pleca la Cracovia solul însărcinat a mijlocí încheerea păciĭ între Polonia şi Moldova. 1537, 30 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper augustus, ac Germaniae Hungariae Bohemiae, Dalmatiae Croatiae etc. Rex, Infans hispaniarum. Archidux Austriae. Dux Burgundiae etc. Marchio Morauiae etc. Comes Tirolis etc. Serenissimo Principi Domino Sigismundo Regi Poloniae magno Duci Lituaniae ac Russiae, Prussiaeque. Fratri et Sororio nostro charissimo. Salutem, et mutui nostri fraterni amoris continuum incrementum. Serenissime Princeps, Frater et Sororie noster charissime. Tametsi, ut proxime ad serenitatem vestram scripsimus Nos Oratorem quendam nostrum ad se Craccouiam inter serenitatem vestram et Wayuodae Moldauiensis Nuntios de Concordia tractandi causa missuros esse, eiusmodi in hoc iam diu elegeramus, destinaueramusque, ut illic ad praestitum diem videlicet quartum Mensis Iunij proxime futuri nomine nostro adesset. Tamen praeter spem et opinionem nostram accidit, vt is ob quaedam negotia sua impeditus sese nondum in viam dare potuerit. Id quod non libenter vidimus. Ne autem serenitas vestra suspicetur Nos eius negotij curam penitus abiecisse, uel promissis nostris nolle satisfacere, Eam per has nostras praemonendam duximus, praefatum Oratorem nostrum ab hinc quatuordecim dies ad summum apud serenitatem vestram certo constitutum iri. Quam rogamus, ut Nos ob Longiorem illam moram, praesertim cum non nostra culpa eueniat, paucorumque admodum dierum interuallum fraterne excusatos habere, atque ita existimare uelit, Nobis res suas aeque atque nostra propria curae esse. Quod si interea temporis quispiam a Wayuoda Moldauiae, uenturus sit, pergratum Nobis fecerit serenitas vestra illi significandum curare, uti Oratoris nostri aduentum breui futurum, expectare non grauetur. Et eandem serenitatem vestram unacum suis omnibus quam diutissime faelicissimeque valere optamus. Datum in Arce nostra Regia Pragae die penultima Mensis Maij. Anno Domini M.D.XXXVII. Regnorum nostrorum Romani VII. Aliorum uero Vndecimo.

30 Maiŭ 1537.

Ferdinand, m. p.
Ad. Carolus.

Aufschrift: Serenissimo Principi Domino Sigismundo Regi Poloniae, magno Duci Lituaniae, ac Rusiae, Prusiaeque, Fratri et Sororio nostro charissimo.

C.

1537, 1 Iunie. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către Regele *Sigismund I.* vestindu-l că în curând va pleca la Cracovia solul însărcinat a mijloci încheerea păcii între Polonia şi Moldova şi încredinţându-l că nu dă nici o importanţa arestării solului Moldovean.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Poloniae. Ferdinandus etc. Serenissimo etc.

Iam dudum oratores quosdam nostros elegeramus quos ad Serenitatem vestram Cracouiam inter eam et Wayuodae Moldauiensis Nuntios de concordia tractandi causa mitteremus, eosque ad Iter succinctos esse iussimus, vt quam primum praefatum Moldauum ad petitionem nostram Oratores suos Cracouiam vsque, prout Serenitas vestra desyderauerat, misisse intellexissemus, illi sese in viam subito dare possent. Quamobrem cum nunc ex literis Serenitatis vestrae, Id quod summopere cupiebamus et expectabamus, iam dicti Wayuodae Legatos aduentasse cognouerimus, nihil prius habuimus, quam nostros in hoc destinatos Oratores expedire, qui ita profectionem suam ad Serenitatem vestram accelerare curabunt, vt procul dubio intra paucissimos dies s nt Cracouiam peruenturi. Quod Serenitati vestrae eo significandum duximus, ne suspicietur nos eius negotij curam abiecisse aut promissis nostris nolle satisfacere, quippe quae hanc paruam moram temporisque Interuallum non nisi expectationi nostrae, in qua eramus, vti de Wayuodae Nuntiorum aduentu Certiores redderemur, adscribere debet. Ceterum quod Serenitas vestra de retento eiusdem Moldaui Nuntio a suis officialibus ad nos scripsit, Etsi non libenter audiuimus, tamen ea non opus erat, ut se Serenitas vestra apud nos propterea tantopere excusaret, vtpote qui facile iudicare possumus, id ipsum tantum modo per errorem, et nulla prorsus fraude commissum fuisse, nec est, quin boni equique Consulamus, presertim cum Nuntium illum Nicolaum fleiszhacker sine ulla Indignitate apprehensum ad se per commode deducendum iusserit, et mox ad nos remissura sit, quae vnacum suis omnibus omnibus, quam diutissime foelicissimeque valeat. Datum Pragae prima Iunij 1537.

CI.

1537, 14 Iunie. Creditiva dată de *Petru-Vodă* solului sĕu trimis la Regele *Ferdinand I.*

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Serenissime Ac Sacratissime Princeps, et domine domine gracciosissime etc. Obedienciam Omnem fidelitatem. Petrus dei graccia Waywoda Et dominus ac heres Perpetuus Terrae Moldawiensis, Intimamus aliqua Certa et Vera archana Cordis Nostri, Sacre Maiestati Vestre Medio Presencium Exhibitore Igitur suplicamus Sacre Maiestati Vestre medio Presencium Exhibitore Igitur suplicamus Sacre Maiestati Vestre Quatenus Nostro Nomine Illi fidem Prestare dignetur. In Relincquo deus Maximus et benignus Maiestatem Vestram ad Vota Sua Regia Pro Reipublice Christianitatis omni triumpho Conseruare dignetur. Ex Arce nostra Zwochawiensi In festo divi Elisej Martiris Anno domini Millesimo quingentesimo Tricesimo Septimo.

Aufschrift: Serenissimo ac Sacrassimo Principi Ferdinando fauente diuina Clemencia Romanorum Regi Semper Augusto, germanie, Bohemie hungariae Regi etc. domino domino Nostro Clementissimo.

CII.

Scrisórea solilor *Ioan Wartemberg* şi *Claudiu Canciuncula* către *Petru-Vodă Rareş*, stăruind să priméscă propunerile făcute de Regele Poloniei în cestiunea Pocuţiei. 1537, 26 Iunie

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Illustris Princeps domine obseruande: post debitam nostri oblationem Iussu et mandato Serenissimi atque augustissimi Romanorum Vngarie et Bohemiae Regis etc., domini nostri Clementissimi huc aduenimus, vias ac media propositurі ac quesiturj, secundum quae diuturna illa controuersia quae inter Serenissimum Poloniae Regem et Illustrem vestram Celsitudinem ratione et ad causam Prouinciae Pokuty appellate iamdudum viguit, sedari possit. Reperimus Illustris vestrae Magnificentiae Oratores ante aliquot dies iam appulisse: Regem vero Poloniae breui hinc discessurum esse, quippe qui Ordinibus Regni sui spopondit Exercituj suo in Celsitudinem vestram parato et septuaginta Leucis hinc distanti ad secundam diem mensis Iulij proxime venturj adesse velle. Itaque statim altera die ab aduentu nostro incepimus iuxta nobis datam Instructionem, procedere ad huius dissidij pacificacionem. Atque continue in hanc vsque horam in hoc negotium summa diligentia incubuimus, indubie futurum sperantes ut Serenissimus Poloniae Rex, alterutram pacis viam acceptaret, nempe ut vel in Caesaream et Regiam Maiestates dominos nostros clementissimos tanquam in arbitros seu arbitratores, hoc est tanquam in pacificatores uel in Judices de toto negotio compromitteret: aut certe quidem gratum haberet illud extremum quod Celsitudinis vestrae Oratores in ultimis mandatis habuerunt: Puta ut facta damnorum et incommodorum hincinde acceptorum compensatione supradicta prouincia Pokuty tota Regi Poloniae permaneret. excepta certa portione quae in longitudinem uix ad mille passus protenditur et duobus fluuijs alluitur. Quorum mediorum optione proposita nomine Regis nostri Clementissimi praefatum Regem Poloniae, bono publico non tantum suae Maiestatis verumetiam totius Christianitatis orauimus, precati et obtestati sumus diligentissime, vt a Bello contra Illustrem vestram Eminentiam apparato interquiesceret et alterum ex predictis medijs amicalibus acceptaret. In qua re nihil omissum a nobis est, quod ad Concordiam et pacem permouere posset, aut Celsitudini vestrae commodare. Sed enim huiusmodi exhortationes et preces omnes nihil efficere potuerunt. Id enim sua Maiestas nobis Responsi dedit, Quod quantum ad Prouinciam Pokuty attineret, non esset Celsitudini vestrae sperandum uel expectandum, quod Maiestas sua vnum palmum ex illa prouincia derelinquat uel alteri concedere velit possit aut debeat, Quandoquidem Maiestas sua Jurauerit Regno suo nihil alienare vel alteri permittere ex his quae ad Regnum pertinent. Ad Regnum autem Prouinciam hanc pertinere compluribus ex litteris sanis ac sigillatis (quas etiam propterea nobis ostendi iussit) comprobetur. Idcirco de illo articulo nihil aliud loquendum sit, preterquam ut Celsitudo vestra Illustris, talismodi asserto ac praetenso iuri uel actioni prorsus renunciet. Caeterum quod ad Iniurias et damna Regno Poloniae et subditis illius per Eminentiam vestram Illustrem aut subditos eius irrogatas et illata, Rex Poloniae in gratiam Serenissimi Regis nostrj velit se mitem et placabilem ostendere, aut etiam super his stare pronunciationi amicabili uel Juridicae dicti Regis nostrj. Nam ut ipse Rex Poloniae compensationem damnorum patiatur, hoc ait fieri nullo modo posse, Quandoquidem quicquid damnorum ultro citroque datum est, hoc euenerit culpa et occasione vestra et predecessorum vestrorum, qui citra ullum idoneum iuris fundamentum, et repugnantibus multis tractatibus factis talem controuersiam (ut ipse Rex ac sui aiunt) suscitaueritis, taliaque damna Causaueritis. Cum igitur Regia Maiestas Poloniae sentiat se nunc magno Desiderio et consensu Regni sui ad Bellum contra Celsitudinem vestram Illustrem suscipiendum, longe melius instructam esse, quam intra multos annos fuerit, et pluribus alijs adiutorijs fulciatur, non temere deserendam esse hanc bene gerende rej occasionem existimat Itaque sua Maiestas in eo persistit, nobisque pro finalj responso dedit, nullam se concordiam

inire posse cum Illustri Dominatione vestra, nisi ipsa in quattuor sequentia puncta consentiat illaque realiter adimplere velit: nempe ut tota prouincia Pokuty integraliter Regno Poloniae et sine diminutione aliqua permaneat, et illi vestra excellentia renunciet perpetuo: Deinde, vt Maiestati suae ac subditis illius de supradictis damnis et Iniurijs (ut appelant) satisfaciat, amicabiliter, uel saltem se super illis decisioni Regis nostri modo supradicto subijciat: Praeterea ut Eminentia vestra omnes homines captiuos uel abductos ex terra Pokuty, uel alias ex Regno Poloniae cum bonis eorum, quatenus supersunt restituat: nam ex diuerso, si qui sint vestri subditi apud Polonos capti uel detenti, illi restituentur Excellentiae vestrae si hoc ipsa petierit: ac postremo ut in litteris tractatis super huiusmodi concordia conficiendis, inter ceteras clausulas quae ad confirmandam obseruationem et firmitatem concordiae Initae apponj solent adijciatur ista clausula specialis ut sequitur. Nempe, quod Illustris vestra Dominacio pro se ac suis heredibus et successoribus omnibus et singulis promittat, quod si aliquando eueniret, quod ipsa uel aliquis heredum uel successorum eius aliquid faceret contra huiusmodi concordiam aut substantiam eius vel ab alijs fieri, scienter iuberet uel pateretur, quod in eum euentum Magnificentia vestra pro se et dictis heredibus aut successoribus eius, ex nunc prout extunc omnes subditos suos et terrae suae ab omnj Iuramento uel obligatione quibus illi tenentur uel tenebuntur liberat ac liberos esse pronunciat quantum ad Regem et Regnum Poloniae. in eum scilicet finem, ut si ille casus infractae concordiae adueniret, ipsi subditi Principatus Moldauiensis neque Magnificenciae vestrae neque illius heredibus aut successoribus obligati sint, ullum adiutorium personale uel reale ferre contra Regem Poloniae uel Regnum eius. Et quod super his omnibus supradictis et specialiter super hoc ultimo articulo Magnificencia vestra mittat suis Otatoribus hic existentibus sufficientem et plenam Instructionem sigillo Eminentiae vestrae sigillatam, ut litterae Concordiae supradictae, et submissionis in Regem nostrum quantum ad damna (nisi per nos Concordari queant) in forma debita et firma ac in perpetuum valitura erigantur. Et hoc modo discedetur ab armis, quae nunc tanquam procella et tempestas imminent excellentiae vestrae. Nam alioqui Bellum certo certius in procinctu est: Et plerosque maximi nominis hic videmus qui, multo magis Belli progressum appetunt quam huiusmodi Concordiam, propter occasionem rej ex sententia gerendae quam ut prediximus se in manibus habere putant. Sed eorum impetus beneuolentia Regis Poloni moderatur, qui Regi nostro Clementissimo gratificarj cupit, et modo supradicto pacem et concordiam admittere. Et in eum finem (licet certe cum magna difficultate, propter Constitutam diem cum ordinibus Regni) obtinuimus spatium istud duodecim dierum, intra quos, Oratores Magnificentiae vestrae Illustris ad eam ista omnia referunt, et si pax iucunda et concludenda sit, sufficiens ac plenum mandatum super his omnibus firmandis obtineant. Nam aliquo puncto ex supradictis Deficiente, nihil certius est, quam Exercitum Polonum esse nunc Instructum et ardentem, ut statim elapsis Inducijs, in Moldauiam vestram faciat impetum hostilem et acerrimum. Nostra sententia est, multo consultius fore ut Excellentia vestra Illustris huiusmodi conditiones pacis prout supra declaratae sunt ineat, potius quam ut tantillae Prouinciolae nomine, quam certe quidem ad Regnum Poloniae pertinere non possumus non arbitrari propter tot litterarum a nobis perlectarum testimonia, belli aleam magno suo et Reipublicae Christianae periculo subeat. Quippe cum huiusmodi Concordia sic describi et constitui possit, ut saluis honore ac reputatione, Magnificentiae vestrae, illa censeatur erecta et composita. In qua re nos diligentem operam nauabimus. Itaque Illustrem Dominacionem vestram obnixe rogamus et exhortamur Serenissimi Regis nostri nomine vt ad honorem Dei omnipotentis, ad salutem totius Reipublicae Christianae, ad vtilitatem euidentem proprij Principatus, ad euitandam effusionem sanguinis Christiani, et ad praestandum Caesareae ac Regiae Maiestatibus Dominis nostris Clementissimis promissum auxilium Contra ipsorum inimicos, qui nullas vnquam pacis conditiones aequas admittere voluerunt, non detrectet Eminentia vestra hanc pacem et concordiam cum Rege Poloniae vicino suo ratam perpetuo futuram. Nam et Caesarea ac Regia Maiestates omnino confidunt sanctis sponsionibus Magnificentiae vestrae, nec ullam

fidem habituri sunt id genus rumoribus qui nuper sparsi sunt, quasi Eminentia vestra foedus cum Ioanne Wayuoda inijsset. Quos rumores falsissimos esse certissime persuademus, nec dubitamus quin Illustris vestra Dominacio eius integritatis et Heroicae Constantiae sit, ut in ipsius animum nulla talis vacillatio, aut fluxae fidei species cadere possit. Quemadmodum haec omnia ex Secretario suo Domino Gregorio Rossemberger latius intelligere poterit. Precamur igitur denuo ac obtestamur Celsitudinem vestram, vt non differat hanc Concordiam modis supradictis acceptare nec super illis quicquam amplius disputare paret. Ne totus labor iste in vanum abeat, sicuti omnino futurum est, si quid ex supradictis recusatur. Si forte Illustris Magnificentia vestra aliquid illiciti damni per hanc Concordiam pateretur, certe illud facilius ferrendum est propter bonum pacis, quam vt Centuplum Damnum cum belli Calamitatibus subeatur. Nec dubitamus quin Serenissimus Rex noster post impletam a Magnificentia vestra promissam Opem Benigne ac Regiae id talismodi damni pensaturus sit. Atque Magnificentiae vestrae Illustri Nos tanquam bonos et synceros Mediatores Commendamus. Velit autem Eminentia vestra Tabellarium hunc, et ipsius conductorem summa diligentia cum Instructione supradicta absoluere, ut ad XII diem uel certe ad aliquot horas postea hic esse possint. Datum Cracouiae die Martis post festum S. Iohannis Baptistae Anno Dominice Natiuitatis Millesimo Quingentesimo Trigesimo septimo. 26 Iuni. 1537.

CIII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Ieronim Lasko*, însărcinându-l să stăruie a-l ţiné pe Petru-Vodă în bunele lui disposiţiuni. 1537, 26 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Hieronymo à Lasko. Ferdinandus etc.

Magnifice fidelis dilecte. Quum haud abs re fore arbitramur, Vt Cum Oratoribus et Nuntijs Spectabilis et Magnifici Petri Vayuode Moldauiensis iam Cracouiae existentibus uomine nostro ageretur, quo Cum aliquo Gentium Numero eorum Dominus in Transsyluaniam presertim absente iam Stephano Maylad in auxilium nostrum erumperet eoque modo Vires Ioannis Scepusiensis auerteret, Te omni studio requirimus et Volumus, vt supercare Conficienda, quo potes meliori modo atque via tractare Cures, Verbis nostris dicto Wayuodae Moldauiensi spondere non dubites, Si hanc prouintiam suscipiat, nos sibi bonam partem occupatorum bonorum, in locis Transyluaniae praeter singularem gratiam quam a nobis expectare habet, donaturos esse, Et in eo facilius persuadendo et Instigando tu qua polles dexteritate Ingeniique Sagacitate vsare. Nostram bene gratam executurus Voluntatem. Datum Prage 26. Iunij 1537.

CIV.

1537, 3 Iulie. Scrisórea lui *Petru-Vodă* către solii *Ioan de Wartemberg* și *Claudiu Canciuncula*, stăruind ca armistițiul să se prelungéscă, remâind deocamdată Pocuția în statul quo.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Petrus dei gracia Waywoda et dominus Ac heres perpetuus Regni Moldawiensis. Magnifici domini Amici obseruandi. Salutem et foelicitatem Ea omnia Que Magnifice dominacciones vestre Nobis scriptis Eorum significauerunt clare Intelleximus, ac In mente Nostra Collocauimus, Quomodo Magnifice dominacciones vestre omnem operam dederunt nomine Cesareae maiestatis ac nomine Sacratissimi Regis Romanorum etc. quod Cellebraretur pax ab vtraque parte Inter Serenissimum Regem Polonie, graccias agimus deo Sancto ac prefatis principibus, vt Sangvis Christiana ne effundertur, vt sit pax Christianitatis Temporibus predictorum principum, ac tempore nostri ac Serenissimi Regis polonie etc. plurimum agmentaretur Christianitatis, dignum et Iustum est Itaque graccias quoque Magnificijs dominaccionibus vestris de Eorum fatigijs Magnifice dominacciones vestre accipient premia In eterna Requie. Vbi autem dominacciones vestre dicunt maxima difficultate Exercitum Regie maiestatis Cohibuisse Inter hec Tempora quousque tabellarij Vias Eorum perficerent, Ibi d. v. Cognoscere possunt, quod Serenissimi Regis Animus, non est firmare paccem, nos autem optaremus perpetuam paccem ne sangwis ab vtraque parte funderetur. Tamen sua Maiestas vtitur Consilijs dominorum istorum, qui Terram pokwciensem obsederant nunc autem optata prefatorum principum Idem Rex postponit et non est Illi animus mutuam paccem firmare, sit In arbitrio sue Maiestatis, Tamen omnis qui moritur optaret famam bonam post mortem vigere et Relinquere vbi omnes summopere mortales. Non ne esset potius laudandum vt homo in sua senectute sese declinaret de malo ad bonum, sua autem maiestas In senectute sitit sangwinem Christianam, Igitur qui Consulunt Maiestatem suam fundere Sangwinem Erunt Coram die Iudicandi, scimus Consulere Maiestatem Regiam fundere sangwinem barrones vt qui sub sese habuerunt Pokwchiam, Illi autem Consiliatores diebus Eorum tanta seruicia Regie maiestati exhibere non possunt vt nos vna dierum exhiberemus denique essemus scutum sue Maiestati ab ista parte ac Regni sui Pro Inde non vt sua Maiestas Inter nos mutuo firmaret perpetuam paccem plurimum optat a nobis que fieri non possunt, aut sua maiestas Ex Terra Pokwchiensi Nobis porciunculam tribueret quemadmodum optabamus A sua Maiestate medio oratorum Nostrorum, plurimum optat dampna ac homines ablatos Restituere, est Res Inaudita Nos quam ob Causam dampna que Intullerunt subditi Regie Maiestati hic In Regno Nostro Moldawiensi ac subditis Nostris, depredarunt ac Combusserunt hic in Regno nostro plus quam bis terra pensanda Pokwchia fuisset et esset, Et quanta obbrobria Intullerunt Id quod est preteritum est preteritum, non vt paccem firmare sua Maiestas optaret pocius dicit Exercitum mouere Contra nos et Regnum nostrum septuaginta milia Virorum, ac putat Regnum nostrum sibi subiugatum esse, Illa Iactitaccio In animis est vbi non formidetur Ore posset homo Erigere septuaginta milia ad tamen ad tanta milia virorum necesse est habere promptam pecuniam septuaginta milia Vasa hungaricalium ducatorum, Igitur quod si Exercitus bis tantum aut vltra deo auxiliante nullus timor est In Nobis, Nosque multa dampna potuissemus Inferre Regni sue Maiestati sepe et sepissime Inter Illa Impacata tempora Cum dux muskorum Exercitum habebat contra suam Maiestatem, Nos autem pro augmentaccione Christianitatis nolluimus dampna Inferre sue Maiestati Expectando ac sperando paccem a sua maiestate sua autem maiestas nunc dicit Exercitum Contra nos mouere, non Respicit deus multitudinem Exercitus neque Iustis defuit nec de Erit timentibus se, Ita et Nos habemus Exercitum promptum Contra hostes nostros deo est scire quis trimphum obtinebit, ad tamen esset vtilius vt pax firmaretur ab vtraque parte, vbi autem nunc quasi ad optata principum pax non firmabitur, Ignoramus tempus oportunum

firmari perpetuam paccem, pro Eo ad optata sacratissimorum principum bonum et Vtile esset firmare paccem, vbi nunc principes sunt mediatores, quam ob rem, Nos oratores Nostros plurimum ad optata et monicione sacratissimi Romanorum Regis deputauimus et misimus ac ad literas Salui conductus Serenissimi Regis Regni Polonie, Quare Rogamus dominacciones vestras Magnificas, quod si nullomodo pax non firmabitur Ex tunc vt Oratores nostri sine molestaccione Redire Valleant. Ceterum dominaccionibus vestris Magnificijs literas a nobis optatas Sub nostro Sigillo manuali mitteremus, non est licitum per leui Cursores aut literas firmaccionales paccis mittere Inter ista tempora Inpacata.

Preterea quod si Serenissimus Rex nullomodo declinauerit ad nostra optata quem ad modum optamus medio oratorum nostrorum ad faciendam paccem ac tribuendam porciunculam terram, Ex tunc Magnifice dominacciones vestre In nostra persona suscipiant treugam Cum eodem Rege Polonie Inviolabiliter Seruandam ad annos VI aut III vel IIII talli Condicione vt sit terra Pokwchie habitabilis subditis Maiestatis Regie, sub trewga aut facta ac Impleta terra Pokwciensi Coram dominis principibus Iudicetur vt omni Jure Concernet ne amplius effusio Sangwinis pro Illa terra oriatur Igitur quod si sua maiestas susciperit Inter vtramque partem trewgam sub ista Condicione Ex tunc sua maiestas mitat literas firmacionales trewge medio oratorum nostrorum, aut medio sui Consiliarij, nosque per Eundem Consiliarium Regium literas nostras missuri Erimus sue maiestati In Relincquo deus Magnificas dominacciones vestras sane Conseruet, Ex Castris nostris III Iulij Anno domini millesimo Quingentesimo Tricesimo Septimo.

Aufschrift: Spectabilibus Ac Magnificijs Dominis Ioanni De Wittumberga et Clau: Jurisconsulto etc. Oratoribus sacratissimi Romanorum Regis et dominijs Amicis obseruandis.

Ferner steht auf dem Couvert die Anmerkung: (A P Moldauo Walachiae Receptae XI-a Iulij Anno 37 Cracouiae).

CV.

Instrucţiuni date de comisariĭ mijlocitori *Ioan de Wartemberg* şi *Claudiu Cancicula* solului moldovean *Grigorie Rosemberger*, care se întórce de la Cracovia. 1537, 15 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Instructio eorum, quae Nos infrascripti, Romanorum Vngariae et Bohemiae Regis etc domini nostri Clementissimi Oratores, honorabili Gregorio Rosemberger, Illustris principis domini Petri Vayuodae Moldauij Secretario commisimus domino suo declaranda.

Inprimis Repetet ea quae hanc dietam amicabilem precesserunt. Nempe qualiter idem Illustris Moldauus pluries et instanter Serenissimum Regem nostrum requisiuit, ut partes suas ad pacem cum Rege Poloniae stabiliendam interponeret.

Deinde quemadmodum sua Maiestas nos huc propter illam causam transmiserit, Et quantum laboris nos summa cum diligentia sumpserimus, ut secundum eiusdem Magnifici domini Vayuode petitionem pax concordaretur.

Item quod hec nullo modo potuerit obtinerj, quia Rex Poloniae fundatus sit

certissimo Jure super tota prouincia Pokutj, Et ob id ne palmum quidem illius terrae concedere uel relinquere velit, aut possit propter Iusiurandum suum et multis alijs ex causis.

Itaque nulla sit alia spes pacis quam ut Dominus Moldauus in sequentes articulos consentiat.

Primus articulus in effectu est, quod Serenissimus Rex Poloniae et Dominus Moldauus Magnificus super Iniurijs et damnis quas et quae vnaqueque pars ab altera passa est et patere praetendit, Vtraque pars stabit Judicio et pronuncciationi Serenissimj Regis Romanorum etc. Domini nostrj clementissimj, cuius Maiestas super his pronuncciabit intra duos annos pioximos.

Secundus Articulus, quod Magnificus dominus Moldauus et eius subditi non molestabunt Regem Poloniae uel illius subditos, Prouincia Pokuty ab aevo pertinente ad Regem prefatum, cuius subditi debebunt semper esse securi in dicta prouincia.

Tertius Articulus. Quod vtraque pars Inuicem tenebitur restituere omnes Captiuos alterutrius partis, cum bonis eorum mobilibus existentibus in esse.

Quartus. (Et iste Articulus dependet ex precedentibus tractatibus inter partes aut earum predecessores habitis) Molendina aedificata a Walachis in Ditione Regis Poloniae demolientur intra tres menses, Vicissim Intelligimus quod eodem modo fieret si quae edifficta essent in Ditione Principatus Moldauiae a Polonis in preiudicium subditorum Magnifici domini Moldauj.

Quintus, quod Renouabuntur specialiter in literis huius concordiae Capitula Dictorum antiquorum tractatuum, ad euitandas futuras Discordias.

Sextus, quod idem dominus Weyuoda liberabit omnes consiliarios et subditos suos et ab obediencia sua absoluet, in casum quod contra istam concordiam aliquid per ipsum, aut subditos eius eo sciente et patiente fieret. Quaequidem liberatio sic intelligetur, ut in predictum euentum ipsi consiliarij et subditi Moldauiae dominum suum adiuuare non tenebuntur contra Regem uel Regnum Poloniae.

Septimus, quod ad consentiendam huiusmodi Concordiam Dominus Moldauus mittet mandatum sufficiens suis Oratoribus suo sigillo signatum.

Octauus, sicuti nos nostris sigillis faciemus, ita et ijdem oratores, easdem litteras concordiae in vim dicti mandati suis sigillis sigillabunt, similiter Regis Commissarij facient.

Nonus, quod dominus Moldauus debet Juramentum Corporale prestare, et litteras suas dare peculiares de seruandis omnibus supradictis.

Quae quidem omnia copiose et cum honore et commodo utriusque partis, et subditorum earundem declarata sunt in dicto conceptu seu formula litterarum concordiae, ipsi Rosemberger tradita. Actum Cracouiae die XV. Iulij. Anno M.D.XXXVII

CVI.

1537, 15 Iulie.

Proiect de tractat asupra Pocuției între Polonia și Moldova

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nos Iohannes Baro a Vertembergk et in Strakonycz supremus Magister prioratus in regno Bohemiae, et Claudius Canciuncula, Iurium doctor, Consiliarii et oratores Serenissimi ac potentissimi principis, et domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum regis, Germaniae, Vngariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae etc

regis etc domini nostri clementissimi, ad tractandam et conficiendam pacem, concordiam, et vnionem, inter Serenissimum et potentissimum principem et dominum dominum SIGISMUNDUM dei gratia Regem Poloniae etc ab vna, ac Magnificum Petrum Palatinum seu Vaievodam Moldaviae parte ab altera, ad prefatum Serenissimum regem Poloniae huc Cracoviam missi, omnibus et singulis quorum interest vel in futurum interesse poterit tenore praesentium significamus. Quia nos munus nobis iniunctum, non minus diligenter quam fideliter exequentes, de modis et conditionibus futurae pacis, concordiae et vnionis, inter prefatos principes tractauimus et diebus non paucis laborauimus, et cum dissidium et controversiam hujusmodi, quae inter praefatos principes exorta fuit, ad aequas conditiones deduxissemus, resque ipsa concordiae ad optatum finem tam cito per duci non potuerit propter insufficientiam et defectum commissionis et mandati Nunciis et oratoribus a dicto domino Vaievoda dati. Ad quem ea de re sui oratores mittere necesse habuerunt, et Serenissimus quoque Rex Poloniae expeditionem contra ipsum Valachum prosequens ex urbe Cracoviensi discederet, Negocium ipsum concordiae post allatum a domino Vaievoda sufficiens mandatum cum consiliariis prefati Serenissimi Regis Poloniae, atque oratoribus et nuncijs dicti Vaievode Moldaviae fuimus prosecuti, et de ipsorum consensu et voluntate cum ab utroque principe sufficientibus mandatis fuissent hincinde provisi, pacem, concordiam inter prefatos Serenissimum dominum Regem Poloniae, et Vaievodam Moldaviae, terrasque et ditiones hincinde eorum, pacta priora dudum inter haec dominia inita innouantes, composuimus confecimusque, adiectis super hoc modis et conditionibus ab utraque parte perpetuo et inuiolabiliter obseruandis hic subsequentibus.

Imprimis, quod tam Serenissimus Rex Poloniae quam Magnificus Vaievoda Moldaviae eorumque posteri et succesores pacem perpetuam foedusque et pacta subsequentia, tenere et obseruare debebunt, et non permittent, vt subditi eorum hincinde in aliquo contra huiusmodi pacem pacta et foedera, delinquere ac excedere impune debeant aut possint. Quamquidem pacem perpetuam tam ipse Serenissimus Rex Poloniae, quam idem Petrus Vaieuoda, ac successores ipsorum, nec non dominia, Consiliarii, et in vniversum omnes subditi hincinde ipsorum, tenebunt et obseruabunt inviolabiliter.

Quoniam Serenissimus Rex Poloniae leuitatem quam ab Moldaviae Palatino sibi irrogatam pretendit ob incursionem in dominia sua factam, et damna iniuriasque subditis suis in terra sua et Regni Poloniae Pokucziae dicta, illatas grauiter fert, ad vindictamque paratus esset, et sumptus maximos per dominum Vaievodam iam non semel adactus propterea fecisset. Vicissim quoque ipse dominus Vaieuoda se et subditos suos damna et iniurias a subditis Regiae Majestatis accepisse asserat. De utriusque partis videlicet tam Serenissimi regis Poloniae, quam domini Vaiuodae Moldauiae nunciorum consensu, conuentum atque conclusum est, vt de omnibus suprascriptis Serenissimus rex Romanorum cognoscat, pronunciet, et per sententiam decernat, quid et quantum, aut quomodo vna pars alteri pro leuitate, damnis, iniurijs, sumptibusque occasione huiusmodi negotii factis, sarcire, aut satisfacere debeat. Caeterum cognitionem et iudicium ea de re facere atque sententiam pronunciare debebit Serenissimus Rex Romanorum infra hinc et decursum duorum annorum. Partes vero prefatae tenebuntur se conseruare secundum tenorem huiusmodi sententiae per Serenissimum Romanorum regem super hoc prolatae seu in post proferendae.

Debebunt quoque prefati Serenissimus Rex poloniae et Vaieuoda Moldauiae, eorumque posteri sibi inuicem consilia et auxilia prestare, et sibi inuicem fortiter assistere pro posse suo, armis et gentibus contra Tartaros communes perpetuosque regionum istarum hostes.

Praeterea ad tollendas omnes inimiciciarum et discordiae occasiones praefati Serenissimus Rex Poloniae et Vaieuoda Moldauiae non debebunt inuicem inimicos suos in dominiis suis in alterius vtrum eorum displicentiam aut detrimentum fouere, sed eum qui Serenissimo regi hostis aut inimicus esset, et ad Valachiam confugeret, dominus Vaieuoda expellere debet, neque permittet, vt talis homo in terra eius Moldauiensi apud

quemque ex subditis ipsius manere, aut receptum habere vllo tempore posset in damnum et detrimentum ipsius Regiae Maiestatis successorum et subditorum, regnique et dominiorum suae Maiestatis.

Similiter faciet Serenissimus Rex Poloniae de hostibus et inimicis domini Vaievodae, quos fouere aut aliter manere in dominiis et apud subditos suos vllo tempore non permittet.

Quod si contingat, vt aliquis nobilis, aut boiarus, famulus, seruus, aut subditus de vno dominio ad aliud, vt puta de regno Poloniae ad Moldauiam, aut vicissim de Moldauia ad regnum Poloniae, profugeret, talis debet imprimis querere gratiam apud dominum suum, cuius perfuga factus est, et si eam per intercessionem cuiuscunque obtinebit, liberum erit illi et securum reuerti ad dominum suum. Vbi vero gratiam et veniam impetrare et consequi non posset, non debet aliquis istorum principum contra mentem et voluntatem alterius talem hominem in ditione sua tollerare, neque permittet vt aliquis subditorum suorum profugum hominem huiusmodi manifeste aut occulte apud se teneat, servet, aut manere permittat.

Vt autem pax perpetua huiusmodi per amica afficia hincinde coalescat et constabiliatur, debebunt et tenebuntur prefati Serenissimus Rex Poloniae, et Vaievoda Moldaviae eorumque posteri, omnia pericula, aduersitates vndecunque alteri eorum, aut ipsorum subditis imminentia, sibi inuicem alter alterj declarare. Atque consilio et ope sua alter ab altero quantum valet illa auertere.

Liberum deinde erit perpetuo Mercatoribus tam Serenissimi regis Poloniae, quam Vaieuodae Moldauiae subditis hincinde cum rebus et mercibus tam ex Regno Poloniae per Valachiam, quam ex Valachia per regnum Poloniae ire, transire, mercari, et negocia sua peragere, atque cum rebus et mercibus tuto et secure ad propria reuertere et redire, solutis tamen vectigalibus et Theloneis consuetis, ac seruato iure antiquorum emporiorum et depositoriorum.

Postremo ad complementum pacis perpetuae et vnionis Serenissimus Rex Poloniae et Vaieuoda Valachiae, debebunt et tenebuntur omnes captiuos sibi inuicem restituere. Captiui vero intelligi debent tam militaris, quam plebei ordinis homines. Atque etiam agrorum cultores seu Cmetones, quiquidem Cmetones cum pecoribus rebusque eorum restitui debent.

Restitutio autem huiusmodi fieri debet mox post praestitum ab ipso domino Vaieuoda super his descriptis conditionibus, iuramentum.

Molendina etiam quaecunque a prefato domino Vaieuoda vel eius subditis in ditione et in fluuiis Serenissimi regis et Regni Poloniae in damnum et praeiudicium quorumcunque subditorum suae Maiestatis sunt exstructa, deponi, et demoliri, infra decursum trium mensium a data praesentium per dominum Vaieuodam praefatum debebunt.

Caeterum ad euitandas futurae discordiae occasiones inter subditos prefatorum principum quasdam conditiones et pacta dudum inter haec dominia constituta et literis descripta pro administranda hincinde inter subditos iusticia innovauimus, atque deinceps perpetuo servanda praefatis nuncijs consencientibus conclusimus in hunc qui sequitur modum,

Caeterum, quod attinet prouinciam Maiestatis Regiae dictam Pokucziae, eam non molestabit dominus Vaievoda, neque, vt subditi sui clancularriis aut manifestis incursionibus seu furtis infestent, aut quomodolibet molestent, permittet. Subditi vero Serenissimi Regis Poloniae existentes in eadem prouincia Pokucziae, ad Serenissimum Regem et Regnum Poloniae ab aewo semper pertinente, tuti esse debent et securi ab incursionibus subditorum domini Vaieuodae Moldauiae perpetuo et in aevum.

In primis celebrari debet quolibet anno Conuentus ad litus fluuii Dniester ex opposito Arcis Choczim die festo sanctae Trinitatis.

Alter item Conuentus agi debet in Kolaczin, loco sic appellato in duabus septi-

manis post Comicia superius scripta, et vno quidem anno Comitia ipsa celebrari debent in Solo Maiestatis Regiae prouinciae Russiae et Podoliae, altero item anno, in Solo et litore ipsius Palatini Moldauiae, veluti apud Choczim, similiter in Kolaczin

Item in hisce Comitiis debet primum iusticia administrari, subditis tam regiis, quam ipsius Vaieuodae Moldauiae, et nauigia seu traiectus liberi esse debent, absque vllius navli (?) solutione.

Item quicunque in ijs Comitiis criminis alicuius accusabitur, mettertius iuramento purgare se debet, Sed is tamen qui reus citabitur, debet in primis adducere testes quatuor, ex ijs vero actor seu accusator duos quos volet eliget, qui vnacum reo ieramentum iuxta morem seruatum praestare debent.

Item quater furti accusatus iuramento purgare se potest, quinto iam accusatus non iuret, sed tanquam manifestus fur patibulo affigatur, atque ita sceleris sui poenas luat.

Item si quis ex terris Regiis ad ditiones domini Stephani Vaieuodae Moldauiensis furem suis ipsius vestigiis persequi voluerit, is persequi eum poterit absque literis Capitaneorum, qui in confinijs sunt libere et absque vllo impedimento.

Item is qui passus fuerit gravem iniuriam, petere debet literas ab ijs Capitaneis qui in confinijs sunt, et cum eas habuerit, iusticia illi ministrari debet.

Item qui furem vel praedonem suis ipsius vestigiis subito persequetur et repertum deprehendet in manifesto furto eiuusmodi fur capitis supplicio affici debet, res vero ablatae, huic cuius erant, restitui debent. Sed tamen is earum rerum sine mercium dominus partem decimam, hoc est grossum decimum ponere ibi et relinquere debet, a solutione vero Policzne liber erit.

Item quando ex ditionibus Regiae Maiestatis ad terras Moldauiae manifesti fures et praedones aufugerint, tales furcae affigi debent; et similiter si qui eiusmodi fures et praedones manifesti ex Valachia ad ditiones regias profugerint, simili supplicio affici debent, Sed eiusmodi tamen fures cum literis praefatorum Capitaneorum quilibet insequi debet, et vbi id Capitanei literis suis significauerint, quod sunt in manifesto facto deprehensi, literarum ipsarum testimonio conuicti capitis supplicio affici debent.

Item si aliquis dominorum aut Nobilium, et praecipue factorum siue Villicorum, qui Vatamanowie vocantur, de fure requisitus, dixerit cum apud se non esse talis dominus, Nobilis, factor, siue Villicus testari fidem et conscientiam suam debet, quod neque apud se, ueque in bonis suis eiusmodi fur latitet. Sed eiusmodi tamen purgatio ibi fieri debet, vbi dominus praesens aderit, et vbi residebit. Quod si res apud simplicem Nobilem acta fuerit, nobilis ipse iurare solus, et eo iuramento se ipsum purgare et possessiones suas debet. Sed factores, Aduocati, Villici, vbi dominus non residet nec commoratur, iurare debet quilibet eorum mettertius in eam sentenciam, quod eiusmodi fur in bonis suae procurationis non sit nec latitet.

Si quis vero tale iuramentum praestare noluerit, damnum illi cui factum fuerit, ita vt idem aestimabit, ex facultatibus suis sarciet, vel damnum passo, furem in eius potestatem tradet. Quod si iuramento se purgaverit, ille qui damnum fuerit passus, libere furem suum in aliis locis indagabit et persequetur, Capitanei vero potestatam habebunt prehedendi tales fures suppliciumque de eis sumendi.

Item is, apud quem iurantem iniuste fur repertus fuerit, debet parti vtrique damna omnia sarcire, aut furem exhibere.

Item si quis vestigiis suarum rerum et mercium insistens et eas persequens, venerit in hanc vel in illam partem fluuii Dniestr, vestigiaque ipsarum rerum offenderit, debet a litore fluuii facere tres passus. Dominus vero cuius ipsa prehendere eisque inherere debet suaque bona purgare, testemque vnicum in ipsis vestigiis collocare, et quorsum vestigia ducant declarare, et cum id declarauerit suaque bona purgaverit, tum is qui persequetur, obnunciare id bonis vicinioribus debet.

Qui vero vestigia quo se ex bonis suis flectant non declaraverit, damna omnia sarciet.

Qui item dominorum dixerit non sibi obnunciata esse vestigia, neque ea in possessionibus suis apparere. Iurabit solus. Villicus vero mettertius, et eo bona sua purgabit.

Item qui apud Capitaneos praefatos pro assequendo iure suo obtinebit, non plus quam duos nummos qui Aspri vocantur, a literis soluere debebit. In valvis castrorum nihil vtriusque partis homines solvent.

Item mercatores partis vtriusque occasione furti molestari, pignerari, et arestari non debent. Si quis vero suas res, merces, aut equos apud mercatores repererit, mercator ipse euicto rem dare debet et statuere in eo loco vbi tum Comitia ipsa agerentur et celebrarentur.

Item si quis subditorum partis vtriusque equum seu res suas apud alium offenderit in terris Serenissimi regis Poloniae, tales qui habuerint res alienas debent se tueri et liberare evictoribus coram Capitaneis Camenecensibus et Haliciensibus, quando in aliquo Capitaneatuum praefatorum fieri id contigerit, et similiter ubi id contigerit alicui subditorum domini Palatini Moldaviae, actio talis et evictio fieri debet coram eis Capitaneis Choczimensibus et Czarnouicensibus.

Item evictor huiusmodi alterum evictorem commonstrare et statuere debet, alter item tertium, tertius quartum, quartus iam nullo se evictore amplius tueatur, sed soluat res, vel si defuerit ei pecunia, poena capitis de eo sumatur.

Item satellites, qui Pobierzesniczi vocantur, quando vel simpliciter hominem, vel furum aliquem prehendent, debent eum statuere coram Capitaneis. Si vero reus fuerit, capitis supplicio punietur.

Item huic qui insecutus fuerit furem, et in manifesto furto eum deprehenderit, res furto abatae restitui debent. Attamen Capitaneis decima pars earum rerum sine decimus grossus cedat.

Huic vero qui innocentiam suam Capitaneis probabit, seque expurgabit nullae res recipi, quin receptae omnes restitui debent, tantum duodecim Aspras ratione captivationis dabit.

Item si Pobierzesniczi aliquem caeperint vel simpliciter hominem vel furum, ab eoque omnia abstulerint, et ad Capitaneum adductum ea de re siluerint, capitis supplicio punientur.

Item ii Pobierzesniczi rectos et innocentes homines spoliare, verberare, capiuare, nec eis molesti esse debent.

Item si quis ab vtrinque, hoc est tam ex Maiestatis Regiae, quam ex ipsius domini Vaieuodae ditionibus uxoris alinae, sive viduae, sive virginis pudiciciam violauerit, et aliquam earum personarum secum abduxerit, soluet decem octo sexagenas pecuniae, numeri, qui obseruatur in Podolia, qui demum in Valachicum numerum et Aspros redacti, Sexaginta florenos facient.

Item si violator ipse necatus in maleficio fuerit, de eius morte nullum iudicium agetur.

Qui vero virginem cum eius consensu abducet, dabit unam cum dimidia sexagenam, quae in Aspros redacte facient quinque florenos Valachicos.

Item ab vtrinque alter alterius bonis vim nullam inserat, nec in ea impetum faciat. Si quis vero, vim alienis bonis intulerit, eiusque rei documenta fuerint. Capitanei tam Regii quam platini Moldauiae tenebuntur id dispicere, et singula diligenter investigare. Quod si de vi doctum fuerit, violator ipse qui convincetur, damna sarciet, aut si non fuerit soluendo supplicio capitis punietur,

Item liberum erit vnicuique ex vtraque parte fluvii Dniestr locare pagos et rura in suo solo.

Item solutio rerum quarumcunque, quam aliqui ab aliquo in Comicijs expectandam et exigendam decernent hominibus regiis in duabus septimanis, et post in septimana hominibus Vaieuodae integre prestari debet.

Quae omnia supra descripta prefati Serenissimus Rex Poloniae eiusque posteri

Consiliariique et subditi suae Maiestatis ac Vaievoda Valachiae(1) cum suis posteris et subditis, in omnibus punctis clausulis et conditionibus tenere et obseruare inviolabiliter debebunt et tenebuntur,

Ad quorum robur et perpetuitatem prefatus dominus Vaievoda Moldaviae debet iuramentum corporale prestare, quod omnia supra descripta inviolabiliter seruabit. Et insuper literis suis promittet se haec omnia seruaturum esse.

Pro maiori vero cautione prefatus dominus Vaievoda Moldaviae in literis huiusmodi suis, omnes consiliarios et subditos suos liberos dimittet atque ab obedientia absoluet sicuti per nuncios suos ex nunc prout ex tunc in eventum vbi Regiae Maiestati posteris, aut Regno Poloniae contra premissa bellum movere, incursionem in prefatam terram Pokuczie aut alia dominia regni facere, aut aliquam hostilitatem et inimicitiam vi et armis demonstrare vellet, quod hoc casu Consiliarij et subditi sui sint absoluti ab obedientia eius neque teneantur illum aduersus Maiestatem Regiam et Regnum Poloniae quomodocunque adiuvare.

Ad quorum omnium et singulorum supradescriptorum fidem robur et perpetuum testimonium presentibus literis nos oratores et nuncij prefati, simul et vtriusque partis Commissarii et nuncij vigore mandatorum suorum sigilla apposuimus et apposuerunt.

CVII.

Scrisórea Comisarilor mijlocitori *Ioan de Wartemberg* și *Claudiu Canciuncula* către *Petru-Vodă* din Moldova, stăruind să priméscă condițiunile puse de Regele Poloniei în cestiunea Pocuției. 1537, 15 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ad Vayuodam Moldauiensem die 15. Iunij.

Illustris Princeps domine Magnifice. Preter spem atque expectationam nostram accidit, quod Celsitudo vestra ad litteras nostras precedentes non aliter condescenderit. Nam ea media, de quibus Eminentia vestra nobis scribit iam prius fuerant a Celsitudinis vestrae oratoribus proposita; sed ex parte Regis Poloniae nullo modo recepta nec receptibilia. Conati tamen sumus iam per dies aliquot, si aliqua ratione possemus Magnificentiae vestrae Illustri ea que postulabat obtinere, testis erit Amplitudinis vestrae Secretarius dominus Gregorius Rosemberger qui has redditurus est. Sed omnia frustra cesserunt. Nam Rex Poloniae in Gratiam Serenissimi Regis Romanorum etc, et domini nostri Clementissimi non recusat pacem perpetuam cum Eminentia vestra. tametsi illam facilius tulisset, ante aliquot dies quam nunc vbi congregatus est exercitus, sed non recusat tamen: hoc autem recusat, ut quidquam, ne pagum quidem villam aut palmum terae (vt ita Dicamus) ex prouincia Pokutij remittat, vel alienet: idque duplici ex causa, tum quia sua Maiestas quantum ad totam illam Prouinciam, firmo iure nititur, sicuti litteras originales antiquas, mediae etatis, et datae recentioris vidimus sanas et integras: tum quod suae Maiestatis Regno periculosum est aliquid in ea re derelinquere, propter multa etc. Cum igitur videamus rem esse in puncto, vt vel pax recipiatur ab Illustri Celsitudine vestra, vel vt atrox bellum sustineat, impetravimus motu proprio tanquam mediatores et ignorantibus Magnificentiae vestrae Oratoribus, vu Magnificentiae vestrae Secretarius

---

1) d. i. Moldau.

supradictus nómine nostro ad Excellentiam vestram rursum proficisceretur. fide publica et Comite subdito huius Regni. Cui quidem Secretario absolutam et finalem Instructionem dedimus et media ultima constituendae pacis, si quidem illam. ad Commodum proprium et totius Christianitatis Magnificentia vestra malit quam Bellum. Itaque Illustris princeps domine Magnifice Eminentiam vestram oramus precamur ac per Omnipotentem Deum, per Iesum Christum et sanctam Religionem eius obtestamur velit, inprimis in hac aetate constituta conscientiae suae habere considerationem, ne propter aliquos priuatos affectus, uel ob villas aliquot seu terre portionem parui momenti, cuius iactura a Serenissimo Rege nostro abunde sarciri potest, occasionem existere patiatur, effundendi sanguinis Christiani et Christianae Reipublicue, quae nunc per Magnificentiam vestram oportune adiuvari potest nouum bellum inferatur. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, animae autem suae detrimentum patiatur. Deinde velit Celsitudo vestra filiorum suorum rationem habere, ne ista aetate istis bellorum tumultibus et calamitatibus implicentur, aut ipsis haereditas fortasse plena lachrymis relinquatur. Solent enim et victores ipsi non minus quam victi plerumque dolore, quia uidelicet, sicut prouerbio dicitur, aures hamo piscatum est. Et audimus quidem a multis eosdem Magnifentiae vestrae filios esse indolis praeclare, et talis, vt in magnam lucem et ad vtilitatem totius Christianitatis si in pace educentur, euasuri sint. Postremo Excellentia vestra Magnifica meminerit, quanta nominis celebritate et gloria fuerint eius Progenitores Principes Moldauiae, cum apud omnes Christianos tum praesertim apud Romanorum Imperatores ac Reges, et singulariter apud felicissimae memoriae Imperatorem Maximilianum: proindeque Magnificentia vestra, sicuti facere coepit, pergat reddere nomen suum Immortale apud modernum Caesarem, et Regiam Romanorum Maiestates dominos nostros clementissimos, non dubitantes, quin Celsitudo vestra reipsa diligenter praestatura sit id cuius spem eorum Maiestatibus. dudum praebuit, quod ipsum ita impletum iri sicuti non dubitant, sic etiam summopere expectant ac desiderant. Quae omnia dictus Gregorius Rosenberger nomine Serenissimi Regis nostri per nos suae Maiestatis Oratores representatj latius declarabit, cui in his omnibus dignetur Magnificentia vestra eam fidem Indubitatem adhibere, quam illi in proprijs habet. Excelentiae vestrae nos obnixe commendamus. Cracouiae die XV Iulij MDXXXVII.

CVIII.

1537, 23 Iulie. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Petru-Vodă*, lăudănd bunele lui dispoziţiuni şi stăruind să între la învoială cu Regele Poloniei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Moldauiae Waynoda. Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis, syncere dilecte. Ex literis oratorum nostrorum intelliximus rem pacis inter Serenissimum Regem Poloniae ac te ineunda eo deductam esse, vt de paucis aliquot pagis litigium adhuc intersit, quominus in hanc vsque diem negotium amicabiliter Compositum fuerit. Quare cum ut faciendum esse putemus vt ob rem non vsque adeo magni momenti armorum Congressum Certari dimicarique debeat, Nosque dicti Regis animum à Suscepta adversum te bellica expeditione retrahere omnibus mediis studemus, id que si modo te vt par est, in reliquo, de quo nondum inter vos Conuenit faciliorem praebueris, rogatu nostro apud se obtenturos speremus, Te magno

pere requirimus et hortamur, Vt quosd res fieri queat ita te accomodare ad pacem Concordiamque Velis, ne frustra operam illam laboremque Vtriusque Vestrum Causa suscepisse videamur. In quo nihil nobil gratius facere queas, quemadmodum latius ab oratorum nostrorum litteris percipere potuisti. In reliquis vero te de Conatibus tuis, rebusque ijs, quas in nostri Commodum facere statuisti, quasque praedicti oratores nobis perscripserunt maiorem in modum laudamus, eam tuam in nos fortunasque nostras Curam probabileque Consilium, Clementi suscipientes animo, Curaturi nimirum vt quidquid nostra Causa susceperis te minime poenitere queat. Datum Prage 23 Iulij 1537.

CIX.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către Regele *Sigismund I.*, stăruind să fie îngăduitor în cestiunea Pocuţiei. — 1537, 23 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Poloniae. — Ferdinandus etc. Serenissimo etc.

Haud mediocri animi nostri voluptate ex literis Oratorum nostrorum cognouimus rem conficiendae pacis inter Serenitatem Vestram et Wayuodam Moldauiae, pro aequanimitate eiusdem Serenitatis Vestrae eo redactam esse, uti de paucis pagis disceptatio quaedam supersit, quae si mitigari lenirique queat, ita ut Serenitas Vestra aliquid vel sua sponte, vel in nostri gratiam remittat, vel ob tam exiguam quae adhuc superest terrae portiunculam, rem armis vindicandam minime statuat, iam facile spes sit futurae uti pro publico bono optamus concordiae. Quamobrem cum totius istius rei summa in eo loco versari videatur, ut sublatis grauioribus iam nunc Impedimentis, de reliquo, quod vel minimum prae superioribus aestimatur sic ineatur ratio a Serenitate Vestra eiusque Regnorum ordinibus, ne postquam parum adhuc interest, quominus controuersia sedetur, operam nostram laboremque frustra ea in re suscepisse videamur, Serenitatem Vestram etiam atque etiam vehementer rursus hortandam duximus, ut nostro rogatu Impulsuque sese cum ijs ipsis qui suo sunt imperio subiecti ad pacem concordiamque dare non grauetur, etiam si ob bonum commune sibi nonnihil de suo concedendum remittendumque sit, Nam cum haud quidquam maiori studio cupiamus quam illam inter Serenitatem Vestram et Moldauiae Wayuodam controuersiam penitus extinctam iri, maxime ex quo operam nostram ad eam rem conficiendam, supradictorum Oratorum nostrorum Interuentum pluribusque literis interponere non dubitauerimus, maiorem in modum confidimus Serenitatem Vestram se facilem ad concordiam praebituram, susceptamque armorum expeditionem una cum Regnorum suorum Ordinibus proceribusque deposituram, ut laetari possimus nos suasione hortationeque nostra tantum apud Serenitatem Vestram valuisse, quantum semper de ea ob arctissimam illam mutuamque amicitiam, necessitudinisque nostrae multiplex vinculum persuadendum nobis putauimus. Sic enim et expectationi de se nostrae satisfacere et sibi magnam apud omnes veluti pacifici Regis gloriam praeter aliarum virtutum suarum praeconia comparabit Reipublicae quoque Christianae commodo utilitatique recte consuluisse existimabitur, et nos praeterea sibi alioquin multis nominibus deuinctos, maiori cumulatiorique beneficio obstringet, ut sua causa omnia etiam libenter facere, quemadmodum debemus, non simus unquam recusaturi. Quae felicissime valeat. Datum Pragae 23 Iulij 1537.

CX.

1537. 23 Iulie. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către Regina *Poloniei*, rugându-o să intervie pe lângă soţul ei pentru resolvarea pacinică a conflictului privitor la Pocuţia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Reginae Poloniae. — Ferdinandus etc. Serenissimae etc.

Ex litteris Magnifici et Reverendi Ioannis Baronis a Wartemberga et in Strackonitz, supremi Magistri prioratus in Regno nostro Bohemiae, ac Honorabilis Docti Claudij Canciunculae, Consiliariorum et Oratorum nostrorum non sine magna animi nostri laetitia cognouimus, quo affectu, quoque mentis ardore ac non uulgari studio Serenitas Vestra operam suam eximiamque gratiam atque fauorem egregium ad Instantiam Oratorum nostrorum nomine nostro factam in negotio pacis inter Serenissimum Dominum Sigismundum Regem Poloniae etc. fratrem et sororium nostrum Charissimum eiusque conjugem et Wayuodam Moldauiae, procurationis nostrae Interventu componendae adhibere illiusque controuersiae causam adiuuare contenderit. Quamobrem etsi haec sua erga nos propensissima voluntas minime noua neque inexpectata nobis accedere potuit, ut quam nostrae in se beneuolentiae plurimum tribuerit, pro mutua necessitudine eique ex omni parte respondere iam olim prospectum habuimus, tamen ob eam amoris in nos sui testificationem tam luculentum animumque ad pacis studia adeo propensum ei ingentes sane hic gratias agimus et habemus, Hortantes subinde, quamquam nihil opus sit, eandem Serenitatem Vestram ut pro sua auctoritate atque gratia, qua omnia potest, tantum adhuc cum publici boni causa tum nostri respectum efficere velit, quo depositis armis, abiectaque pugnandi cupiditate inter dilectissimum Serenitatis Vestrae coniugem Regnique istius ordines, ac Moldauiae Wayuodam per amicabilis compositionis viam controuersia eorum complanetur, bonaque et salutaris pax firmetur, praesertim cum grauioribus illius contentionis difficultatibus iam sublatis id parum quod adhuc superest, aequiori animo utrinque remittere laudabile fuerit et ambabus partibus utilius certe, quam ut inuicem ad conflictum certamenque progrediantur, speramus autem in hoc Serenissimum Poloniae Regem Serenitatis Vestrae impulsu se tam facilem et mitem praebiturum ut in nostram gratiam plura sit facturus quam fortasse dicto Moldauo expectandum fuisset quem vehementius hortati sumus, ut cum de paucis adhuc pagis litigium intersit, nolit se duriorem ostendere, sed id potius quod aequum est concedere. Ceteras Serenitatis Vestrae literas ad XXVIII mensis Iunij proxime praeteriti datas accepimus Et quia nuperrime proregis Neapolitani literas nobis excusandi sui causa de eo quod circa Ducatus Barensis administrationem egisset, scriptorum exemplum Serenitati Vestrae transmisimus, potuit eadem facile ex eo intelligere, nobis negotium illud suum valde curae cordique fuisse, Pollicentes eidem nos pro nostra singulari in eam beneuolentia ipsius res omnes tam in statu suo Barij quam alibi, ubi opus fuerit, Sacrae Caes. Majestati etc. quam accuratissime frequentissimeque commendaturos esse, quemadmodum hactenus ex animo fecisse vere affirmare possumus. Reliquum est ut vicissim a Serenitate Vestra petamus velit supradictum pacis negotium sicuti cepit amanter et diligenter iuuare promouereque, ut debitum speratumque effectum exitumque sortiri possit, quodquod nobis magnopere pergratum erit. Et Serenitatem Vestram feliciter cum suis valere, diuque sospitem uiuere optantes. Datum Pragae 23 Iulij 1537.

— — —

CXI.

Scrisórea lui *Petru-Vodă* cătră Regele *Sigismund I.*, vestindu-l că e gata să ţie pept cu el şi că în cel maĭ rĕu cas va cere ajutorul Porţii. 1537, 24 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Schreiben des Petrus, Woywoden der Moldau, an Sigismund, König von Pohlen, ddo 24-ten Iuli 1537. Aus einer Abschrift im kk. Staatsarchive).

Serenissime Princeps et domine domine Amice ac Vicine Maior semper honorande etc.

Petrus Dei Gratia Wayvoda et Dominus ac haeres perpetuus Regni Moldaviensis etc. Intelleximus Maiestatem vestram arma moturum hostiliter contra nos et hoc Regnum Moldaviense. Istud Regnum est supremi ac Invictissimi Imperatoris Turcarum Domini nostri Clementissimi, ac nobis concessit possidendum, vivat sua Cesarea Maiestas. Ignoramus in quibus offendimus factis nostris Vestram Maiestatem. Scimus Maiestatem Vestram a suis Baronibus consiliari, invadere hoc Regnum Imperatoris etc., qui principium respiciunt, finem autem ignorant. Igitur et si Maiestas Vestra sitit sanguinem christianum, faciat ad vota sua Regia. Nos quoque sumus omnibus viribus nostris parati et expectaturi vestram Maiestatem. Deo est noscere cui fortuna juvabit, et si profligabimur a Maiestate Vestra, profligati erimus per Potentissimum Principem ac Regem varia Regna Regentem. Ubi autem misericors Deus fortunam nobis concesserit, quod non diffidimus, ac Maiestas Vestra profligatus extiterit, extunc tantum per unum Waywodam Moldaviensem profligabitur. Verum quidem speramus pro defensione Regni Imperatoris, adesse gentem Turcarum. Quicquid egerit Maiestas Vestra, sit in suo arbitrio. Ipsamet noscit archana Cordis sui, quicquid sit agendum. Ex Castris In Vigilia S. Iacobi Appostolorum. A nato Christo Millesimo Quingentesimo Tricesimo Septimo.

Serenissimo Principi et Domino Domino Sigismundo Dei Gratia Regi Poloniae, Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. domino ac heredi etc., domino Amico et vicino honorando.

CXII.

Scrisórea lui *Petru-Vodă* cătră plenipotenţiariĭ mijlocitorĭ *Ioan de Wartemberg* şi *Claudiu Canciuncula*, arĕtându-şi vederile în cestiunea Pocuţiei şi recomandându-le pe plenipotenţiarul sĕu Grigorie Rosemberger. 1537, 24 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Petrus Dei gratia Waywoda et Dominis ac heres perpetuus Regni Moldawiensis. Magnifici Domini et Amici obseruandi, salute ac felicitate. Ea Omnia queque Nobis medio Egregij gregorij Rosemberkii secretarij nostri fidelis dilecti significarunt, tam

tenorem litterarum M. D. V. clare Intelleximus. Intelligimus Serenissimum Regem Polonie, territorium pokwchiae aut ex Illa porciunculam, nullo modo Concedere, nobis, plurimum Contra nos Iam arma sumsit, ac hostiliter hoc Regnum Moldawiense Invadere Cupit, quod si sitit sanguinem Christianum ac porciunculam terram quam notificabit praefatus gregorius, n. M. D. V., ex sua gratia Regia nobis non assignauerit, fiat In Arbittrio sue Maiestat. Tamen nos testamur deo quod non optavimus, Effundere sangwinem Christianum. Itaque Rogamus M. D. V. pro utilitate Rei publice Christianorum quatenus M. D. V. suplicarent Maiestati Regie, ut sua Maiestas dignaretur gratia Sacratissimi Romanorum etc. Regi ac gratia nostre fideli perpetue Serenitatis hanc porciunculum Terram qua nunc Continet, miliare ad latitudinem. Igitur quod si sua Maiestas nobis donauerit ex tunc pax bona perpetua Inter Suam Maiestatem et filiorum nostrorum firmabitur, Ubi autem Sua Maiestas Recusauerit, Terram Illam assignare, gratia Sacratissimi Romanorum Regis domini Nostri clementissimi, ac nostre fidele perpetue Serenitatis Credimus terram pokwciensem pocius stare desertam quam habitabilem. Tamen nos ab ista parte Regni Maiestati Regie fuimus ac sumus, pro diffensione ut scuttum tam ex parte Tartarorum quam Turcarum, Sua autem Maiestas hec omnia pro minima Re habet, Vna die possemus Maiestati Sue plura fidelia servicia ac Regno Sue Maiestatis exhibere quam Illa porciuncula terra prevaleret. In multis annis scimus Maiestatem Suam nullum ex praefata Terra fructum adipiscere. Igitur quod si Maiestas sua nequaquam ad optata nostra praenominatam terram nobis Concesserit, amplius Impetrare a Sua Maiestate nollumus, fiat In arbittrio Sue Maiestatis, pro eo quod si hostiliter venerit ad hoc Regnum nostrum Moldawiense, scimus deuastacciones plurimas fieri Regni nostri, speramus In deum protectorem, habebit nos vigilantes, qua mensura mensiit, Rimensitur, quantum hic In Regno nostro Igni et ferro deuastabit, In duplo deuastabitur Igni ac ferro Regnum sue Maiestatis per turcas et Tartarios, nucquam post Ingressum sue Maiestatis hoc Regnum Moldawiense ab alia parte habebit Tartarios in suo Regno. Ideo Rogamus M. D. V. ut deffiniant omnia ad bona, si autem terram notam Maiestas sua donauerit ac pax Inter hec duo Regna firmabitur, ea Condicione ut Iubagiones ac subditi nostri sine licencia nostra gratia morandi pokwchiam ne habeant Intrandi. Ceterum quicquid hyc Egregius gregorius Rosemberger secretarius nostro nomine M. D. V. Rogamus In omnibus fidem Indubiam adhibere dignetur, Ea omnia dicet quicquid a nobis etc. firmacionem nostra habet. In Relinquo deus maximus ac benignus M. D. V. sanam et felicem ad longa tempora Confirmare dignetur. Ex Castris nostris In vigilia s. Iacobi appli. Anno Salutis millesimo Quingentesimo tricesimo septimo.

Von Aussen: Magnificis dominis Ioanni Zwartemberkano ac Claudiensi Cancionensi Iurisconsulto etc. oratoribus sacratissimi Romanorum Regis etc. dominis Amicis obseruandissimis

---

CXIII.

Scrisórea lui *Petru-Vodă* cătră comisarii mijlocitorĭ *Ioan de Wartemberg* și *Claudiu Canciuncula*, declarând că e gata să renunțe la Pocuția. 1537, 24 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Petrus dei gracia Waywoda et dominus ac heres perpetuus Moldawiensis. Magnifici domini amici obseruandi, post salutem et omne bonum. -- Considerantes ne pro territorio Pokwchiensi amplius sangwis Christiana funderetur, Inter Serenissimum Regem Polonie ac Waywodarum dominorum Moldawiensium, verumquidem, supplicauimus sepissime Serenissimo Polonie Regi, vt gracia nostrae bonae vicinitatis et perpetue pacis praedictam terram Nobis ac Regno nostro Moldawiensi assignaret quae Recusauit. Igitur ne vt plurimum sanqwis pro Illa terra effundetur, pro fauore et gracia sacratissimi Romanorum, Hungarie, Bohemie etc Regis domini nostri Clementissimi sit terra Illa Pokwciensis assignata omni Iure Serenissimo Regi Polonie possidenda Imperpetuum Tantum, quod sua Maiestas Regia Committat suis officialibus granicialium Regni sui, vt omnibus subditis nostris Iusticia administretur, ac discursiones hic In Regno ne peragant. Pro Inde, quod si praefata Terra habitabilis per subditos maiestatis Regie defenditur habitare, ex Tunc subditi nostri vt qui sese ad Illam terram gracia morandi sine licençia nostra acciperent, nullo modo Ibidem detineantur, sed sine omni Iure quesito non Reducentur eorum bonis et Rebus, pro vigore istarum literarum Nostrarum habent Oratores nostri, In persona nostra auctoritatem, Eorum Chirographijs munificandam, vt dum et quando maiestas sua deputauerit Oratores suos huc ad nos gracia perpetue pacis firmande, valeant omnia dilfinire pro Reipublice Christianorum. Speramus omnino graciam nobis a Sacratissimo Romanorum Rege. deus Magnificam dominationem vestram sane Conseruet. Ex Castris nostris In Vigilia Iacobi apostoli. Anno Salutis 1537.

Aufschrift: Magnificys dominis Ioanni Zwartemberkano Ac Claudio Canciuncule Iurisconsulto, Oratoribus Sacratissimi Romanorum Regis etc., dominis Amicis obseruandis.

Zudem steht auf dem Couvert die Bemerkung: Literae ficti consensus donec exijssent Moldauj Legati, Poloniam. Traditae Cracouiae die 6. Augusti Anno 1537. Secreto à G. R. (d. s. Gregorio Rosemberger).

CXIV.

Scrisórea *Reginei Poloniei* cătră Regele *Ferdinand I.*, încunoștiințându-l că stăruințele ei în cestiunea Pocuției au rĕmas zadarnice. 1537, 31 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Serenissimo principi domino Ferdinando diuina fauente clementia Romanorum Regi semper Augusto, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croaciae etc Regi, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Marchioni Morauiae, vtriusque Slesiae

Duci, Comiti Thirolis etc. Bona eadem gratia Regina Poloniae, magna Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Bari Princeps Rossani, Masouiae, Samogitiae etc domina, fratri ac consanguineo suo charissimo ac honorando salutem et foelicitatem, atque intimi amoris continuum incrementum. Serenissime Princeps domine frater, et consanguinee charissime ac honorande. Redditae sunt nobis literae Serenitatis vestrae quibus grato animo se accepisse testatur operam nostram, quam ad pacem conciliandam stabiliendamque inter Serenissimum Principem Dominum et coniugem nostrum colendissimum, Poloniaeque inclitum Regnum, ac inter Vayvodam Moldauiae, praestimus. Cupit subinde Serenitas vestra, ut caeptum negocium omni diligentia et opera nostra ad effectum finemque optatum perducere contendamus, presertim, quum grauioribus huius contentionis difficultatibus iam pene sublatis, de paucis adhuc pagis ageretur, id quod Serenitas vestra ex literis oratorum suorum, hic agentium intellexit. Equidem Serenissime princeps, quamuis Regiae Maiestatis domini et consortis nostris colendissimi, atque omnium Senatorum, omniumque Regnicolarum nostrorum, animi sint eo intentissimi, vt in hoc hoste, quo leuiorem inferioremque hoc Regnum non habet, iniuriam illatam, armis haud mora vlciscerentur, quod Deo optimo maximo bene iuuante, paruo negocio, paruoque tempore conficere possunt. Tamen vt in hac re desyderio Serenitatis vestrae morem geramus, interposueramus partes nostras omni studio et diligentia, vt res concordia pocius quam armis conficeretur. Et Regia Maiestas etiam Serenitatis vestrae ob respectum, iam tandem non admodum refragari videbatur : si hostis aequas conditiones pacis acceptare voluisset; verum is qui non indicto bello : nulla iusta ac legitima causa habita : agros Maiestatis suae depopulatus est; vbi pro damnis satisfacere deberet; illic partem bonorum Regni ad se nullo iure spectantem petit: Non sunt autem aliquot pagi, quemadmodum Serenitas vestra edocta est, sed territorium vnum supra triginta villas continens, huc accedit, quod si Regia Maiestas huic Territorio renunciauerit egre id pacientibus Regnicolis, itinera sibi ad alia dominia intercluderet. Quare Serenitas vestra aequi bonique consulat velimus, quoniam Vayuodae temeritati tribuat. Nos aequidem si qua in re tum in hac potissimum, quam videmus serenitati vestrae cordi esse, omnia facere vellemus; quae cum dignitate Regiae Maiestatis consortis nostri, atque huius Regni saluis Juribus facere liceret. Quod Serenitas vestra Caesareae Maiestati negocia nostra commendare dignita sit, id quod ex schedula nobis missa intelleximus : et commendare pollicetur vbi opus fuerit, habemus hoc nomine Serenitati vestrae gratias, cupientes plurimum, id facere velit, quando Caesareae Maiestati aut domino Viceregi Neapolitano scribet, ac iniungere dignetur, Oratori suo apud Caesaream Maiestatem, vt quando Officiales nostri postulauerint, operam suam illis Serenitatis vestrae nomine praestet, in rebus nostris iustis ac honestis. Quod nos omnibus officiis mereri contendemus eidem Serenitati vestrae quam diutissime foelicissimeque valere et regnare vehementer optamus. Cracouiae ad diem vltimam mensis Iulii. Anno domini M.D.XXXVII.

Eiusdem Maiestatis vestrae soror

Bona regina.

Serenissimo Principi Ferdinando diuina fauente clementia Romanorum Regi semper Augusto ac Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croaciae etc. Regi, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Marchioni Morauiae et vtriusque Slesiae duci Comiti Thirolis etc. fratri et consanquineo charissimo ac honorando.

CXV.

Scrisórea Regelui *Sigismund I.* cätră Regele *Ferdinand I.*, expunând motivele pentru care nu póte ceda în cestiunea Pocuției. 1537, 4 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissimo principi domino FERDINANDO diuina favuente clementia Romanorum REgi semper Augusto ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croatiae, Slauoniae etc. Regi, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Comiti Tirolis, fratri ac consanguineo nostro charissimo et honorando, SIgismundus dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae ac Masouiae etc. dominus et heres, Salutem et fraterni amoris continuum incrementum. Serenissime Princeps et domine frater et consanguinee charissime et honorande, Quantum ex literis Maiestatis vestrae cognoscere licet, videmus oratores illius vanitatem hostis nostri nondum satis exploratam habere, atque nunciorum eius verbis deceptos, Maiestati vestrae perscripsisse, qua de terrae parte nobis cum hoste nostro nondum convenit, eam esse perexiguam, neque magnopere dignam, quam armis ab illo vindicemus. Longe res habet aliter, Nam pars illa prouinciae non solum maior est illorum praedicatione, verum etiam patior et fructuosior, quae ut iam talis esset, qualis est a Valachis appellata, tamen an personae nostrae sit et dignitatis, obstinatum hostem parte prouinciae nostrae data quasi placare, atque ita pacem ab eo quasi nundinari velle, vestrae Maiestati iudicandum relinquimus. Quanquam est etiam alia causa maior, quae nos hac in re desijderio et postulationi Maiestatis vestrae satisfacere non permittit, jusiurandum enim facimus nos, non modo non alienaturos a regno quiduis minimum proprietatis et possessionis, verum eriam amissum vel tantillum recuperaturus, et ut huic sine periculo partem hanc provinciae dare liceret, consensu etiam regni nostri ordinum, qui constanti voluntate hactenus abstiterunt, ne hosti de eo, quod regni est, proprium concederemus quidquam: tamen ut varii sunt humanarum rerum casus, fieri potest, ut huius ditionem maior olim aliquis et potentior hostis occupet, qui vbi semel in parte prouinciae nostrae pedem posuisset, occasionem atque adeo ius sibi datum existimaret in reliquam inuadendi, atque eam sibi quacunque ratione vendicandi. Qua ex re non solum nostrum, verum etiam Maiestatis vestrae Hungariae Regnum in summum periculum et discrimen vocaretur. Quare magnopere Maiestatem vestram rogamus, ea a nobis ut postulet, quae citra dignitatis nostrae iacturam, citra Regni et dominiorum nostrorum detrimentum confici et praestari a nobis possunt, in ijs enim sentiet nunquam nos mutuae nostrae coniunctioni, atque arctissimae necessitudini defuturos, ita ut in hac quoque causa non defuimus, Nam cum ab hoste hoc nostro, quo tempore a regno absentes alio fuimus grauiore bello occupati magnam iniuriam maiore cum ignominia coniunctam accepissemus, fecimus in gratiam Maiestatis vestrae, vt et hanc, et quae fuerunt nobis ab illo damna illata, ea Maiestatis vestrae iudicio estimanda committeremus, facile ut cognoscere potuerit, Maiestas vestra facturos nos fuisse libentissime, vt tantae illius voluntati cederemus, sed qua in re agitur dignitas nostra, qua in re nobis est, nequid olim republica Regni nostri detrimenti capiat prouidendum, in ea si desijderio Maiestatis vestrae satis non facimus, speramus illam pro prudencia sua, proque amore erga nos, aequi bonique consulturam, In aliis si quando periculum fecerit, nullum in nobis coniunctissimi amici officium desiderabit. Quam optamus bene valere, et foeliciter rem gerere, eiusque nos fraterno amori commendamus. Datum in Ciuitate nostra Leopoliensi, sabbato post foestum sancti PEtri Ad vincula, Anno Domini M.D.XXX.VII, Regni vero nostri XXX.I.

(4 Augustj) *Sigismundus Rex.*

Aufschrift: Serenissimo principi domino Ferdinando diuina fauente clemencia Romanorum Regi semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croaciae, Slauoniae etc. Regi, infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, comiti Tirolis, fratri et consanguineo nostro charissimo et honorando.

CXVI.

1537, 6 August. Scrisórea Comisarilor mijlocitori *Ioan de Wartemberg* și *Claudiu Canciuncula* cătră Regele Poloniei *Sigismund I.*, rugându-l să-i acorde lui Petru-Vodă un armistițiu de unu ori doi ani.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ad Regem Poloniae.

Serenissime ac potentissime Rex domine Gratiosissime. Non dubitamus quin Regia Maiestas vestra per Consiliarios suos hic Cracouiae in Causa Pokutj relictos certior facta sit, nihil in nobis desideratum fuisse eorum quae iussu et mandato Augustissimi ac Serenissimi Romanorum Vngariae, Bohemiae etc. Regis etc. domini nostri Clementissimi, ac eiusdem causae perpetuam pacificationem pertinere, uel a nobis seu suae Maiestatis Oratoribus sperarj potuerunt uel debuerunt. Sed cum (ita volente deo) pacis via procedere non potuerit, Rogati sumus a Moldauij Vayuodae Commissarij, ut cum dictis Maiestatis vestrae Consiliarijs de obtinendis inducijs tractaremus, quod ipsum inspecta rursum Instructione nostra, illis denegare commode nequiuimus, atque ea de re cum dictis Serenitatis vestrae Consiliarijs egimus. Quiquidem id nobis responsi dederunt, pace iam non procedente, extinctum esse quod a Maiestate vestra mandatum accepissent, id officij sui reliquum esse, ut Valachi Commissarios, datis conductoribus, usque ad regni limites tuto et fide publica remitterent. Attamen cum Inducias per nos impetrari postulassent, velle se quoque ad petitionem nostram super Inducijs Maiestati vestrae scribere. Itaque Serenitatem vestram Regiam nomine Serenissimi Regis nostri, et ad sanguinis Christiani uitandam effusionem et bono cum Reipublicae Christianae, tum huius Regni priuatim rogamus et obsecramus, vt in gratiam dicti Serenissimi Regis nostri, huiusmodi Jnducias, dictorum Walachorum domino ad annum uel biennium concedere dignetur, ac super his, cum eis in eorum transitu conuenire. Si tamen huiusmodi Jnduciae Maiestati vestrae et Regno suo nihil detrimenti sint allaturae. Vt sacra Romanorum Regia Maiestas dominus noster Clementissimus, hac via comperiat, suas preces apud Regiam Maiestatem vestram tantum in effectu valuisse, quantum Serenitatis vestrae publica ratio commode ferre potest. Reliquimus hic e famulis nostris vnum, qui litteras Maiestatis vestrae ad hanc nostram petitionem nobis afferrat in itinere, vbi eum satis diu ut speramus expectaturi sumus. Tametsi libentius ad Serenitatem vestram vbiobi esset venissemus prout etiam facere obtulimus, nisi consiliarij vestrae Maiestatis ab eadem litteras in diuersum se accepisse nobis declarassent. Quidquid rescripserit Maiestas vestra Serenissimo Regi nostro diligenter indicabimus felix. ac florens valeat Serenitas vestra, et Vincat. Cracouiae die VI. Augusti Anno M.D.XXXVII.

CXVII.

Scrisórea Regelui *Sigismund I.* cătră Comisarii mijlocitori *Ioan de Wartemberg* şi *Claudiu Canciuncula*, vestindu-i că va cere hotărirea dietei în cestiunea armistițiului cerut de dênşii. 1537, 12 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sigismundus dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, totiusque Prussiae ac Masouiae etc. dominus et heres.

Reuerende ac Venerabilis Domini sincere nobis dilecti. Accepimus Spectabilitatum vestrarum literas, quibus nomine Serenissimi domini sui a nobis contendunt, ut postquam nulla certa pax inter nos et hostem nostrum Vayvodam coire potuit, inducias saltem ad annum vel biennium cum illo, in gratiam Serenissimi Regis illarum domini constitueremus, Quae Spectabilitatum vestrarum postulatio vtcumque nos causa nominis et voluntatis illarum. Regis Serenissimi plurimum permoueat, et in obsequium fraternum atque amicum, alliciat, Quia tamen eo loci omnis rationum nostrarum summa cum Valacho hoste nostro recidit, ut nihil a nobis in gratiam Serenissimi domini Romanorum etc. Regis concedi possit, quod vel hostis metus aut necessitatis causa, alicuius factum non calumnietur, vel nostri subditi qui fratrum iniuria ad vindictam incensi, huc iam impendio et apparatu facto confluxerunt, accusaturi non sint, excusatos non esse apud Serenitatem illius, cupimus, quod ad praesens vllis recipiendis inducijs assentiri non possumus, Nam vbi id re integra et citra ignominiam vel iacturam regni nostri, adeo insignem facere nobis liceret. Equidem sicut in ceteris rebus, ita in hoc quoque Serenitatj illius beneuolenciam et obsequium amicum nostrum desijderari in nobis non pateremur, Est adhuc nobis cum ordinibus et exercitibus regni nostri hisce diebus necessario conueniendum, ad quorum primaria capita, poterimus postulationem istam Serenissimi Domini Romanorum Regis de inducijs referre, quos si non nimium abhorrere ab hac re videbimus. Dabimus operam ut si id citra dignitatis nostrae offensam, et quietis reliquorum nostrorum animis praestari tandem poterit, nos in hoc, vel cum incommodo quopiam nostro voluntati et commodo Serenitatis illius obsecundemus, pro eo enim fraterno officio, quod illius Serenitas rebus nostris praestare non grauatur, nostrum vicissim obsequium, Serenitatj illius testatum et acceptum facere cuperemus, Siquid autem in hoc aliud deliberatum a nobis fuerit id nos tum ad ipsum Serenissimum Dominum Romanorum regem consanguineum nostrum charissimum, perscribere curabimus. Cuius nos fraterno amori atque beneuolencia interim commendari cupimus. Spectabilitates vero vestras bene valere optamus. Datum in Ciuitate nostra Leopoliensi 12. Augusti Anno domini M.D.XXXVII. Regni vero nostri Anno XXXI.

Ad mandatum Sacrae Maiestatis Regiae proprium.

Aufschrift: Reuerendo et Magnifico. Venerabili et docto viris Dominis Ioanni a Vertemberga, ordinis Rhodianorum in Straconicae magistro, et Claudio Canciunculae Iuris vtriusque doctori, ac Serenissimi Romanorum Hungariae et Bohemiae Regis, ad se Oratoribus, sincere nobis dilectis.

CXVIII.

1537, August. Raportul Comisarilor *Ioan de Wartemberg* şi *Claudiu Canciuncula* către Regele *Ferdinand I.* despre mersul negoţierilor privitóre la Pocuţia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Relatio super Negotio pacis inter Regem Poloniae et Moldavum, ex anno 1537, mense Augusti).

An die Römische kon. Majestät etc. Unnsern Allergnedigsten Herren.

Kurtzer Ausszug vnd Sommary Relation Was auff Ewer kon. Mt beuelch vnd Instruction, durch vns Zu end vnderschriben, gehandlet, Inn der Legation gen Crakaw Zwuschen Polnischer kon^er Mt etc. vnd dem Moldawischen Waywoda.

Allergnedigster konig. Auff Pfingstag Dornstag den VII-ten Junij vmb vier vren des klainen Zaigers nach mittag (dann wir Inn der Behemischen Cantzley nit ehe verfertigt) sind wir von Prag verritten vnd noch desselben abents Vier meyl wegs von Prag vnd Zwo stund Inn die nacht gefaren. Vnd haben vns darnach auff dem weg souyl möglich beferdert.

Zu Asttraua (ligt Zehen Meyl von Olmutz und XIIII von Crakaw) Ist zu vns komen des konigs von Polen Camerdiener ainer, vnd angezaigt, sein Mt hett unser vor ettlichen Wuchen gewartet, kondt aber nit lenger dann noch wenig tag zu Crakaw verharren, derhalben solten wir eylen etc.

Darauff wir vnderstanden, von dannen gen Crakaw, Inn Zwayen tagen Zu Ziehen, wiewol der Weg treffenlich dieff vnd böss, Wir hettens auch gethan, wa vns der Protzky der von seinem konig auff vns zu warten verordnet, am andern tag nit embotten, dass es seiner Mt nit geuallen wurd, so wir spät einreitten wolten, von wegen des gegenreitens vnd empfahens etc. Also sind wir die nacht In ein dorff verblyben, Zwo Mayl wegs hindisset Crakaw.

Mornigens frue (ist der Neunzehend tag Junij gewest) sind vns eine halbe Meyl von der Statt entgegen Zogen bey den IIII^100 pferde vberauss brechtig vnd wolgerust, auff allerlay klaidung vnd Rüstung vnderschidliche als Polnisch, Teutsch, Vngarisch, Tatterisch, vund dergleichen, Haben uns als Ew. kon. Mt. Bootschafft des Iungen konigs Hoffmaister vnd der Herr Tarlow yetzund Bischoff zu Premisslen, der hie bey Ew. Mt Jungst vmb Ostern gewest, mit fast Zierlichen freundtlichen Wortten empfangen. Vnd vns also beglaitet biss Inn vnsrer Herberg da all ding bestelt gewest nach notdurfft, vnd der Protzky wie abgemeldt vnser zu pflegen verordnet,

Bald darnach haben wir vernommen Wie des Moldawers Botschaft vor acht tagen zu Crakaw gewest vnd noch

Mittwuchen, den XX-ten tag junij, frue, hatt vns der konig von Poln Audientz gegeben, vnd wir haben vnsern ersten Vurtrag, laut E. kon. Mt. Instruction seiner Mt gethan, offenlich Inn eim grossen Sal, da mher als II^100 personen gewest. Gleich darauff, den andern furtrag gegen dem Jungen konig, vnd vom dannen, gamach Inn derselben Stund, den dritten, vor der konigin. Alles Inn lateinischer sprach, deren die konigin auch wol bericht, nit allain Im verstand sondern auch vertig zu Reden. Auff welche vnsere furtreg, vns allenthalben, geburlich koniglich gemain antwurtt gegeben worden. So haben uns, desselbenmals vnd solang wir zu Crakaw gewest, zwen anssehenliche Herrn, auss vnser Herberg gen Hoff, vnd von Hoff wider Inn vnser herberg, auffs erlichest gefuert.

Desselbigen tags vmb Vespern Zeit, sind zu vns Inn vnser Herberg komen, des konigs verordnete Rete, Als Namlich

Der Bischoff von Plotzen, Obrister Cantzler.

Der Graff von Tarnaw Castellan zu Crakaw.

Herr Peter Kmita Waywuoda zu Crakaw vnd Oberster Marschalh.

Vund haben vns auss beuelch Irs konigs, nach ettlichen gemainen Hoffwortten, von Ew. Mt, gesundthait etc. vn (?) not zu meldenn, angezaigt, Dieweil der furgenommene krieg den Moldawer zu straffen, auff Ew. kon. Mt freundlich begeren, bisher vund so lang angestelt, dass seine Mt vnd derselben konig Reich nit gelegen, lenger dann noch wenig tag, die sach auffzehalten, So begerte sein Mt, dass wir die mittel, die Ew. Mt fur schedlich angesehen vnd vas beuolhen, Ihnen vnuer Zogenlich entdecken solten, damit sein Mt sich wusste auffs ehest zu entsliessen.

Darauff wir Inen auffs glimpfflichst, laut vnserer Instruction, angesagt, wie Ew. kon. Mt, auss Vrsachen so Inn unserm ersten furtrag gehört, vns abgefertigt, disen Span vnd Twytracht zwüschem Ihrem konig vnd dem Moldawer durch fridlichen weg vnd mittel, guettlich understeen abzustellen. Wir wolten auch seiner kon. Mt. solliche Mittel one verzug anzeigen. Iedoch erfordete die notdurfft, dass wir zuuor, der Moldavischen gesandten beuelch vnd gewalt vernemen, damit nit vmb sunst angefangen vnd gehandlet. Alssdann wolten wir vns gleich darnach zu seiner Mt. verfüegen, die Mittel furtragen, vnd In der gantzen sach nichts noch anders handlen, dann mit vorwüssen vnd willen seiner Mt. oder derselben verordneten Rete, Welches also zethun, Ew. kon. Mt. durch ainen besondern Artigkl, vns auffgelegt vnd beuolhen. Auff das aber, wir desto grundlicher mit den Moldawischen Reden möchten, begerten wir an obgemelte Rete, dass Sy vns wolten, Herkomen vnd Vrsprung diss Spans vnd Zwytrachts erkleren etc.

Also haben Sy vns die sach von anfang erzelt, Wie des yetzigen Moldawers vorfaren, seyen der kron zu Poln Lehenmannen vnd mit Aydtspflicht verbunden gewest, vnd der yetzig Moldawer auch. Dessgleichen, wie das Lendly Pokuty, zu der kron Poln yewelten zugehört, auch der konig von Poln vnd seiner Mt. vorelter, weren Inn desselben Lendlins besitzung allwegen, vnd der Moldawer nye gewest. Vnd dass solliches alles vnangesehenn auch vber brieff vnd sigel, pflicht Eer vnnd Ayd, zum thail auch Inn werendem Anstand, were der yetzig Moldawer Zugefaren, vnd Inn das lendlin mit heerskrafft gefallen, dasselb geplundert, verbrant, vnd verwuestet vnd also auch anderer gestalt vnzeliche schmach Iniury vnd schaden der kron Poln vnd derselben vnterthan Zugefugt. Welches alles, der konig mit einhelliger bewilligung seiner Stendt, zu straffen, vnd sich gegen dem Moldawer zu erholen entslossen. Aber nichtsweniger dieweil Ew. kon. Mt. sich die guettlichn hinlegung vndernommen, wolt der konig von Poln, die Mittel gern vernemmen, vnd Ew. Mt. ansuchen nit gering achten etc.

Zum vbrigen, liessen Inen die Rete gefallen, dass wir mornigen tages frue die Moldawischen gesandten wie vor gemeldet beschiken solten; Das wir auch gethan.

Demselbenben nach, sind am Dornstag, den XXI ten Junij, gantz frue, dieselben gesandten bey vns erschienen, vnd haben vns erstlichen, einen Credentzbrieff von Ihrem Herrn an Vns aussgangen, zugestelt, Welcher Im original ist mit A. bezaichnet, Vnd sich sunst mit Irem anbringen, der guetlichkait nit Vngemäss erzaigt.

Aber gleichvol, haben wir von Inen begert, ein erleuterung vber drey nachuolgende Artigkel.

Erstlich. Wie Ir Herr der Moldawer vermaine, disen Zanck einen anfang gehezt haben.

Zum andern, Wie es ein gestalt hab, dass Ir herr, das Lendly Pokuty also verherget vnd verderbt hat.

Zum dritten, mit was beuelch vnd gewalt sy von Irem Herrn zu diesem guettlichen tag abgeuertigt.

Auff den Ersten Artickl haben Sy gemeldet, dass aller vnwill entsprungen ist von wegen eins klainen lendlins so Ihenseit des fluss Nester gelegen, dann eine Iede

parthey, Poln vnd Walach, vyl Iar her gemaint, solichs Lendly gehöre Iro zu. Nun sey es kundtlich vnd offenbar, dass des Jetzigen Moldawers Vatter, dasselbe lendly bey weilen seins lebens vnd biss an seinen todt eingehapt, vnd sollichs vor kayser Maximilian vnd konig Vladissla zu Hungern baid hochlöblichister gedechtnuss, wider Poln mit Recht erhalten, des genugsamen schein vorhanden gewest. So wird auch in alten brieffen vnd sunst befunden dass der fluss Nester ein Recht grenitz Zwüschen Poln vnd Walach sey, Vnd liege dasselbe lendiy gegen die Wallachey vnd nit gegen Poln. Aber wie dem allem, so sey es durch ein guetliche Abred darzukommen, dass des jetzigen Moldawers Bruder, Bochdann genannt, der nach seines vatters absterben, dasselbe lendly eingehapt, dem Jetzigen konig von Poln, sollich Lendly nachuolgender gestalt abtretten, solt, Namlichen, dass der konig, so sein Mt. das lendly Innhett, dem Bochdan seiner Mt. schwester zu ainer erlichen gemahel geben, vnd zu einem heyratguet dasselb lendly widerumb einantwurtten solt. Solchen Vertrag hab der Bochdann seins thails gelebt, vnd dem konig, das lendly, auff hoffnung abgeredten heyrats, zukommen lassen. Aber der konig, hab Im seiner Mt. schwester nit gegeben, vnd nichts destoweniger sollichs lendly einbehalten. Darauss dann villerlay vnruw vnd ja zuletzt vor Neun oder Zehen Jaren ein Schlacht vnd darnach vyl scharmutzel, beschedigung, raub, brandt vnd allerlay widerwertigkait entsprungen seyen. Dann der Walach, habe dasselbe lendly, so er mit rechtlicher erkandtnuss erhalten, vnd Inn seinem bezirck lige, nit also mögen noch sollen faren lassen.

Auf den andern Artigkl, gaben die Walachenn gesandten dise maynung fur. Sy wussten von kainem angriff oder beschedigung so Im konigreich Polen durch Ihren Herrn oder die seine geschehen sey Inn werendem Anstand oder wider gelubd vnd zusagen. Besonder, es habe dise gestalt. Nach der Slacht, so wie abgemelt vor zehen Jaren vngeuerlich geschehen, sey ein Anstand zwuschen den partheyen auffgericht, Welcher nit lenger als ein Jar gewert, Hab sich gleich darnach villerlay vneinigkait baidersaits zugetragen, dass sy einander beschedigt, beraubt vnd erslagen haben. Vnd zuletzt vngeuerlich vor Zwayen Jaren, haben die Polaken ettliche gegend des Moldawers, verwuest verbrant vnd verherget. Dagegen Sy die Walachen, das obgemelt leudly, darauss die eingesessen Edelleut Inen vyl schadens Zufuegt, vberfallen, und auch angezundt vund beschedigt haben. Bald darnach, durch mittel Ew. kon. Mt., sey zwuschen Inen den partheyenn ein Anstand baiderseitz bewilliget. Vnd dieweil der, nit lenger hatt wören sollen, dann biss auff nechst verschynen Wynther, sey derselb anstand erstreckt worden bis auff Iacobj nechstkomend. Und also befinde sich dass diser handel noch Inn ainen anstandt vund befridung diser Zeit sey, das auch die Walachen, wider gelubd vnd Ayd oder Inn verenden anstand, nichts tatlichs, oder als Veyndt furgenommen haben.

Auff den dritten Artigkel, sagten Sy, dass der konig zu Poln hab Iren beuelch vnd gewalt, den sy zu diesem guettlichen tag von Irem herrn empfangen, selbs Inn Irem Credentzbrieff den sy seiner Mt. vberantwurteten genugsamlich begriffen. Dann es sey nit ein slechter gemainer Credentzbrieff, sonder ein sollicher, dass Ir herr darynnen verspricht vnd sagt zu, was sy die gesandten Inn diser sachen, thun, handlen, bewilligen vnd besliessen werden, das well er vestigklichen halten, als ob er selbs gegenwertig gewest vnd zugesagt hette. So es auch von nöten, wurd er sollichen vertrag, bey seinem vnd seiner landschafft Ayd vnd pflicht, ratificiren vnd beuestigen Inn bester formm.

Ferner haben Sy besliesslichen angezaigt, Sie seyen auff Ew. kon. Mt. gnedigst begeren abgeuertigt, Wellen also hören und erwartten, was wir Inen fur guettliche Weg vnd mittel furgeben werden, vnd was sy, vermög Ires herrn beuelchs thun mögen, werden sy sich als dem friden genaigt fynden lassen. So auch die sach Inn der guete hingelegt wirt Ir herr dem konig von Poln, Inn ander weg, zu nachpurlichem dienstlichem Willen vnd beystand ersheynen etc.

Und als die Walachen von vns Inn Ir herberg gangen haben wir vns der kon. Mt. ansagen lassen, mit begern besonderer hairnlicher Audientz, die vns dann vom seiner Mt. gegönt. Dero wir, was vorgeenden tags mit Iren Reten, vnd denselben morgen mit

den Walachen geredt vnd gehandlet, nachlengs erzelt. Mit ferrem anhang, Sogleich, diss lendlins halber vyl vnd lang gekriegt, vyl Christlichs bluts vergossen, vyl armer leut gemacht, vnd die lender noch mher verderbt, wurde dadurch die Irrung an Ir selbs, nit allain nit abgelaint, sonders vyl schwerer, vnd zu erledigen vilfaltiger gemacht werden. Und dass, Sollichs vbel alles zu vermeyden, vnd auff das, an diesem Ort, die Arme Christenheit mit einem newen krieg nit vberladen wurde, achtet Ewer kon. Mt. nichts billicher, eerlicher, bayden partheyen furtreglicher sein, dann dass bayde parthey, diser Irrung halben, so gelangend das lendly, als die Zugefuegte scheden, Inn ein vest Compromiss, auff die Römisch kay. Mt. (so es die parthey begeren wurden) sampt Ey. kon. Mt. oder auff Ew. Mt. allain sich begeben theten dergestalt dass Inn Jaresfrist nach auffrichtung des Compromiss zu Raiten durch Ewerer Mt. sampt oder sonders verordenten Rete vnd Commissary, die sach, zwuschen den partheyen guetlich hyngelegt vnd vertragen. Wa aber die guetigkeit nit verfienge, dass alsdann Innerthalb desselben Jars (wa das durch bayder parthey bewilligung nit erstreckt wurd) nach erforschung vnd fleissiger erwegung eins jedenthails gerechtigkait ein Rechtspruch durch dieselben Commissary eroffnet wurd, dass auch bayde parthey schuldig weren solichem spruch, stat zu geben, vnd denselben Inn ewigkait stät vnd vest zu halten, Bey einer hohen penn etc. wiedann das Compromiss wol vnd krefftigklich versehen werden möcht. Dass weyther Inn solcher Zeit biss zu der erkandnuss, kain thail wider den andren nichts thatlichs oder widerwertigs, nit furnommen sollt dergleichen dass biss zu sollichem Ausspruch, der konig zu Poln Inn Ruewiger possession desselben Lendlins wie es sein Mt. diser Zeit Innenhet verbleyben solt, on ainiche hindernuss des Moldawers der seinen oder sunst menigklichs.

Wir zaigten seiner Mt. ferner an, Wa sein Mt. Iches (1) weythers zu disem Compromiss setzen wolte, das bey dem gegentheil zu erheben möglich, darinnen wolten wir vns auffs empsigest befleissen, sollichs zu erlangen.

Begerend darauff von Ew. Mt. wegen, dass sein Mt. bayd Ew. kay. vnd kon. Mt. zu freundlichen gefallen seinem konigkreich, vnd der gantzen Christenhait zu gutem, solliche Mitel annemmen vnd bewilligen wolte vnd sich des gentzlichen getrösten, dass durch Ew. Mt. Commissary, seiner Mt. eher, nutz, vnd seins Reichs Wolfart fürnemlichst bedacht und erhalten wurd.

Vnd so wir hierauff seiner Mt. gemuet vernommen, wolten wir alssdann mit dem gegenthail auch Reden, dem wir solliche Mittel noch nit entdeckt hetten. Dann vnser beuelch lautet, alles mit vorwussen seiner Mt. dissvals zuhandlen.

Auf diesen unsern andern furtrag, liess vns der konig, durch seinen Cantzler, der allwegen bey der gantzen handlung vnd allenthalben gewest, anzaigen, sein Mt. wolt auff sollich vnser fürbringen Rats pflegen, vnd vns demnach, seiner Mt. gemuet entdecken lassen.

Freytags vor Johannis Baptiste, ist der XXII. tag Iunij gewest, sind nachmittag die drey obgenanten kon. Rete Inn vnser herberg zu vns widerkommen, vnd auss seiner Mt. beuelch vns auff abgeschribnen vnsern andern furtrag mit dieser antwurt begegnet.

Dass Ir gnedigester konig, hab gestert vor mittag, die Mittel, wir, des Compromisz halben guetlich oder Rechtlich etc. furgeslagen haben, vernommen. Vnd konne sein Mt. darauss nichts anders versteen, dann dass Ewer kon. Mt. sein des konigs zu Poln anzaigen, seiner gerechtigkeit halben Inn Zweiuel setze, mher als des gegenthails widerwertigs anbringen, das doch, lauter erdicht ding sey, dann kain sollich vrtail des lendlins halber nye ergangen, kain Moldawer desselb Inn prossess nye gehapt, des konigs schwester, dem Bochdann nye Zugsagt, noch der konig das lendly von Im empfangen etc. Dieweil aber Ew. kon. Mt sollich furgeben nit für vnwar jetzund halten wellen, das hab Ew. Mt. disen furslag zu embietten bewegt etc. Es sölle aber Ew. Mt. nit für vngut auffnemmen, dass der konig zu Poln Inn sollich Compromiss nit gewilligen kann, auss nachuolgender versach, dass seiner Mt. vngelegen Ir gerechtigkait des lendlins halben

1) Iches — Etwas.

so als offenbar zu seiner Cron gehört, durch compromiss Inn ein Zweiuel zu setzen, oder sich desshalben einichen menschen zu vnderwerffen, Wie dann sein Mt. Ew. kon. Mt. hieuor genugsamlich Zugeschriben habe.

Als wir aber ferner angezeigt, wo sein Mt andere mittel wisste, wolten wir vns laut vnserem Instruction, die zu erhalten, bemuehen, geb vns dise maynung zu understeen. Sein Mt. sey fast beschwerlich, auff ainich guetlichkeit mit dem Moldawer zuhandlen, diweil er weder trew noch glauben haltet.

Dann wie dem Alt Wallach, Steffan Moldawer aber das er des konigs zu Poln Lehenmann and Tributarius gewest, sey er Im Inn das land gefallen, Also auch der yetzig habe diss Iars Inn werendem Anstand, so zwuschen den partheyen auff Eirem kon. Mt. ansuchen, vnd durch herr Lassko auffgericht, bey Zheen dörffer Inn Podolia verbrant, vnd darzu ettliche Excubias oder grenitzhueter, gefangen, gepeinigt, jämerlich gemartert, und zum tod bracht.

Neben dem sey der konig von Poln wol vnderricht, dass sich der Moldawer treffenlich besorgt, vud auch vorhanden, dass der Turck die Wallachey einnemmen wirt, vnd so das geschehe (als zu besorgen dass es vor ein Jar geschehen wird) vnd dass der Turck befunde, dass sollichs lendly, als zweyffelhafft zu erkanndtniss gestelt, wurd er es auch als das sein, und zu der Wallachey gehörig, haben wellen. Dann wenn Poln nit, were die Walachey lengest unter dem Turck. Aber Poln, halts wie ein Vorburg, vnd hatt lieber den Walachen zu nachbur, dann den Turck.

Vber das, der konig zu Poln ist bericht, dass der Walach sich gegen den Turcken entschuldigen lassen, dass er Im sein Tribut nit mher geben khond, von des wegen, dass das land, darauss er Tribut gegeben, durch die Polaken verherget sey. So hab der Turck auff des Walachen begern, ettlich gesandten abgeuertigt, denen der Moldawer das lendly gezeigt, so am halbs verwuestet.

Wa nun die sach zue verzug oder Zweiuel gesetzt, vnd der Turck die Walachey einnemmen, so wurd er das lendly als das sein begeren. Dem allem nach sey es dem konig von Poln nit ze thun, sich Inn einich Compromiss zu begeben. Dann allain vorangezaigter gestelt, Namlichen Verschynen Iars hab sich der konig zu Poln, Ewer. konn. Mt. zu gefallen erbotten, Ewer Mt. spruch, der scheden Iniury vnd nachtayl halben etc. zu erwartten. Jetzund aber, diweil der Moldawer Inn diesem Anstand (der gleichwol biss auff Iacobi erstreckt) seiner Mt. villerlay Iniury schmach vnd widerwertigkait Inn Podolia, vnd mit Vmbbringung der gränitzhueter zugefügt, So konnt sein Mt. Inn kain ander guettigkeit bewilligen, dann dass seinem Mt. das lendly Pokuty von yetz Inn ewigkeit gantz vnd gar verbleybe, vnd von dem gegenthail, auch yetzund, erstattung geschehe, aller alt vnd newlich zugefuegter scheden, Iniury, vnd nachtheyl, oder dass sein Mt. solicher erstattung vergewüsst wurd. Alsdann wolt sein Mt. sich, aller anderer, diser sachen anhangend artigkel Ewen. kon. Mt. zu freundlichem gefallen, als ein liebhaber des fridens fynden lassen.

Hierauff haben wir, bedacht, biss auff Montag begert. Doch für das mal souyl geredt. Dass Ewer. kon. Mt. maynung nye gewest, seiner Mt. gerechtigkait durch das furgeslagen Compromiss Inn zweyuel zu setzen, sondern damit sein Mt. bey allen konigen und fursten einen offenbaren tittel zu sollichem lendly, durch einen guetlichen oder Rechtlichen spruch, vberkommen möcht, als on zweyuel geschehen wurd, dweil seiner Mt. gerechtigkait so klar am tag lige. Es solle aber nyemand seinselbs Richter sein etc. Also ist es bey vnserm begerten bedacht verblybenn. Vnd dass wir mit dem gegentheil ernstlich reden wollten etc.

Sambstags sant Iohans abent, haben wir solche maynung, souyl von noten gewest, den Moldawischen gesandten furgehalten, Vnd zu vorderst, sy ernstlich befragt, ob Sy Irs forgebens, benantlich, von wegen grenitzen des lands, auf der Abred zwuschen dem konig von Poln, vnd des yetzigen Moldawers Bruder, oder dass Inn des konigs Schwester zugsagt, vnd er darauff das lendtly abtretten, vnd Inn sonderhait von der er-

kandtnuss durch kaiser Maximilian, vnd konig Vladisla geschehen etc. ainicherley probationen, brieffliche schein oder anders furbringen möchten etc.

Hierauff haben Sy nichts anzaigen konnen, noch zu erweysen sich erbotten, dann allain mit blossen wortten, es wer als wie sy angezaigt, vnd der konig von Poln, vnd vyl seiner Rete, wusstens selbs wol etc.

Wir aber von dem konigkischen, bestendigklichen gehört dass Sy Nain dazu sagen.

Zuletzt, haben vns die Walachen Iren habenden beuelch entdeckt, Namlichen, dasss Sy dem konig von Poln das halb lendly lassen wolten. Vnd aber als wir gemeldet, es wurde nichs helfen, haben sy zu vns gesprochen, diss sey Irer letzter beuelch, das lendly abzutretten, allain aussgenommen ein stuck, so zwuschen zwayen Wasserlyn gelegen, doch dermassen, dass Scheden gegen scheden, Vnkosten gegen einander, todten, ab, vnd compensirt wurden. Mit erbiettung sich gegen den konig von Poln zu verpflichten, seiner Mt hilff vnd beystand, Inn Irem der Wallachen kosten wider die Tattern, so offt von nöten zu laisten.

Sollich der Moldawischen bewilligung vnd erbiettung haben wir den Reten, die nach mittag zu vns kommen eröffnet.

Die dann vermaint, dass die scheden Inn Podolia, erst Inn zehen Wuchen den nechsten, vnd also Inn Verendem Anstand, durch die Walachen zugefugt worden.

Auff der Walachen erbietten, sagten Sy, dass es entlich die maynung hett, Wo der Moldawer darauff beharren, dass er ainichen thail, wie klain der were an demselben lendly haben wolt, so were schon dise Vnderhandlung geendet, vnd vmb sunst, vnd muest der krieg für sich geen etc.

Sollichs, besloss der Cantzler, mit disen Worten, Et sic est finis.

Dann der konig zu Poln ainen treffenlichen Ayd geschworen, vonn seinem konigkreich nichts hynzugeben oder nachzulassen. Nun wer ye die Prouintz Pokuty seiner kron einuerleibt, vnd sein Mt. Inn derselben gewär vnd possession yewelten gewest. Es hett auch sein Mt. vyl brieff vnd Sigel daruber sagend vnuersert die vns gezaigt wurden, Als es auch darnach geschehen vnd vns zwen Seck vol brieff desshalben, furbracht worden, die wir biss zum vberfluss ersehen, vnnd vnsers achtens mher dann gnugsamlich befunden, dass des konigs vorhaben, Inn aller billichkait wol fundirt, Besonder, dweil gegenthail nichts dawider furbringt, wie abgemeldt.

Gedachte Rete zaigten abermals an, Wie Ir genannter konig, Ewer. kon. Mt. lauter geschriben hett, dass sein Mt. sich des lendlys halben Inn kain Compromiss oder Submission begeben khond, Aber der Iniury und scheden halben, so sein Mt. vnd desselben vnterthan, vonn den Wallachen vilfaltigklichen empfangen, möcht sein Mt. handlung leyden. Hett auch also, Vnd solchem seiner Mt. schreiben nach, gedacht, Wir weren allain der scheden vnd Iuiûry halben zu handlen abgeuertigt.

Dann dass die Walachen furgebenn, sy haben auch scheden empfangen, sagten die Rete, der Moldawer, sollte Im selbs solliche scheden zumessen, dweil er Im grundt Vnrecht hett, und der anfenger gewesen.

Vnd als wir die Polnischen Rete, so hartt auff Irem vorhaben beharrend befunden, haben wir Sy gebetten, dweil Sy vom lendly nichts nachlassen wolten, vnd die Moldawischen keinen fernen beuelch hetten, dann wir gehört, dass Ewer Mt. zu eeren und geuallen, Sy vns endweders zuliessen, von ainem anstand zu handlen zwuschen den partheyen auffzerichten, oder aber, dass den Wallachen Zwolff tage zugelassen, vmb ferrer bewilligung zu Irem herren zu schicken, dem wir auch ernstlich vnd beweglich schreiben wollten etc. Habenn gemelte Rete geantwurtet, Ainen Anstand mit dem Moldawer auffzerichten oder ainichen lengern auffschub Im zu gönnen, wer Irem konig mit nichten gelegenn, Sonder wa die sach, der scheden halben, yetz nit verglaicht, mueste der konig vnd sein volck Inn kurtzen tagen an den gränitzen sein, dann also hab sein Mt mit den Stenden verlassen vnd abgeredt.

Ferner haben vns dieselben Rethe, vertrawter weiss angezaigt der Moldawer getröste sich des Turcken, wie er well So weiss Poln, dass der Turck, Ine den Molda-

wer wird helffen vertreyben, doch nit anders, dann nach begern des konigs zu Poln, und dass sein kon. Mt. ainen andern Waywoda oder Regierer Inn der Walachey setzen mögen, welcher dann seiner Mt. gefallen wirt, sofern dem Turcken sein Tribut auss der Walachey geraicht werd. Vnd auff solche maynung habe der Turck seine gesandten bey dem konig von Poln gehapt. Dessgleichen haben ettliche der fornemsten auss der Walachey auch zu seiner kon. Mt. geschickt, damit Sy Irs Tyrannen abkommen möchten, dann Er vyl Treffenlicher personen vom Adel on Redlich Vrsach Richten vnd vmb, bringen lassen etc.

An sant Johanstag, haben sich die Walachen hoch beschwert dass auff disem guetlichen tag der konig von Poln souyl begert, als er ymer mit Recht erlangen möcht-ob gleich das Vrtail fur sein Mt. ergienge. Sagten Inn Somma Sy hetten kainen weythern beuelch Es wurd Inen auch Ire köpff gelten wa sy ichtsweythers bewilligen theten weder wie gehört.

Ains aber begerten Sy, dass mann Inen schub vnd zeit Zwolff tag gönnen wolt Irem herrn zu schreiben guetter hoffnung Inn neben vnserm schreiben zu bewegen, dass er das lendly gantz und gar hynfaren liesse.

Nach mittag ist Inn dieser sach nichts gehandlet Von wegen der Mosskowitischen Botschafft so zu Crakaw mit IX pferdt eingeritten.

Montags nach Johannis Baptiste, haben wir zu erst durch vielerlay persuasiones, vnd mit grosser difficultät vom konig zu Poln erlangt dass den Walachen, zwolf tag gegönt werden, Irem herrnn zu schreiben doch mit furwortten, dass nachuolgende zwen Artigkel dem schreiben einuerleibt werden, Sunst wolt sein Mt. Inn kain Concordj bewilligen.

Erstlichen, dass das lendly Pokuty der kron Poln gantz und gar verbleybe, vnd alle die Er der Moldawer dem konigkreich Poln vnd sonderlich auss dem Lendly Pokuty hinweg gefuert oder sunst bestrickt vnd gefangen, sollen durch In, frey ledig mit Irr hab vnd gutt, (so uyl das Vorhannden) restituirt werden. Dagegen Wa ainiche Moldawischen Inn Poln gefang seyen, vnd der Moldawer die wider zu haben begert, die sollen Im auch vervolgen.

Zum andern, dass Im Vertragsbrieff so auffgericht werden solt der Moldawer sich fur sich all seine erben vnd nachkomen durch ainen besondern Artigkel dermassenn verschreiben thett, Wo er oder seine nachkommen, oder andere mit Ir eins wussen vnd willen, wider denselben vertrag handlen wurden (welches doch nit sein solt) dass Inn sollichen val, der Moldawer alle seine Vnderthanen vnd Verpflichtten, aller pflicht vnd vnderthenigkait, wider Poln zu dienen frey vnd ledig gezelt etc. Vnd dass er der Moldawer seiner gesandten besondere Instructionen vnd gewalt hieruber zuschicke etc.

Desselben tags haben die konigischen bewilligt, auff Ewer kon. Mt. der scheden halben zu Compromittirnn. Welchs Sy biss auff den tag nye zugeben wellen, sonder gleich zu derselben Zeit ain entdphafft aller Ding haben, etc.

Auff sollichs haben wir neben den Moldawischen gesandten Irem herrn nach Innhalt beyligenden Copey mit B geschriben, vnd den Botten auff Dinstag nach Iohannis Baptiste abgeuertigt. Vnd nachuolgenden tags, Ewer kon. Mt. das vnd anders Inn vnderthenigkait zugeschriben.

Wie wir darnach allen möglichen Fleiss furgewendt den konig zu Crakaw zu behalten, auch desshalben die konigin auffs höchst Inn nammen Ewer kon. Mt. gebetten dessgleichen wie vnd auss was vrsach sollichs nit mögen erlangt werden, Vnd welche Rete den handel mit vns zu besliessen zu Krakaw verblyben, haben Ewer Mt auss vnserm andern schreiben des Datum steet Dornstags nach Visitationis Marie, gnedigst vernemmen mögen.

Als aber der konig verreitten wollen, hat er vns den tag dauor beschickt, vnd vns dieselb maynung angezaigt Vns auch auff die particular Artigkel antwurt geben lassen, wie zu end der hauptsach gehört wird. Solchs ist geschehen, an Mittwuchen den IV-ten Iuly. Vnd ist der konig am Dornstag darnach verritten, doch ist sein Mt vier

oder funff tag, gantz langsam gezogen, Inn hoffnung, der Bot solt auss der Walachey Inn derselben Zeit widerkommen.

Die konigin hatt vns auch Inn Irer Mt. gegenwurtigkait anzuzaigen beuolhen, Wie Sy ye gern gesehen vnd noch dass der friden furgang gewonnen, dann Ir Mt Inn allweg genaigt Ewer Mt. Inn allen möglichen dingen zu wilfaren Mitt bitt dass Ewer Mt. wolt Irer Mt gerechtigkait Inn Napels etc. allzeit beuolhen haben. Vnd schickt vns darnach zwen verflossne brieffe Ewer kon. Mt. zu vberantwortten.

Die kon. Commissary, so zu Crakaw disersachen halb verblyben, sind gewest
Der Her Ertzbischoff Gnessnenn
Der Her Cantzler
Der Bischoff Tarlow
Der Bischoff auss der Littaw
Der konigin Hoffmaister
Her Seuorinus Boner.

Mittwuch den XI-ten tag Iuly ist der Bott auss der Wallachey widerkomen, vnd hat vns den beygelegten Brieff mit C. von seinem herrn bracht, auch daneben mundlich angesagt, dass sein Her kondte nit weyther dann wie darinnen vermeldet. Vnd ist In Somma eben die vorige maynung gewest, so der konig nit annemen wellen Namlichen dass dem Moldawer das stuck zwuschen den zweyen wassern verbleiben solt.

Darnach auff vnser ferrer Handlung, haben sich die Walachen bewilligt dass Ir Herr wurde zu Ewer kon. Mt erkandtniss setzen ob Im dasselb stuck solte zugehören oder nit vermainend, dass der konig von Poln oder seine Rete, möchten sollichs mit glimpff nit aussslahen.

Es haben aber die kon. Rete dazu gsagt, es sey vmsunst, dann als wenig der konig sollich stuck frey nachlassen als wenig wolt er es Inn ein zweiuel werffen. Welchs doch geschehen mueste, so sein Mt. einen spruch daruber litte etc.

Desselben tags haben wir weither mit dem Rosenberger allain geredt, mit warnung Wa er vnd seine mitgesandten nit ferrern beuelch hetten, so weren Wir am end etc. Also zaigt er vns an, er hett durch den Botten der bey seinem herren gewest ainen entlichen beuelch empfangen, den wolt er vns entdecken. Namlichen, wa es nit anders gsein kondte, dass alssdann er vnd seine mitgesandten, Inn Irs herrn nammen, das lendly Pokuty gar hinfaren liessen, allain aussgenommen Ailff dörffer so Ihenseit der Braut (ist ein Wasser) Im Gebirg liegen. etc.

Diss Mittel haben Wir dem Cantzler vnd der konigin selbs (die vor ettlichen tagen sampt den Jungen konig widerkomen) angezaigt, vnd allerlay persuasionen dabey aufgefuert, auff das von wegen so klainer sachen der friden nit verhindert. etc. Darauff die konigin gleich melden lassen, Ir Mt. woll gern das best thun, Sy hab aber wenig hoffnung darzu. Dann der Moldawer hab auch gar kain gerechtigkait zu diesen dörffern, vnd seyen eben die, so der konig, bey zeitten Steffan Moldawers, als er der kron Poln durch seinen Cantzler gehuldet, gedachtem Moldawischen Cantzler, auff seiner Mt. wolgefallen vnd nit lenger eingegeben, Als aber der Cantzler gestorben, habs der Moldawer eingenommen. etc.

Der herr Cantzler sprach, Er wolts dem konig zuschreiben, Er hett aber kain hoffnung, dann es seyen der dörffer mher, vnd das best ortt des lendlins Pokuty. Er hatt vns auch darauff die vrsach Im grund (als er sagt) entdeckt, warumb der konig dem Walachen nit ein handtbrait lands nachlassen kond, Damit der Walach sollich Stuck dem Turcken nit vbergebe, darauss er der Turck vrsach nemmen wurd, zu dem vbrigen, oder aber ain Tribut vonn Poln zu begernn, das sy am höchsten verhueteten

Dises alles ist Ewer. kon. Mt. durch unser schreibenn sub datum an sant Marggrethentag vnterthenigst bericht worden.

Freytag den XIII-den Iuly nach mittag, Haben Wir den Rosenberger beschickt, vnd Im angezaigt, der Cantzler sagte entlich, es wer nichts dann verlierung der Zeit, dass mann hoffte dem Moldawer, Was von dem lendlin zu behalten oder dass Im die

dörffer nachgeben wurden. Vnd darumb hetten wir gedacht besser sein (so ferr er sich bemuehen wolt) Ine zu seinen herrn mit einer Instructionn zu schicken, gueter hoffnung sein herr werd sich auff unser schreiben vnd durch sein mundtlichen vndterricht zum friden bass bewegen lassen. Also ist Rosenberger willig gewest, so serr er einen glaitsmann haben möge.

Gleich darnach haben wir die andere seine Mitgesandten beschickt, Inen dise maynung furgehalten, doch beuor auffs höchst sy befragt ob sy nichts weythers Inn beuelch hetten Haben sy gsagt Nain, Aber sy möchten leyden, dass Rosenberger Rytte etc.

Sambstags den XIIII-den tag Iulij am morgen Haben Wir den herrn Cantzler angesprochen, vnd gefragt, Ob die Ailff dörffer nit zu erlangen, Saget seins achtens Nain. Darauff wir Im die yetzgemelte maynung eroffnet, den Rosenberger zu schicken. Darauff er gleichwol gsagt, es were spat noch ein mal zu Warten, dweil der konig Im anzug so weyth verruckt. Iedoch haben Wir vns einer Instructionn, vnd ains Vertragbrieffs verglaicht (nachdem, vnser Instructionn vns lernet, alles mit Vorwussen des konigs oder seiner verordnetten zu handlen) Welches alles darnach vmb Vesperzeit Inn sant Frantziscus kirchen zwuschen vns vnd den abgemelten kon. Commissarien verlesen worden Vnd dabey angesagt, So Rosenberg wider kompt, soll er dem konig durch seinen gelaitsmann vnderwegen als Namlich zu Lemberg ansagen lassen ob sein her den Vertrag also angenommen oder nit, damit sich der konig Wusse on Verzug darnach zu Richten, Welches Rosemberger bewilligt vnd zugsagt.

Also ist Rosemberger mit nachuolgenden brieff, Instruction vnd Vertrags Copey, voller Hoffnung, am Sontag den XV-den Iulij, gegen der nacht verritten. Welcher brieffe Copey, hie gezaichnet sind mit D. E. F.

Montags den XVI-den Iulij, haben wir den Cantzler angesprochen, auff maynug dass Wir, zu furderung der sach Willens weren der kon. Mt, von Poln biss gen lembeg oder wayther, wa sein Mt. wer nach zeuolgen, damit, so Rosemberger widerumb gen Lemberg von seinem herrn kheme, vnnd wilfarig antwurt brechte, als wir verhofften, dass die sach möcht dest furderlicher zum befluss gedeyen.

Sagt der Cantzler, Wir möchten wol dahyn, Aber gewüsslich, es wurd lauter vergeben arbait, dann der handel mueste zu Crakaw beflossen werden, Vnd sein Mt. wurd vns widerumb gen Crakaw weysen, dann aller beuelch zum Besluss vnnd auffrichtung des vertrags, wer zu Crakaw von seiner Mt. gelassen.

Also, dweil vnser Instructionn, vns lernet, nichts zu handlen, dann nach des konigs zu Poln Wussen vnd willen, so vnd diss vals durch seiner Mt Rete entdeckt Haben wir sollen zu Crakaw verbleiben, vnd nit weyther ziehenn.

Dinstags den XVII-den Iulij vmb vesper Zeit Ist Inn vnser herberg komen, der Herr Tarlow, Bischoff zu Premisslaw, Vnd hatt vns ainen brieff gezaigt, so der konig seinen Commissarien geschriben, antreffend die Ailff dörffer etc. Vngeuerlichenn Inn derselben Substanz Wie vns die Commissary am vergangnen Sambstag angesagt. Namlichen, Wa der Moldawer an dem Lendly Pokuty ye was haben wolt, so were die guetlich Vnderhandlung schon auss etc. Vnd wir solten vns nichts weythers Vnderwinden etc.

Sollichs alles Habenn Wir am Montag nach sant Iacobstag Ewer. kon. Mt. nachlengs zugeschriben.

Sambstags den IIII-ten tag Augustj zaigt vns der Protzky an, Wie die konigin nach Im geschickt, Vnd zu Im gesprochen. Nun wirt S. kon. Mt. Botschafft klerlichen erkennen, Was den Walachen zu vertrawen sey. Der Rosemberger ward denselben Abent oder mornigens widerkomen, Vnd er hett nichts aussgericht. Irer Mt. wer treffenlich layd, dass die Zeit also serr verloffen, vnd gelegenhait des angriffs so lang auffgezogen. Mann hett Ewer kon. Mt. Wilfaret Vnd wer durch des Moldawers Vntrew, alles vmbsunst. Vnd dergleichen wörtter mher, die sy solt (als Protzky sagt) mit waynenden augen geredt haben. Sich auch darneben beclagt; Wie der Vicekonig Inn Napels, Irer Mt. vyl

Verdriess, Vngerechtigkait, vnd nachtail zufuegte, Vnd dass er Ro. kay. Mt. vnsers allergnedigsten herren brieff auff ein Almar oder Luffethyigeworffen, vnd verachtet.

Denselben Abent ist der Rosemberger gen Crakaw widerkommenn, aber zu vns nit, sondern allain zu seinen gesellen.

Sontags frue hatt er sich zu vns Verfuegt, Vnd vns seins herrn brieff, hiemit G. verzaichnet, vberantwurt. Welchen brieff Er Rosemberger also declarirt, dass bey seinem herrn nichts anders zu erhalten gewest, dann dass er die Ailff dorffer Ihenseit der Braut gelegenn behalten oder Inn kainen friden bewilligen. Mit ferrerm anzaigen, dass sein herr von den Iniurien vnd scheden nichts hören well, anders, dann dass die gegeinander verglichen, Vnd compensirt werden. Es sey Im auch nit gelegen, seine Vnderthan, Irer pflicht, Inn einichem Val zu erlassen, Wie der gestelt Vertrag vermöcht, sondern so es zu Vertrag kompt, well er denselben zusagen Inn massen seine Vorelter gethan, Vnd anders nit.

Vnd so ye der konig zu Poln kriegs begierig, so well er seiner Mt. kriegens genug geben, Vnd sein Mt, empfahenn mit CLtsd Walachen, mit XVtsd Turcken die an den gränitzen liegen, vnd denen der Moldawer sein Iarlich Tribut vor wenig tagen bezalt, Vnd mit XX tausend Tattern die Inn Poln vallen werden. So well er auch dem konig kain slacht gesteen, sonder sein seibs land (XV Meyl wegs brait) verbrennen, die Polaken trennen, Vnd Inn gemöss vnd gewald fueren, etc.

Dise maynung haben wir desselben tags vmb vesper Zeit den konigischen, die zu vns kommen, so uyl von nôten gewest, furgehalten. Die Vns vngeuerlich mit dieser antwurt begegnet. Inen wer nichts newes, des Moldawers Vntrew vnd betrieglichkeit zuuernemmen. An Inen (den Polnischen Reten) vnd an vns, Were nichts erwunden, dass zu einem billichen friden hette dienen mögen. Es weren ettliche gutte mittel dem Moldawer furgeslagen, die er verachtet. Wir hetten die Vrsachen gehört, dernhalben dem konig nit zuthun, dass sein Mt. ainichen thail des lendlys Pokuty nachgeben solt. So weren die dörffer nit allain Ailff, sondern es wer gemach der dritteil vnd das nutzlichst ortt desselben lendlins. Ir konig hett Ewer kon. Mt. mit der guetlichen Vnderhandlung, Wilfaren Wellen, damit auch Ewer Mt. wes sy sich auff den Moldawer verlassen soll, erkennen möcht, dann mann wusste Wol, Was Er Ewer Mt. vertröstet, vnd Im val des Vertrags, ein hilff zugsagt etc. Aber, Ob gleichwol dise Irrung vertragen were worden, so hett er, Ewer Mt. solche hilff nit laisten wellen noch mögen auss forcht des Turcken, den Er, mher vor augen hett vnd haben muest, dann kainen andern herrn auf erdtreich. Welchs, auss dem brieff, so er yetzund dem konig zu Poln geschriben, leicht zuuernemmen, den Sy uns Im original lesen, Vnd abschreiben lassen, laut beyligenden Copey mit H. gezaichnet.

Und dieweil nunmher die sach zum end kommen, bedanckten sy sich mit geburenden wortten, Inn nammen Irs gnedigsten konigs, gegen Ewer kon. Mt. vnd gegen Vns, Vnd wir möchten auch wider zu Ew. Mt. Reitten. dann sein Mt. hett Inen yetz geschriben, Vns, vnd die Walachen abzuvertigen.

Darauff wie Sy gefragt, ob sy ainiche andere mittel des fridens anzuzeigen wussten, Wolten Wir vns gern noch weyther bemuehen, vnd nichts an vns erwinden lassen. Sy sagen Nain, es wer kain ander weg des fridens vorhanden, dann wie gehört.

Vnd wiewol sy vns Hieuon, von ainem anstand zu reden kurz abgeslagen, Wie obgescriben steet, Iedoch haben wir Sy nachuolgenden tags, abermals angesprochen, vnd mit Villerlay bewegung ermant, Von ainem Anstand, auff ains, zway oder drey Iare, Wie es dem konig zu Poln am gelegnest sein wurd, Handlen zu lassenn. Damit ye Ewer kon. Mt. Inn disem val geeret, Vnd Wie nit vngeschafft Von dannen verreitten muesten. Dann die Walachen, Vns vmb ainen Anstand angesuecht vnd erbetten. etc.

Hierauff haben vns die Rete solche antwurtt gegeben. Sy hetten allain beuelch gehapt, des frydenshalben, vnd nit von ainem Anstand zu handlen, So nun, der friden kainen furgang gewonnen, Were nunmher Ir beuelch auss und geendet, Wussten sich auch nit Weyther mit vns einzulassen, dann Inen, dieser Zeit, nichts anders geburte, als

vns, vnd die Walachen abzuuertigen. Das wolten Sy mornigen tags thun, vnd gleich darnach selbȝ con Crakaw verreitten. Vnd wiewol der Anstand vormals, wie gehört, abgeslagen, Sy auch dieser Zeit noch weniger hoffnung dann vor, darzu hetten, Iedoch, so wir als von den Walachen erbetten, dem konig desshalben schreiben, wolten sy sich auch, der vergebne mhue nit bedauren lassen, seiner Mt. auff vnser beger, desswegen zu sehreiben.

Also haben wir vns bey Inen entschlossen, Wir wolten dem konig schreiben, bittend, dass Sy dessgleichen auch theten, Welches Sy vns zugsagt.

Da Wir aber gebetten, dass Sy zu Crakaw bleyben, Vnd die Walachen daselbst behalten wolten, biss der Bott Vom konig mit der antwurt zu Ia oder Nain widerkeme, dann Wir wurden auch verziehen, Oder Wa sy es fur gutt achteten Wolten wir zum konig gen Lemberg oder noch Weyther Reiten der sachen gentzlich ausszewartten.

Auff sollichs haben die Rete gesprochen, Wir hetten ain mal gehört, Was Sy Iungst von Irem konig fur ainen beuelch empfangen. Namlichen Vns Vnd die Walachen abzuuertigen. Darumb Wolt Inen nit geburen sich anders zu halten. Sy waren auch, demselben nach, entslossen, die Walachen mornigen tags, der der Sybend August war, von Crakaw fueren zu lassen (als sy auch gethan) vnd biss auff die gränitzen mit Iren Pvzissstauen beglaitten zu lassen. Sy Wolten auch gleich darnach, zu Iren geschefften verreitten. Wir möchten lenger zu Crakaw Verbleyben, oder einen diener daselbst lassen, Welchs Vns gelieben wurd. Dann on das, ain diener Wurde des ortts sovyl schaffenn als wir, Namlichen des konigs brieff empfahen, der nit ehe, als Vngeuerlich Inn zehen tagen gen Crakaw bracht wurd, dann der konig Wer von lemberg verruckt vnd Im anzug näher bey den grenitzen. Vnd so der konig den Anstand (das sy doch nit glaubten) annemmen, wurd sein Mt. die Walachen, ab dem weg zu sich fordern, vnd den Anstand auff vnser bitten mit Inen besliessen, vns auch sollichs furderlichen zuschreiben. Seiner Mt. nachzureisen, wer auch gantz Vergebens, Vnd Wir wurden seiner Mt. kainen dienst oder gefallens damit thun, dann sein Mt. durch Irn brieff sollichs abgeschafft hett.

Am abent desselben Montags, sind die Walachen abermals bey Vns gewest, Vnd vmb den anstand ernstlich gebetten Von yezt komend sant Michelstag biss vber ein Jar. Vnd wa der Anstand nit erlangt werden möcht, dass Inen alssdann ein geschriben gelait zugestelt, Widerumb von Irem herrn zum konig Inn das leger zu komen, dann sy vehofften noch, Ine zu bereden, dass er das lendly Pokuty, gantz vnd gar verlasssen, Vnd den vertrag wie Wir In gestelt bewilligen, der vns auch darnach zuuersiglen geschickt Wurd etc. Wiewol Sy solchs alles nit aigentlichen zusagen kondten.

Auff das, haben wir Inen geantwurtet, Ein sollich geschriben gelait zu erlangen, sey vnmöglich, dann der konig von Poln, dadurch offenlich geferet wurd. Aber Wir hofften souyl zu erlangen, dass an den grenitzen Vnd namlichen zu Russisch Kemnytz verordnet, so der Moldawer den gestelten Vertrag annemen wolt, dass sein Botschafft zum konig beglaitet wurd etc. des sich die Walachen gegen vns bedanckt. Wir haben auch solche maynung den Polnischen Reten furgehalten, die dann bewilligt, Irem konig dauon zu schreiben doch dass Inn annemung des gestelten vertrags, nichts, durch die Walachen geendert, Vnd dass Inn allweg solcher vertrag vnder Ewer kon. Mt. autorität auffgericht wurd etc. Vnd mittler weyl, so der brieff hieher an Ewer Mt. hoff geschickt, Wurd der Moldawer Inn dem val durch Gysel oder Inn ander weg, den konig versichern muessen, damit sein Mt. on sorg vnd geferd, das kriegsvolk abzuertigen mög.

Also haben wir des Anstandtshalben dem konig geschrieben laut der Copey mit. J. gezaichnet.

Es hatt Vns darnach ad partem, der Gregorius Rosemberger ainen andern brieff von seinen herrn zukgestelt, der hie ist mit K. vermerckt, Welcher brieff, treffentlich gutt gewest, vnd zum friden dienstlich, Wa es nit lautter betrug vnd falsch gewesen, als vns derselb Gregor endeckt, nachuolgender maynung, dass Im sein herr denselben brieff, mit disen Wortten zugestellt, Wa er Gregor vermarckte, dass sy die Gesandten durch kainen andern weg auss dem Polnischen land kommen möchten, dass Er alssdann,

Vns diesen brieff behandigen, Vnnd darauff den friden solt besliessenn lassenn, mit Verzeihung des gantzen lendlins Pokuty etc. Aber dweil der konig von Poln, Ine, den Moldawer hieuor betrogen, Wolt er seiner Mt. solchen Vertrag Vnd friden nit lenger halten, dann bisssolang sy die Walachen gesandten, Widerumb zu Irem herrn kommen möchten, Vnd alssdann, solt solcher Vertrag nichts sein etc. Diser maynung, haben wir, vns auffs höchst verwundert, vnd gegen Im dem Rosemberger beschwert, vnnd beklagt, dass sein herr so Vntheuer sein wolt, Vnd nit allain vns, sonder auch Ewer kon. Mt. selbs, Inn ein sollich schimpfflich betruglich vnd vnerlich sach zu fueren vnderstandenn, dass vnder ewer Mt. nammen, solte durch vns ein Vertrag auffgericht werden, den er seins thails zu halten, nit gemaint. Das Wer von aim sollichen herrn erschrecklich zu hören,

Der Rosemberger hatt sich hefftig entschuldigt, Wie Im sollich seins herrn furnem n vnd schreiben, nye gefallen, Vnd er auch fast dawider geredt, Vnd hab dennocht denselben brieff Wider seinen Willen auffnemen muessen, dernhalben er vns dieselb maynung Im besten entdeckt.

Betreffend aber das schreiben so sein herr, dem konig von Poln vberschickt, sagt Rosemberger, Sein herr sey mit Villerlay beschwerlichen nachbauren vmbfangen. Darumber muess er sich gegen dem ainen also, gegen dem andern anders halten, Vnnd mann soll Im sollich schreiben nit verargen, dann er suche alle mittel, dem Polnischen angriff abzuwenden.

Hiemit ist Rosemberger von Vns geschiden, Vnd vns, diesen brieff mit L. Ewer kon. Mt. zu anttwurtten erbetten.

Zuletst, Als am Zinstag den VII-den diss Monats Augustj, fruer tag Zeit, die Walachen Von Crakaw abgeuertigt Vnd hinweg gefuert, auch Wir daneben vermerckt, Wie die kon. Rete wegfertig, Haben wir vns entslossen nit lenger da zu verharren, auss nachuolgenden Vrsachen.

Dieweil vns vnser Instructionn mit aussgedruckten Wortten weisset, dass Wir Inn diser sach nichts anders handlen sollen, dann was dem konig zu Poln gefellig Vnd gelegen sein wird, Vnd dass wir seiner Mt. Willen Vnd maynung allzeit vor augen haben sollen. Vnd aber sein Mt. vns Inn der letzten Audientz klerlichen anzaigen lassen, wie sein Mt. den obermelten Commissarien allen beuelch mit vns Zuhandlen vnd zu sliessen gegeben. Welche vns dann, wie oben erzelt, angesagt, dass Sy kain Hoffnung zum Anstand hetten, dass wir auch, seiner Mt. mit nach Reisen kain gefallens beweysen wurden, dann sein Mt. sollichs abgeschafft. Dweil auch, Sy, die Rete, Verreitten wellen, vnd die Wallachen abgeuertigt, Sodannn Inn ansehung, dass der Moldawer sich mit seltsamen schreiben vnd maynungen, so gröblich vernemmen liess, dass auch zu vermuten, seiner gesandten Jungst vertröstenn Vber annemung des gestelten vertrags, nichts anders sey, dann ain gesuchte verglimpffung, damit Sy, als gesandten, auss dem land dest sicherer kommen möchten, wie dann die maynung gewesen, mit dem falschen brieff. Vnd dass vnder andern Reden, der Gregor Rosemberger lauter gesagt, Wa sich Ewer kon. Mt. mit dem Iohan Wayda vertragen liesse (wie die Red zu Crakaw ging) so wurd sich sein herr der Moldawer, Von stundan zum Turcken thun, vnd sich mit Im vergleichenn. Ferrer Inn bedenkung, dass es Ewer Mt. zu verklainung geraicht, so wir als derselben Ewer Mt. zu verklainung geraicht, so wir als derselben Ewer Mt. Botschafft, zu Crakaw, on partheyen, Vnd auff kain hoffnung, lenger verhart, Hatt Vns dem allem nach (Vnsers Vnderthenigsten getrewsten erwegens) nichts anders geburt, dann vns auch auff den Weg zemachen, das Wir dann an Mittwuchen den VIII-den diss Monats Augustj Im nammen gotts gethan haben. Vnd den herrn Seuerein Boner erbetten, Vns des konigs schreiben, des Anstands halben, auffs furderlichst allher gen Prag bey aignem Botten zuzuschicken. Das er Vns vestiglichen zugsagt, als Ewer kon. Mt. getrewer diener Wie er sich vernemmen lassen.

Am Zinstag vor vnserm Abschiden vmb Vesper Zeit, Inn nammen Polnischer abwesender (wie sy geredt) kon. Mt. Ist Vns ettwas Vererung bracht worden, dermassen wie es an Im selbs ist. So hatt mann vns am morgen, da Wir haben auffsitzen wollen,

ettliche brieffe, Vom konig, Vnd von der konigin, sampt ainem memorial, Ewer kon. Mt. zuzustellen behandigt, die auch hie bey den andern bewart, gefunden Werdenn.

Mann hatt vns auss der Statt Crakaw ain halbe Meil Wegs Vngeuerlich mit hundert pferden beglaitet. Vnd damit Vrlaub genommen.

Hernach volgt der Beschaid auff die besonder Artigkl.

Betreffend der Burger von Luthemaritz, Martin Nosidlo genant, Vnd ainen Burger von Satz Wider den Iuden von Possna etc. Haben wir die Brieffe erlangt, hie verzaichnet mit M.

Belangend den Gyrsick Bircka etc. hatt sich der konig zu Poln nit wenig befrembdt, dass Ewer kon, Mt., Vber die Vertrag so zwuschen Ewer Mt. sein, solliche Absager des konigreichs Poln, nit allain leydet sonder auch höret, vnd fur Sy bitten lesst. Das wolt sein Mt. gegen Ewer kon. Mt. Inn kainen weg thun. Dass aber die erörterung des Handels bissher verzogen, sey allain des Bircka schuld, Wie dann Ewer Mt. gewesen Commissary, desselben, gutt Wussen tragen. Aber wie dem, so welle sein Mt. Ewer kon. Mt. nachmaln Wilfaren, so bald sein Mt. von disem krieg widerkompt, Vnd desshalben weyther angesucht wirt, dass Von bayden Ewer Mt. abermals, an gelegne Malstat Commissary Verordnet, doch mit disem geding, dass bayd Ewer Mt. Was daselbst, durch dieselben Commissary des Bircka halben erkant, Wurcklichen Vnd Vnuerzogenlich zu Volnziehung bringen lassen, vnd verschaffen. Vnd dass mittlerzeit, der Birka, durch sich selbs, oder andere, nichts thetlichs Wider das konigreich Poln furnemme, Inn dhainen(1) Weg.

Antreffend herr Wilhelms de Cuna Ansprach etc. hatt sich der konig Inn namen, Vnd Von Wegen der konigin, Rechts erbotten, In Camera Apostolica zu Rom, dieselben seyen Vnpartheysche Richter.

Was den Commenthnur von Bossna sant Iohans ordens, dessgleichen den Protzky, mit seiner begerten Confirmationn belangt, das ist Behemisch gehandlet worden, durch mich Iohan von Wartemberg, herrn zu Strakonitz. Das alles Ewer kon. Mt. gnedigst, von mir Vernemen Wirt.

Der herr Cantzler Inn Poln, hatt an sant Marien Magdalenentag, ad partem mit mir Claudio Cantiuncula geredt, Wie sich der konig zu Poln versehe, dass Ewer kon. Mt. werde sein Mt. bey zeitten, Vnd auffs Wenigst ain Monat vor zuschreiben, Wa Ewer Mt. an sant Martinstag sein wirt, der sachen halben, darumben der herr Tarlow bey Ewer Mt. vmb Ostern gewest. Darauff Ich Im geantwurttet, Ich hielts darfür, so der konig von Poln, sollichs an Ewer Mt. begeren, wurd es kainen mangel haben, Ich hett aber nit gehört, dass dem herrn Tarlow zugsagt worden, dem konig von Poln dasselb zuschreiben. Sagt der Cantzler, Es wer Im Ia nichts zugsagt, Aber Vor derselben Zeit hett Ewer Mt. dem konig von Poln geschriben, seiner Mt. sollichs zwen Monat beuor zu embietten. Mitt bitt dise maynung Ewer Mt. anzuzaigen.

Vnd souyl Ich merken mögen, so wirt derselb herr Cantzler der Principal Inn sollicher Botschafft werden, Wiewol er gegen mir gsagt, Wie er sich bey seinem konig desshalben gern entschuldigen Wolt etc.

---

1) *dhainen* soviel als: keinen.

CXIX.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră Regele *Sigismund I.*, drept rĕspuns la scrisórea, prin care a fost vestit despre nereuşirea negoţierilor privitóre la Pocuţia. 1537, 3 Octomv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper augustus, ac Germaniae Hungariae Bohemiae etc. Rex: Infans hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc. Marchio Morauiae etc. Comes Tirolis etc. Serenissimo Principi Domino Sigismundo Regi Poloniae, magno Duci Lituaniae, ac Russiae, Prussiaeque. Fratri, et Sororio nostro charissimo. Salutem et mutui fraterni amoris nostri continuum incrementum. Serenissime Princeps Frater et Sororie noster charissime. Cum ex serenitatis vestrae ad Nos Sabbatho post Festum sancti Petri ad Vincula, et nostros nuper ad se destinatos Oratores XII. Mensis Augusti datis literis, tum etiam ab eorundem Relatione abunde intelleximus, Quamobrem nulla certa Pax inter serenitatem vestram et Wayuodam Moldauiae, quantumvis pro ea Oratoribus illis nomine nostro laborantibus succedere potuerit. Quodque ne Inducias quidem cum Moldauo suscipere sibi, et Regno suo, uel honorificum, uel ualde utile esse posse existimauerit. Quapropter, etsi operam laboremque nostrum ea in re nullum fructum attulisse non libenter audiuimus. Tamen eam animi consolationem coepimus, quod serenitati vestrae testatum fecisse videamur, quicquid hoc nomine egerimus, ex syncero erga se affectu nostro profectum fuisse, Cui etiam imposterum omnibus in rebus quae ad Dignitatis, commodorumque suorum augendorum rationes spectare intellegemus. Nos pro mutua necessitudine, animorumque coniunctione, quovis tempore studium beneuolentiamque nostram probare maiorem in modum cupimus, Eamque felicissime regnare optamus. Datum in Ciuitate nostra Vienna die Tertia Mensis Octobris. Anno Domini M.D.XXXVII. Regnorum nostrorum Romani VII Aliorum uero Vndecimo.

Regi Poloniae de negotio Moldauj responsione.

Aufschrift: Serenissimo Pzincipi Domino Sigismundo Regi Poloniae, magno Duci Lituaniae, ac Russiae Prussiaeque, Fratri et Sororio nostro charissimo.

CXX.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră Regele *Sigismund I.* exprimând pârerea sa de rĕu pentru nereuşirea negoţierilor cu Petru-Vodă din Moldova. 1537, 3 Octomv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Poloniae. Ferdinandus etc. Serenissimo, etc.

Cum ex Serenitatis vestrae ad nos Sabbatho post Festum sancti Petri ad Vinculo, et nostros nuper ad se destinatos oratores XII. Mensis Augusti datis literis, tum etiam ab eorundem relatione abunde intelleximus, quamobrem nulla certa pax inter Serenitatem Vestram et Wayuodam Moldauiae, quantumuis pro ea oratoribus illis nomine

nostro laborantibus succedere potuerit, quodque ne Inducias quidem cum Moldauo suscipere sibi et Regno suo vel honorificum vel valde vtile esse posse existimauerit, quapropter, Etsi operam laboremque nostrum, ea in re nullum fructum attulisse non libenter audiuimus, Tamen eam animi consolationem caepimus, quod Serenitati vestrae testatum fecisse videamur, quicquid hoc nomine egerimus, ex syncero erga se affectu nostro profectum fuisse, Cui etiam Imposterum omnibus in rebus, quae ad dignitatis Commodorumque suorum augendorum rationes spectare intelligimus, nos pro mutua necessitudine animorumque coniunctione quouis tempore studium beneuolentiamque nostram probare maiorem in modum cupiamus, eamque quam felicissime Regnare optamus. Datum Viennae 3 Octobris. 1537.

CXXI.

1537, Octomvrie. Extras dintr'un raport al lui *Francisc Ritius* despre legăturile lui Petru-Vodă din Moldova cu Tătarii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Franciscus Ritius, Gesandter Ferdinands I. bei der Pforte, berichtet aus Constantinopel dd° 1537 wahrscheinlich Anfangs October:

Vayuodam Vallachie se tartaro adiunxisse ex hoc elici posse, quod nuper 1000 equites vectorios Cesari Turcarum preter suam consuetudinem denegauerit, dicens se illis pro defensione prouincie sue indigere.

CXXII.

1537. Scrisórea lui *Petru-Vodă* din Moldova cătră Regele *Ferdinand I.*, vestindu-l, că Ieronim Laskó a plecat în Polonia spre a mijlocí un armistițiu.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Princeps Et domine domine Nobis graciosissime. Obedienciam Omnem Cum fidelitate. Petrus dei graccia Waywoda Et dominus ac heres perpetuus Terre Moldawiensis, litteras Sacratissime Maiestatis Vestre Omni honore accepimus, Intellectis autem In mente Nostra Collocauimus Intelligimus, Ex litteris Sacre Maiestatis Vestre, Magnificum Ieronimum A Lazko Consiliarium Sue Maiestatis, misisse ad Serenissimum Regem Polonie etc. Vt qui Infigeret Inducias Paccis Inter Serenissimum Regem Polonie, ad festa Penthecosten, Nos Inducias Paccis mutuam Ordinauimus Cum predicto Serenissimo Rege, vt ad Impletum tempus defferencie Inter hêc duo Regna per Consiliarios predicti Regis ac Nostros Consiliarios Iure mediante ad vtilitatem Chris-

tianitatis deffinire debeant, Scimus Sacratissimam Maiestatem Non Ignorare, pro qua Re differencia Orta est Inter hec duo Regna Polonia Ac Molda: est Vna Porciuncula terra Nomine Pokwchia, que ab antiquis fuit membrum Moldawiense ac Corone Angelice Vbi et terra ista Moldawiensis est et fuit membrum Corone Angelice, Tamen diui aui ac Nostri Predecessores, domini Waywode Molda. Coram diuis Christianis Principibus Iam Pie memorie Coram diuo Imperatore Maximiliano ac hungarie Regibus Predicta terra huic Regno Moldawiensi Omni Jure assignata est. Tantum miramur de Rege Polonie quod Sua Maiestas Sine Jure nititur predictam terram Immembrare Regno Polonie, quod non Conceditur, Preter Ea Quod Sacratissima Maiestas Vestra, graccia Nostre fidelitatis dignata Erit mittere Consiliarios Suos Iam ad festa Penthecosten Vna Cum Consiliarijs Regis Polonie Justicia Jureque mediante Prouidere Causas ac defferencias Vertere paccem Perpetuam Inter Serenissimum Regem ab Vtraque Parte esset vtilitas Christianitatis.

Aufschrift: Serenissimo Principi et domino domino ferdinando diuina fauente Clemencia Romanorum Regi Semper Augusto, ac germanię Bohemie hungarie Regi etc. domino Nostro Clementissimo.

CXXIII.

Scrisórea *Episcopului de la Vaț* către Regele *Ferdinand I.* stăruind să i se trimiță lui Petru-Vodă ajutor. 1538, 27 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Princeps Domine Domine mihi Clementissime. Post seruitutis meae humilem Commendacionem.

In tanta novarum rerum de Thurcis diuersitate nescio quid scriberem, Quae attulit captivus modo eliberatus, qui ad Vestram Maiestatem vadit. Ab ipso intelliget, Quibus recenciora nec nos habemus. Quae et ab alijs confirmantur. Quae si uera essent, Esset id Reipublice Christianiae et Hungariae, maxime Transsiluaniae ualde periculosum, Teneretur enim Transsiluania quasi undique obsessa, si Moldauia et Transalpina, Vel altera earum deueniret in manus Thurcarum, et in Zangiacatus diuideretur, Quod si Thurcus ad hoc tendit, non esset fortasse malum. admoneri per Vestram Maiestatem Serenissimum Regem Poloniae. Ne Moldauum infestaret, sicut cepit, ferret aliquid eius insolenciarum ob bonum publicum. Melius est ibi habere Moldauum qualemcunque, quam Thurcum. Aiunt isti, qui haec attulerunt Thurcum utrique Regi tam Poloniae, quam nostro nunciasse. Ne quis eorum Vel adiuuet, Vel recipiat ad se Moldauum. Illud Vndique affirmatur, res Slauonicas ire pessum. Cui prouinciae amore dei prouideatur in quantum fieri potest. Quod intelligo non magnis copijs fieri posset,

Pro Ioanne Paxij dimittendo rursus oramus supplices omnes Vestram Maiestatem. Quam Deus conseruet semper foelicem et incolumem. Buda 26 Iulij 1538.

Servulus humilimus
Vaciensis, m. p.

Aufschrift: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando Dei gratia Romanorum etc. Regi semper Augusto Domino mihi Clementissimo.

CXXIV.

1538. 7 August. Scrisórea *Episcopului de Vaț* către Regele *Ferdinand I.* împărtășindu-i niște știri privitóre la înaintarea Turcilor și staruind pentru resolvarea conflictului dintre Moldova și Polonia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Princeps et Domine Domine Clemintissime. Post humillimam seruitutis meae Commendacionem.

Accepi literas Vestre Maiestatis, et statim misi ad Regem meum de optatissimis nouis pacis, de quibus sit dominus deus benedictus in seculo amen, Si Maiestas Vestra dignabitur me talibus nouis sepe recreare, faciet non solum de infirmo sanum, sicut Wratisslauiae cum suo uino et medico multum adiuuit Valetudinem meam, Sed faceret si essem mortuus, de mortuo uiuum. Si Vos tres cum Inuictissimo fratre, et cum hoc alio, quem nominare adhuc supersedeo, reuera et cum effectu vultis, Hinc ad annum deo Duce, Sperarem quod possemus in manibus habere Bizancium, sine ullo dubio, sed opus est bonis prouisionibus, bonis consultoribus, et bonis Capitaneis, Talibus qui sciunt et naturam et mores eorum, cum quibus res nobis est. Omnia nobis inserviunt, et inter alia locorum apportunitates que nemo crederet quam bene seruiunt nobis,

De alijs quae Vestra Maiestas ad me proxime scriberet fuit dignata et scripsi, et nunciavi Regi diligentissime.

Nunc habeo noua, quod Thurci uadunt contra Transiluaniam Vel Moldauiam. Cum Moldauo omnino concordandus esset Serenissimus Rex Poloniae.

Vestram Maiestatem Deus Conseruet semper felicem et incolumem, Vaciae 7 Augusti 1538.

Eiusdem Vestrae Sacrae Maiestatis humilis Servulus

Vaciensis, m. p.

Inserat: Miseram hijs diebus Quasque Vatias et circum illa loca ad inquirendum de Thurcis Scribitur et nunciatur mihi per Cupnatium Quosque Se nihil scire de aliquibus motibus Thurcarum.

Aufschrift: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando. Diuina fauente Clementia. Romanorum etc. Regi semper Augusto, etc. Domino mihi Clementissimo.

CXXV.

Scrisórea unui aderent (?) al Regelui *Ferdinand I.* cătră Regele *Ioan Zápolya*, exprimându-şi părerea de bine pentru alianţa încheiată cu el. 1538, 11 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Princeps Rex et Domine Domine Graciosissime. Diligenti Seruitiorum meorum Commendatione praemissa. Serenissime Rex. Maiestatis Vestrae Regiae Literas accepi simul et eiusdem Postulata per Magnificum Dominum Hieronymum à Lasko Palatinum Syradiensem etc. Sacratissimae Regiae Maiestati Romanorum Hungarie Bohemiae etc. Domino meo Clementissimo exposita intellexi, ad quae quemadmodum Maiestas sua Regia respondere dignata fuerit, quidque ferendi Subsidij causa statuerit Maiestas Vestra, ab eodem Domino Lasco Cognoscet, Ego uero, quod ad me attinet, Cum inter praefatum Serenissimum Regem et Dominum meum Clementissimum Cum Maiestate Vestra mutuum pacem, Amicitiam et Confederationem coiuisse sciam et gaudeam pro meo sane in Rempublicam Christianam Studio omnia offitia operamque meam eo non minus accurate quam libenter Conferam, Vt si quando Seruitijs meis qualibuscunque Maiestas Vestra Regia uti nolet sentiat ea sibi Omni tempore prompta et paratissima fore, maxime in ijs rebus, quae ad Commune bonum Vtriusque Serenissimi Regis quantum in me erit procurandum spectent. Quamobrem quotiesçunque Maiestati Vestrae operam et Studium meum aliqua in re expetere uisum fuerit, faciam ego profecto, Vti Maiestas Vestra experiri possit me percupere atque uelle, sicut par est Maiestati Vestrae diligenter inseruire, Cui me Seruitiaque mea enixe debitaque cum reuerentia et offero et Commendo. Date Lintij XI Augustj 1538.

Ad Regem Ioannem

CXXVI.

Raportul lui *Georgiu Martinuzzi* cătră Regele *Ferdinand I.*, despre pregătirile Turcilor spre a năvălí în Ungaria, în Ardél şi în Moldova. 1538, 16 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Princeps et domine domine graciosissime, Seruitutis meae humillimam commendacionem. Quemadmodum ex mandato Maiestatis domini mei Clementissimi facere institui, Quicquid noui à partibus Thurcarum cognouero, non pretermittam quin Maiestati vestrae e uestigio perscribam, Quare hodie quidam certissimus explorator meus, qui eciam in Castris Caesaris Thurcarum, diucius substitit, reuersus est, ac de Caesaris conatibus haec sequencia refert.

Primo, quod Caesar e Constantinopolj exiuit, Sequutj sunt eum ad Adrianopolim Vigintj millia equitum, Sulaconum Sexcentj, inter quos duo filij Caesaris minores natu, Janicherorum, opinione omnium non amplius quam puattuor millia.

Begberbeeg transmarinus, hoc est, Summus Capitaneus, qui Bassis Zanchakis et cunctis prefectis Vniuersaeque dicioni trans mare in leuandis et comparandis uiribus praeest, Magnusque ille Bassa de Natulia cum alijs Bassis et Zanchakis non_aduenerunt,

neque aduenire poterunt propter timorem Kazul Bassae, qui contra Caesarem magna molitur.

Antea inter Kazulbassam, et duos Bassas Kijssijr et Rijchij male conueniebat, impraesenciarum tamen isti cum Kazul concordarunt, foedus quod pepigerunt, ita ut coadunatis uiribus Caesaris uires ac dicionem adoriantur.

Caesar ad sustinendum impetum horum Bassarum, filium suum maiorem natucum Begleerbeg, Bassa de Natulia et alijs reliquit, periculumque capitis filio comminatus est, ni dicionem suam ab impetu illorum Bassarum defendat. Nam Kazul intendit Ciuitatem Bagdath, quae Babilonia est, et cunctas illas partes superioribus annis per Thurcam occupatas, recuperare, atque item Caesaris dicionem deuastare.

Turca timet Caesarem Carolum, et Venetos in mari, et huius rei causa Constantinopoli reliquit unum Bassam cum duobus millibus Ianicherorum ac Viginti millibus equitum.

Caesar ultra Sex millia Ianycherorum in praesenti expedicione, ut fertur, non poterit habere, propterea quod per Kazul et arnautas multi intercepti ac caesi sunt, plurimi eciam pro custodia Ciuitatum et Arcium relicti. Vt igitur Ianycherorum numerus suppleretur, in uniuerso Caesaris imperio facta est puerorum conscripcio inter Grecos, Bulgaros, Sorbitas, Rascianos, Valachos cunctosque alios, Quae conscriptio licet alias decimalis fuerit, nunc tamen pro medietate facta est, ita ut ab illis qui duos habebant, ablatus est unus, qui quattuor, bini, qui octo, quatterni sunt ablati et sic consequenter. Isti pileis Ianijcheris inuestiti, dispartiti sunt in loco erudicionis, ut more Thurcarum pro consuetudine Ianicherorum erudiantur.

Caesar aduexit secum Trecenta ingenia, Simul cum illis que anno superiori Memhethbeg obtinuerat ex quibus Quinquaginta muralia, caetera campestria sunt, Ad horum conductum et custodiam quinque millia equitum delegata sunt.

Camelorum apud Caesarem tantus numerus, quo maior antea fuit nunquam, plurimos enim a Kazul optinuerat.

Per Begleer Begum, qui citra Mare est, Pons ad Sijllester, alio nomine Kyllye notum, erecta fuit, illic Caesar traijecit, quem Begleerbeg cum quadraginta millibus equitum duabus hebdomadis praecessit.

Caesaris exercitus aestimatus est in Summa ducentorum et quadraginta millium hominum, ita ut vix amplius habere poterit.

Caesaris intentio est, ut in primis Moldauiam Aggrediatur, cuius incolae si imperium acceperint, Memhethbegum illis in Zanchakum preficiet, deinde Transsyluaniam adorietur, ita ut in primis Cibinium et Brassouiam, Totum denique Regnum Transsyluanum expugnatum filio tradat, Indeque ad impugnandum Regnum Hungariae bipartito agmine ueniat, quorum unum ad partes Cassouiae, Montana quà uidelicet fodine minerarum sunt, et Zylagh, mittat, Alterum uerò a partibus Themesuar ad impugnandam Budam, indeque ad deuastandam Germaniam secum deducat.

Caesar, quod Regnum Hungariae inuadat, causatur, Maiestatem Regiam, hoc est, Regem Ioannem, Sine ipsius Scitu, et non sui causa, cum Rege Romanorum concordasse, et pactum fecisse.

Thurcae spargunt ex omnibus Christianis principibus, preter Regem Ioannem, paratos ac instructos exercitus, nusquam et neminem habere, et quod istum facile debellare possunt.

Haec ille. Quare Maiestati uestrae obnixe supplico, dignetur de conferendo subsidio mature prouidere, nisi enim conatus tanti hostis anteuertantur, timendum est ne instantem hijemem in medio Hungariae transigat, Sicque breui totum hoc Regnum Thurcae subiaceat, Sin autem Maiestati domini mei Clementissimi et Regno huic tempestiua aderunt subsidia, negocium Christianorum tanto foelicius succedet, quod Moldauus et Transalpinus, uisis uiribus pro nobis erunt, paratique sunt relictis suis Regnis, cum omni familia in Transsyluaniam, ad minus cum centum et Quinguaginta millibus

hominum exire, Ita et Rasciani, qui fere medietatem hungariae aequant, in officio erunt, alias isti Thurcae adherent, et contra nos erunt. Si ergo subsidiorum emissis maturabitur, quanta commoditate fiat, Maiestas uestra uidet. Quam ut deus optimus felicissimam conseruare dignetur, exopto. Datum Varadini 16 mensis Augusti Anno domini 1538.

Eius Maiestati Vestrae Serenissimae — Addictissimus Seruitor

frater Georgius,
Serenissimi Regis Hungariae Thesaurarius etc.

Aufschrift: Serenissimo Principi, et domino domino Ferdinando dei gracia Romanorum ac Bohemiae Regi etc. domino graciosissimo.

CXXVII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră Episcopul *Broderic*, îndemnându-l să stăruie, ca Regele Poloniei să curme ostilitățile față cu Petru-Vodă, pentru ca acesta să pótă lupta contra Turcilor și ca aderenții lui Zápolya să respecteze armistițiul. 1538, 19 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus etc. — Broderico.

Reuerende Devote syncere dilecte, Redditae sunt nobis successiue plures Devotionis Vestrae literae de XXVII. XXIX Iulij Mensis proxime preteriti et III, VII, VIII et XI. presentis ad nos datae in quibus Diligentiam suam Circa noua de Turcharum Conatibus scripta valde gratam probatamque habuimus, hortantes eam gratiose, vt in eo scribendj offitio Continuare pergereque velit presertim Cum non ignoret non minus Regis et Dominj sui quam nostrum interesse, vt de instiusmodi Turcarum motibus expeditioneque in singulos pene dies Certiores fiamus.

Serenissimum Regem Poloniae fratrem et Affinem nostrum Charissimum multis ante diebus per literas Cum proprio Nuntio ad se missas vehementer admonuimus et rogauimus, ut ne bellum Contra Moldauum susceptum prosequatur quin potius Impendentia nunc a Turcis pericula respiciens ad ferendas nobis et Serenissimo Regi Ioanni suppetias animum Inducat quem rursus hac de re non nisi diligentissime alteris literis nostris adhortati sumus vt nolit in tanto totius Reipublice Christiane periculo privatas persequi Iniurias.

Ad res Sclauonicas tutandas, nullis Certe neque Sumptibus neque laboribus parcendum esse iam dudum statuimus.

Ioannem paxij una Cum Ceteris Captiuis ad manus Locumtenentis nostri Alexij Turzonis ab Vesprimiensibus Consignari identidem mandauimus. At qui in dies magis magisque ex omni parte grauissimis querelis fidelium Subditorum nostrorum Aures nostrae obtunduntur de Iniurijs et Violentijs quas Valentinus Tereck Cum Socijs suis nec non Melchior Balassa, Ioannes et Raphael Podmanytzky et alij nonnulli aduersae partis sub istis Inducijs Armalibus non sine Iurisdictionis nostre diminutione exercere audent et conantur, conqueritur Episcopus Vesprimensis illiusque Ecclesie Capitulum Valentinum Tereck omnes Decimas frugum abstulisse Conarique et Decimas Vinorum aufferre minitarique sese omnes illorum prouentus usurpaturum ac bona occupaturum eo pretextu

quod aliquando ante Indutias ea tenuerit et prouentus anno superiori diripuerit, quasi liceat, ea, quae ante Indutias male occupata bene amiserat nunc rursum sub Indutijs occupare. Queruntur Nobiles Comitatus Jauriensis se ad Congregationem quandam per Valentinum Tereck vocatos esse inauditaque Connumeratione Taxarum Vexari, eundemque Nobilibus in Comitatu Somproniensi et Vicinis locis mandasse vt Tributum Vnà Cum Certis Victualibus conferant, Ex multis autem plurimorum querelis intelleximus plerosque esse, in quos potestatem ante praesentes Indutias Serenissimus Rex Ioannes vel Valentinus nunquam habuit. Queruntur miseri et deplorantj Exules Cassouienses se nullibi in istis Indutijs refugium habere neque à ijs qui in Cassouia sunt tutos esse, quippe qui eos Capitaliter persequi, Capere diuexareque non Cessent, illisque ne in hunc quidem dum permitti, vt Agros et Bona sua Circum et extra Cassouiam, sicut Serenissimus Rex Ioannes Consensit Colere possint, de qua re et antea Deuotionem Vestram admonueramus vt cum Rege suo ageret. Lamentatur fidelis noster Hieronymus Horwath Valentinum Tereck sub Generalibus Indutijs Bona sua et fratris depopulatum esse, In quibus plus quam tria Millia florenorum damnum Intulerit. Insuper Sex possessiones eorum occuparit, occupatasque teneat varijs etiam et Intolerabilibus eosdem Vexationibus vexet. Deplorant et Indignantur Regnicolarum nostrorum Status exponentes Aduersam partem Conari fideles subditos nostros in Comitatibus Castri ferrei Jauriensi, Soproniensi, Trinchiniensi, Vesprimiensi, Zaladiensi et honthensi fere in totum subijcere, Dicas Violenter exigere, et omnes Tirannidem in eisdem Comitatibus exercere; Delatum est preterea ad nos Anthonium Lossonczy fratrem suum eo qui sub nostra fidelitate est ex Arce Zalantz Contra leges Induciarum Violenter eiecisse deturbasseque, et multis in locis fidelium nostrorum bona ab Aduersae parte vexari diripique audiuimus, perinde ac si nullae essent Inducie. Que res vt sunt nobis graues et permolestae, ita nisi statim rectificentur et tollantur, prout rectificari et tolli debent, expeditis iuxta Induciarum Contentum Commissarijs, necessario nos Commouebunt et Compellent ad ineundas rationes aportunaque remedia adhibenda quibus et Iurisdictionem nostram Contra eiusmodi grauamina et inconuenientia manuteneamus et Subditos nostros a talibus Iniurijs minime ferendis protegamus, Hortamur itaque Deuotionem Vestram agat nomine nostro apud Serenissimum Regem Ioannem, vt Induciae integre obseruenter à suis, Bona Ecclesiae Vesprimiensis remittantur, ablataeque Decimae restituantur, per Valentinum Tereck Ditioni nostre nihil detrahatur. Subditis nostris nulla Tributa imperentur, Exules Cassouienses iuxta promissum a Rege Ioanne factum permittantur Agros et bona sua Circum et extra Cassouiam Colere, Hieronymo Horwath et fratri suo possesiones per Valentinum occupatas restituantur Cum illatorum damnorum satisfactione, fratrij Antonij Lossonczy fideli nostro Castrum Zalantz reddatur a quo sub Inducijs deiectus est, Comissarij sine mora expediantur, alioquin non Videmus Cur Vel Ioannem Paxij, Gregorium Lonyay vel alios liberari Iubeamus, quin potius Causa erit, quamobrem Saluis etiam Inducijs nostros fideles Contra tot Iniurias tuendos suscipiamus, Sed haec omnia medio Commissariorum vtrinque recte rectificari poterunt vt istiusmodi cum tandem Controuersie direptionesque sub ipsis principijs decidantur auferanturque ne maiora forsan Mala et Inconuenientia sequantur et inualescant.

In Negotio fratris Deuotionis Vestre Clementer annuimus illius petitioni, francisco Vero Kapolnay mandauimus per annexas ne Stephanum Banffy impediat in bonis suis et si que occupavit intra tempus Induciarum, et ea remittat, Et hec ad literas Deuotionis Vestre breuiter respondere voluimus. Datum Enns 19 Augustj 1538.

CXXVIII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Georgiu Martinuzzi*, vestindu-l c'a luat mĕsuri pentru ajutorarea lui Petru-Vodă şi c'a intervenit şi pe lângă Regele Poloniei. 1538, 22 August

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus etc. Fratri Georgio.

Reuerende Devote syncere dilecte. Allate sunt nobis Devotionis vestrae litere, Waradino in Vigilia S^ti^ Laurentij Martyris ad nos datae in quibus nobis significat Wayuodam Transalpinensem simul et Moldauiensem Serenissimo Regi Ioanni nunciasse, Cesarem Turcharum ab Adrianopoli Moldauiam versus duorum dierum Itineris Spatio venisse et à Danubio vbi gentes suas habuisset Decem dierum Iter abfuisse, rectaque ad Moldauiam aggrediendam processurum, rogando nos Serenissimi Regis sui nomine, vt quicquid Virium in Subsidium mittere possimus, requisitis etiam Amicis nostris, dies et noctes mittere festinemus etc. Ea noua Cum non sine animi dolore audiuimus tum Vero quanta pericula Immineant Regno Hungarie Si Turca occupata Moldauia in Transsyluaniam subinde incurrat, facile Consyderamus, Quamobrem Nuntios illos statim ad Vicinos principes literis nostris perferendos duximus requirentes ipsos, vt Cum auxilijs suis in tanti periculi magnitudine presto esse Velint, Quod Vero ad nos attinet, iam ordinem dedimus, vt pro presidio Arcis et Ciuitatis Budensis promissa quinque Millia peditum Versus Budam Vna Cum Tormentis deducantur, que si fuerit extra periculum, Serenissimum Regem Ioannem quibuscunque possumus auxilijs atque Viribus etiam in Transsyluania et Vbi Vbi opus fuerit adiuvare eumque nullo modo in tali periculo derelinquere Statuimus, sicuti Serenitati sue Magnificum Hieronymum à Lasco Verbis nostris Coram iam declarasse arbitramur, Renunciatum autem est nobis fidedignis explorationibus Turcas in Sclauoniam et Croatiam validam Impressionem facere decreuisse, Cui vt obuiam eamus, magno Militum numero opus habemus, Nihilominus pro possibilitate nostra dicto Serenissimo Regi Ioanni Succursum dare non pretermittemus, et externorum etiam principum Subsidio omni studio sollicitabimus, ne Communi necessitati propulsandae defuisse Videamur.

Ceterum Cum Serenissimo Rege Polonie fratre et affine nostro Charissimo per literas Cum proprio Nuntio multis ante diebus ad se missas diligenter egimus, vt susceptam Contra Moldauiam expeditionem hoc tempore deponat et ad Concordiam ineundam animum inducat, et eundem russus hac de re vehementissime interpellauimus hortatique sumus, sicuti Deuotio Vestra ex Incluso literarum exemplo videbit, et quicquid Circa hoc negotium Vna Vel alia Via agere poterimus non nisi summa Cura agemus.

Quod ad Castrum Tockay attinet, Cum Caspare Seredij vltra priora Mandata denuo quam diligentissime et serio quidem tractari faciemus pro Restitutione illius, vt tandem iuxta voluntatem et desyderium nostrum, Deuotionis Vestre voto in hac re satisfieri queat.

Circa Eliberationem Gregorij Lonyay rursus strictissima Mandata ad Magnificum Thomam Nadasdy Michaelem Prydy et Christophorum Kawassx dedimus, vt illum dimittere debeant, idque vt apud illos nomine nostro Curet Thomae Lascano firmiter Iniunximus Sed ita tamen Vt Vicissim fideles nostri qui Capti sunt reddantur.

Nolumus enim Deuotionem Vestram latere nos in dies magis magisque ex omni parte grauissimis fidelium Regnicolarum nostrorum querelis interpellari de Iniurijs et Violentijs, quas Valentinus Tereck Cum Socijs suis nec non Melchior Balassa, Ioannes et Raphael Podmanytzky et alij nonnulli aduersae partis sub istis Inducijs Armalibus non sine Jurisdictionis nostre diminutione exercere audent et Conantur. Conqueritur Episcopus Vesprimiensis illiusque Ecclesiae Capitulum prout in literis ad Brodericum.

Reliquum est, Vt Deuotionem Vestram hortemur velit nobis singula, que istic de progressu et Conatibus Turcharum occurent, Continue Celeriterque perscribere, In quo rem nobis gratam, Regique suo non inutilem faciet. Datum in oppido nostro Steyr 22. Augustj 1538.

CXXIX.

1538, 31 August. Resoluţiunea data de Regele *Ferdinand I.* asupra unui raport primit de la *Georgiu Martinuzzi.*

Dem weissen Munich soll hierauf geschriben werden, welhermassen Ir Mt. sein schreiben vnd anzaigen des Turghen gewalltigen Anzugs halber auss Moldaw Vnd Sibenburgen sambt seiner Vermanung Vmb hilf nochtrags Verstanden hette. Nun Wär Ir Kho. Mt. Kheins andern gemuetts dann seinen herrn souil Ir meglich alle hilff zuerzaigen, Wie dann Ir Mt, Ietzo 2000 Spaniere sambt einer Anzall teutschen auch einer Anzall gepingen pferdt Von Alltenburg straghs heim zu ziehen Verordnet, Ir Mt. Wollten auch zu erhalltung vnd Rettung Sibenburgen noch nichts so Ir Mt. meglich wäre Vnderlassen, Mit Vermanung dass Er nit anfürung seines herrn Vnderthann Vnd Allen andern so Ime möglich war, auch nichts so möglich Sparn oder Vnderlassen Wollt etc.

Ex consilio Regis, letzten Augustj. 38.

CXXX.

1538, 31 August. Raportul lui *Ieronim Laskó* cătră Regele *Ferdinand I.* despre strîmtorarea, în care se află Ardélul.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Postquam scripseram ea que uestra Maiestas Sacratissima cognoscit Serenissime Regis Ioannis fuisse iussu scripta, ueni huc Strigonium, existimans me hic ofensurum decem uexila peditum, et collegam meum. Nam ita uestra Maiestas Sacratissima mihi polliceri dignata fuit, quod in reditu meo ex Transiluania, peditatum hunc inueniam Strigonij cum ea informacione, ut ueniant quo Rex Ioannes eorum opera indigeat, Sciat itaque uestra Maiestas hec me Serenissimo Io: Regi retulisse, illumque eciam assecurasse, quod omnino istis militibus uestra Maiestas succurret, et fortassis et Hispanico peditatu, de quo uestra Maiestas in informacione mihi data fecit eciam bonam spem, quam ego illi Regi legi, Hic autem postquam uenissem quattuor tantum peditum uexilla inueni, tria nomine Maiestatis uestre conducta, et quartum Ciuitatis Norembergensis, de alijs hic neque Dominus Archiepiscopus neque quispiam prefectorum aliquid certi mihi dicere potuit, Preterea uidi hic paria literarum quas uestra Sacratissima Maiestas suis Vienne consiliarijs scripsit, ne peditatum dictum permittant a Jaurino digredi, sed ut ibi expectent, ut vbi maior incumberet necessitas, eo eorum opera uti posset, profecto non satis admirari possum, cur vestra Maiestas sic subito mutauerit intentionem suam, presertim quod sciat omnem Turcarum uim in Moldauiam et Transiluaniam ruere, et quod neque Bude neque alijs locis nunc sit in Hungaria oppugnaciones timere, doleo Serenissime Rex et Domine Domine clementissime, quod ista negligencia accidit, et quod in isto inicio, coniunctionis et confederationis quam cum Serenissimo Io: Rege habet, ita illum frigide auxiliatur, qui pro uestra Maiestate Sacratissima et illius liberis personam suam et omnes suas et suorum uires et facultates paratus est in discrimen fecitque nunc et facit magnum

sumptum, in alendis equitibus et peditibus, quos non conduxisset, nisi habuisset spem in uestra Maiestate et eius suppetijs, scit n. sua Celsitudo pondus belli Turcici solis eius humeris insuportabile esse, cogitasset retinere tantum fortiora loca, et alias impensas euitasset. Quare amore precor uelit uestra Maiestas maiori qua potest festinatione istum Germanicum peditatum, una cum Hungaris equitibus mittere Comittatque ut francisco Nyary, Bamphi et Bakyth utrique in Comitatibus deputaciones peccunie designentur, ut sic si peccunia pre manibus parata non est maturius festinent, Preterea sciat uestra Maiestas quia his tribus peditum uexillis que propre Viennam conscripta sunt stipendium istius mensis finem capiet ad 12. diem. Quare dignetur uestra maiestas talem facere prouisionem, ne aliquis hic error et difficultas emergat nam in Rege Ioanne nulla spes habenda est pro peccunia, habet. n. nunc circiter 50000 florenos Hungaricos in menses in suos sumptus.

Sacratissima Maiestas Regia et Domine Domine clementissime, precor ignoscat mihi uestra Maiestas si urgeo presentibus illam, neque existimet me ob id facere, ut ipse ex his auxilijs quas uestra Maiestas missuri esset, queram solus honorem reportare. Nam licet fatear, nihil me in hoc mundo plus dilexisse unquam aut deinceps amaturum quam honorem ipsum alumnum scilicet omnium virtutum, tamen pro mea condicione satis mihi videor in elevando nomine meo attulisse. qui ob illum infinita maris et terre pericula impendiaque ac peregrinaciones sum emensus, sed quidquid scribo, scribo sicuti iuratus Vestre Maiestatis seruitor et inutilis consiliarius, Video. n. hic duo mala sequi, nisi uestra Maiestas succurret, primum scilicet si Transiluaniam Moldauiam et Transalpinam aut in parte aut in toto occupabit, quod hic sequetur universe reipublice Cristiane Iactura, neque culpa poterit dari Regi Io: quia intempore solus et per intercessores oratores scilicet Sacratissime Domini nostri ac Reipublice Venete implorauit auxilium a Vestra Maiestate, secundo, quod omnes Hungari alioqui natura ipsa ad hoc dispositi invenire poterunt tale medium, quod non solum non esset ex re vestre Maiestatis Sacratissime futurum, uerum etiam charissimorum filiorum suorum, et hoc est quare ipse ita urgenter ad vestram Sacratissimam Maiestatem scribo, et non propter ambitionem aliquam, nam si uestra Sacratissima Maiestas, intelliget quod collega meus, quemcunque vestra Maiestas est mihi datura potest in hoc regno uestre Maiestati utilius sine me quam mecum seruire, nihil me offendet vestre Maiestas si illum solum huic prouincie et his militibus preficiet, quia et prefecturam hanc ob id tantum optaui, ut ostendam me uelle et posse scireque illique seruire. ut decet bonum et fidelium sollicitumque uirum, precor humillime vestram Sacratissimam Maiestatem dignetur me ad octauum diem informare quid facto opus sit, et his tribus vexillis peccuniam mittere, et cum his seruitutem meam uestrae Maiestati Serenissime comendo. Strigonij Vltima die Augusti. 1538.

Hieronymus Laskj.

Aufschrift: Sacratissime Maiestati Regie Ro: Hung: Boemieque et domino Dominoque meo clementissimo.

———

CXXXI.

1538, 30 August. Raportul lui *Ieronim Laskó* către Regele *Ferdinand I.* despre plănuirile Turcilor și despre strîmtorarea, în care se află Moldovenii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas Regia et Domine Domine clementissime.

Humilem ac perpetuam, seruitutis obediencieque mee commendacionem Quo pacto Serenissimus Dominus Ihoannes (sic) Rex acceptum hoc uestre Sacratissime Maiestati referat, quod se illi pro comuni necessitate prestiturum obtulit, cognoscet uestra Maiestas ex literis suis quas ad illam mitto. Cuius Celsitudo imposuit mihi, ut suo nomine hec uestre Maiestati declararem etc.

In primis quod Imperator Turcarum cum duobus suis filiis et his iunioribus castra sua, una a Danubio Dietta posuit, ponsque in alium locum demissus, oppidum uidelicet Oblnczijcza, quo in loco Danubius ita magnus est, ut affirment eas naues, quas pro ponte conduxerat insufficientes fuisse, qua in re uestra Maiestas non opus habet herere, quandoquidem alie naues magna furia iam iam afferebantur ex locis superioribus etc. in Obluczycza Zudffi Bassa et Begleerbegi Romanie, cum Sanzaco Nender Albensi fuerunt, quia precedent et preibunt copias Imperatoris sui.

Sciat etiam uestra Sacratissima Maiestas Turcam in presentia mei unum ex suis Czausis apud Serenissimum Do: Io: Regem habuisse literasque misisse, quibus declarat uenire se contra Moldauum, ut eum in toto demoliatur, qui cum non habeat alibi, quo se recipiat, preter castra que in Transiluania habet. Nam Serenissimus Rex Polonie cum ualido exercitu ab una, Tartari ab altera, Turca uero a Tercia partibus comunicato consilio ueniant, et ob id rogare ut Serenissimus D: Io: Rex. copias suas colligat, et modum querat intercipiendi Moldaui et deinde Turco tradendi, cui ille Rex respondit, obtemperaturum se desiderio Turce, et collecturum ex omnibus locis, etiam et ab amicis quos in Germania habet copias suas, sed quia Moldauus habeat multa confinia cum uestra Maiestate Sacratissima, timere se dixit Serenissimo Do: Io: Rex ne se eo Moldauus conferat, addidit etiam, non timere se aduentum Imperatoris, quum nihil in eum peccaret, sed transiluanos ob necem Gritti. habere suspectum aduentum Turce, et ob id noluisse omnia uictualia exurere, relinquereque loca debiliora deserta, uixque et cum labore Serenissimum Io: Regem ab ea intencione reduxisse Transiluanos, addidi etiam ipse quedam ex uoluntate sue Celsitudinis egimusque cum Turco turcice et eorum arte etc. quia cognoui diu istum nunctium, quem quattuor duntaxat diebus tenuit, et alioqui sua Celsitudo dimisisset eum ocius, sed uolebat aliquas in Alpibus preparationes etc. facere illique ostendere.

Preterea orator Serenissimi Domini mei Polonie Regis, qui apud Turcam fuit, noluit permitti ut per Hungariam rediret, coactusque est ire Tauricam et demum per Tartarorum campos, misit tamen ad Serenissimum illum Regem et ad me suum unum seruitorem, per quem heç nunctiauit, rogauitque ut Serenissimus Do: Io: Rex sibi consulat. Turcam contra illum et neminem alium uenire, illique esse infensissimum propter pacem cum uestra Maiestate initam, admonuitque ne ullis literis aut uerbis credat, sed ut sibi quam maxime prouideat. Antonium Rinconem Haragusam esse expeditum et dimissum, neque Turcam in suo ex Adrinopoli egressu sciuisse quidpiam de pace inter Cesaream et Christianissimam Maiestates facta, de qua Turca ore suo oratorem eundem interrogauit. Retulit etiam eo consilio Turcam filios suos secum ducere, ut unum in Moldauia alium in Transiluania cum Sanzaco Nender Albe instituat, Maiorem uero natu misit in Maesopothamiam, cum omnibus Asiaticis uiribus et aliquibus Ianizaris, affirmauitque idem seruitor non habere apud se Turcam ultra et ad extremum 5000 Ianizarorum, et Georgium Gritti fuisse Adrinopoli, nescire tamen si ueniat.

Moldavus etiam presente me suum nunctium apud Serenissimum illum Regem habuit, qui magna instancia petijt, mitterentur sibi 3000 aut 2000 peditum pixidariorum, et Siculorum copie, uellet. n. his uiribus adiutus Turco copiam pugne facere, ad quem misit illius Celsitudo, et eius uoluntate ipse etiam misi subditum uestre Maiestatis Sacratissime Iacobum Fyscher, rogatum ne ante tempus se et suos in discrimen ponat, sed ut paulisper expectet, ut uestre Maiestatis auxilia adueniant etc.

Significauit etiam habuisse se a Turcà nunctium, et literas quibus iubet esse cum bono animo, et ut ad se cum exercitu ueniat, Turcam n. propterea Moldaviam uenire, quod inde in Transiluaniam commodiorem aditum habeat, quam ex alio quopiam loco, et certe nunc facile dinoscitur, Ibraym Bassam succubuisse, et apud Turcas fidem et pudorem unacum Ibraym perijsse, qui non uerentur tam anilibus thechnis Cristianos uelle principes decipere.

Sacratissima Maiestas Regia, cognoscit uestra Celsitudo ex literis Serenissimi D: Io: Regis, quam expectationem habeat militis Hispanici, ita ut nihil sibi defuturum existimet, modo eos habeat, qui personam suam pro honore Domini dei, et uestre Sacratissime Maiestatis suoque uitare nollet discrimini exhibere, quare et ipse humillime vestram Maiestatem precor, illique pro fide mea consulo, nolit sue ipsius eiusque Maiestati nunc deesse, sed mittere maiori qua potest celeritate dignetur hunc militem, nam nos poterimus cunctari et tempus trahere, ut dictum militem ad manus habeamus, credat n. mihi uestra Sacratissima Maiestas Serenissimum D: Io: Regem habiturum 35000 equitum et 5000 peditum hungarorum, neque adeo uilium ut bonis assistere aut bonam operam facere nesciant uel nolint. Taceo autem de alia multitudine, quam uel ex sola Transiluania illius Celsitudo habebit, ubi omnes tres naciones capitatim arma capiant, moldauus etiam aderit nobis cum 25000. licet ipse 100000 promittat, ueniet etiam et Transalpinus, quas vires is exercitus uestre Sacratissime Maiestatis in officio retinebit et animabit, et profecto plus uestra Maiestas nunc sibi animos omnium Hungarorum conciliauit, mittendo istum Germanicum peditatum, quam unquam ulla re alia, quibus si uestra Maiestas Hispanos mittet, plus sibi amoris fideique parabit plusque illis credere poterit, quam omnibus alijs literis et obligacionibus etc. si quibus releget (?) uestra Maiestas sola uel liberi sui.

Bombardarum contraximus bonum numerum, nam et ipse aliquas meas contuli sed penuriam habemus magistrorum iaculandi, sine quibus tormenta inutilia sunt cadauera, rogat itaque Serenissimus Rex Io: uestram Sacratissimam mittat sibi eius generis magistros.

Postremo, comiserat Serenissimus Io: Rex Domino Seredi peccuniam pro Thokay dari ad quem Thesaurarius sue Celsitudinis, cum uestre Maiestatis misit, sed tamen Dominus Seredy obaudit uestre Maiestatis scripta, et nunc maxime in iniuriam Serenissimi illius Regis homines depactat, vineas immaturas colligit, ubi rogat eius Celsitudo uestram Maiestatem docere illam uelit, quid cum Seredi sit facturus, aut quo pacto castrum Thokay, et pactacionem post literas Maiestatis vestre illi exhibitas factam repetere ab ipso debeat, scit. n. sua Celsitudo quid hic opus facto esset, propterea ut scripta vestre Maiestatis reputentur, sed nihil uult inscia uestra Maiestate facere, et hec sunt que Serenissimus ille Rex mihi iniunxit ut uestre Maiestati Serenissime significarem, qui diligenter uestram Maiestatem Rogat ut Generoso domino Alberto Stembergk de Zelena hora saluum conductum ad sex menses prolonget et citto mittat. Alia uestra Maiestas Serenissima de rebus meis ex annexis presentibus. Datum Bude penultima Augustj. 1538.

minimus Seruitor

Hieronymus Laskj, manu sua p.

CXXXII.

1538, 31 August. Raportul lui *Ieronim Laskó* cătră Regele *Ferdinand I.* despre nişte afaceri particulare ale sale.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas Regia et Domine Domine clementissime.

Humillimam et perpetuam seruitutis meae commendacionem. Scit uestra Maiestas Sacratissima modestiam meam, qua ab inicio usus sum nolens uestram Celsitudinem pro priuatis rebus meis grauare id quod etiam nunc facio, neque a Vestra Maiestate grauia exigo, nisi hoc quod uestra Maiestas mihi pollicita est et literis suis inscripsit, uidelicet ut Tricesimam orawe ad manus meas accipere possem, quam non vestra Maiestas, sed Ioannes Kostka exigit nulla vestre Maiestati Sacratissime seruicia prestando, rogo etiam vestram Maiestatem Sacratissimam velit mihi dare libertatem tricesime a. 2000 boum, quos credat uestra Maiestas num in fraudem uestre Maiestatis conduxi aut aliquam cum mercatoribus intelligentiam habui, sed quia annis superioribus habueram quedam bona in comitatu Neogradiensi per Serenissimum dominum Ioannem Regem nihi data, que ante quam ad servicia vestre Maiestatis venissem ob id Magnifico domino Emerico Balassa Wayuode Transiluano oppignoraueram simulate, ne ille Rex mihi ademisset, sicuti aduenit debreczen. Nunc autem feci conuencionem pro eisdem bonis cum dicto domino Emerico Balassa, qui mihi duo millia boum dedit Vestra autem Maiestas mansit mihi debitor 1000 fl. illos quos in Jactura monetarum mea peccunia suppleui, quare non rogo, quod vestra Maiestas hanc tricesimam mihi alio modo dare dignaretur quam pro dictis 1000 fl. id quod ego uestre Maiestati reseruiam.

Serenissime princeps, si ita uult uestra Maiestas Sacratissima, Vt ipse permaneam solus uel cum collega in ista prefectura, hoc rogo uelit vestra Maiestas prouidere, ut quicumque ille sit, qui uel solutiones uel lustra peditum faciet, quos eos pedites acceptet, eos vicissim dimittat et licenciet. quos ego cum collega nominabimus, quia ego honorem meum in his et alijs, ita etiam iudico collegam meum facturum, ut nihil vestra Maiestas sit repertura qua de re me accusare posset.

Sacratissima Maiestas Regia si hic in Hungaria aliqua peccunia haberi potest ex comitatibus istis, consulo daretur potius his peditibus, quam Hussaronibus quia ita prioribus scripsi vt fierent Hussaronum prefectis deputaciones. sed quia Serenissimus dominus Ioannes Rex equitatum magnum, ideo consulo potius dari peditibus etc. et cum his me perpetuaque seruicia mea Vestre Maiestati Sacratissime commendo, que si dignabitur me aliquo stipendio prouidere, id stet in gracia vestre Maiestatis, quia ego nolo esse molestus, quia si vitam deuoui Vestre Maiestati prosecto et bona que Vita leuiora sunt, stabunt in arbitrio Sacratissime Celsitatis vestre. Strigonij Vltima die Augusti Anno 15.

Seruitor

Hieronymus de lasko, manu sua.

Aufschrift: Sacratissime Maiestati Regie Romanorum Hungarie Croacie Dalmacie etc. domino Dominoque meo clementissimo.

CXXXIII.

Raportul lui *Ieronim Laskó* către Regele *Ferdinand I.*, cerênd în numele lui Zápolya ajutor contra Turcilor, care amenință Moldova și Ardélul. 1538, August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas Regia etc.

Ea propter uoluit Serenissimus Ioannes Rex, ut summa festinatione ad uestram Maiestatem curram, quod ab illa obtinerem ac impetrarem, peditum (in maiori quo possibile foret numero) auxilia, quorum uirtute non solum ingressum Turco in Transiluaniam prohibere posset, uerum etiam paratus est uitam et facultates suas pro comuni honore et bono sorti et discrimini quod ex prelio colligit submittere atque cum Turca manus conserere, habebit n. Rex Ioannes 30000 equitum Hungarorum et Transiluanorum, habebit etiam aliquos pedites Hungaros, neque adeo uiles, ut facere non possent, aut nesciant, que ad militiam pertinent, nam eos omnes, quos Bude Cassouieque ac Themeschwar alijs locis habuit, quos preterea Barones Hungari in eorum arcibus habuerunt collegit. etc.

Rogat itaque illius Celsitudo Sacratissimam Maiestatem uestram, nolit sibi in isto coniunctionis et confederationis inicio, nolit comuni honori et bono nunc deesse, quum Imperator Turcarum ob hanc coniunctionem initam et factam arma contra illum capiat, constituatque Transiluaniam aut occupare, aut omnino in nihilum reducere, Sanzacumque in Transalpina instituere, qui Transiluaniam, quottidianis predis defatigent et desolent.

Sciat. n. Maiestas uestra, quod Turca sciens ad estatem futuram, facturam Maiestatem vestram unacum Sacra Cesarea Maiestate domino fratre suo magnam expeditionem ob id nunc Transalp: Mold: Transiluaniamque demolire nititur, ne quum in estate sequenti, contra expeditionem Maiestatum uestrarum pergat. a tergo ex Transiluaniam per Regem Ioannem et illos Wayuodas agrediatur, qui si nunc a Turca non oprementur, possent, in usum Reipublice Cristiane 150000 milia equitum et peditum habere.

Preterea Rex Ioannes, cum suis tantum insufficiens est. et ingressum Turce prohibere et presidijs ciuitates in Transiluania munire, que sint presertim non adeo fortes, ut capi non possint per Turcam, id si accideret, et Turca unam tantum ciuitatem caperet, Rex Ioannes una cum suis nullo pacto illam recuperare posset, sine peditibus et auxilio Maiestatis uestre Serenissime, rogatque iterum ac iterum, ut nunc nunc et iam iam ea saltem 5000 peditum Strigonium mittat, que ad Bude conseruacionem uestra Maiestas se daturam promisit, et ubi sint interim, donec ego iterum ad Ioannem Regem reccurram, currusque et uictualia ordini rogat etiam mittat uestra Maiestas sibi quoscunque Germanos ant Hungaros equites potest, atque Bombardas, quas ipse equis et sumptu suo ducet et reducet Strigonium, Equites autem uestra Maiestas Hung: citto habere potest. nam Archiepiscopus Strigo: Turzo, Episcopus Wespe: franciscus Niari uterque Bakyth, Seredi, et illi equites apud Lascanum in Eperies statim ad manum haberi possunt, Bombarge (sic) etiam sunt in Saros pro campo nonnulle, unde obuiam his peditibus facile occurrant.

Sacratissima Maiestas Regia dixi hodie Maiestati uestre, esse quosdam, qui sollicitent Ioannem Regem, ut se Turco reconciliet, habeatque modos quibus id facere posset, tamen Rex Ioannes id facere noluit, ymmo uult persona sua et facultatibus suis assistere Maiestati uestre, illiusque tanquam antiguardia esse, Turcoque se obicere modo etiam uestra Maiestas nunc sibi subueniat, ubi ipse adhuc cum suis aliquid potest, nam deus auferat, aliquam cladem his Hungaris accidere, quos illius Celsitudo nunc contrahit, pro-

cul dubio periclitarit non Transiluania solum, quae penum totius Germanie est vel aliquod macellum, sed et Hungaria et uestre Maiestatis alia regna.

Atque ita et ego pro fide mea et propensione precor Maiestatam uestram, illique etiam consulo apponat iam nunc Maiestas uestra manum et Hungaris ostendat, uelle eos et Regnum illud tueri, ne si destituantur, incidant in aliquam desperationem et ineant aliquem errorem, nam quicquid est amoris apud illos erga uestram Maiestatem et Germanos, in eo duntaxat heret, quod sperent non defuturam illis Maiestatem uestram, quum itaque uestra Maiestas habeat pre manibus pedites, habereque potest equites etiam, sint etiam ingenia in Saros, et ea que Marchio misit, acceleret uestra Maiestas, et subueniat honori suo proprio comunique bono ego uero paratus sum facere cum persona mea, illa que Ioannes Rex a me desiderat, modo uestra Maiestas mihi tanquam Dominus meus iubeat et committat.

Scio. n. Serenissime Rex quid sunt Turce, scio quid sunt Hungari, scio situs et passus Transiluanie et Transalpine, ubi intelligo, posse me bene et utiliter uestre Maiestati Serenissimi seruire, quum mihi fidat Ioannes Rex, fidant mihi duo fratres mei dominus petrus pereni supremus illius Capitaneus, et Emericus Balassa, Wayuoda Transiluanie, fidatque mihi frater Georgius qui ibi aliquid potest, precor tamen non existimet uestra Maiestas Sacratissima me abiecta mauali militia, uelle se alijs preferre, certe non est ea intentio mea, scio. n. Maiestatem uestram habere, longe me uiros dexteriores ad obeundas belli prouincias, tamen qui me ardore diligentiaque ac fide superare posset, nemo est cui loco credere uelim etc. et polliceor uestre Maiestati si in tempore Transiluaniam auxilia uestre Maiestatis ingredientur, quod aedam quedam exempla uirtutis atque industrie mee, ut ex eis sit uestra Maiestas gloriam habitura, quicquid tamen uestra Maiestas facere dignatur, expediat me precor ut ipse ad constitutum tempus redire ad Regem Ioannem possem, cui fide militari spopondi intra 20 dies ad summum rediturum, ac redditurum illum de omnibus certiorem, de expeditione nauali taceo, quia uideo illam esse impossibilem, que si esse posset dari posset Turco tale negocium, ut nesciat, quid primum facere debeat. Tamen consilium est Regis Ioannis, ut isti omnes pedites, eas naues Strigonij detineant in quibus ibi adducentur, quia sub id tempus donec ego ad illum reuertor posset contingere, ut isti pedites per uiam danubij uersus Themeswar demittantur, id quod fortassis uestre Maiestati Serenissime admirationem faciet, tamen ego cicius cum istis peditibus per hanc uiam quam per aliam essem, et occuparem Titulium, quia ibi nunc. 80. dumtaxat Turce sunt, et demum uersus Transiluaniam tenderem, quia ibi est prope ualde, nam ex Titulio ad Themeschwar octo ex Themeschwar ad Transilvaniam decem sunt miliaria, naues autem iste tuto ad Segedinum uel Thokaj reduci possent, que ad futuram estatem cum uictualibus redirent. etc., ego uero ex Strigonio apud Titulium in octo diebus essem, neque timerem classem Turcarum modo uestra Maiestas mihi aliquos Nassadistas daret, circiter 25. naves etc.

CXXXIV.

Extras dintr'un raport, în care *Adamus Carolus* rógă pe Regele *Ferdinand I.* să stăruie pe lângă Regele Sigismund I. ca să se unéscă cu creştinii contra Turcilor. 1538. August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Arbitror Maiestatem vestram non ignorare quod Impresentiarum etiam Serenissimus Rex Poloniae vires suas Contra Moldavum misit, ita ut a Thurca et Polono pariter impetiatur. Maiestas autem Domini mei laborat Regem Poloniae et Moldavum in Concordiam reducere Cum eiusdemque Maiestate nosque eius Maiestatis subditis sumus in hoc sumus vt Serenissimus Rex Poloniae illas Copias Contra Moldavum expeditas in sortem pecuniarum nostrarum in subsidium Moldauj Contra Thurcas nobis daret. Quare si Maiestas vestra aliquam viam inuenerit, dignetur Commemorialiter Regem Poloniae ad hoc ipsum reducere vt petitioni Maiestatis Domini mei faueret. August. 1538.

Aufschrift: Adamus Carolus

CXXXV.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Zápolya*, încredinţându-l că-l va ajuta contra Turcilor. 1538. August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Manu propria Regie Maiestatis expeditae).

Serenissime Rex. Accepi Serenitatis vestre Literas et Hieronymum Lasky in ijs quae mihi eiusdem Serenitatis Vestrae nomine exposuit per benigne audiui, illumque certo Responso in Scriptis dato rursus dimisi vt ad Serenitatem Vestram rediret, ex quo Serenitas Vestra facile cognoscet, quae ad ferendas Suppetias Serenitati vestrae et ad tutandum Commune Regnum istud nostrum Contra Turcas toto pectore sum propensus, omnes vtique rationes Viasque initurus, ne vel offitio meo in hac ipsa necessitate propulsanda defuisse, Vel Serenitatem Vestram debitis possibilibus auxilijs destituisse videar quam felicissime Valeat. Datum Lintij.

CXXXVI.

1538, 1 Sept. Ordinul Regelui *Ferdinand I.* cătră *Gaspar Serédi* (?), ca să fie gata a le da ajutor Moldovenilor ameninţaţi de Turcĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Caspari Sviedy. Ferdinandus etc.

Magnifice fidelis dilecte, Quo in periculo discrimineque versetur nunc Transsyluania ob Turcarum Cum tam Valida manu aduentum in Moldauiam, te latere minime arbitramur. Quare Cum repentinum subsidium, quibus Ioannem Contra Turcas iuuemus in Transsyluaniam deduci iam nunc ordinauerimus, Te omni studio requirimus et hortamur Vt pro amore patrie tuendae, et pro tuae etiam in nos fidei debito te Cum tuorum Equitum numero Copijs nostris adiungas, et in Transsyluaniam vnà Cum Ceteris ad praestandum auxilium Regno isti tanto in periculo posito proficisci nullo pacto Cuncteris. Nostram in eo expressam omnimodamque executurus Voluntatem. Datum in oppido nostro Gmonden prima Septembrii 1538.

In simili ad Michaelem Prydy et Christophorum Ramassy. Egregie fidelis dilecte.

CXXXVII.

1538, 1 Sept. Raportul lui *Thúrzó* cătră Regele *Ferdinand I.*, despre îmbolnăvirea Sultanului.

Sacratissima Maiestas Regia Domine clementissime.

Premissa fidelium seruiciorum meorum humillima commendacione, etc. (nun folgen lange ungar. Berichte über Kriegsangelegenhten (sic), auf den vorliegenden Gegenstand kainen Bezug hbd; unter den am Schlusse beigefügten Neuigktsberichten kommt folgende Stelle pag. 434. vor); . . . . . . Noui Nihil habeo. Venerat quidem fama, Turcam In Moldauiam penetrasse, Nunc tamen audio cursum illius retardatum esse ob grauem aegritudinem qua conflictatus fuisse dicitur, pene vsque desperacionem Vitae, et ob id hucusque danubium transmittere Non potuisse, Missus fuit quidam Nuncius Turca Ad Ioannem, Is tamen Vt suspicionem motus Bellici Vitaret, aut Minorem fama redderet, secesserat in Villam quandam ad Edes euiusdam Nobilis de Gherendi, Vbi constituerat Oratorem Turcum audire, remota frequencia suorum, Dignum scitu hucusque Nihil a Turca gestum audio . . . . . Cum ijs fidelia seruicia mea humiliter commendo. Ex Galgocz, prima Septembris 1538.

fidelis Seruitor

Thurzo.

Aufschrift: Sacratissime Maiestati Regie Domino meo clementissimo.

CXXXVIII.

Raportul Comitelui *Grigorie Pestpieny* cătră *Thúrzó*, despre sosirea Turcilor în Moldova. 1538, 1 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Spectabilis et Magnifice, Domine, Domine Nobis obseruandissime, Salutem, et nostri commendacionem. Misimus nunc litteras ad dominacionem Vestram Spectabilem et Magnificam, quas eadem intelliget, Dominacio Vestra tamen Magnifica et Spectabilis celerem relacionem de hijs Dare Velit, Praeterea sciat Dominacio Vestra Spectabilis et Magnifica iam Thurcas in Regno Moldauiensi esse. Dominacionem Vestram Spectabilem et Magnificam feliciter Valere optamus. Datum Bude, In die Sancti Egidij abbatis 1538.

Comes Gregorius Pestpyenij de Martpenos.
Iudex curie et locumtenens Regie Maiestatis etc.

Aufschrift: Spectabili, ac Magnifico Domino Comiti Alexio Thurzo, Iudici curie et locumtenenti Regie Maiestatis, Romanorum etc Domino, et amico Nobis obseruandissimo.

CXXXIX.

Rescriptul Regelui *Ferdinand I.* cătră *Episcopul Broderic* din Vaţ, comunicându-i mĕsurile luate pentru apărarea Ungariei şi Ardélului. 1538, 1 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Broderico. Ferdinandus etc.

Reuerende Deuote, syncere dilecte, Literas Deuotionis Vestre XVI et XX. Augusti proxime preteriti ad nos datas accepimus, Ex quibus ea, quae de Turcarum expeditione Contra Moldauiam et Transsyluaniam vltra priora latius nobis significauit, diligenter intelleximus, Et suam illam sane in denunciandis singulis quibusque nouis de Rebus Turcicis Operam studiumque grato à se animo suscipimus et plurimum Commendamus, Hortantes eundem Vt Imposterum quoque hoc scribendj genus continuare Velit, Pro Certo enim sibi Deuotio Vestra persuadere debet nos firmiter statutum habere Vt Serenissimum Regem Ioannem Amicum suum omni quo possumus auxilio iuuemus, Namque bis mille Hispanos et Mille Pedites Germonos nec non Equitum leuis Armaturae bonum numerum ex Owario recta celeriterque Transsyluaniam Versus deduci iam nunc ordinauimus, nihilque adeo praetermissuri sumus, quod ad defensionem Conseruationemque Transsyluaniae facere Videbitur, etiam atque etiam pro Virili nostra Curaturi Vt Regni istius partem haud postremam quoad per Nos fieri queat, minime indefensam relinquamus, neque apud nostros fideles Subditos in praefato Regno isto impensius agere Cessamus vt in Expeditionem illam Coniunctis armis Viribusque ocyus procedant. Quod Deuotionem Vestram latere noluimus. Datum in oppido nostro Gmonden prima Septembris. 1538.

CXL.

1538, 7 Sept. Raportul lui *Thúrzó* către Regele *Ferdinand I.* despre înaintarea Turcilor și despre operațiunile lui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas, Domine clementissime.

Post fidelium meorum seruiciorum humillimam recommendacionem . . . . (nun kommen Nachrichten über den Stand der Truppen und andere Berichte über die Hülfesendung zur Vertheidigung Siebenbürgens) . . . . . . Accedit Preterea adhoc, quod ita est Varia fama de isto Turcarum in Moldauiam et Transsiluaniam ingressu, Vt ipsi Iohannite Varia quottidie de hisce Rebus scribant et incerta multum significant, ymo credo esse Verum, quod Iohannes Transsiluaniam exierit, et quod Memhethbek redierit Nandoralbam caute itaque eciam Pedites Maiestatis Vestre per illa loco campestria descendere debebunt. Ne illis Vtcunque Memhethbek occurrat, Vti alias dicebatur et aliquam Stragem in illos committat, Videtur eciam difficile Penetrare in Transsiluaniam si Turca esset in Moldauia hec, tamen omnia Maiestatis Vestre Iudicio relinquo, Isti quosque prouinciales multum timent ne Memhethbek hoc Autumno ad has Partes Predaturus Veniat, ego tamen in omnibus me confirmabo Mandato Maiestatis Vestre cuius clemencie me humillime commendo. Datum In galgocz septima Mensis septembris 1538.

fidelis Seruitor

Turzo. etc.

Aufschrift: Sacratissime Regie Maiestati domino meo elementissimo.

CXLI.

1538, 10 Sept. Scrisórea Regelui *Sigismund I.* către Regele *Ferdinand I.*, vestindu-l, că a încheiat pace cu Petru-Vodă din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Serenissimo Principi Domino FERDINANDO diuina fauente clementia Romanorum Regi. semper Augusto, ac Germaniae. Hungariae, Bohemiae Dalmatiae Croatiae Slauoniae etc. Regi. Infanti Hispaniarum. Archiduci Austriae Duci Burgundiae etc. Comiti Thirolis. Fratri et consanguineo nostro charissimo ac Honorando SIGISMVNDVS, Dei gratia REX Poloniae magnus Dux Lituanie Russiae totiusque Prussiae ac Massoviae etc Dominus et Haeres. Salutem et mutui ac perpetui amoris continum incrementum. Serenissime Princeps et Domine frater et consanguinee noster charissime ac Honorande. Cum huc perlatae ad nos essent Maiestatis uestrae Serenissimae literae quibus iterum a nobis contendit, vt cum Vayuoda Valachiae pacem et concordiam ineamus, neque illum nunc bello impetamus, cum in subsidium Regno Hungariae contra communem hostem sit se, suasque uires oppositurus, Sub idem tempus allatus est nobis ab exercitu nostro ex valachia nuncius, factam, transactamque nobis esse cum vaie-

uoda perpetuam concordiam et pacem. que dudum. nisi ab illa abhorruisset, coire poterat, Condicionibus ijs, quae a nostro exercituum praefecto illi datae sunt, quas cum nunc adhuc ipsi ignoremus alio tempore ad Maiestatem uestram perscribere curabimus, Nunc illud solum vestrae Serenissime Maiestati defferimus, quod dudum studiis nostris testati sumus, pacem scilicet hanc et concordiam nulla repetita uindicta cum Vayuoda pactam, quae in hoc potissimum ita est recepta, ut voluntati Maiestatis uestrae Serenissime et Christianae reipublicae vtilitati, à nobis satisfiat, atque consulatur. modo id ita quemadmodum Maiestas uestra et nos una cupimus de subsidio eueniat et a Vaiuoda praestetur. Nos equidem quod maxime potuimus in gratiam Maiestatis uestrae, et publici commodi causa, praestitimus. neque enim ignorabamus quantum nobis per hanc concordiam, quae sub id tempus incideret, a Turcis, et Tartaris periculum conflaretur. quorum omnium nos impetum et rabiem, pro unius Vaiuode infestis uiribus metuere et praecauere, fuerit necesse, vnde fit quod nequaquam sit nobis integrum copias nostras, vt Maiestas uestra postulat, nos aeri Serenissimi Domini Ioannis Regis concedere. Nam in praesidiis flnium: nos illas partiri et collocare opportet. vt si quo repentino impetu communes Christiani nominis hostes (quod omen deus obruat), nos adoriantur, quantum possint, se opponant. ne graui aliqua calamitate populus Christi, dicioni nostre subiectus afficiatur, Quamobrem Maiestatem uestram rogamus vt nostrorum de Valacho obsequium, et de nostris copiis iustam excusationem. in optimam partem accipere, et suo fraterno nos amore et beneuolentia, ut solet, complecti dignetur, Deum praecamur, vt omnes conatus Maiestatis uestrae fortunare deque omnibus hostibus uictoriam illi, et triumphum concedere uelit. Datum Cracouiae die X-a mensis septembris. Anno Domini M.D.XXXVIII. Regni uero nostri Anno XXXII.

Sigismundus Rex.

Rex Poloniae Senior. datum X Septembris 1538.

Aufschrift: Serenissimo Principi et domino Ferdinando Diuina fauente Clementia Romenorum Regi semper Angusto ac Germaniae Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae Croaciae Slauoniae etc. Regi, Infanti Hispaniarum Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Comiti Tirolis, fratri et consanguineo nostro charissimo et honorando.

CXLII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Georgiu Martinuzzi* despre intrarea Turcilor în Moldova. 1538. 13, Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Fratri Georgio. Ferdinandus etc.

Reuerende Devote, syncere dilecte, Binas rursus Devotionis Vestrae literas accepimus quarum ex prioribus non libenter sane cognovimus Turcarum Cesarem transmisso Danubio Cum Capiis suis in Moldauiam peruenisse . . . (jetzt folgen Versicherungen der Hülfstruppen zur Vertheidigung Siebenbürgens und andere Verhaltungsregeln gegen Räubereien des Tereck u. Podmanyczky sogar nach Maehren),

Datum Lintij XII Septembris 1538.

CXLIII.

1538, 18 Sept Scrisórea lui *Stefan Majláth* cătră *Episcopul Broderic din Vaț*, despre alungarea din țară alui Petru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Reuerendissime domine, et pater obseruandissime, Salutis, et Seruitutis commendacionem Imperator nunc prope Zwchwam, Arcem Wayuode Moldauiensis est, Petrus Vero Wayuoda a Boyeronibus relictus cum paucis quibusdam, Vel Poloniam Vel Bistriciam Versus Ad Alpes se recepisse dicitur, Sed de hac re nihil adhuc certi habebam.

Qui si consilio Regie Maiestatis, cui neque meum, de eius ad Nos Exitu consilium defuit, paruisset, melius nunc res sue procederent. Quem non solum de Exitu. Verumeciam Vt Arces que in Moldauia essent, rebus necessarijs bene prouisas redderet, sepius Maiestas Regia admonuit, sed frustra, Nam Boyerones isti qui nunc apud me sunt, et alij qui e Moldauia ad Nos fugiunt similiter referunt, Petrum Wayuodam latrunculos quosdam in Arcibus illis reliquisse, tantumque illos De conseruacione Arcium curare, Vt plerique iam Ex illis finnibus se per murum demittere ceperint, Que si bene prouisse, bonisque et precipuis Viris commisse essent, spes esset, Ex conseruacione illarum, Regnum Moldauie, non ita cito a cesare capi posse, Quem certo Affirmare possum nullam Bombardam Maiorem, quibus munita loca oppugnari possent, preter Bombardas campestres, quas ducentas, et Triginta Exploratores mei in toto esse dicunt, secum aduexisse. Si Vero Arces ille per dedicionem ad Manus Imperatoris Venerint, manifestum periculum, et Nobis Transsiluanis et Polonis quoque, qui Thurcam contra Moldauum Excitasse dicuntur Imminebit.

De Nouo Wayuoda quem Imperatorem in Moldauia constituisse Dicunt nihil certi habeo, Sandrini tamen cuiusdam filium illum esse predicant. Thurci neminem Vt audio occidunt, neque incendio aliquam populacionem Cesar ipse in Regno Moldauie fieri permittit, et eos quoque qui aliquid tale designauerint, non sinit esse impunitos, cum Regnum illud suum esse dicat.

Nouus Wayuoda ne Boyeronibus quidem ipsis Vt intelligo displiceret, modo Vt Walchum aliquem Wayuodam et non Thurcum cesar ipse in regno relinqueret, Nam Petrum Wayuodam propter eius malos Mores, et Tyrranidem omnes odio prosequuntur.

Tarditatem hanc meam scribendo, Ne dicam negligenciam dominacio Vestra Reuerendissima mihi ignoscat, neque suum a me Amorem propterea retrahat, ego enim in omnibus dominacioni Vestre Reuerendissime tanquam obsequentissimus filius, inseruire Volo, Quam deus felicem Ad Vota conseruet. Ex Bereczkij feria quarta proxima post festum Exaltacionis Sancte crucis, Anno domini 1538.

Eiusdem dominacionis Vestre Reuerendissime deditissimus filius et Seruitor

Stephanus Maylad.

Ego hic in oythoz Vnde aditus Cesari in hoc Regnum esse possit, cum bonis Siculis, quantum bonitas inter Siculos esse potest, custodio, quam ad Tria Miliaria iam sectis arboribus intercludere feci.

Aufschrift: Reuerendissimo domino Stephano Broderico Episcopo Waciensi consiliario Regie Maiestatis domino, et patri obseruandissimo.

CXLIV.

Raportul lui *Bánffy* cătră Regele *Ferdinand I.* despre strîmtorarea, în care se află Petru-Vodă, care a cerut printr'un sol al lui ajutor grabnic. 1538. 19 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Regia Maiestas Domine Domine mihi clementissime.

Post Meorum fidelium Seruiciorum etc. Istis Preteritis diebus Misi Scribam meum medio ipsius non dubito intellexisse omnes meas Suplicaciones, miror tamen quid sit causa Quod ad huc nulum habeam Responsum, ex Maiestate Vestra, Interim me Moueram Versus Sclauoniam, erga affines meos pro quibusdam negocijs que breui in alijs literis meis intelliget Maiestas Vestra, in absencia Mea Venit huc quidam adolescens domini Moldaui erga me per quem multa mihi dominus Moldauus Noncciauit que domino locumtenenti in scriptis misi Vt informet Maiestatem Vestram de periculo ipsius et de hoc Quod quantum confidit in Maiestatem Vestram tanquam Cristiano principi meque admoneret, Vt et ego tanquam tam miser seruitor Maiestatis Vestre Suplicarem, Vt maiestas Vestra ne ipsum perire permitat, Misit literas Maiestati Vestre quas hic inclusas misi magnifico domino locumtenenti qui mihi dixit Vt quam citissime per postam mitet erga Vestram Maiestatem. magnificus dominus locumtenens intimauit mentem Vestre Maiestatis Quod Velim proficisci in transiluaniam, licet Sim in magna paupertate et oportet me derelinquere in magna miseria familiam meam, Sed ego tanquam obediens Seruus Maiestatis Vestre dixi me paratum Dum Saltem ad Vnum mensem mihi nunc faciant Solucionem Interim Vero Quod Velit ita mihi prouidere Maiestas vestra Quod ne illic inter Alterius Regni seruitoribus Mendicando oporteat me Viuere hec nunc asumere me coegit fidelitas mea Erga Maiestatem Vestram et pro patria mea hoc miserimo Regno, Quia si illuc non Venero cito, timeo Quod Vt mihi intelligere dat dominus Moldauus non confidit Iohanni, Ex quo moldauo periculum Magnum ori potest et ex periculo ipsius transiluanie ex transiluania tocius Cristianitati, Sed si illuc possim Attingere Ego non dubito Quod gentes Moldaui et Waiuodanos in simul concordare, Iam misi hominem erga ipsum Moldaum et informaui ne Aliquam Stulticiam faciat Sed gentibus Maiestatis Vestre et ipsius Iohanis suas Vires Adiungat. Maiestatem Vestram deus conseruet ad Vota Maiestatis Vestre, tutam Suplico abere Relacionem tum mihi tum Moldauo et adoptatam, tanqnam a domino mihi clementissimo, ex Zonola feria quinta proxime Ante festum Mateij Apostoli Anno 1538.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

Seruitor

B. Banffy, Manu p'pia.

Aufschrift: Sacre Regie Maiestati Domino Domino meo mihi Clementissimo.

Ad proprias Manus Regie Maiestatis domini domini mei mihi Clementissimi.

CXLV.

1538, 20 Sept. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Georgiu Martinuzzi*, exprimându-şi părerea de bine pentru pacea încheiată prin mijlocirea lui între Polonia şi Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Fratri Georgio. Ferdinandus etc.

Reuerende Devote syncere dilecte, Magna nos laetitia affecerunt Serenissimi Regis Poloniae etc. Affinis et fratris nostri Charissimi Literae hodie ad nos allatae, in quibus nobis significat inter Serenitatem suam et Moldauiae Wayuodam perpetuam Concordiam pacemque Compositam et Constitutam esse, Sicuti Deuotio vestra earundem Exemplo, quod Impraesentiarum ad se transmittimus latius Cognoscet, et quamuis illa ipsa et Serenissimo Regi Ioanni et Deuotioni Vestrae iam nunc nunciata esse existimemus, tamen id quoque quod nobis a Serenissimo Rege Polonie lileris suis ea de re perscriptum est, ad Deuotionem Vestram propterea dare Voluimus vt intelligeret tum nos apud Regem Poloniae illius negotij Causa Vehementer laborasse, quo sese ad Concordiam daret, tum eam in nostri graciam et publici Commodi Causa potissimum fecisse, Quo nomine Deo optimo maximo gracias habemus Immortales, Sperantes Omnino pacem istam toti Reipublicae Christianae profuturam. Datum Lintij 20 Septembris. 1538.

CXLVI.

1538. Septemv Raportul lui *Ieronim Laskó* cătră Regele *Ferdinand I.*, vestindu-l că, Petru-Vodă s'a retras în Maramurěş, Turcii asediază Sucéva, ear Zápolya se află la Cluj.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima et Serenissima Maiestas Regia et Domine Domine clementissime.

Perpetuam seruitutis et obediencie mee commendacionem, Non pretermissim uestram Maiestatem Serenissimam de rebus omnibus reddere certiorem, si quid interim scitu uestre Serenissime Celsitudinis dignum aut necessarium occurrisset, sed ab eo tempore postquam ex Strigonio discessimus nihil uel rerum nouarum uel occurrencie habuimus, neque etiam nunc aliam ob causam ad uestram Maiestatem Serenissimam sbribo, quam quod illam in tempore et humillime de nonnullis admonerem, it quidem supplex oro dignabitur vestra Maiestas boni consulere.

Sacra Regia Maiestas et Domine Domine clementissime, Intellexi ab utroque Solucionis Magistro, uidelicet tam ab eo, qui hispanis militibus daturus est stipendia, quam ab illo, qui nomine certarum, uestre Celsitudinis Serenissime prouinciarum militem Germanum soluit, supra octo dies, unius duntaxat mensis eos stipendium ferre, quia si quid supra mensum unum superesset apud militem germanicum, id illis pro abzugh debere, quare perpendere uestra Maiestas dignabitur, exercitum hunc suum longissimam profectionem parare, illumque cum diuersis populis iam iam conuersaturum, atque tantisper in castris futurum, donec Turca aut intacta Transiluania redeat ultra Danubium, aut nobiscum

in Transiluania aleam ludat, ubi in tanto hominum confluxu, qualem nunc Serenissimus Dominus Ioannes Rex habet, et in dies maiorem contrahit, omnia ea carissima erunt que ad uictum pertinent, ad quam caristiam si aeris penuria aderit, sequetur talis error, qui non solum uestre Serenissime Maiestati leuipendium, sed et fratri suo Inuictissimo Cesari Carolo, cuius nomine dicitur is exercitus esse huc missus, et ex illis ueteranis Italie et Africe domitoribus selectus faciet ubi diligentissime studere debet uestra Maiestas Serenissima, ne quid per aliquam negligenciam aut defectum huius exercitus authoritati et opinioni decedat, si quidem si est aliqua res in rebus gerundis utilis et necessaria, est ea ut exercitus authoritate et opinione uigeat, Quare humillime uestre Maiestati Serenissime supplico agat hic pro suo Dominique fratris sui honore. et pro conseruacione istius Regni et prouidere dignetur ut in tempore peccunia adsit, nam si nullum in hac parte exercitus defectum habebit, in reliquis Duce Domino deo nihil pretermittemus omnes, quequnque ad ornamentum gloriamque et bonum uestre Serenissime Maiestatis pertinent, et ob id iterum atque iterum rogo et humillime precor. prouideat uestra Maiestas Serenissima citto, cogitaui. n. ipse intra me multa, habendarumque peccuniarum aliquem modum expendebam, sed in tanto tumultu, quali nunc omnes infecti et distracti sunt, nullam spem habeo parande peccunie, Preterea uestra Serenissima Maiestas scit, quem me esse in isto exercitu uoluit, aut cuius sim una cum collega meo facultatis nihil n mihi est aliud iniunctum et in scriptis datum, quam ut cum Dominis Cristoforo Moralles Magistro Campi Hispanici militis, et Casper Ryczaynner supremo peditum germanorum profecto collega sim, ac cum isto exercitu Transiluaniam ingrediamur, obeamusque ibi uicem et officia bonorum ducum, et Serenissimo Domini Ioanni Regi obediamus. pugnemusque ubi res exigat, et municiones defendamus, que uestre Serenissime Maiestatis commissio, etsi ad principale Regis Ioannis desiderium et institutum, est necessaria, tamen ad circumstancias, aliasque necessitates belli et occurrencias. arbitrabar ipse opus fuisse, habere nos omnes aut aliquem nostrum aliquam commissionem et facultatem, tractandi cum Moldauo et Transalpino, leuandique apud eos uel aliquos alios nomine uestre Maiestatis Serenissime peccunie, aut titulo mutui. uel alterius contractus, Accidere etiam posset quod Rex Ioannes succumberet. quid in tali casu nobis faciendum foret. nollem n. existimet uestra Serenissima Maiestas. mortuo Ioanne Rege, regna hec, sine noua aliqua difficultate, se assequi posse, sed cupio et pro iuramento suadeo meo, quo fidem meam astrinxi. prospiciat talibus rebus in tempore, quia iam uestra Maiestas periculum fecit de multis, qui acceptis summis a vestra Maiestate honoribus et beneficijs, turpissime illam desererunt, quos, tanti sceleris conscientia, et timor adducere posset, ad errorem longe peiorem priore,

Porro quod ad ducturam istius exercitus aut alimenta, resque omnes alias spectat aliorum testimonio, sedulitatem laboresque meos cognoscet, qui tametsi collegas habeam, tamen solus ipse rebus omnibus obruor, facturusque id sum diligenter, et propter gratiam uestre Maiestatis Serenissime, quam etiam ob amorem istorum militum Hispanorum, qui ita mihi uehementer placent, ut id explicare uerbis aut scriptis non possum, sunt tamen quedam. que me non undequaque contentum faciunt, que tamen eousque ferre constitui, quam diu res uestre Maiestatis non essent offensura. aut turbatura, spero n. quod vestra Maiestas modestiam meam sit benignissime probatura, quibus de rebus nolo propter certos respectus in specie uestre Maiestati scribere, quia subest hic aliquid,

Nos iussu uestre Maiestatis Serenissime Magnificum dominum Ioannem de Hoyos Salamancam. in omnia consilia recipimus et recipiemus semper, quem esse uideo uirum probum et prudentem, gratumque apud milites, uestreque Maiestatis studiosissimum, qui arbitror uestram Serenissimam Celsitudinem frequenter faciet de rebus nostris certiorem, quando quidem sua dominatio et tempus scribendarum rerum habet, et intelligit res, que intra milites Hispanos pariant ordinem et disordinem, Hoc saltem rogo uelit uestra Maiestas admonere collegas meos, ut in illa pugne presentia, quando manus cum hostibus conserere debimus. sequantur consilium meum, quia scit Vestra Maiestas me hunc hostem, eiusque consilia et consuetudinem nosse, nosseque et hostis Capitaneos signaque belli,

neque sum aliud consilium daturus. nisi hoc pro quo uitam ipse hanc meam ibi collocabo et exponam omni diuini uoluntati, postremo supplico uestre Maiestati Serenissimi deducat ad finem negocium Tricesime orawe, habeatque mei iam tandem rationem, quum sciat nihil me unquam a vestra Maiestate exigere uoluisse, submisisseque me soli eius benignitati, licet illa nec parua nec pauca sunt que propter uestram Maiestatem amisi, quem etiam nunc sumptum facio et quot equites sumptu meo alo. intelliget uestra Maiestas de alijs. Noua hec sunt. Moldauus neglecto Regis Ioannis consilio, neque eo se recepit, ubi illi commode opem ferre possemus, neque uictualia exussit, sed recepit se in quasdam siluarum et montium asperrimas latebras uersus Marmorosium et Husth, Turca uero interim castrum Soczawa oppugnat, qui quod maiores bombardas remisit, amiculis agit ut arcem illam capiat. Rex uero Ioannes est in castris prope Kolozwar. habetque plura hominum milia quam crederem unquam, qui sicuti homines sunt ut uiri esse uelint Dominum deum rogo, ut eorum adminiculo pro cristo, et honore uestre Maiestatis Serenissime et honore etiam nostro feliciter pugnaremus. quod Dominus deus concedere pro summa diuina misericordia dignabitur, seruabitque uestram Maiestatem in continuis fortunis et incrementis. Commendo tantem seruitutem mea(sic) uestre Serenissime Maiestati Regie. Ex letha.

minimus seruitor

Hieronymus de lasko, manu sua.

Cras ad radices Transiluanie montium pernoctabimus et inde ad Regem Iohannem quinta die ueniemus.

CXLVII.

1538, 1 Octomb. Raportul lui *Ioan Pastor* către Regele *Ferdinand I.*, despre pericolele ce pot resulta pentru Germania din expedițiunea Sultanului în Moldova.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Post seruiciorum meorum humillimam Commendationem. Serenissime et Inuictissime Rex Domine Domine clementissime. Hijs peractis temporibus sustuleram me in Transsiluaniam pro certis rebus meis: in Cibinio ante multos annos depositis et relictis: Et quantum de rebus turcicis ibidem intelligere potui res sic se habet: Turci intrauerunt Moldauiam, centum millia equestrium, Nauali vero apparatu videlicet super fustis ghimeis[1]. Saijkis et nazadis, viginti milia bellatorum. Equestribus preest Agazais cum 60000, Mihalbegouijth cum cum 28000, Et Mehmetbek, cum 12000, Et isti tres Capitanei habent expedire negocium Vayuodae Moldauiensis: Nauali vero apparatu preest gazzon Vayuoda, et pijrijamijn Aga: cum Sexingentis nauibus qui: tam equestres, quam nauales, transfretarunt danubium in Moldauiam: intra fluuium Nester: et fluuium prottwa dictos: vbi ipse Vayuoda Moldauiae: ipsis turcis resistere conabatur, sed non potuit: feritisque et uulneratis ac interfectis multis turcis: et amissis multis ex suis, coactus est terga dare. Et cum idem Moldauus sentiit sese non posse resistere, totam prouinciam Moldauiae, in plano usque certam siluam, cum omnibus victualibus: feno et tritico, in

1) wahrscheinlich: getheerte Platten.

ignem pulueresque conuertit ita ut turcae eum minime persequitare potuerunt, turcae cum hoc intellexissent: quod Moldauus omnia, ante eos comburri fecit, adiunxerunt Bulgaris et Valacho Transalpinae, vt post illos in sufficiencia victualia conducerent: quod et est factum.

Tandem multi dicunt, quod Imperator Turcharum esset in persona ibi inter turchas, sed non est, et etiam dicitur, quod ipsi turcae expugnassent Castrum: Syghiowa (1): quod est principale, et Caput totius Moldauiae sed nondum est captum. Ipse Vayuoda Moldauus cum omnibus suis retraxit se, versus terminos, et confinia Transsiluaniae, versus videlicet Brassouium inter certos alpes et montes, ac nemora, vbi cesis arboribus sese circumcirca vallauit, et dicunt esse eum cum 80000, tam pedestrium quam equestrium, qui arma portare possunt: et expectat Ioannem Regem vt ipsi subueniat, Ioannes vero Rex: cumulat exercitus maximos et credo habebit ex Hungaria: adiunctis illis hispanis et germanis bonos 25000 equestres et pedestres, Ex Transsiluania vero habebit, Saxones 7000, numeratos, Siculos 16000, Valachos et Transsiluanos, populos usque ad 16000 alios, ita quod reputatur, quod Rex Ioannes habebit ultra 64000 bellatorum, bonorum: et nihil deest sibi nisi equestres armigeri.

Item Ipsi Turcae iubuerunt Valacho Transalpinae, quatringentas secures, ordinare cum quibus siluas secarent et iter ipsis apperirent: quas ipse mittere subito debuit quia secus facere non potuit, breui intelligemus: quis exitus huius belli: sed tamen hucusque nichil effectum est, inter ipsos, quod dignum scribere fuisset, breui tamen reuertar, in transsiluaniam: Et quitquid percipiam: Maiestati vestrae auisabo, et certe maiorem diligenciam adhiberem, sed desunt mihi expense, cum quibus similia dirigere possem.

Licet Ipse Turca hoc anno: Id sibi proposuerat, Moldauiam Transsiluaniam et Transalpinam totaliter ruuinare: (quod deus auertat), ita ut ad annum futurum: ex illis partibus ne sibi nocerent: Sed ut secure, saltem belgradum defenderet. Et per mare Cristianis obstaret.

Inde Maiestas vestra Iudicare potest: quanti momenti sit passus Moldauiae, Transalpinae et Transsiluaniae: Et spero in Domino quod hoc anno parum vel nichil Turcha in illis partibus: lucrabitur. Sed cumpulsus cum maxima verecundia reuertetur ad propria.

Intelligo etiam quod si reuertentur in tempore, commisit ipse Turcha, vt hoc anno, totam Sclauoniam Stiriam et Corintiam, ipse turcae in ignem pulueresque conuertant, Ideo necesse est, quod Maiestas vestra committeret Banis et Ioanni Castellanffij, quod cum suis gentibus parati essent, quia isti omnes nihil valent, Ille, et gentes, quae sunt petouie (2) armigeri, descenderent ad confinia.

Et credat Maiestas vestra si saltem possem tenere (400) haramias: hoc est pedones sicut martolosij quod sufficeret michi animus vt nunquam mortolosij turcici intrarent in Sclauoniam, et tali modo agerem cum ipsis turcis: quod quando essent cumulati in Essek vel alia in Ciuitate, quod comburri facerem, Ciuitatem simul cum equis, et ipsorum apparatu, et plus facerent effectus illi paucj, quam omnes Bani et Capitanij fecerunt hoc anno: et facerem comburrere Essek. et omnia illa confinia, ut stare non possent in illis locis. hec volui Maiestati vestrae auisare, quam deus omnipotens felicissime conseruet.

Datum Budae, prima octobris 1538.

Maiestatis vestrae humillimus et deuotus

Seruitor

Ioannes pastor de Z., manu propria.

---

1) d. i. Suczawa.
2) d. i. Stadt Petau.

Postscriptum.

Ista hora aduenerunt noua: D: Werbecz quod Moldauus: affugisset in Maromarusiense, cum (7000) equestrium et quod ipsi Baiorones Moldauiae dedissent obedienciam cum omni populo Imperatorj Turcharum: Et hoc etiam quod Imperator Turcharum est in persona ibi, et expugnauit Castrum Syghyowa. Et substituit Vayuodam in Moldauia, fratrem: Krewse vxoris ipsius Imperatoris Turcharum, qui est tartarus. Inde ego timeo quod sit practica cum tartaro et quod ad annum futurum erumpent in Poloniam Prussiam et germaniam tartari: nę Imperiales et Boemj possent dare subsidia Majestati vestrae, tamen huiusmodi nouis adhuc ego non credo, cras redibo in Transsiluaniam, et subito Maiestati vestrae rescribam etc.

Von aussen: Serenissimo et Inuictissimo Principi Domino D. Ferdinando Romanorum Hungariae et Boemiae etc. Regi etc., Infanti Hispaniae, Archiduci Austrie Duci Burgundie Domino meo clementissimo. — Lyncij.

(Ein Schaltblatt enthält hiezu folgende Nachschrift:)

Iterum Post-scriptum 2°.

Dicunt pro certo, Vayuodam Moldauie: in marmarosium affugisse, et omnes Boiarones, et populi Moldauie ipsi Imperatori Turcharum obedienciam prestitisse, quem Imperatorem Turcharum dicunt esse In persona in Moldauia, et quod hac hieme ibidem hiemari uult et tractabit hac hieme, cum Ioanne Rege, et cum Rege Polonie ut illos ad uota sua attrahat, si non beniuolencia, armis, et tandem ad verem futuram coadunatis tartaris valachis turcis grecis Bulgaris armenis, inuadet in partes Cassouiae et inde Selesiam Boemiam et Nurnbergam et partes Imperij, Et ut computauimus facilius potest venire ex Moldauia in Imperium quam ex Constantinopolim Viennam, quia ex Moldauia usque Cassouiam sunt milliaria triginta duo, Ex Cassouia usque Pragam milliaria sexaginta, ex Praga Nurnbergam milliaria (28) in toto miliaria (120) Ex Constantinopolim autem usque Belgradam miliaria (120) de Belgrado Budam miliaria (40) de Buda Viennam miliaria (32) in toto miliaria (192) Et non miretur Maiestas vestra si accipient illam viam, quia ante annos sexingentos, pagani Gotti medi valachi Hungari tartari Armeni greci Albani Sclauoni, Inde, Arabes aliique pagani per illam viam inuaserunt pannoniam minorem et maiorem. deuastando omnia usque mare britanicum, vbi Sanctam Ursulam, simul cum sodalibus trucidarunt: quos tandem, Imperator Henricus cum vdalricho Episcopo prope Augustam propugnauerant; Inde Geissa Stephanus Rex Hungarorum, vix cum decem milibus euaserat, Ideo Maiestas vestra excitet istos dormientes principes in Imperio, vt Inimico parati obuient, licet adhuc ego ista non credo, tamen usque ad (15) diem Maiestati vestrae veritatem auisabo.

CXLVIII.

Scrisórea *Episcopului de Vaț* cătră guvernatorul *Alexiu Thúrzó* despre evenimentele din Moldova. 1538, 8 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Per hanc Noctem Venit ad me famulus domini Werbewczy Cancellarij nostri, per quem mihi Nunciauit. Venisse heri Tarde hominem fidedignum ex Transsiluania. Affirmantem Thurcarum Cesarem ex Moldauia discessisse, Expulso Petro Wayuoda, Imposito ibi nouo Wayuoda, filio Petri, non facto magno damno, Quippe qui de quo et a domino Maylad literas habui, Commiserat suis Ne Vel incendijs, Vel hominum preda illud Regnum Vastarent, Illud eciam scripserat dominus Maylad. Nouum Wayuodam Velle instituere. Sed non nominabat quem, Ego crediderim pocius esse constitutum alium, quam filium Petri Expulsi, Intelligo eciam quod Regia Maiestas dominus noster Clementissimus nunciauit domino Lasky, Vt et gentes Serenissimi Romanorum Regis et aliae ad propria redirent, Duxi statim vestre Dominacioni hec tanta noua significanda. Que ego ob certas alias causas credo esse Vera, Tamen quicquid erit, quicquid habere potero, statim rursus significabo Vestre dominacioni.

Hec sunt quae habui. Spectabilis et Magnifici mi domini. Si quid aliud erit non paciar ignorare Vestram dominacionem.

Quae recte Valeat. Vaciae 8 Octobris. 1538.

Seruitor

Vaciensis.

Aufschrift: Spectabili et Magnifico domino Comiti Alexio Thurzoni Iudici Curie et Locumtenenti Serenissimi domini Romanorum Regis Domino mihi obseruandissimo.

CXLIX.

Scrisórea *Episcopului de Vaț* cătră Regele *Ferdinand I.* vestindu-l că Turciĭ au alungat pe Petru-Vodă din Moldova, ridicând în scaun pe unul dintre fiĭ luĭ. 1538, 8 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine Domine mihi Clementissime. Post humilimam seruitutis meae Commendationem.

Per hanc noctem Venit ad me famulus Cancellarij nostri Domini Werbewczy, per quem mihi nunciauit, uenisse heri tarde hominem fidedignum ex Transsiluania, affirmantem Thurcarum Cesarem ex Moldauia discessisse, expulso Petro Wayuoda, Imposito ibi nouo Wayuoda, filio Petri, non facto magno damno. Quippe qui de quo et a domino Maylad Vayuoda Transsiluano literas habui. Commiserat suis, ne uel incendijs vel hominum preda, illud Regnum uastarent, Illud etiam scripserat, Dominus Maylad, nouum Wayodam uelle instituere. Sed non nominabat quem. Ego crediderim potius esse con-

stitutum alium quam filium Petri expulsi. Intelligs etiam, quod Rex Dominus Mihi Clementissimus nunciauit Domino Lasky, et gentes Vestrae Maiestatis ut redirent ad propria, Duxi statim Vestrae Maiestati tanta noua significanda, Quae ego ob certas alias causas credo esse uera, Tamen quicquid erit, quicquid habere potero, statim rursus significabo Vestrae Maiestati. In Cuius gratiam seruitutem meam humiliter commendo. Quam Deus conseruet semper felicem et Iucolumem

Vaciae 8 octobris M.D.XXXVIII.

Mitto ad vestram Maiestatem literas Vayuodae Maijlad, quae non videntur multum dissentire a nunciatis per Cancellarium.

Servulus humilimus

Vaciensis.

Aufschrift: Sacrae Regiae Romanorum etc. Maiestati Domino meo Clementissimo

---

CL.

1538, 8 Octom. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Episcopul de Vaț*, vestindu-l despre succesele expedițiunil maritime contra Turcilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Broderico. — Ferdinandus etc.

Reuerende Deuote, syncere Dilecte, Cuiusmodi Noua de Expeditione Classium Confederatorum Contra Turchas acceperimus, Deuotio Vestra ex Incluso Exemplo intelliget, quod propterea ad se mittendum putauimus, vt nobiscum in meliorem spem erigeretur, breui aliquando fore, vti res bellice felicius aduersus istos succedant, id quod Deus optimus Maximus faxit, in Cuius bonitate Clementiaque Confidere debemus.

Datum Lintij 8ua Octobris 1538.

CLI.

1538, 9 Octom. Raportul unui *confident* cătră Regele *Ferdinand I.* despre înfrângerea suferită de Petru-Vodă și despre atitudinea ostilă a boierimiĭ față cu dênsul.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Adolescens Magnifici domini Maijlad hodie ad nos apulit cum literis domini sui in quibus dominus Maylad Scribit Qualiter Petrus Wayvoda Moldauiensis admonitus fuisset Tum a Ioanne Rege quam ab ipso vt Arces suas tum Victualibus quam homi-

nibus bene muniret, et cum copijs suis Transsiluaniam Veniret, Sed capitosus[1] Moldavus non aquievit consilio ipsius Ioannis Regis et dicti Maylad, Sed se recepit ad Alpes Bistricienses aut Versus Maramorusium, nunc Boyarones ab ipso defecerunt, aliqui Vero iuerunt ad graciam cesaris Thurcorum, Thurcus illos beniuole suscepit, et Nouum Wayvodam cesar constituit inter eos filium Videlicet quemdam Sandrini: Nunc Boyarones qui apud dominum Maylad sunt Rogant plurimum vt apud nouum Wayvodam pro gracia laboraret. Nam Boyarones diligunt Wayvodam nouum, eo quod est Walachus, petrum autem propter Tirranidem suam odio prosequuntur Turcus nec comburit, nec aliquem mittit occidere sed firmiter committit Vt ita Viuant in Moldauia sicuti in Regno suo: hoc eciam Scribit dominus Maylad: Vt si petrus Wayuoda Moldauiensis pronunc ad ipsum Veniret parum Commodi ferret, Eo quod Boyarones ab ipso defecerunt, Nam Thurcus personaliter Moldauie est Sed cum paucis, quia Vires suas distribuisset ad partes quatuor: Vna pars est Syrimio cum Istrybegh, Alia Vero cum filio Vltra Mare, Tercia in Mari: Quarta Vero in Moldauia, Bombardas magnas nullas secum habet campestrales autem habet ducentos et Triginta;

Preterea dominus Maylad plurimum de hoc timet vt in Moldawya et Transsalpinis Thurcus relinquet Zanchakum aut Bassam, et si hoc fieret, (quod deus auertat) periculum magnum inferrent Transsiluanis. Inter alia scripta sua dominus Maylad Scribit, Vt hoc Anno erunt securi a Thurcis eo quod Niues in partibus illis ceciderunt, Nam Thurcus propter frigitatem non posset in castris manere, per quam partem Thurcus Transsiluaniam Venire possit, illic dominus Maylad cum suis Viam custodit, et Viam illam per spacium trium miliarium arboribus inseccare fecit, misit solummodo Vnam Viam paruam per quam currus Vnus ire potest: Ad futurum Ver timeret dominus Maylad ne Thurcus Transsiluaniam Veniret. Interim autem necesse esset, Vt Regia Maiestas cum principibus curam gererent, ne Transsiluania periret, Quia si peribit, Regna proxima eciam desolabuntur et in Ruinam Vertentur: Ceterum Adolescens, qui has literas adduxit expeditus erat a domino Maylad feria quarta post exaltacionis Sancte Crucis sed in koloswar tardauit propter aliquam relacionem quam debuisset habere a Ioanne Rege: Cumque illic Adolescens pausaret Superuenit alius Seruitor domini Maijlad a quo Adolescens intellexit, Vt Arx Zwchawa data esset manibus Thurcorum, In alijs Arcibus eciam Petrus Waijsvoda aliquos latrunculos reliquit, et timerent plurimum ne Arces omnes Venireht ad Manus Thurcorum: Ex (fehlt) 9 die octobris Anno etc. 1538,

Aufschrift: Noua Transsiluanensia.

CLII.

Scrisórea *Archiepiscopului Paul de Strigoniu* cătră Regele *Ferdinand I.* despre alungarea lui Petru-Vodă din ţară şi ridicarea în scaun a unuia dintre fiiĭ luĭ. 1538, 9 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex, domine Clementissime.

Orationum deuotorum et fidelium seruitiorum meorum Humillimam Commendationem. Pluribus iam diebus ad Maiestatem Vestram nullas literas dedj, Quod nihil

---

1) S. v. a. obstinatus, eigensinnig).

se obtulit hoc toto tempore scitu eiusdem dignum. Nunc allatum est ad me certo rumore, Thurcas profligato Vayuoda Moldauiensi ex protectione Boyarorum, Castroque eiusdem Zwchewa expugnato, passim iam per Moldauiam discurrere et Vagarj libere, Transyluanie tamen fines nondum attigisse. Ferunt autem nonnulj Moldauum de industria fecisse, Vt Boyari ad manus Thurcarum prouintiam tradiderint, Quod cum aperto marte inferiorem se Videret, alpestribus se locis intercluserit, Vnde facile insidias nectere illis possit. Expectatur indies successus rerum, et quicquid fuerit allatum, mox significabo Vestrae Maiestatj: De expeditione gentium et mearum et aliorum dominorum in Transyluaniam Maiestas Vestra Vt arbitror multo antea intellexit, Caeterum Vadit ad Maiestatem Vestram pro priuatis quibusdam negotijs suis hic Reuerendus dominus Benedictus Maluetius Episcopus, et Abbas in Lanstras Suffraganeus et Vicarius meus. Maiestas Vestra dignabitur etiam mea causa gratia cum sua prosequi, et in suis rebus gratiosa relatione breuj à se dimittere, est autem cum Vestrae Maiestatis apprime fidelis, tum ob Virtutes suas dignus, quem omnes maximi Virj sua liberalitate prosequantur. Deus optimus maximus conseruet Maiestatem Vestram ad Vota quam diutissime. Strigonij IX die Octobris M.D.XXXVIII.

Sacratissime Maiestatis Vestrae fidelis seruitor et Capellanus.

Paulus Archiepiscopus Strigoniensis, Manuppa.

Nachschrift auf einem besondern Zettel: Obsignatis iam literis, allatum est certo rumore, Thurcarum Imperatorum cum toto exercitu ex Moldauia et finibus illis pedem retullisse, relicto filio Petri Vayuodae pro Vayvoda Moldauiensi. fama est domum contendere Thurcam Vt rebus maritimis prouideat, nam ea parte classis Cesareae Maiestatis et confederatorum principum, ipsum non mediocriter lacessit. Ioannes his auditis iussit et peditatum et equitatum Vestrae Maiestatis ex Transyluania reuerti.

Aufschrift: Sacratissime Regiae Maiestatj Domino meo Clementissimo.

CLIII.

1538, 9 Octom. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către Episcopul *Georgiu Martinuzzi*, vestindu-l, că Petru-Vodă se va întórce din Maramurĕş cu ajutor de la Zápolya şi cu trupe din Germania în Ţară.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Fratri Georgio. — Ferdinandus etc.

Reuerende Deuote, syncere Dilecte. Redditae sunt nobis Deuotionis Vestrae Literae, quibus preter alia Scribit Moldauum se cum Copijs suis Versus Maromorusium recepisse, Vti praepotentes Turcharum Vires eo melius euitaret, Id quod etsi eiusmodj est, vt optandum fuisset, vti pocius in Terris ipsius Moldaui Turcis omnis aditus quoquomodo intercludi potuisset, quam illis latius perrumpendj locus daretur, Tamen optima nos Spes habet fore, si ipse Moldauus nunc Suas gentes Cum Serenissimi Regis Ioannis Exercitu et auxilijs nostris Coniunxerit, vt aliquod egregium facinus Contra Turchas edant, quominus id quod in Christianitatis pernitiem animo Conceperunt pro desyderio

suo efficere queant, Proculdubio Deum optimum Maximum Auxiliatorem et protectorem suorum fidelium habituri sumus, Cum Videat Christianorum non paruam manum istic totis Viribus in tuenda fide religioneque uiam aduersus Christiani nominis hostes elaborare, Ceterum in Negotio Commissariorum et Violentiarum vltro Citroque sub presentibus Inducijs illatarum nos ad Secretarij nostri Pauli Bornemyza, quem ante aliquot dies hinc ad Serenissimum Regem Ioannem expediuimus, relationem referimus, à quo Deuotio Vestra omnem mentem et Voluntatem nostram Cognoscet, Impresentiarum uero ea que de Expeditione Confederatorum Contra Turchas ex Italia accepimus, Deuotioni Vestre transmittenda duximus, etiamsi non dubitemus Deuotionem suam aliunde quoque istis de rebus Certiorem fieri. Datum Lintij 9na Octobris. 1538.

CLIV.

Raportul lui *Paul Bornemissza* către Regele *Ferdinand I.* despre alungarea din ţară alui Petru-Vodă şi despre mĕsurile luate de Majláth pentru apĕrarea Ardélului. 1538, 10 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Segia Maiestas domine Clementissime.

Post perpetuorum seruiciorum meorum in graciam Maiestatis Vestrae Sacratissimae subiectionem. Conveni Reuerendum dominum episcopum Vaciensem, Stephanum Brodaricum Vaciae, Stephanum Verbechium et Gregorium pesthienij Budae, quibus mandata Vestrae Sacratissimae Maiestatis ordine debito ac industria qua debui, exposui, qui Vehementer Voluntatem Maiestatis Vestrae Sacratissimae aprobarunt et Commendarunt, fore Regno Vtile, et Maiestatum Vestrarum summe necessariam dixerunt promiseruntque ijdem toto Conatu, studio et omni solicitudine sese oppositeros apud suum principem, ut omnia quam primum iuxta Voluntatem Maiestatis Vestrae Sacratissimae expediantur, quando quidem Maiestas Vestra Sacratissima rem iustissimam et Regno Valde utilem desyderat omnium bonorum iudicio, egere Regnum plurimum administracione iusticiae illi affirmarunt, et Maiestati Vestre Sacratissimae omnem prosperitatem a deo deprecati sunt et Maiestas Vestra Sacratissima ad iusticiae administracionem animum suum apulit. Quesivi ab illis de Statu belli Moldauiensis, dixerunt se nihil certi ex literis Regis ipsorum scire, affirmarunt tamen se ex relacione quorundam intelligere, Turcham ex Moldauia discessise, Nouum Vayuodam creasse, et Regno Transiluaniae nullum periculum hoc anno ab eis imminere, et hoc industria ac singulari prudencia Regis ipsorum factum esse, in Eum finem ut hac Hyeme durare possint Regna et prouinciae ipsius Regis Ioannis, donec Maiestas Vestra Sacratissima ad praestanda maiora auxilia uere instanti, paracior esse possit. Praterea affirmarunt praefati domini, Cesarem Turcharum, in propria persona in Moldauia fuisse una cum filio suo iuniore, fines Transiluaniae undecunque siluarum sectione, ad tria miliaria per alpes et Valles Locorumque summas Angustias, esse quam diligentissime occlusas, opera et industria Stephani Mayladt Vaiuode Transiluaniensis, adeo ut putent fore quasi impossibile, intra fines Transiluaniae Turchas irrumpere posse. Haec a praefatis dominis intellexi qui Maiestati Vestrae Sacratissimae sua fidelia Seruicia toto cordis affectu Commendant et qui ea fidelitate qua Regi Ioanni, Maiestati Vestrae Sacratissimae se seruire affirmant; perscribam alia Maiestati Vestrae Sacratissimae diligenter quicquid euenerit, Item omnes praefati Domini affirmarunt quod Maiestas

Vestra Sacratissima Sapienter fecerit quod suum hominem expediuerit pro negocijs Regni magnam Spem habere coepere in Vestra Sacratissima Maiestate quod iam tandem Libertas Regni. Administracione iusticiae restaurabitur, singulari gracia Vestrae Sacratissimae Maiestatis. Deus Vestram Sacratissimam Maiestatem Conseruet felicem, reipublicae nostrae affectae. Datae Budae die decima Octobris. anno domini 1538.

Eiusdem Vestrae Sacratissimae Maiestatis fidelis Seruitor

Paulus Bornemijza.

(Post datas) Omnes Vno ore aparatum Strenuum Hyspanorum in istis partibus Laudant magnique faciunt. nullasque de illis querimonias audiui.

Aufschrift: Sacratissimae Regiae Maiestati domino meo Clementissimo.

CLV.

1538. Raportul lui *Ioan Pastor* către Regele *Ferdinand I.* despre alungarea
10 Octom. din ţară alui Petru-Vodă şi despre atitudinea echivocă alui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Post perpetuorum seruiciorum humillimam Commendacionem. Serenissime et Inuictissime Rex: Domine: Domine clementissime: Nudius tercius est; Quod Maiestati Vestre ex parte Turcharum cum Vayuoda Moldauo scripsi, et misi literas per viam petoviae per proprium hominem meum: In quibus continetur Quod Imperator Turcharum, Petrum vayuodam Moldauum ex Moldauia, expulit, et propugnauit, fuit autem idem Petrus vayuoda, filius bastardus condam Stephani vayuodae Moldauie, qui vayuoda dimiserat in Curiam ipsius Imperatoris Turcharum Vnum filium legitimum, Cui regnum Moldauie legittime pertinet, Itaque cum Turchus regnum Moldauiae, ad vota sua subiygasset, et omnes Boiarones ei obedienciam dedissent, Constituit: illum filium legittimum, vayuodam in Moldauia, et ei gubernatorem constituit quendam Turchum nomine Mihalbekowijth, et istum vayuodam novum, dicunt esse totaliter turcharum;

Petrus expulsus ex Vayuodatu est exul, et affugit cum omni tesauro suo in Castrum Kykel in Transsiluaniam, quod Castrum pertinet regno Moldauiae, et est in maximis palludibus. fortissimum in bene muratum, et quia Io: Rex: habet intelligenciam cum Turcha, misit, fratrem Georgium Tesaurarium: cum 12000 bellatorum, vt expugnet dictum Castrum, et dictum Petrum vay: exulem captum mittat Constantinopolim ipsi Imperatorj Turcharum. Ideo consideret bene Maiestas Vestra cui confidere debet: quia hic nichil aliud tractatur nisi vt Cesaream Maiestatem, et Maiestatem vestram in expedicione contra Turchas seducere possunt.

Sub isto terrore vt Turchus veniret in Transiluaniam: Io: Rex finxit se compositionem fecisse, cum Turcha, pro trecentis milibus fr, et turcum retenuisset a tali conatu, quos 300000 fl. cum solueret, Turcho promisit idem Sirimium reddere, et perpetuam pacem, cum hungaris inire (quod absit) Et hoc saltem finxit Io: Rex: vt a Transiluanis et hungaris, illos 300000 fl. Extorquere possit, quo negocio Intellecto hungari et transsiluani promiserunt eidem Io: Regi taxam 300000 fr. persoluere. et sic seducti, dimisit eos, domum reuertj.

Sunt autem dies octo elapsi, quod idem Imperator Turcharum cum omni apparatu suo ex Moldauia reuersus est ad propria, Et ordinauit Mehmetbek, cum Vigintj milibus, bellatorum vt in vadet Sclauoniam Stiriam et Corintiam omniaque in fumum et pulueres, conuertat, (qund deus auertat) Ideo Maiestas vestra in tempore prouideat, et Committat Banis et Capitaneis in Sclauonia vt parati sint, quia inimicum paratum habent.

Intellexi eciam, Quod Io: Rex: mittit vnum Oratorum suum ad Maiestatem vestram pro declarandis negocijs et alijs ficticinijs, tamen nescio, quid Tractabit. Sed Iudico, quod aliquem naualem apparatum per danubium expostulabit, usque ad centum nazados vel Saykas.

Et bonum esset postquam non indiget istis hispanis et germanis, qui hic sunt quod Maiestas vestra mitteret ipsos in Sclauoniam forsam prima vere, possent Expugrare Essek, et illa Castra finitima, et precipue, si Imperator Turcharum proficiscetur, versus rodum, ad resistendum apparatu Cristianorum maritimo, Hec volui Maiestatj vestre auisare, Cui me humillime Commendo, Datum Varadinij X die octobris 1538.

Eiusdem Maiestatis vestre — humillimus et deuotus Seruitor

Io: Pa[or] *De:* manu propria.

Aufschrift: Serenissimo et Invictissimo principi, Dno. Dno Ferdinando Romanorum Hungarie et Bohemie Regi etc. Infanti Hispaniarum Archiduci Austrie Ducj Burgundie Dno meo clementissimo. — Lynczij.

CLVI.

Comitiva lui *Alexiu Thúrzó* cătră Regele *Ferdinand I*, căruia îi trimite un raport despre evenimentele din Moldova. 1538, 12 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Maiestas Regia domine michi Clementissime.

Premissa fidelium Seruiciorum meorum humillima recommendacione. Mitto Maiestati Vestre literas Stephani Brodericij: Mitto eisdem Annexas et meas ex quibus eadem Statum Moldauie intelliget. Cum hys me et Seruicia mea Maiestati Vestre humillime commendo. Ex Galgocz duodecima octobris. Anno 1538.

Seruitor fidelis

Alexius Thurzo.

Aufschrift: Sacratissime Maiestati Regie domino meo clementissimo.

CLVII.

1138, 13 Octom. Raportul *Episcopului de Vaț* cătră *Regele Ferdinand I.* despre ajutorul dat de Turcĭ noului voivod din Moldova și despre strîmtorarea lui Petru-Vodă, care e asediat de Georgiu Martinuzzi.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Regia Maiestas Et Domine Domine Clementissime.

Illa noua quae proxime scripseram renouantur et confirmantur. Cesarem Thurcarum recessisse cum toto suo exercitu. Alio Wayuoda in Moldauiam imposito, Nec magno dampno ibi facto. Habui de his literas Secretarij Regij intimi. qui ad me non scriberet fabulas. Nec habeo nunc quicquam aliud.

D: Paulus Secretarius Vestrae Sacrae Maiestatis est hic apud me. Vadit ad Regem. Ego quod presens prestare non possum, facio absens per literas, Solicitando illud negocium Commissariorum totis uiribus.

Vestram Maiestatem Deus Conseruet semper felicem et Incolumem. Vacie 13 Octobris 1538.

Post scripta. Cancellarius noster Werbewczy haec eadem mihi nunciauit de Thurcarum discessu, fecit Wayuodam quendam consanguinem Petri Wayuodae, nutritum in sua porta, Debet esse ille. De quo Wayuoda Maylad ad me scripsit. in literis quas in specie. proximis literis meis inclusas ad Vestram Maiestatem misi, Thurcarum Imperator reliquit cum eo Vsque ae V^{M} hominum pro presidio, Petrus Wayuoda fugit in Transsiluaniam ad alterum ex suis Castris, in quo est cum Vxore et liberis, Alterum Castrum ipsius obsidetur per Thezaurarium, Que res non caret misterio. Sed non credo id esse in perniciem Petri Wayuodae.

Seruulus humilimus

Vaciensis.

Inserat: Clementissime Rex etc. ego cogor iri, licet satis inualidus adhuc. ad Zala. in negocio quodam importanti fratris mei, quod cum alfinibus suis habet. ex parte bonorum propterea non potero esse ita frequens in scribendo ad vestram Maiestatem. Quidem suplico vt vestra Maiestas boni consulere dignetur.

Seruulus humilimus

Vaciensis.

Aufschrift: Sacrae Regiae Romanorum etc. Maiestati Domino meo Clementissimo.

CLVIII.

1538, 14 Octom. Scrisórea *Episcopului de Vaț* cătră *Alexiu Thúrzó* despre retragerea din Moldova a Turcilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Spectabilis et Magnifice domine. Seruitutis commendacionem. Noua quae scripsi de Thurcarum Imperatoris de Moldauia discessu fuerunt Vera. discessit cum toto exercitu

suo. relicto tamen V^M circiter presidio nouo Waywodae qui nutritus in Curia eius est et ipse de genere Vayuodarum, Peccatum credo esse in tarditate tam nostrorum quam vestrorum. Qui si tempestive affuissent credo quod Rex Dominus Noster Clementissimus fortunam tentasset cum Thurca. Illud optimum fuisset, eum depellere. Secundo tamen loco. Nec hoc est malum. quod Transsiluania sit salua, Nec in Moldauia facta esse dicuntur magna damna. Iam ego nec habeo quid scriberem noui. Nec Vos istud a me expectetis, ego autem in dies expecto a Vestra dominacione noua felicia. de rebus maritimis. ego cogor ire pro revisione bonorum fratris mei ad Zala, et si potero rediere constituar cum vestra dominacione. Quae recte Valeat. ex Vacia 14 Octobris 1538.

Abero per III septimanas circiter.

Seruitor

Vaciensis.

Aufschrift: Spectabili et Magnifico Domino Comiti Alexio Thurzoni Iudici Curiae et locumtenenti Serenissimi Domini Romanorum etc. Regis. Domino mihi obseruandissimo.

CLIX.

Comitiva lui *Alexiu Thúrzó* cătră Regele *Ferdinand I.*, căruia îi trimite un raport al Episcopului de Vaţ despre evenimentele din Moldova. 1538, 18 Oct.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Maiestas Domine clementissime.

Premissa humillimorum Seruiciorum meorum In graciam Maiestatis Vestre commendacione. Mitto ad Maiestatem Vestram Literas domini Waciensis, ex quibus Maiestas Vestra cognoscet, que ipse Noua habeat, de rebus actis In moldawia inter Turcum et Moldauum de quibus non est opere precium me plura repetere. Seruicia mea fidelia Maiestati Vestre humillime commendo. Ex arce Galgocz 18 die Octobris Anno domini 1538.

fidelis Seruitor

Thurzo.

Aufschrift: Sacratissime Maiestati Regie domino meo clementissimo.

CLX.

1538, 7 Noemv. Credenţional dat din partea Impĕratului *Carol V.* archiepiscopului de Lunden, trimis în solie la *Petru-Vodă Rareş*.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Credenciales.

Petro Wayuodae. et haeredi Moldauiae, Idemque et Wayuode Transalpino

Carolus etc.

Illustris et spectabilis, syncere nobis dilecte. Dedimus in mandatis Venerabili Joanni Electo Archiepiscopo Lundensi, Postulato Constantiensi, et Roschildensi Episcopo, Principi, Consiliario, et Oratori nostro ad Germaniam et Hungariam, Deuoto nobis dilecto ut *tibi* (Darüber stelt: D.m T.: Dilectioni Tuae) verbis nostris nonnulla coram referre, aut si ipse ad te venire non posset, per literas et internuntium suum significare debeat, quemadmodum ab eo intelliges. Hortamur Dilectionem tuam, omni studio, ut praefato Oratori nostro aut illi, quem suo loco ad te missurus est, gratam audientiam prebere, et in ijs que nostro nomine dicturus, aut perscripturus est, indubitatam fidem aeque ac nobis ipsis coram loquentibus habere velis. In qno rem nobis gratam factura est Dilectio Tua. Cui Deus optimus maximus victoriam et triumphum de suis hostibus concedat. Datum Toletj 7. Novembris 1538.

CLXI.

1538 Rĕspunsul dat de Regele *Ferdinand I.* lui *Ieronim Laszko* în cestiunea mĕsurilor de apĕrare ale lui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Responsum datum Domino Hieronymo à Lasko.

Sacra Regia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Maiestas Dominus noster Clementissimus, Intellecta Relatione et petione Magnifici Domini Hieronymi a Lasko, Palatini Syradiensis, Maiestatis suae Consiliarij, cum ore tum in Scriptis exposita, nempe quod inter alia Turcha certe statuerit Wayuodas Transalpiniensem et Moldauiensem simul et Transyluaniam imprimis cum potenti manu adoriri, eiusque rei causa ipsum a Serenissimo Rege Iohanne cum celeritate iam huc missum esse ut a Maiestate Regia in maiori, quo possibile foret numero peditum Auxilia obtineret, Quorum virtute Serenissimus Rex Iohannes Ingressum Turcho in Transyluaniam prohibere posset, Quandoquidem paratus esset Vitam et facultates suas pro communi honore et bono discrimini opponere, et cum Turcha manus conserere etc. In hunc (ut sequintur) modum respondet.

Quod Maiestas sua cum inter se conferat, tum eas Explorationes quas dictus Dominus Lasky attulit, tum alias plures, quas recens accepit, satis quidem certo colligere

potest Turcham versus Transsyluaniam erupturum. Sed non deese tamen fidedignos Authores, Qui nuncient ipsum Turcham diuiso Exercitu suo in duas partes ad Vtrumque Locum tam ad Transsyluaniam occupandam quam Budam obsidendam Copias suas destinasse.

Hinc est, quod Maiestas Regia, id quod antea deliberauit, et promisit pro praesidio Arcis, et Ciuitatis Budensis Quinque Millia peditum maiori, qua fieri potest celeritate, Vnacum Tormentis bellicis pulueribus et Munitionibus, ab Illustrissimo Principe Domino Marchione Brandenburgensi datis, succesiue ac recto tramite Budam Strigonium ac postea vbi opus fuerit transmittere curabit.

Et interim etiam ordinem dedit, vt ad armandam Classem primo quoque tempore Militum genus ad hoc Muneris aptum et exercitatum, presertim Galleoti Remiges Nassadistae conducti adducantur, et in eo Quanto maximo potest, opere laborabit, niteturque Vt Classis ista subito in ordine posita, et Gentibus sufficienter instructa vsui esse queat presenti necessitati, Non potest enim non suspicari Maiestas sua. Quin Turcha in animo habeat non minus Budam et Loca illa invadere, quam totam Expeditionem ad subiugandam Transsyluaniam, prefatorumque Wayuodarum Ditionem in potestatem suam redigendam conuertere.

In Euentu vero, quo Turcha cum tanta potentia (ut asseritur) proficisceretur versus Transsyluaniam, pretermissa nimirum Budae obsidione, oppugnationeque, Maiestas sua omnino decreuit, Serenissimum Regem Iohannem Quibuscumque potest auxilijs, atque Viribus adiuvare, cumque nullo modo derelinquere in tali presertim periculo, et necessitate, Quae toti scilicet Reipublicae Christianae communis est censenda, quin potius Vt antea recepit, omnia tentare studebit, tam per se quam per alios principes Christianos, Quorum in hoc implorare opem subsidiaque non negligit, quae ad communem defensionem facere posse sentiet.

Et interim etiam mandabit Dominis Hungaris, vt est Archiepiscopus Strigoniensis, Alexius Turzo, Episcopus Vesprimiensis, Franciscus Nyary, Baltazar Banffy, Caspar Seredij, Bakythones, et si Qui sunt alij, Vt cum Equitibus suis omnibus in auxilium Serenissimi Regis Iohannis festinent, si modo certum sit, quod intra Danubium et Tibiscum nullum periculum a Turcis immineat.

Porro, Quod ad petitionem eiusdem Domini Lasky attinet, Vt Maiestas Regia illum preficiat Capitaneum ijs Gentibus, Quas mittet in auxilium Serenissimo Regi Iohanni, ex Quo Maiestas Regia illum antea assumpsit in generalem Prefectum Armatae suae, Quam omnino pro temporis angustia iam iam adornare, et instruere curat, in Quantum obsidio Budensi processerit, Et ultra hoc generalem etiam Capitaneum delegerit, ad ducendos Pedites illos, Quos Budam presidij caussa destinavit, Qui ex diuersis Locis congregantur, intendit Maiestas sua adhuc illius opera uti in Classe, reque sua Nauali, ad quam ipsum deputauit, et constituit, si tamen Buda obsessa fuerit.

Si vero contingat Budam esse extra periculum, et totae Turcharum Vires in Transsyluaniam incumberent, tunc Maiestas sua facile concedet, vt ipse Lascus cum Gentibus, Quas Maiestas Regia in Transsyluaniam mittet, eat, et proficiscatur, simul cum altero Capitaneo Commissionem habituro, cum non possit Maiestas sua illum alterum Capitaneum, Quem nunc elegit ab offitio abdicare, ad quod semel assumptus est.

CLXII.

1538. Raportul lui *Ieronim Laszko* cătră Regele *Ferdinand I.* despre situațiunea din Moldova și despre atitudinea lui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Postquam Dominus Caspar Ryczayner non uenit, consula et rogo preficiat Vestra Maiestas his duobus uexillis pedium germanorum Georgium Warkocz, quia erit sufficiens huic magistratui, et necessarius propter linguarum commercium.

Dum hec scribo, uenit ad me Caspar Bamphi ex Transiluania, qui mihi dixit nomine Regio, Soczawam esse iam per Turcam acceptam que arx est capitalis Moldauie, Regem uero Ioannem, selegisse meliores equites et pedites et multitudinem, quam contraxerat, alios uero inutiliores domum dimisisse, Multi etiam ex Moldauis adheserunt Turco, tamen Turca non Sanzacum instituere se dicit, se Moldauum nomine Demetrium, quem ego Turco dederam, et qui equitibus meis ante tres annos in Hungaria prefuit, et seruiuit patri meo et mihi bene per 28. annos, uir prudens et probus, qui faciet omnia quecunque ego uolo, et pro republica hoc a Turca beneficium susceptum nunc mutabit in hostilitatem, modo sit iste Demetrius et non alius, quia Bamphi Caspar eum cognouit, tamen nesciuit me certum reddere an iste sit, aut alius. Rex etiam Ioannes ex castris advoauit ad se omnes Regni Barones, et tractatum fuit, ut certam peccuniam contrahant, usque ad trecentum milia flore: ipse uere dare se offerebat centum milia, quibus Turcam flecterent ne illi et Hungarie sit hostis, que res summam mihi admiracionem fecit, et nisi ipse nouissem ingenium eius Celsitudinis, pretecto suspicarer aliquid, sed scio eum hoc nomine, peccuniam pro se et non pro Turca querere, qua de re brevi ad vestram Maiestatem Serenissimam Scribam, quam precor informet me, ubi nunctijs expense habende sunt, quos opere precium erit ad Vestram Maiestatem mittere, quia Deus mihi est testis multa et multa in alios usus expendo.

Precor Vestram Maiestatem Serenissimam rescribat mihi priuatim, si placet ut mihi Vestra Celsitudo Serenissima ad mea respondeat.

Aufschrift: Sacratissime et Serenissime Regie Maiestati Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. etc. domino Dominoque meo clementissimo.

CLXIII.

1539, Iulie. Scrisórea lui *Ieronim Laszko* despre silințele sale pentru încheerea unei invoielĭ cu Turciĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Spectabilis ac Magnifice domine etc.

Dimittat me Maiestas Regia citto ut istum Turce oratorem in Polonia possem inuenire, et efficere vt simulet infirmitatem interim donec ego in reditu huc iterum meo a Maiestate Regia ad illum reuertar, et vnacum ipso per Moldaviam proficiscar,

quoniam est in confinijs amici mei cuiusdam castrum vbi iste Turca me expectaret, nam per bossnam difficilius ingrediar. et Bossnensis ac Belgradi Sanzaci melius est ne intelligant negocia nostra quoniam ipsi sunt paci hostes propter lucra ex rapinis et stipendia que illis ampliora sub belis currunt, Ego autem ex Vienna duodecimo die possum esse in illo castro, et ex illo castro intra 15 dies per postas Constantinopoli. ibo etiam nunc ad dominum Comitem de Tarnow. vt me liberet a sponsione mea ad quem sua Mai^tas^ mittat Tranquillum vna mecum vt ipse agat nomine sui Celsitudinis.

Mai^tas^ autem Regia intra hos dies quibus ego abero de his deliberet.

An castrum Nouum a Mai^te^ Cesaree (sic) obtinere et Turco reddere posset.

An trecenta milia florenorum que Ioan. Sacratissime Regie Rom: etc. Maiestatis consiliarium conuenit, rogauitque nomine sui Wayuode, ut apud Mai^tem^ suam saluum conductum oratori eius Petro Warthyk Marsalco Curie wayuode Moldauie impetrarem, quoniam uellet suum oratorem ad suam Maiestatem mittere, uideretur itaque mihi daret sua Mai^tas^ in persona istius Petri Warthyk aut cuiuscumque alterius literas fidei, quas uestra Magnificentia domino Warkocz dabit, ut eas ad me transmittat, Cupit tamen id quam secretissime fiat, quoniam timet ne Rex Ioannes eum apud Turcam accuset.

Cracouie. 22, Iuly die Anno 1539.

Hieronymus de Lasko, manu sua.

CLXIV.

Scrisórea lui *Ieronim Lasko* despre petrecerea la Cracovia a unuĭ sol din Moldova. 1539, 22 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Spectabilis ac Magn.^ce^ dom, domine amice maior colendissime.

. . (om) . .

Fuit hic orator Moldaui, qui me tanquam dempta peccunia.

Qualia uero munera sint danda, et quibus personis, cognoscet, uestra Mai.^tas^ ex adiuncta ceda, que (sic) Tranquillus consilio oratoris Turcarum scripsit, quoniam ego non potui propter suspiciorem, cum ipso multum tractare, placetque mihi sua in his consultatio et sentencia, que profecto ad tantam rem parua admodum sunt, quoniam ego Regis Ioannis nomine circiter 60000 florenos elargitus fueram in peccunijs et in rebus, etc.

. . . (om) . . .

Hieronimus de Lasko etc. manu sua.

A terg: Sacratissime Maiestati Regie etc. etc. etc.

CLXV.

1539, 5 August. Hârtie de liberă trecere dată de *Regele Ferdinand I.* lui *Petru Varthyk*, solul lui Petru-Vodă Rareş.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Saluus conductus. — Ferdinandus etc.

Recognoscimus tenore presentium et profitemur Quod nos Egregium Petrum Warthyk Marschalcum Curiae et ad nos designatum Internuntium Spectabilis et Magnifici Petri Wayuodae Moldauiae uel alium quem missurus est etc. de nostro pleno et amplissimo saluo conductu Veniendi ad nos et recedendi a nobis redeundique affidauimus, et assecurauimus, sicut affidamus et assecuramus per presentes, ita ne sub harum Vigore et Virtute Verboque nostro Regio ac fide publica in presentiarum data et promissa quandocunque post rerum emanationem Valuerit cum familia rebusque suis ad nos et Curiam nostram ubicunque fuerimus libere et absque omni impedimento Venire, eaque quae in commisis habet aut habebit nobiscum agere tractareque, ac demum ijs confectis uel infectis una cum familia sua rebusque uti prediximus saluus tutus et incolumis redire possit, Mandantes Idcirco et precipientes Vniuersis et singulis fidelibus nostris cuiuscunque Status gradus ordinis et conditionis Existant, tam Spiritualibus quam seculari vbilibet, ac presentim in Regno nostro Hungariae partibusque eidem subiectis Existentibus et constitutis sub indignatione nostra grauissima et sub poena capitis et bonorum fisco nostro inferendorum. Quatenus prefatum Petrum Warthyk vel quemuis alium Dicti Wayuodae nomine ad nos profecturum per totum id tempus quo ad nos conferet, nobiscum erit tractabitque ac postremo etiam a nobis redibit illaesum et indemnem ire et redire permittant neque ullo modo ei suis ne impedimentum molestiam aut iniuriam quantulam cunque inferre presumant, in quantum poenas predictas Voluerint euitare. Harum testimonio sigilli nostri impressione munitatum mediante. Datum Vienae die 5. Augusti Anno 1539.

CLXVI.

1539, 9 Sept. Scrisórea *Regelui Ferdinand I.* către *Regele Sigismund I.* rugându-l să permită trecerea prin Polonia a unuĭ sol al sĕu, trimis în Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Regi Polomae seniori. Ferdinandus etc. Serenissimo etc.

Quum Egregium fidelem nobis dilectum Tranquillum Andronicum in Certis rebus et negotijs nostris ac Reipublicae ad Spectabilem et Magnificum Stephanum Wayuodam Moldauie Impraesentiarum expediuimus, eumque per Regna Serenitatis Vestrae tuto transire posse valde Cupiamus, Idcirco Serenitatem Vestram affectuose hortamur et rogamus, iubere velit vt per aliquot Serenitatis Vestrae homines tutus et securus ad Confinia Moldauie deducatur, Quod nobis gratum erit à Serenitate Vestra, quam diu felicem Incolumemque valere optamus. Datum Vienne 9na Septembris 1539.

CLXVII.

Scrisórea luí *Ieronim Laszko* catra Regele *Ferdinand I.* despre proiectul lui de a se întêlní cu pretendentul moldovean şi despre dorinţele, ce crede de cuviinţă a le oferí mai marilor de la Pórtă. 1539, Septemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Mai.tas Regia . . .

. . . (om) . . .

Ad cittissimam profectionem opus est, scribat uestra Mai.tas literas credentiarum in personam Tranquilli ad Moldauum, ut eum quinque ante aduentum meum diebus prior conueniat, et faciat Moldauum mecum conuenire, dando sibi spem quod uestra Mai.tas per se et amicos suos aget apud Turcam pro restitutione ablate prouincie, et quod tanto ocius curaret, ut ad Turcam prossem penetrare, dicet etiam de saluo conductu quem vestra Mai.tas illius oratori dedit, et eundem Moldauo reddet.

Ego autem quinto post Tranquillum die conuenirem Moldauum et tandem festinantissime proficiscerer, cum Tranquillo autem premitterem currum meum cum rebus res (?) Turco promisit soluere posset.

An pro fratre. i. Cesaree Maiestate (sic) polliceri amiciam et pacem Turco posset.

Aias bassa an pendere pensionem vellet Mai.tas Regia omni anno ita etiam Mahmuth Chelebei et Ionusbeeg.

Preterea opus erit ut his et Cassumbasse munera mittat, partem (sic) ut publice illis offerantur partim uero secrete, publice itaque dande essent pelles sabelline Aiasbasse due ligature, Cassumbasse totidem tamen viliores. Mahmuth vnam et Age Ianizarorum aliam. Secrete autem Basse tria millia Duccatorum, Mahmuth chelebej duo et Ionusbeeg mille.

Scribende litere ad Cesarem, ad Bassas, et ad alios cum Titulo spectabili et Magnifico in numero 20.

Scribende ad Moldauum litere fidei et danda sibi bona spes., quod Maitas Regia vellet apud Turcam laborare, vt illi restituatur adempta prouincia.

Et Supra omnia contendere vt citto expediar vt possem oratores polonos preuenire.

Item si Turca ob fauorem Regis polonie, nollet in toto Ioannem deprimere et eicere, sed vellet vt illi restituatur patrimonium pro buda Transiluania Cassouia et alijs regalibus, quod Mai.tas sua facere velit.

CLXVIII.

1540, 27 April. Raportul lui *Nicolae Gerendi* catră Regele *Ferdinand I.* despre întórcerea lui Petru-Vodă în Moldova și despre inclinarea spre Pórtă a Voivodului din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex Domine Domine clementissime.

Post Serviciorum meorum fidelium perpetuam commendationem. A discessu Sacratissimae Maiestatis Vestrae vnacum dominis Caspar Horwath, ac Nadasdi et Ioanne Zalay diligenter curauimus ommem statum et conditionem Transsyluaniae intelligere et rescire, Quae prius audivi Maiestati vestrae Sacratissimae perscripseram. Nona huius (ex voluntate mea per fratrem meum Anthonium de Thoroczko certus Nuncius expeditus) ex Transsyluauia per Petrum de Gherend Nepotem meum de voluntate Wayvodarum, et per Gregorium Wasarhely, remissus uigesima secunda huius mensis ad me peruenit, haec Nobis refferre iussus, Litteris, ne hominem perderent, Nihil Ausi sunt scribere. Ioannes magnam Vim pecuniae ab ipsis habere volebat Transsyluanis. Illi sese exucusabant, ut decet apud Regem et dominum, Quod exhausti essent, et iam numus adeo defecisset apud eos, ut permutationibus rerum magna ex parte inter se Vterentur. Nulla enim moneta argentea apud eos excuditur. Alienis in Regnis cusam non acceptant. Pecunia, Antiquae tantum Monetae utuntur, et ea Regis Mattiae solum temporibus cusa, et iam Multa centena ducatorum Ioanni soluta et de Regno educta sunt, adeo ut Vere se exhaustos dicere possunt. Praeterea vulgo inussitabatur, se multa Ioanni dedisse, et nihil ipsos Iuvisset, et in nullo sese Quietos et securos uiderent. sed periculum eorum usque eo auctum, ut iam nisi extremum excidium imminere timeant, et melius ipsis foret si instar Aliorum multorum sibi apud Turcarum Imperatorem tributum soluendo, pacem et quietem Quererent, haec et his similia Iactata sunt Et Nunccius ad Ioannem remissus, medio tempore Venerat ad Ioannem franciscus Kendi Magister Thauernicorum Ioannis, similia apud Quendam Amicum suum confidenter Budae Loquebatur. Quae omnia Ioanni relata sunt et delata, Vocatum ad se, de his Ioannes interrogavit, ille nihil negavit, Imo plura in eandem sentenciam Locutus est, Nullam scilicet Sibi Spem esse in Ioanne Quia scirent quo animo Turcarum Imperator sit affectus erga Ioannem, et uiderent tanta taxa exacta, ab ipsis, ne obolum quidem propter eorum salutem exposuisse, dum Moldauia perdita est, et nunc se intelligere dixit, nullum aliud fundamentum esse Ioannis Regno et Imperio nisi A Turcarum Imperatore totum pendere, et eis et Ioanni ex aequo periculum extremum incumbere, his auditis Ioannes ex Castro eum non emisit, et sic in custodia aut fidei obligatione secum Warattinum duxisse dicitur, et dum haec aguntur superuenit Nunccius A Wolffgango Bethlen, Qui Ioanni Regi Nuncciavit, ex Nobilibus et Siculis ad sexingentos et Amplius potiores coniurasse, et Wayvodis Jurasse se facturos omnia Quae ipsis uidebuntur, addiderunt ex Nuncio suorum fratrum pro consiliarijs sex, haec et Alio Loco nunciatur, tamen Vera esse credo, haec intelligentes Wayodae ad Ioannem delata esse diaetam fecerunt, Maylad interesse, non est ipsi et suo collegae uisum, sic solus Balassa diaetae interfuit, et Multa in Wolffgangum Bethlen dixit, et totum Regnum erat ita in eum concitatum, ut si intrasset in illam diaetam, credo interfectus fuisset, ex Illa diaeta delegerunt septem oratores, Quorum vnus est Nepos meus Martinus de Gherend, Qui Varadini Ioannem inuenerunt excusationem aut causam suam declararunt, Wayuoda similiter per Nunccios proprios, ut Adio distulit relationem in Transsyluania facere, an Dimiserit oratores nescio certum. Wayuodae Vna sunt et concordi animo comunique consilio omnia agunt, et prius ad Turcam miserant, sed nescio cum qua legacionis formula, non Quidem per se miserant, sed per Wayvodas Moldavum et Transalpinum eius Animum rescire voluerunt, et ut intelligo Bene inclinatum

inuenerunt, et certum est si accedere ad eius voluntatem volent, aratissimo Animo suscipientur, ut dixi legationis formulam nescio, tamen credo Vnam ex his duabus, Ioannes excusavit se de Morte Gritti et culpam omnem in Transsyluanos potiores et Petrum Wayuodam Moldavum reiecit, Quos ommes in Manus sibi dari Turca petit, credo Quod in hac causa et ipsi se excusarunt, et dum se excusant, opus est ut Ioannem accusent, Ex quo Nasci potuit, quod etiam de se concordendi in tributum Aliquod Spem dederint, hanc puto Alteram causam formulae legationis fuisse, Animus eorum is fuit, et nunc quoque is est, credo ut expectent Quidquid Principes christiani de conseruanda Christianitate decreuerint, et nullo modo A Christianis Abalienentur, Si autem in Spem et rem certam res non euadent, Necessarium esse, More hominum, sibi consulere, ne primi pereant, Quid meum cousilium Valeat apud eos nescio, tamen Id consului rogavi et obsecravi semper, scio enim et Naturam et morem Turcarum, scio pacta et promissa omnia ad occasionem et commoditatem tantum suam seruaturum, solidum et merum Imperium optat ipse, nec precarium admittit, et hanc formulam secundam, ubi scilicet Spem de concordia dedisse eos credo, in eum tantum finem fecerunt, ut aestatem hanc extraherent, Sciunt enim se perituros si in eos incumbent, fama autem est, et certa, Turcam habere expeditionem paratam ad occupandum Regnum Hungariae. Iam timeo Si Ioannes Rex Vi Aliquid inter eos agere Volet, ne omnino et penitus Turcae adhaereant et eius auxilium implorent, et sic illa Vnica Regni pars integra adhuc et hostibus intacta perdatur, certe Male festinat et male agit, Nam sive Vincat sive Vincatur, Regnum perdetur, et quod peius est, Vereor, imo certum credo, Quod si Transiluani cum Turca concordabunt, totum Regnum exemplo eorum dificiat ad eum, in toto enim exacerbati et desperati sunt adeò, ut paucos credam. Qui Amplius fortunam in se expectent, de hac re inter ultima Verba mea me locutum Maiestati Vestrae Sacratissimae nunc. Nos adhortari cum dictis fratribus meis, Transsyluanensibus, non cessamus neque deinceps cessabimus, Dominus Caspar duos Nunccios illic habet, et in horas expectat, sic domini Nadasdi et Zalay, duos illic habent et Ante paucos dies tertium expediuerunt, et duos paratos habent, et Vnus me hinc redeunte subito abibit, et Alter sexto aut octauo die post, sequetur, Nam ipsi occasionem mittendi per viam huzth optimam habent; Nos nostro tantum nomine agimus. in nulla parte ad pacis turbationem accedimus, Caveat Deus ut auctoritatem et dignitatem Maiestatis Vestrae Sacratissimae nos in ordinem redigamus, Licet tamen, ut Natis Hungaris, de Regni Salute inter Nos agere et tractare, in his tamen ita fidem erga Maiestatem Vestram seruamus, ut defemus, et obligati sumus, Ioannes mouit se ex Varadino, nona huius aut octaua, non Ivit recta in Transsyluaniam Sed Debreczin Diuertit, tantundem Itineris est ex Debrecino Quantum ex Varadino, frater Georgius mitti Nominatim A Turca expetitur, et ut audio ex Aula Ioannis, ab homine non vano, Turca dixerit se velle Eum habere ut Thesaurarium suum apud se quantum de Regno Hungariae, et Quod prouentus illuc administrari per Ioannem ault, suum enim Regnum esse dicit non Ioannis, Idem dixit, Quod timor sit exortus, Ne Turcae et per Aquam et terram cogitent circumdare Budam, ne presidium Aliquod hominum Vel Victualium imponi possit, et ob hanc causam Ioannes Iusserit Petro Pereni Vt. Budam vadat, frater Georgius Vadit pessime contentus, pro Veste Alba decreuit more puberorum Granatum induere pannum, Petrus Moldauiensis inductus est sub Custodia, ad Turcarum Imperatorem, Varia est de eo fama, Quidam dicunt Gratiam ipsi factam et Vayuodatum redditum, puto de omnibus plura et certiora Nos intellecturos, et pro officio et debito nostro omnia Maiestati Vestrae Sacratissimae perscribam, cui suppliciter Supplico uti dignetur Gratiose mei Negocij et mei fratris Thorozkay Meminisse. Deus optimus Seruet felicissimam Maiestatem Vestram, cuius Gratiae iterum servicia mea meorumque Supplex commendo. Vienae 27 Aprilis. Anno domini M.D.X.L.

Maiestatis Vestrae Sacratissimae Servus humilis

Nicolaus Gherend.

Aufschrift: Sacratissimae atque semper Augustae Romanorum Hungariae, Bohemiae, etc. Regiae Maiestati, Domino meo clleuentissimo. etc. — Ad Manus proprias.

CLXIX.

1540, 82 April.

Extras dintr'un raport despre stările din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Den 28 tag apprillis Zu wyen ist Marcus Holackh, des herrn Turso khuntschaffter Examinirt vnnd besprochen worden, der hat anzaygt wie hernach volgen wurdet.

. . . (om) . . .

Der Neu weyda in der Walachey hab den Jauusch[1] gegen dem Kayser hart verkhlagt, der Zwayer schlösser Tschitscho vnnd Khickhile halben, aus vrsach das er anfenklich den Petter weyda auffgehalten, vnnd nachmals di schlösser zu der Walachey gehörig, nit vberanntwurten wellen,

Petter weyda würdet zu Connstantinopl, pis Zu des Chunichs ankhonfft, gegen dem er Rechtens begert, ennthalten, Erstlich das er Jauusch Zue Pettern auff di erst eruorderung nit hinein geschickht, Zum Anndern das er di practickhen In Polen wider den Kayser auffgericht, Zum dritten, das er den schacz, so Petter weyda aus dem Lannd geen Tschitscho gefuert, in sein gewalt pracht, vnnd dem Kayser nit vberantwurt, daraus sein vntrew vnd verreterey zuuernemen sey, doch ist hierynn khain entschid geben worden, dann man di sach Zu des Chunichs ankhonfft auffgeschoben;

Von der Ro; Ku: Maj. sey das geschray wie Ir Maj. nit bey Lannd, sonnder Zu Irer Maj. Brueder vmb hylff geczogen sey, aintweders vmb forcht willen Irenthalben, oder aber den Iauusch Zuubercziehen,

Von Ro: Kay: Maj. sey gross, vnnd monigerlay geschray, ettlich sagen er solt auff dem mör ancziehen, Ettlich aber Ir Maj. soll mit Ainem grossen hör geen wyen vnnd von dannen vber den Turckhen ziehen, ettlich sagen bede geprueder, alls di Ro; Kay: vnd Kn: Maj. sambt den Khunig von frankhreich seyen bey einander In hanndlung vnd vebung den Turkhen Zuübercziehn,

Der Moldnisch weyde sambt seinem Sun vnd Landesshaubtmann seyen schon Zu Constantinopl des Rechtes begerend, aber dise vnnd anndere Partheyen, so den Ihauusch bekhlagen, werde hunczt[2] auff des Chunichs ankhonfft, auffgeczogen,

Der Kayser hab den Petter weyda begnadt am Leben, wohin man Ine aber schickhen werde, sey Ime khuntschaffter vnbewisst, die gemain sag ist, der Kayser werde Ime nach disem Rechten, souerr er dasselb gewynn, wyderumb ain herrschafft eingeben, vnd so er Petter hinein geczogen, hab er geld mit Ime genomen, di möchten Ime vylleicht an seiner begnadung vnd In anderweg hylflich gewest sein, weytter hat er khuntschaffter nichcz anczaigt, allain sein guetbedunckhen sey, damit er, oder ain annder Zum fürderlichsten widerumb hinein geschickht vnd abgeuerttigt werde.

---

1) Das i. den König Ioannes Zapolya.

2) hinz oder hunz, altd. s. v. a. bis, usque.

CLXX.

Raportul lui *Thúrzó* cătră Regele *Ferdinand I.* despre șansele de re-uşită ale unei încercărĭ de a cucerí Ardélul. 1540, 6 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Sacratissima Maiestas, Domine clementissime, etc.

Premissa fidelium Seruiciorum meorum commendacione. hodie venit ex fogaras Nunccius Waywodarum qui eciam fuit aput dominum perenj, et scribunt et Nuncciant predictj Waywode, se cum Johanne Rege nullam concordiam Inire velle, modo Iam tandem eis auxilium a Maiestate vestra, vel nomine Amicorum feratur, afirmant, se habituros et Transilvanos, et waywodam Transalpinum pro voto suo, quam primum copie Maiestatis vestre, et Amicorum vel ad waradinum applicuerint et nunquam Minorj labore Transilvaniam in potestam Maiestatis vestre perventurum, Nondum aliqua Tormenta bellica adhibita sunt ad Muros fogaras. Valentinus Terek tantummodo cum equitatu Custodit campum, ne victualia Introducantur. Johannes continnat edificium Arcis incepte, ex qua putat Transilvaniam subiugatam fore Erat eius propositj, ut nonnisi unica porta esset in Ciuitatibus Muratis, atque singulas portas suj prefectj obseruarent, hec et hijs Alia vexacionum genera fecerunt Johannem in Illa prouincia vehementer exosum. Vt taceam de hungaria, que tantis ab Illo spolijs et Tirannicis exaccionibus est affecta, ut maiorj eciam odio Illum prosequatur, Scripsi pauloante ad Maiestatem vestram, et de Illis personis, que Nominatim se et sua pro libertate patrie, volunt fortune Alee exponere, et in assecuracionem Regni Maiestatem vestram et Iuvare et Illij assistere, restat vt Maiestas vestra hoc negocium tandem mature resoluat, atque Illud semper pre oculis habeat, Si hungaria opera Maiestatis vestre non conseruabitur, eam in potestatem Turcarum concessuram et accesione hungarice nacionis Turcam forciorem hostem contra Maiestatem vestram et dominia sua futurum, hec Ideo scripsi vt Maiestas vestra statum rerum in Transilvania inteligeret, reliqua relinquo expendenda Iudicio et consilio Sapientissimo Maiestatis vestre, Meum autem aliud in hijs rebus (licet stultum) consilium esse non potest, quam vt Maiestas vestra, expendens bene viribus suis, ita hec negocia bellj agrediatur, ne in Ipsis primis conatibus deficiamus, vnde multa inconveniencia Sequi possent etc. video esse commoditates non wulgares Capessendj Regni, sed que egent bona prosecucione. Taceo interea, vtrum Turca se in hoc negocium velit intromittere, Sit vel nunc vel in posterum pro Regno hungarie cum Turca erit decertandum et Amissa hungaria, eciam pro reliqius dominijs Maiestatis vestre pugnandum, Supplico Maiestati vestre, ne diu teneat suspensos Illos[1] scilicet, quos rebus Maiestatis vestre fauent, ne sine vllo commodo aut fructu Maiestatis vestre pereant, Ego interea adhortatus sum dominum perenij, vt de Illis duobus locis intercipiendis maximam curam gerat, Pollicitusque Sum nullo pacto presidia necessaria defutura, misi ad Illum Secretarium meum, cum bona Informacione, Paulo ante Supplicaueram Maiestati vestre, vt Iuberat Camere sue michj vel duo Milia floren. assignare ad racionem Sallarij mej, ex presentj dica, quia nunc vehementer egeo ad necessitates privigne mee, pro Nupcijs expediendis, exposuj ego hoc Anno, et wienne, et possonij, in Seruicijs Maiestatis vestre, vltra tria Milia etc. et revera laboro instar bouis taturantis cuj es occludj prohibet Sacra scriptura etc. Me et fidelia Seruicia mea Maiestati vestre humillime commendo. In galgocz 6. Julij 1540.

Ista Septimana conventurj sumus Nijtrie, licet in presentj negocio non omnes desiderantur.

Turzo.

Aufschrift: Sacratissime Regie Maiestatj Domino meo clementissimo. — Ad manus proprias.

---

1) Wayuodas.

CLXXI.

1540, 22 Dec. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Stefan-Vodă* din Moldova, vestindu-l, că solul venit de la dênsul se întórce.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Stephano Wayuodae Moldauiae. — Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis dilecte. Clementi et pergrato animo audiuimus Nuntium tuum Egregium Ioannem Literatum in ijs, quae nobis Verbis tuis exposuit et ad ea partim scriptis partim oretenus respondimus, prout ab eo intelliges. Datum in Ciuitate Noua XXII Decembris. 1540

CLXXII.

1541, 12 Ianuar. Raportul lui *Ieronim Laszky* despre uciderea lui Stefan-Vodă şi ridicarea lui Petru-Vodă în scaun.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Hieronymus Lasky, Gesandter Ferdinands des I von Oesterraich bei der Pforte, schreibt seinem Machtgeber aus Constantinopel ddo 12 Iaennie 1541.

Dominus Moldauiae occisus est, in cuius locum Petrus, qui erat pulsus, suffectus etc.

CLXXIII.

1541, 5 Fevr. Raportul lui *Ieronim Lasky* cătră Regele *Ferdinand I.* despre plecarea în ţară alui Petru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Derselbe an denselben aus Constantinopel ddo 5 Febr. 1541.

Petrus Vayuoda Moldaviae iniquis conditionibus obtinuit iterum Moldauiam, iamque est ex Andrinopoli expeditus. Promisit Siculos et Saxones facere tributarios, tamen ego noui naturam hominis Quare mittat Maiestas Vestra ad eum Bamfij, contraxit enim hic multa debita propter largitiones et ferre non poterit esse sibi ademptam inferiorem Moldauiam.

CLXXIV.

Raportul lui *Ieronim Laszky* către Regele *Ferdinand I.* despre uneltirile lui Petru-Vodă spre a obține scaunul moldovii și despre legăturile sale cu o Ovreică. 1541, 11 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Idem ad Eundem, dd° Constantinopel den 11 Febr. 1541.

Petrus Wayuoda Moldauiae missus est ad recuperandum suum Dominium, iuit cum ipso supremus Magister Stabuli cum paucis Ianizaris, multa hic contraxit debita propter largitiones, ad quem consulo, Maistas Vestra dominum Bamfy mittat, quoniam illum amat. uidetur enim mihi quod rebellabit tum propter iniquas conditiones quas coactus est suscipere, tum propter ista hic debita quae sunt usque ad centum millia ducatorum.... Uenit etiam huc vna mulier Iudea, quae semper curiam Imperatricis sequitur estque in summa eius gratia et propterea huc missa ut exustum palacium instituat edificare, cum qua iniui practicam, ut negocia Maiestatis Vestrae per Imperatricem renouare possint, quae dicit esse magnam difficultatem propterea quod Turcus se in expeditionem armauit, et ad Regem franciae scripsit iturum se contra Maiestatem Vestram nihilominus iubet esse bono animo redibitque Andrinopolim et rem agredictur. cuiusque sit hic autoritas et quae opes, nolo scribere. Huic ego dedi tractandi cum Imperatrice modum, quem ipsa uehementer probat, promisique ei, ei fecerit, quinque centum florenorum pensionem. haec mulier Petrum Wayuodam nunc inuit illique quindecim millia florenorum mutuo dedit...... Haec mihi sunt ex Andrinopoli per unum amicum scripta; Moldauia seu Moldauiensis rebellauit Turco et ante paucos dies suburbia Kiliae depredauerunt neque uolunt Petrum pro Domino acceptare, contra quos expeditur Sanzacus Nicopoliensis.

CLXXV.

Raportul lui *Ieronim Laszky* către Regele *Ferdinand I.* stăruind ca Bánffy să fie trimis în Moldova. 1541, 13 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Idem ad Eundem, dd° Constantinopel, 13 März 1541.

Scripsi etiam Maiestati Vestrae quod Turcus Petrum Vayuodam iterum Moldauiae praefecit, quamvis habeat aliquam nunc difficultatem, tamen certo potietur Moldavia, consuluique Maiestati Vestrae vt ad eum mitteret Dominum Bamffy, quia ego sscio cum rebellaturum propter eas causas quas prius Maiestati Vestrae scripsi. Opus tamen est vt illi Maiestas Vestra cum Bombardis et munitionibus subueniat et aliquibus pixidariis hungaris vt aggrederetur Castrum thelim (1) nouiter exstructum.

---

1) Hotin (?).

CLXXVI.

1541, 29 Martie. Regele *Ferdinad I.* cere de la *Stefan Majláth* raport despre Petru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus etc. Mayladt.

Spectabilis et Magnifice fidelis dilecte. Perfertur pro certo ad nos, Petrum Wayuodam Moldauiensem apud Turcarum principem obtinuisse, quod ei pollicitus sit, illum ad pristinum Dominium Moldauiae, unde expulsus est, omnino restituere velle, et ob hanc causam Alexandrum Wayuodam iam interfectum fuisse. Petrum uero non paruam armatorum manum iam nunc paratam et instructam habere, ut Moldauiam uersus ad eam occupandam primo quoque tempore moueat. Cum itaque res ista Reipublicae Christianae magnopere intersit, Te clementer requirimus et hortamur uelis omni diligentia huius negoty certitudinem, num ita sit uel aliter aut quomodo se habeat inuestigare, et quicquid sic intellexeris nobis quam primum Significandum curare, quo rei veritate intellecta et nostra et reipublicae Christianae negotia eo melius, maiorique cum fructu a nobis agi, tractari, dirigique possint. Et sane nihil dubitamus te non solum id verum et hoc pro bono totius Christianitatis curaturum perquam diligenter, ut silicet istis in Transiluania. . . . (nun folgen für ebendenselben Verhaltensregeln und Befehle in Bezug der Siebenbürgischen Sachen. . . .) Id quod Nos omni gratia et benignitate erga te, recognoscere haud immemores futuri sumus. Datum Viennae die 29 marty 1541.

CLXXVII.

1541, 30 Martie. Regele *Ferdinand I.* cere de la *Stefan Majláth* raport, dacă Petru-Vodă e ori nu din nou ridicat în scaunul Moldovii.

(Din Archiva ces. reg din Viena).

Stephano Mayladt.

Spectabilis et Magnifice fidelis nobis dilecte. post discessum fidelium nostrorum Egregij Wolffgangi forkas de barynna et Ioannis kemen Intelleximus, fama quidem non vsque quaque constanti, Moldauiam occupase Petrum Wayuodam pulso vel interfecto Alexandro, Iudicauimus hoc casu varie animos fidelium nostrorum affici potuisse, Et si res ita se habet vt Moldauiae Wayuodatum Petrus sit Adeptus, Dubij sumus an Aliqua Nobis in ipso spes fidelitatis sit reponende. ob has causas fidelitatem tuam admonendam duximus vt dies et Noctes Nos certiores faciat de Negocio Moldauiae et de omni statu partium istarum R. (1) Tr. exacte omnia omnium consilia et intentiones perscribendo, et certe plurimum miramur, molesteque ferimus, quod de re tanti momenti A tanto tempore Nihil A te intelleximus, in quo te clementer hortamur et requirimus, velis in sin-

---

1) Regni Transsyluaniae.

gulas hebdomadas singulos Nunccios ad Nos transmittendos ordinare, Expensarum rationem tuarum habebimus et Rebus maxime in Necessarijs satisfaciendas Curabimus, Vbi autem Nos pro Regni huius nostri negocijs a prouintijs nostris abfuerimus, Nostros fideles Capitaneum Generalem vel locumtenentem Nunccij tui conueniant, Qui ad Nos primo quoque tempore Literas, vel si res ita postulabit ipsum Nunccium transmittent, Et in quibus conueniet A se ipsis relationem facient, Nostram Curam et deliberationem de conseruando Regno isto A Martino Gherendi, et praescriptis vestris Nunccijs intellexisti, scias et tibi certo persuadeas Nos omnia pro Transsyluania facturos, et Citra moram hic enim ex gratia dei rem pro Amini nostri sententia et desyderio casuram Nihil dubitamus De quo et tu et reliqui fratres tui nostri fideles certi esse debent, tu vero pro officio tuo, quo in statu res in istis partibus sitae sint, quid tibi et reliquis fidelibus nostris potioribus uideatur, exacta et perfecta consyderatione, omnibus rationibus rei Gerendae, ac consilio tuo expresse declarato significes, Quid Nobis deinceps faciendum sit hoc enim iterum admonitum esse Volumus tibi et Regno isti in Nullo casu Nos defuturos. datum Vienne 30 martij.

CLXXVIII.

Ieronim Laszko stăruie din nou să se trimétă Bánffy în Moldova. 1541, 30 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Idem ad Eundem, ddo Constantinopel, 30 März 1541.

Mittat Maiestas Vestra dominum Bamphy ad Petrum Vayuodam Moldaviae, quoniam rebellabit si habuerit à Maiestate Vestra aliquas Bombardas et pedites vt possit castrum Tehin(1) nouiter erectum expugnare. Causae rebellionis sunt istae: primum quod hic debet supra centum millia florenorum quae mutuo accepit et largitus est, ultra illa quae promissit, quae sunt ad quinquaginta millia, quae priusquam soluet, potius rebellabit. Deinde quod Moldauienses nullo modo ferre possunt ademptam illis esse nobiliorem Moldauiae partem, semperque Petrum ad rebellionem incitabunt, quibus recusare non poterit, si Moldauienses intelligent Maiestatem Vestram eis velle subsidium dare.

---

1) Warscheinlich Hotin oder Tighina.

CLXXIX.

1541, 13 April. Raportul lui *Ieronim Laszkó* cătră Regele *Ferdinand I.* despre intenţiunea Turcilor de a cucerí Ardélul şi despre inclinarea spre Creştini a Domnului din Moldova şi a celui din Muntenia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Idem ad Eundem, dd° Constantinopel, 13 April 1541.

Turcae intentio ea est ut possit hac aestate Transsyluaniam ex abrupto occupare, Petrus enim Vayuoda Moldauiae vehementer huic Turco (d. h. den Sultan) Transsyluaniam obulceravit, existimat autem Turcus quod paruo labore Maiestati Vestrae Transsyluaniam recipiet ob id, quia ab altera parte Mehemetum Bassam cum grandi exercitu expediuit.... Sciat Maiestas Vestra quod nunctius Bornomissa attulit hic literas quas Maylath scripsit Maiestati Vestrae in quibus scribit, Vayuodas Moldauiensem et Transalpinensem adhaesuros Maiestati Vestrae cum tota Transyluania, si Maiestas Vestra aut sola ibi venerit aut exercitum grossum miserit, se uero permansurum pacifice interim, ne coepto ante tempus bello Turcus prouocetur, cui etiam interim Bona verba dabit.

CLXXX.

1541, 25 April. Raportul lui *Ieronim Laszkó* cătră Regele *Ferdinand I.* despre intenţiunile Turcilor şi despre disposiţiunile Domnilor din ţĕrile române.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Idem ad Eundem, dd° Constantinopel, 25. Abril 1541.

Fuit etiam hic seruitor Balthizar Bornemisse ex Transsyluania, missus cum litteris interceptis quas Maylath ad Maiestatem Vestram miserat significabatque Transalpinos rebellaturos Turco, si Maiestas Vestra personaliter venerit in Transyluaniam aut validum exercitum miserit, Transyluaniam totam esse in obsequio Maiestatis Vestrae, posseque se habere bonum Exercitum, sed nolle interim Joannistas impetere, ne Turcis daretur occasio. Petrus Vayuoda Moldavus incipit perniciosas serere discordias inter Turcum et Polonos mittiturque hinc Nunctius Poloniam cum acerba legatione . . . . Ego hic sum ita per Christophorum Semczei et Petrum Vayuodam accusatus vt alius modus non sit liberationis meae praeter Regem Galliae, quare iterum precor Maiestatem Vestram consulat miseriae meae et sciat quod nullum amplius nunctium mittere ad Maiestatem Vestram possum propter defectum pecuniae et inopiam in qua iam sum constitutus . . . .

CLXXXI.

Scrisórea *Sultanului Selim* către *staturile Transilvaniei*, admoniându-le să se ferescă de legaturile cu Germanii, căci el a dat Transilvania fiiului lui Zápolya. 1541, 27 April.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Zultan Zuliman etc.

Toti Transsyluaniae, Nobilibus, et cunctis, qui sunt in Transsyluania. Misi literas vobis, et mandata mea bene perpendatis. apud nostram potentiam ita compertum est, Quod Maylad et Emericus Balassa omnem discordiam concitauerunt, Regnum Hungariae contuli filio Regis Ioannis, ut sit Rex totius Regni Hungariae, Ipsi non obtemperant filio Regis, sed Ferdinando Regi se subdiderunt, Continue mittunt nuncios petitum Exercitum Alemanorum, et à Transsyluanis petierunt Quinquaginta Aspros, et iterunt (sic) acceperunt viginti quinque Aspros, Deinde duas Cameras Salium occuparunt, et faciunt quae mala uolunt in Regno, Ego regnum Hungariae et Transsyluaniae Dei uoluntate sicut alia Regna mea gladio accepi, nec patiar Regna mea ullo modo molestari, Regnum Hungariae ex mea potentia filio Regis Ioannis contuli, et haec est ueritas quia mandato meo necesse est satisfieri, neque aliud fiat. Misimus Zanzachum Bodoniensem cum multis Dominis de Macedonia, et cum potentia ipsorum, et cum Wogdan Vayuoda Moldauiae, et Vayuoda Transalpinensi cum ipsorum potentia, et Exercitibus, Quibus mandaui, ut cum predictis Zanzackis proficiscantur aduersus Regnum, sineque dilatione eo pertingant, sive Maylad, sive Emericus Balassa, sive alij qui nolunt obedire filio Regis eos Regno expelant, et qui mandatum meum non fecerint puniant, quia Regnum meum est, et vos mancipia mea estis, Meae potentiae fideles sitis, et filio Regis obediatis, Maylato, et Emerico Balassa, ac infidelibus filij Regis auxilium non feratis, et fideles Ferdinandi Regis non audiatis, neque Regnum patiamini perturbarj. Quod si mandato meo satis non feceritis, et illis auxilium praestiteritis, et patiemini Regnum perturbari, et intellexero vos cum alemanis conuenire, nullae litterae uestrae apud nos neque negotia vestra proderunt, et peccata uestra erunt supra capita uestra. Et aliquod centum millia Tartarorum et aliquot millia Arausiarum id est populorum terrae in Regnum vestrum mittam vosque cum omnibus liberis vestris gladio meo subijciam et omnium uitae vestrae finem faciam, ut cuncti populj a nobis exemplum sumant, neque deinceps dicatis vobis praedictum non esse, Qui mandatum potentiae meae fecerit illi omni bono esse uolo, quia Regnum meum est, est vos mancipia mea estis, Mandata mea seruate, et Regi vestro fideles sitis, Et si fideles extiteritis omni Iustitia vobis ero, et omni excessu contra me commitentes caueatatis, neque aliud feceritis. Constantinopoli Mense Zylhyze.

CLXXXII.

1541, 10 Maiŭ. Raportul luĭ *Ieronim Laszko* cătră Regele *Ferdinand I.* despre robirea Dómnei şi a fiiuluĭ luĭ Petru-Vodă şi despre politica echivocă a Regeluĭ din Polonia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Idem ad Eundem, ddo Constantinopel, 10 Mai 1541.

Venit a Petro Wayuoda nunctius, accusans Transiluanos, quod illi castra et coniugem liberosque ademissent, rogansque dari sibi mutuo munitiones, ut adempta reperare posset; Consulens etiam Imperatori, ut expeditionem in Transyluaniam faciat, et ibi se cum Tartaris, Moldauis, atque Valachis coniungat, nam tantum esse in ea prouincia comeatum, ut tot copias ferre, et alere possit: in Hungaria uero esse penuriam rerum, propter quam Imperator, si illo iret, nihil sit magni effecturus.

Accusauit etiam Serenisimum Poloniae Regem quod multos insignes suos transfugas, et Imperatori rebelles in Regnum accipisset, neque eos prodere uolet, et propterea rogabat, ut Imperator mittat et scribat de reddendis transfugis ad eundem Serenisimum Regem.

CLXXXIII.

1541, 14 Maiŭ. Raportul luĭ *Ieronim Laszko* despre expediţiunea Domnilor din ţĕrile româneşti contra Ardélului.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ex eadem urbe, 14. Mai 1541.

Decretum fuit ut Sanzachi Selystriae, Nicopolis, et Vidini cum Moldauo et Transalpino, in Transyluaniam uadant, Imperator tamen vsque Semendriam progrederetur, et ibi decerneret, an sub Budam uel in Transyluaniam sit processurus.

Eodem (die) uenerunt a Moldauo duo nuncty, dicentes Transyluaniam se Regi Ferdinando subdidisse, et Maylathum iactitare, quod Imperatorem ut ueniat alacriter expectaret, et propterea urgere et hortari, ut eo se Imperator conferat; misit etiam literas ad se nouissime a Serenisimo Rege Romanorum missas: ad haec rogabat pro munitionibus. Decretumque fuit eo die, ut postero die tres magnae naues quae vocantur Topgenni, et sunt instar Galearum grossarum factae, per Euxinum in danubium, cum sex triremibus mittantur oneratae munitionibus et bombardis. . . . .

CLXXXIV.

Raportul lui *Ieronim Laszkó* despre hotărîrea Turcilor de a întra cu Petru-Vodă în Ardél. 1541, 21 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Idem ad Eundem, dd° Constantinopel 21. Mai 1541.

Turcus bipartito Exercitu Regnum Hungariae impetet. Nam vnum Petrus Vayuoda Moldauiae cum quo erunt tres Sanzaci et quadraginta Turcarum millia qui akandzy vocantur, erunt etiam et Valachy et isti versus Brassouiam irrumpent.

CLXXXV.

Raportul lui *Ieronim Laszkó* către Regele *Ferdinand I.* despre o întrevorbire a sa cu un Pașă asupra asedierii Sibiiului. 1541, 11 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

. . . Fui apud Bassam (Ludffi) qui mihi dixit, Imperatorem mihi daturam totam Transyluauiam si darem modum Cibiny Capiendi. Respondi me Cybiny nunquam fuisse, quoniam quem in seruitys Joannis Regis essem, illud Maiestas Regia habebat. Vidisse me tamen ab extra illam ciuitatem, quae in plano est sita, et multis aquis septa, et meo iuditio maior Vienna. Dicit Bassa Petrum Wayuodam scire modum amouendi et diuertendi aquas, quibus ademptis affirmat paruo negotio illam ciuitatem capi posse. Respondi Petrum Wayuodam non esse talem militem, ut ipse iudicare posset fortificationes, futurumque arbitror, si Imperator sequatur consilium eius, experientia uerum id fore quod loquerer: nam auertere flumen, quod est ita magnum atque Marinus apud Andrinopolim, mihi uidetur impossibile. Rex nempe Joannes licet tota Transyluania potiebatur, excepto unico Cibinio, quod partibus Regiae Maiestatis quadriennium fauebat, et eas tutatum est: non audebat tamen illud oppugnare, licet ibi in Cibinio nullus externus miles fuisset, demptis incolis, sed erexerat tria fortalicia ad unum miliare a ciuitate in quibus tenebat duo millia equitum, qui ex ciuitate neminem permittebant exire, uel negotiatum, uel ad agros, Vineas et prata, et hoc pacto duobus annis eos fatigauit, et ad deditionem compulit: Quare me nolle quidpiam temere propterea Imperatori suadere, quia illius Celsitudo illud Regnum se mihi daturum pollicetur, timeo nimirum ne secus eueniat, quam Petrus Wayuoda dicat et consulat. In Transyluaniam nempe esse difficilimum et asperrimum accesum seu iter, et ita arduum, ut nisi una uia duntaxat Bombardae duci possint, iam autem esse tarde, et ibi maturius quam in alio loco hyemem venire. Ad hoc in Transyluania omnes fere Villas habere fortalicia, et munitiones, ita ut tota illa prouincia intelliget, una die hostium aduentum, mox res quas poterint ad munitiones, alias uero igni corrumpent, ne hosti commeatus suppetat.

CLXXXVI.

1541, 15 Iunie. Raportul lui *Ieronim Laszko* despre intenţiunea lui Petru-Vodă de a intra cu ajutor turcesc în Polonia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Venit a Petro Vayuoda, qui scripsit Imperatori Budam esse hostibus deditam, et Serenissimam Reginam contulisse se ad Regem Poloniae, scripsit etiam eundem Regem, magnas copias Serenisimo Rom. Regi in auxilium contra Turcas misisse, rogabatque dari sibi Tartaros, ut Poloniam inuadat, et copias missas auertat et reuocet.

CLXXXVII.

1541, 13 Aug. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Toma Nádasdy*, promiţând că va stărui pentru punerea în libertate a lui Stefan Majláth, prins de Petru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Ferdinandus etc. — Thomae Nadasdy.

Magnifice fidelis dilecte. Intelleximus ex literis tuis Spectabilem et Magnificum Stephanum Mayladt dolo et circumuentione quadam a Petro Wayuoda Moldauiensi captiuum factum esse, ipsius Gentibus partim captis partim fugatis. Quem quidem casum, quippe qui grato fideli, et de nobis in dies magis magisque bene merenti seruitori accidit, non possumus non dolenter, et animo perquam molesto ferre. Nos quidem omnes conatus omniaque studia offerimus in his, quae pro ipsius eliberatione, ac Vxoris et filiorum suorum tuitione conseruationeque a nobis fieri posse uidebuntur. Quod uero auxilia nostra illic diutius quam oportuerit expectata fuerint, tibi satis superque notum est in illis mittendis ex urgenti necessitate dilatum hactenus fuisse. Id quod tibi ad literas tuas gratiose rescribendum duximus Datum In Ciuitate Noua Austriae die XIII Augusti 1541.

CLXXXVIII.

1541, 6 Sept. Raportul Consiliului Comanal din *Eperjes* cătră Regele *Ferdinand I.* despre hotărîrea lui Petru-Vodă de a intra cu ajutor Turcesc în Ardél.

(Din Archiva ces. reg din Viena).

Sacratissima Regia Maiestas, Domine Clementissime.

Post fidelitatis nostre perpetuam commendationem . . (folgt nun ein Bericht über den Stand und die Lage der ungarischen Rebellen, da sie Zuflucht zum Türcken

zunehmen, anderer Beispiele von desselben Treulosigkeit wegen ein Bedenken haben . . .) Nam et Wayuoda Moldauiensis cum Thurcis, quos ad subiugandam Transylvaniam iam pridem induxit, in has partes Venire a Thurcarum Imperatore iussus esse certo dicitur, Decreuisse siquidem eundem Imperatorem, hoc anno, totum Regnum Vngariae sibi reddere subiectum, Quod Deus omnipotens auertat, Qui Maiestatis vestrae studia et Conatus promoveat et dirigat, ad conseruationem reipublicae Christianae. Eperyes 6 Septembris 1541.

Eiusdem Sacratissimae Maiestatis vestrae.

fideles Subiditi

Iudex et Iurati Caeterique Ciues Ciuitatis Eperyes.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Hungariae Bohemiae etc. Regiae Maiestati etc. Domino nostro Clementissimo. — Esperics 6. Septembris.

CLXXXIX.

Raportul lui *Mateiŭ Lobotzky* despre pregătirile de rĕsboiŭ ale lui Petru-Vodă din Moldova. 1541. 23 Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Mathias Lobozky schreibt aus Krakau ddo 23 Dec. 1541 an Ferdinand I.

Petrus Vayuoda moldavus, cum sandzaco Kylie Malcoczovycz apellato, omnia elam ad bellum instruunt, ex cesaris turcarum permissione Rusiam serenissimi domini Regis polonie inuasuri, et Camenecz ac alias munitiones opugnaturi, vt sic diuertant auxilia equitum polonorum, ne in auxilium Maiestatis Vestrae quouis modo emitantur, Sed ego aliud ex certis coniecturis suspicor, ne se illi per transiluaniam ad partes superiores Regni Hungarie transferant, scit enim ille turcarum tirannus Maiestatis v. in Hungaria regnandi fundamentum in Transiluania et in Ciuitatibus eperies levcze etc. consistere verendumque est ne ad fundamentum ocupandum illi dirigant stratagemata sua.

CXC.

Raportul unuĭ *nenumit* cătră Regele *Ferdinand I.* despre intenţiunea lui Petru-Vodă de a-ĭ supune Porţiĭ Ardélul. 1541.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Clementissime domine.—Magnificus dominus Caspar . . . (der erste und zweite Absatz handelt von dem Stande, u. der Verwendung der Truppen in Ungarn u. Sieben-

bürgen; dann insbesondere der 2-te von Kundschaftern, durch den Iohannes Zadorla ausgesandt . . . der dritte Absatz lautet:)

Waywoda Moldauus fertur nunc Transsiluanos ad dedicionem cogere ferro ac igne, rumor est autem eum cum suo exercitu vbi prouinciam illam subiugauerit, Cesarique Turcarum fecerit obnoxiam, statuisse contra nos ad eas Regni partes venire pari intentione et conatu.

(Die Drei nachfolgenden Absätze von den Vorrichtungen des Türcken).

Sacratissima Maiestas vestra dignetur solito pro sua clemencia et benignitate eam fidelium suorum et nostri curam gerere, Ne oppressi et conculcati aduersariorum vi atque potencia succumbamus, Nos, vti ab inicio semper suos veros constantes ac perfectos fideles subditos habitura, graciosum expectamus ab Sacratissima Maiestate vestra responsum.

CXCI.

1542, 22 Maiŭ. Scrisórea lui *Nicolae Armenius* cătră *Lobotzky* despre înclinarea spre creştinĭ aluĭ Petru-Vodă.

(Din Archiva cès. reg. din Viena).

Nicolaus Armenius, türkischer Dollmetsch in polnischen Diensten, schreib auf seiner Rückreise aus Constantinopel an Matias Lobozky ddº feria sexta ante Trinitatis, 1542.

Aliud est, Cum fuissem apud Vayuodam Moldauiae, in reditu, nunciauit per me Moldauus Regie Maiestati ne sua Maiestas tanto tempore moretur in Lithuania, sed vt appropinquaret ad metas polonie, «quia ego scio totum intentum Turce, quid ille conatur, sed ego, inquit, volo semper eius Maiestati Regie omnia dare ad scitum, de Turcarum conatibus. Et si viderem quod aliquis Rex Christianus potenter et fideliter insurgeret contra Turcas, tunc fideliter adhererem illi, et omnibus viribus adiuuarem eum, Nunc autem aliter facere non possum, quia non habeo ad quem cunfugiam, oportet me facere que Turca iubet, Scio quod oportebat filium meum mittere illi, pro Cristianis efferendum, sed et de hoc iam parum curo, quo trans danubium filius meus traductus est, ab illo die ego illum pro mortuo iam habeo. Nihilominus ego sum huius firmi animi et propositi vt teneam cum Christianis vsque ad interitum capitis mei.

Et subiunxit: Dicas Regi Polonie vt nullo pacto confidat Turcis, et eorum amicitie, quia ego sum apud eos et versor cum eis, et percontatus sum eorum viscera et machinationes contra Cristianos. Et addidit: si mihi Dominus Tharnouiensis dedisset has gentes, quas habuit sub Choczim, vti illum petieram, non emisissem ego tunc Cesarem Turcarum saluum ex Moldauia. Dicas Regi tuo, ne se fundet in amicitia Turcarum.

CXCII.

Raportul lui *Nicolae Armensis* despre plecarea la Pórtă a fiiului lui Petru-Vodă. 1542, 1 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nicolaus Armenius, türkischer Dollmesch inn polnischen Diensten des Königs Poln, meldet am 1. Juni 1542 dem Mathias Lobozky.

Veywoda Moldauie misit filium suum ad Caesarem Turcarum, et transsiit Danubium feria sexta quintae septimane a ferijs pasce (d. i. den 19 Mai 1542).

CXCIII.

Raportul lui *Mateiŭ Lobotzki* despre știrile primite din Turcia. 1542, 3 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Matias Lobozky berichtet am 3 Juni 1542 aus Krakau.

Nicolaus qui nunc a Serenissimo nostro Rege polonię in Turciam (missus), per eum scripseram literas ad Dominum Kerdei, qui est Aulicus Caesaris Turcarum, vt ille mihi rem certam scriberet, num Caesar Turcicus hoc anno proficisceretur in Bellum, scripseram item pro alijs rebus, nempe de metis nostris cum Caesare Turcarum. Sed Kerdei ad mea scripta nihil respondit. . . . Intellexi quoque ex Domino Paulo Secignowsky qui olim cum Domino Lasky iam persuaserat, quod auffugisset ex Turcia, et factus fuisset seruitor Regis Romanorum, sed mors Domini Lasky interturbauit propositum ipsius Kardei. Ad Poloniam autem non audet fugere, nam timet, ne sibi sicut Teodoro Moldauo accidat. . . . .

Seruitor meus quem mittebam ad Veywodam Moldauiae, et ad Petrum Varlikam cum literis, hic habuit obuium Nicolaum interpretem, quem interrogauit de ijsdem nouis. Vbi ipse Nicolaus asscripsit mihi literas, quas Magnificenciae Vestrae mitto ex quibus Magnificia Vestra intelliget, quod ipse Nicolaus dupliciter et dubie scribit, sed ego plus do fidei literis ipsius Barlik.

CXCIV.

1542, 22 Iunie. Scrisórea *Sultanului* cătră Episcopul *Georgiu de Oradea-Mare*, comunicându-i ştirea dată de Petru-Vodă, că Ferdinand I. înaintéză cu 30.000 ómeni spre Făgăraş şi poruncindu-i să fie gata de rĕsboiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Bril: I. ad: 1542. 7. Aug.)

Ego Magnus et Invictissimus dominus Amyr Zultan Solimanus dei Benignitate Natoliae Carmaniae Rumaniae Greciae Epiri Achaiae Arabiae, aliarumque Multarum Terrarum Orientalium et octidentalium (sic), Cesarum Cesar et dominus dominorum, Reverendo ac Generoso domino fratri Georgio qui est inter dominos Hungariae precipuus dominus, simul cum ceteris dominis, Salutem. Dum iste literae nostrae ad te peruenient Notum sit sibi quod Petrus Waywoda Moldauiensis scripserat nobis in literis suis, quod triginta Millia Germanorum veniunt ad fogaras, Regnum istud Nostrum est, nam illud nostro gladio cepimus, tu quoque nobis fidele mancipium es. Misimus igitur ad te Nostrum Mancipium Iunuz chaws. Proinde quamprimum ipse ad te veniet, surda aure ne pretereas, jed vnacum ceteris dominis qui te audiunt, omnibus Bellicis apparatibus, contra inimicos, statim paratus esse debeas, non tantum Castrum fogaras, verum eciam alias Arces et terram defendite et conseruate aduersus hostes. Regnum enim meum est, concordes sitis et vnanimes, ne vobis Inimici nocere possint. Nos autem commisimus Transalpinensi et Moldauiensi Waywodis, vt si aliqui hostes aduersus vos venient, illi vobis auxilio esse debeant, de hac re literas ad illos misimus, vnanimes igitur sitis, et hostes pro nihillo ne reputate, sed diligenter curate, ne Inimici ipsi in Regno isto aliquod dedecus faciant, semper autem versus Budam Auribus et oculis attendite, et quecumque Negocia Nostram felicem Portam concernencia intelligetis, Balij Bassae Budensi significate, quoniam Nos omnia negocia illic existencia illi commisimus, auxilio eciam ipsi esse debeatis, secus ne feceritis. Nos quoque deo maximo favente cum tam ingenti expedicione parati sumus, quam celum et terra vix Sustinebit, Beglerbegum Rumaniae Ahmath Bassam, cum ceteris Zanchakis premissimus, Bassa eciam Natoliensis cum alijs Zanchakis transmaritimis paratus est omnibus apparatibus Bellicis, cum illis Nos quoque deo volente statim mouebimus, in hoc nihil diffidite, et quamcumque famam de Inimicis intelligetis semper ad Nostram felicem Portam citissime mittere debeatis, dictoque nostro audientes sitis. Datae Constantinopoli vigesima secunda mensis Iuny.

CXCV.

1542, 5 Iulie. Scrisórea *Sultanului Soliman* cătră Episcopul *Georgiu de Oradea-Mare*, vestindu-l, că e gata să pornéscă rĕsboiul.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Bril: II. ad: 1542. 7. Aug.)

Ego Magnus et Potentissimus dominus Amyr Zultan Solimanus dei Benignitate Natoliae Carmaniae Rumaniae Greciae Epiri Achaiae Arabiae aliarumque Multarum

terrarum Orientalium et octidentalium, Cesarum Cesar et dominus dominorum, Reuerendo ac Generoso domino fratri Georgio. Dum heae (sic) nostrae literae ad te peruenient, Notum sit tibi, Qvod Misimus ad te Nostrum Mancipium Mwrath chaws, et scias Qvod Regnum istud Nos gladio nostro cepimus, et Nostrum est sicut reliqua quoque Regna nostra, coloni Regni istius sunt Nostri, velut aliorum quoque Regnorum Nostrorum tributarij, tu autem es Nostrum Iustum ac fidele mancipium, Mandamus tibi, vt Nullius hominis verba admittas neque audias, hoc eciam diligenter cures, vt colonis Regni istius nullum dampnum Nullumque Impedimentum facere permittas, vt omnes vita nostra comite sint quieti et liberi, Nos autem deo Invante Statuimus magnam expedicionem Bellicam proculdubio facere, iamque Beglerbegum Nostrum Rumaniae premisimus, illique Mandauimus, vt Nos expectet in Sir(i)mio, (sic) similiter et Beglerbego Natoliae commisimus, vt cum gentibus Natoliae veniat, post quos eciam Nos cum Ianiczaris et alijs gentibus Portae nostrae maximo apparatu ad partes istas ibimus, siue estas siue hiems fuerit, nihil morabimur, tu quoque cum omnibus gentibus quae sub Manu tua sunt sis promptus bono apparatu, et tandem ita prout Nos mandabimus facias. Conquestus es preterea de Petro Wayuoda Moldaviensi. Nos illi significauimus, vt quamdiu vos et Incolae Regni istius felici, portae nostrae Iuste et syncero corde seruieritis, de illa parte vobis nihil curandum est, Ceterum ex parte Germanorum, vbi congregantur quidue facere conantur, Nobis subito certam famam fignifices. Datae. Constantinopoli quinto die Mensis Iulij.

CXCVI.

Scrisórea lui *Georgiu Martinuzzi* cătră Regele *Ferdinand I.*, comunicându-i scrisórea primită de la Sultanul şi arătându-şi neîncrederea faţă cu Petru-Vodă din Moldova. 1542, 7 Aug.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Kanzleiauszug:)

Literae fratris Georgij 7. Mensis Augusti A° 42. Mittit literas Caesaris Turcarum ad se datas, significat quod tractarit cum Wayuoda Transalpinensi, Moldaviensi non audet fidere, rogat ut Transalpinium Nuncium quam ocultissime expediat et remittat Maiestas Vestra.

Sacra Regia Maiestas, domine mihi clementissime, fidelium seruiciorum meorum commendationem. Prius quoque scripseram Maiestati vestrae, quod ego omnem famam ita prout mihi adfertur Maiestati Vestrae significabo. Nunc igitur Vaiuoda Transalpinensis mihi nunciauit, Quod Cesar Turcarum anno presenti procul dubio non exibit. Commiserat enim illi Caesar, ut pro ducendis ingenys sexingentos equos ordinare et dare deberet, nunc rursus commisit ei, ut equos ipsos ordinet quidem sed eos ne intromittat, nisi ut illos hieme futura bene tractet, hoc enim anno ipsi non erit opus illis, sed sequenti anno. à Muratbegk quoque Sanchzago de Posega venit vnus homo ad me, qui et nunc apud me est, per quem et ille mihi nunciauit, Cesarem hoc anno non posse exire. Meus autem homo quem ad portam Caessaris miseram redijt vigesima septima die mensis Iulij, ille quoque nullum vidit apparatum, sed tantummodo iussu Caessaris vbique proclamatum est, ut omnes sint parati et iuxta mandatum Caessaris se moueant, Ego nihilominus lite-

rarum Caesaris exemplum quas mihi scripsit Maiestati vestrae misi. Relinquo prudenciae et consilio Mai.[tis] Vestrae ut iudicet Mai.[tas] Vestra quid et ipse scribit, quid et fama adfertur. Optarem enim ex animo omnia vero Mai.[ti] Vestrae scribere. Ego iam sepius per Nuncios meos Vaiuodam Transalpinensem solicitaui vt Mai.[tem] Vestram per Nuncios suos requireret, ad quod se ipsum paratum obtulit, Dixitque quod homines suos mittet ad me, ut ego illos ad Mai.[tem] vestram dirigam, quotidie expecto eos, quamprimum venerint subito eos ad Mai.[tem] Vestram mittere curabo. Cum altero quoque illo Moldauiensi Vaiuoda practicam inceperam, sed cum adeo sit inconstans, non possum illi credere, neque rem tuto cum eo communicare, timeo enim, ut si illi rem detegero ne me statim prodat, et Regnum hoc perdat, habeo et nunc homines in porta Cesaris, quicquid attulerint subito Mai.[ti] Vestrae significabo. Deus Mai.[tem] Vestram conseruet felicissimam (sic). Datae. ex Coloswar Septima die Mensis Augusti. Anno domini 1542.

Eiusdem Maiestatis Vestre fidelis

Frater Georgius m. p.

(Postcripta:) Cum Vayuoda Transalpiniensi mutuam intelligentiam habeo, ad Moldauiensem tamen confidere non audeo, propterea duos seruitores Vayuode Transalpinensis nunc vna cum homine ad Maiestatem vestram misi, optat à Mai.[te] Vestra litteras quales felicis memoriae predecessores Mai.[tis] Vestrae Reges Hungariae Vayuodis Transalpiniensibus conferre soliti fuerre. Praesterea optat ut Mai.[tas] Vestra hominem suum ad eum expediat qui Mai.[ti] Vestrae prestandum Iuramentum auscultet ac litteras quas ipse Vayuoda in testimonium suae fidelitatis daturus est acceptas ad Maiestatem vestram perferat. Hunc tamen hominem suum Mai.[tas] Vestra quam occultissime inmittat et hos bona relatione, ne istic diucius immorentur quamprimum expedire dignetur.

A tergo: Sacre Regiae Mai.[ti] Romanorum Hungariae Bohemiae Dalmaciae Croaciae etc. Domino mihi clementissimo. — Cito, Citissime, Cito.

CXCVII.

1542, 31 Aug. Scrisórea lui *Georgiu Martinuzzi* cătră Regele *Ferdinand I.*, vestindu-l că anul acesta Sultanul nu va ieşi la rĕsboiŭ, dar pentru anul viitor Domnii ţĕrilor române au să fie gata.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Kanzleiauszug:)

Frater Georgius ex Waradino ultima Augusti Ao 1542. scribit Turcam hoc anno personaliter non venturum.

Serenissime Princeps et domine domine mihi clementissime.

Humillimam seruitutis meae in graciam Maiestatis uestrae commendacionem. Portquam hominem meum ad Maiestatem vestram expedivissem, redijt interim specialis homo meus à Vayuoda Transalpinensi, is mihi pro certo nunciat Caesarem Thurcarum hoc anno in persona non exiturum, nam uniuersis suis quos antea ad expeditionem

venire iusserat denunciauit, ne se hoc anno praepararent, verum ut ad annum sequentem vniuersi in promptu forent edixit, imo ipsi Transalpinensi et Moldauiensi in hanc formam mandauit ut etiam si in vna domo decem homines existerent, singuli eorum parati forent, constituitque equos vere ineunti ad pascua prope Nandoralbam emitti, animo enim deliberato statuit anno futuro negocia sua ad finem deducere et Christianos, quod Deus auertat, opprimere, nunc in subsidium Budae Beglerbegum citra partes maritimas cum sexaginta millibus hominum deputauit, aliam generalem expeditionem hoc anno aduenire non intelligimus, nisi quod Turcae particulatim Budam ascendunt, ulterius idem Vayuoda mihi nunciavit et me rogatum habuit ut ego imprimis Maiestatem vestram, deinde caeteros Christianos Principes requirerem Maiestatisque uestrae et aliorum animos plane congnoscerem deque omnibus eundem certificare curarem, se quidem quicquid virium efficere posset, paratum offert adeo ut etiam puerum leuare non recuset, dummodo ob quem respectum istud faciendum sit intelligeret, illius enim animus ut mihi nunciatur in hoc nutat, si inquit Turca vires christianas repulerit, num et alioquin nos ut mancipia simus, ego et gens mea internitione peribimus postquan enim vos Hungari per Cesarem oppressi estis, nos ueluti mancipia habemur et nunc tam intollerabili censu premimur ut ipsos Boyerones, ex quo à misera plebe quicquid habebat extorsi, tuxare iam cogor, haec impraesentiarum significanda occurrerunt, quicquid et imposterum noui afferetur, nam et ad portam duos habeo nuncios, ita ut allatum fuerit Maiestati vestrae pure significare curabo: Caeterum Maiestas vestra dignetur hominem meum quamprimum remitterre, vereor enim magnopere ne in Transsyluania res noue moueantur. Deus Optimus dignetur Maiestatem vestram faelicissimam atque incolumem conseruare. Datum Varadinj ultima die mensis Augusti. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo secundo.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Serenissimae

fidelis frater

Georgius Episcopus Varadiensis etc.

A tergo: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando diuina fauente clemencia Romanorum semper Augusto ac Germaniae Hungariae Bohemiae Dalmaciae Croaciae Sclauoniae etc. Regi Infanti Hispaniarum Archiduci Austriae Duci Burgundiae Slesiae Brabanciae Stiriae Carintiae Carneole Würtemberge etc. Principi Sueuiae. Marchioni Morauiae Comiti Habspurgi Tirolis etc. Lantgrauio Alsaciae etc. Domino mihi Clementissimo.

CXCVIII.

Raportul Episcopului *Georgiu Martinuzzi* cătră Regele *Ferdinand I.*, despre plecarea Turcilor la rĕsboiŭ. 1542, 5 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

(Kanzleiaussug:)

Frater Georgius 5. Septembris A⁰ 42 scribit Turcam iam emouisse et infra Mensem ad Budam futurum, petit iuformationem quid debeat Wayuodae Transalpinensi nunciare.

Serenissime Princeps et Domine domine mihi Clementissime. Humillimam seruitutis meae commendationem. Quoniam penultimo die mensis Augusti Vayuoda

Transalpiniensis per specialem hominem meum nunciauerit mihi Cesarem Turcarum hoc anno in persona non exire, ita pure ut erat mihi nunciatum Maiestati Vestrae subinde significare curaueram, hodie rursum ab eodem Vayuoda Transalpinensi certus nuncius per postam superuenit, per quem nunciat Cesarem procul dubio in persona emouisse et ad subsidium Budae venire, nam onerarios equos quingentos quos pro vehendis oneribus Janycherorum ad festum sancti Georgy sequentis anni huic Vayuode ordinandos edixerat, inferri demandauit iamque abducti sunt. Maiestas itaque vestra ita semet accomodare et res suas disponere dignetur sicut Cesarem Turcarum aduenire certo scit, veniet autem, ut mihi intelligi datur, exercitu numerosissimo ita ut quicquid virium facere poterit secum educet, equidem sicut et antea testatus sum quicquid intellexero noui, eo modo ut ad me affertur Maiestati vestrae ad intellectum dare, curabo nunc rursum ad Portam Cesaris, ad Beglerbegum et ad Vayuodam Transalpinensem certos ac fidos homines meos mitti Jdeo saltem, ut Mniestati vestrae rem certam certumque ac constantem rumorem scribere et significare valeam qui ubi primum reuertentur quicuid tandem afferrent, e uestigio Maiestati vestrae ad scitum dabo. Deus optimus dignetur Maiestatem vestram faelicissimam conseruare. Datum Varadini Quinta die mensis Septembris Anno domini 1542.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Serenissimae

fidelis frater

Georgius Episcopus Varadiensis etc.

A tergo: Serenissimo Principi et Domino domino Ferdinando diuina fauente clemencia Romanorum semper Augusto ac Germaniae Hungariae Bohemiae Dalmaciae Croaciae Sclauoniae etc. Regi Infanti Hispaniarum Archiduci Austriae Duci Burgundiae Slesiae Brabanciae Stiriae Charinthiae Carneoleae Wirtembergae Principi Sueuiae Marchioni Morauiae Comiti Habspurgi Tirolis etc. Lantgrauio Alsaciae etc. Domino mihi Clementissimo.

(Beilage dazu als Poscript).

Quemadmodum et antea Maiestati Vestrae supplicaui, dignetur Maiestas Vestra me informare, Vayuode Transalpinensi quidnam respondere debeam; nam ille ob intuitum passionis Christi me rogat, ut ei significem, cui rei se accommodare et conseruare debeat. Siquidem ille paratus esset ad queuis, dummodo cuius respectu quid agendum foret, intelligeret; ipsa temporis ratio admonet, ut Maiestas Vestra, si quid agere uult, mature prospiciat, Cesar enim Thurcarum iam, ut scripsi, emouit et infra mensem facile potest Budam peruenire; hodie à Iudice Segediensi litterae ad me venerunt, ex quibus exemplum litterarum Beglerbeg transcriptum Maiestati Vestrae misi.

———

CXCIX.

Scrisórea lui *Petru-Vodă* din Moldova cătră *Staturile Transilvaniei*, vestindu-le despre plecarea sa spre Transilvania și încredințându-le despre bunele sale dispoșițiuni. 1542, 17 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(I. Beilage dazu ddo 17/9 1542. Postcript a).

Posteaquam has literas consignassemus, Amicus quidam Noster, Exemplum literarum Petri Wayuode Moldauiensis ad Nos misit, quod descriptum ad Vestram Reuerendissimam dominationem mittendi censui, vt ex eo Rex Moldauicas cognoscere valeat.

Nos Petrus dei gracia Waywoda dominus et heres verus Terre Moldauiae etc. Significamus presencium Vniversis et Singulis quorum interest, Egregijs Nobilibus Trium sedium Siculorum videlizet (sic) Sepsy, Orbay, et Kyzdy, et ceteris omnibus eorum assessoribus salutem et omne bonum; Deinde rogamus et adhortamur, Quamprimum has literas nostras intellexeritis, vt omnes insurgere viamque Nobis dirigere et preparare vsque ad medietatem Oythoz, Maioresque lapides, et Truncos ex itinere eijcere curetis, secus Nullatenus presumentes facturi; Insuper Iumenta vestra abscondere ad Montana silua faciatis, vobis autem Nulla sit cura de aliquo periculo neque de liberis vestris, sedete per loca vestra secure et tute In pace, defendere vos volumus tanquam vicinos dilectos, In cuius vigore et testimonio duximus subimprimere sigillum Nostrum. Datae. Sosthauie die dominico citissime ante festum Diui Mathei Apostoli Anno domini 1542 (d. 17 September).

(II. Beilage. Postcript b).

Imperatoris Turcarum aduentus Adrianopolim in dies expectatur, vndiquaque milites cogentur, ac versus Albam Nandor premittentur.

CC.

Scrisórea *Consiliului comunal din Brașov* cătră Episcopul *Georgiu Martinuzzi*, vestindu-l, că Radu-Vodă din Muntenia și Petru-Vodă din Moldova au primit de la Pórtă poruncă să plece cu oștirile lor la Buda. 1542, 22 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Reuerendissime domine domine Graciosissime. Post nostrorum serviciorum diligentem commendacionem. Nouerit vestra Reuerendissima dominatio, Magnificum dominum Radul Waywodam Transalpinensem, XIIa. die huius Mensis Septembris suum celerem Nuncium ad Nos misisse, nobisque per eundem nunciasse, quomodo Imperator vnum wo. Chaws ad se misisset, vt citissime cum omnibus suis gentibus insurgere, seque Budam versus Mouere proficiscique debeat, Similique modo Idem Imperator Turcarum alterum Chaws, in Moldauiam misisset, vt et Petrus wayvoda cum omnibus suis viribus eodem, hoc est Budam, ire debeat. Optauitque a nobis Idem Radul wayvoda, vt liberam viam iuxtra Castrum Therch huc in terram Barcza exeundi, sibi daremus. Ad quod res-

pondimus, id suae Magnificae dominationi bene constare, quod dum Anno proximo superiore Sua Magnifica dominatio cum Petro wayvoda Moldaviensi, et Kwchy Ballybek in has partes Transsyluanas venisset, Regnum hoc Transsyluanum divisum fuisset. Iam vero omnes tres Nationes huius Regni, in omnibus rebus sese vniuissent, haberetque hoc Regnum iam vnum Gubernatorem, qui omnem curam tam Regni huius, quam etiam filij Serenissimi quondam Ioannis Regis etc. gereret; Et proinde non consulimus (inquam) tuo domino ut in Transsyluaniam veniat, Qvod si vero venire voluerit, extunc dices ei tuo domino, quod canes ac cornices in ipsis sat vorare habebunt, Viam autem liberam tuo domino dare huc exeundi, non est in nostra potestate. Hoc responso dimisimus eum Nuncium a nobis. Moxque eodem die, vnum e fratribus nostris Iuratis, in Legatione ad suam Magnificam dominacionem missimus, vt suae magnificae dominacioni nunciata clarius experiri possemus, certosque rumores vestrae Greciosissimae dominacioni nunciaremus. Noster itaque frater Iuratus XX[a] die huius Mensis Septembris ex Transalpina ad Nos reuersus, sibi suis oculis visa, nobis referre curavit, que nos etiam Vestrae Reuerendissimae dominacioni veraciter seribere possumus, Nempe Turcam imminere ceruici ipsius Radull wayvodae, ipsumque in tantum adegisse, vt iam vnacum suis gentibus in profectione sit ad Rwssawa vadens, Zewryn versus tendente, inuitus tamen admodum hoc facit. Nunciavit preterea nobis, nos per amorem dei rogans, vt Vestrae Graciosissimae dominacioni nunciaremus, vt Eadem vigilantem curam gereret, certissimum enim esset, quod si hoc anno presente Turcae libere grassandi locus daretur, et Christiani Principes, Regni Hungariae curam aduersus Turcas defendendi, non forent suscepturi, extunc nec ipse Radul wayvoda, nec etiam vllus Christianus, amplius foret Mansurus tam in Ttansalpina quam et Transsyluania ac etiam Hungaria. Qui Radul Wayvoda dum hec verba fratri nostro iniungeret Nobis referenda, lachrymae in oculis eius obortae promanarunt. Nosque iterum atque iterum per fratrem nostrum ob amorem dei rogauit, vt siquis status felix esset Christianitatis, aut si alicunde vllam spem bonam haberemus, ne omitteremus id suae Magnificae dominationi nunciare, vellet enim se a protectione illa in bellum retrahere. Hec sunt Graciosissime domine que nunc habuimus ex Transalpina vestrae Reuerendissimae dominationi scribere, quod si aliqua alia obuenerint, ea quoque scribere curabimus. In Moldauia iam iterum habemus nostrum hominem, qui si quid cognitu dignum attulerit, per nos non omittetur significandum. Hac domenica proxima ante festum Beati Matthei Apostoli et Euangelistae secundum commissa vestrae Reuerendissimae dominationis Ioannis (sic) Thot cum literis per Franciscum Kys adductis ad Portam Imperatoris expedivi, cui dedi in expensas florenos XXXV. Cetera omnia dicet Petrus Therec Noster homo, cui vestra Graciossima dominatio fidem indubiam prestare dignetur. Quam deus felicem conservet. Ex Brassovia XXII die Mensis Septembris. Anno domini 1542.

Eisdem Vestrae Reverissime dominationi

In servire paratissimi

Iudex et Iurati Ciues Ciuitatis Brassouiensis.

A tergo: Reuerendissimo domino domino Georgio Ecclesiae Varadiensis Episcopo, Thesaurarioque et locumtenenti Regio etc. Domino Graciosissimo observandissimoque.

CCI.

Scrisórea Episcopului *Georgiu Martinuzzi* cătră *Gaspar Serédy*, vestindu-l că Petru-Vodă e gata să trécă pe la Oituz. 1542, 7 Oct.

(Din Archiva ces reg. din Viona).

Magnifice domine amice et frater obseruandissime. Seruitutis mee commendacionem. Noua hec sunt. Pons ad Perher waraggya iam Perfectus est, et homo meus Per eum transijt, Petrus Waywoda Moldauus cum suis omnibus gentibus In armis paratus sub montibus est, Iamque Viam Per Oytoz Purgare fecit, ex Pectat tantummodo Thurcarum commeatum, Ego hic desiideo, Cum enim istinc nihil intelligam, ignoro quid faciam, dominatio nanque Vestra neque Venire neque certi quicquam mihi significare wlt. Ceteraque quidam specialis homo, cuius nunc nomen ex industria subticeo, ad me miserat, qui mihi Nunctiauerat, negocium Magnifici Petri Perenij Per kochybalijbek (. . nun folgen ungarische innnere unerhebliche Angelegenheiten . .) Dominationem Vestram felicissime Valere exopto. Datum Waradini 7 die mensis octobris. Anno domini 1542.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis.

Aufschrift: Magnifico domino Caspari Sered Partiumy Superiorum Serenissimi Regis Romanorum Capitaneo generali et domino et fratri nobis obseruandissimo.

CCII.

Scrisórea *Consiliului comunal din Brașov* cătră *Consiliul comunal din Sibiiŭ*, vestindu-l, că Petru-Vodă are să fie în timp de opt ḑile la Brașov. 1542, 8 Oct.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Prudentes et Circumspecti domini Amicique et fratres obseruandissimi. Salutis et Amiciciae commendacionem. Nouitates quas habemus, necessarium duximus ad dominaciones Vestras perscribere. hodierna die Venit homo noster ex Moldauia, qui Veraciter nobis retulit, quod Petrus Wayuoda Moldauiensis, in spacio dierum octo, hic penes nos esse vult, huc in alias huius Transsyluaniae partes iter facturus. Qui licet simulet se Budam ascendere Velle, tamen nos de dolo quodam nobis non parum ab eo inferendo inetuimus, quia non proprio sed Turcae instinctu omnia facere cogitur. Bombardae, et omnis commeatus belli, iam in Oppido Thattrusch est Rogamus itaque dominationes Vestras prudentes ut reliquos dominos ac fratres nostras super eiuscemodi rumoribus certiores facere Velint, quo sibi ipsis ac etiam rebus ipsorum conseruandis prospicere valeant. In reliquo dominationes Vestras felicissime Valere optamus. Ex Brassouia VIII die Octobris, Anno domini 1542.

Iudex et Iurati Ciues Ciuitatis Brassoviensis.

Aufschrift: Prudentibus ac Circumspectis dominis Magistro ciuium Iudicibus Iuratisque Ciuibus Ciuitatis Cibiniensis dominis et Amicis honorandis.

CCIII.

1542, 10 Oct. Scrisórea lui *Martin Andrássy* despre intenţiunile lui Petru-Vodă din Moldova, care întră după porunca Sultanului în Ardél.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nagyssagos es en Nekem kegelmes vram Zolgallattomat ayanlom Thek. Nagyssagnak Mykepen keggelmes vramrak.

Ez el Mwltt Napokban valaztattunk vala ez orzagttol thewb vrimal egjettemben Molday vaydahoz.

Mykor az waydwal zembe lewnk, es az kewettseget nekj megh Mondok, az kewettsegh czak kewnyerges vala, hagj, ez orzagba neh Jewne, neh pwzthottattuk az orzagh ew N. Myhatt, Mert ez el Multt ezttendeben es Sok pwzttassagh essek ez orzagban Inkab othalmazna ez orzagott ew N., ez fele kewettssegewnk vala, etc.

Mykor valazt thewn, rewyd zokal, Monda azhocj. el kel Iewny, Mert az czazar paronczolattya az se de nem akar Senkytt Banttany, ha zabad akaratton volna Sok arany forynttert ky nem Iewne, de nem zabad akaratton vagjon deh azt kewanye, hogy, valami elessel Megh Segedczewk.

Thowaba hogj fogarassa ez orzagh kewetteket valazzon es az Boyerekert, thewrekedyenek, zabadolassokert etc.

Thowaba az ky Iewesset igen nilwan Mondia, azon vtton kyn, ez el multt eztendewben ky jewtt vala.

Az orzagh nepet kewsseget ut Indytott vala az koron, de ew Maga hadakozó kepen Roman vasartt vala nedvarhanepewel.

Az ky algywy vadnak azok valanok Thattras varosban holonat egy Napon kezdy fewldeben lehet, Mynd hadakozokepen Elest Sokat Thakarttattot, lyzttet, oda az varosba.

Thowaba az hawasewy vaydahoz kewetteket boczattot vala ez orzagh ezen kewettseget: Azok es hattak vaydat vttban, ez el mwlt czettertteken kewlttezet alttal azoltton, zalathynan Mondyak az kewettek, hogj sok nepel mentt el de igen hyttwan lowok voltt jol lehet az orzagh nepenek az zyneh jowa wollt de igen hyttwan zererel volttak.

Ezekt jrhattom the N^nak^ Mynket jgen byztatt az Molday vayda, hogj nem Bantt senkytt hanem jnkab otthalmazny akar, ha my azt Mywelywk az ew akarattyat.

De? jnkab azt erttem Menden embertthwl hogj ewtt Senky Ioh akarattal Megh nem varnoh Az kynek Marhaya vagion az howa lehet ewremest al thakarytthok elewtte.

Ezeket, jrhattom the. N. Thowaba Myben Myben thwdok Zolgalny. N. kez vagiok Myndenben az vristen tharcza the. N. ez lewel kewltt zent Gal. 2 Napian 1542.

Andrassy Marthon, Thek. N^ad^ Zolgaya.

Beiliegender Zettel: Toaba thek. N^ad^ mind eny sok haburu idewben ne feletkeziek rolunk thek. n^ad^ agion tanohazoth ertelmeth mihez tuzink magunkath tartaunk mert mindenben thek. n^tol^ akarunk tanolny ez thek. n^ad^ tanohaza zerenth akarjuk magunkoth tartany.

Toaba erdemliwk ezth thek. n^tol^ zolgalatinekerth minemü sok rendbely hireketh hoznak kewzinkbe thek. n^ad^ bizonyosichon megh kiknek hiawnk kelien hogh new es tugiuk thek. nag^nak^ Zolgalny.

CCIV.

Scrisórea lui *Iohannes Fux*, judele din Brașov, cătră *Georgiu Werner* din Eperjes, despre înaintarea spre Ardél alui Petru-Vodă. 1542, 20 Oct.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Egregie domine et frater obseruandissime, Salutem et mei ipsius meorumque seruiciorum commendationem. Singularis amor ac obseruantia in Vestram Humanissimam dominationem tumque etiam Vrgens huius Transsiluaniae statu sempius ad Eandem mittere cogar literas, confisus, Vestram Prestantissimam dominationem omnia Pro sui animi candore dextre fore interpretaturam. Hinc fit, quod cum iam rursum certas Nouitates habeamus, eas dominationi Vestrae humanissimae scribere voluerim, certus eam a dominatione Vestra Prestantissima nobis iuuandis adhibendam esse operam, quam ab optimo domino candidissimoque amico, amicus sperare debeat. feria quinta Postridie festi diui Lucae Evangelistae quidam Nuncius ex Moldauia veniens, literas Petri Wayuodae mihi ac Iuratis Ciuibus inscriptas attulit, in quibus nos rogat, ut hominem nostrum, cum suo Nuncio in Transalpiniam ad Radul Wayuodam deducendo, miteremus, Qui Nuncius ipsum Radul Vayuodam cum gentibus suis huc in terram Barcza Venire iubeat. Ipse autem Radul Waywoda fluuis Alutha (nostra lingua Alth) in suo Regno, transito Versus Rwschawa profectus est, ita ut confidamus in deum, hoc anno nobis ab illo non esse timendum. Deinde Nouerit Vestra humanissima dominatio Petrum Waywodam cum suis gentibus in Oppidum suum Thattrus feria secunda ante festum Beatj Lucae venisse, Vnde itinere Vnius diei facile in Siculiam hoc est, in hanc Transsiluaniam Venire potest. Qui hac hodierna die Bombardas, Currus, et Commeatum, cum omni suo apparatu bellico hoc emovebit. Ipse vero in sua Propria Persona cum omni suo populo Equestri ac Pedestri ad dominicam iam affuturam subsequentur, ita, quod ad quartam feriam iam Venturam hic in Terra Barcza constitui Vult. Quod ipsum, Petrus Vaywoda Per suum proprium hominem suo proprio ore nobis nunciauit. Thurcas Plures quam Sedecim non habet. Cuius Propositum nullum aliud est (quantum ego intelligere Valeo) quam quod Ciuitatem Megyes bello capere, et illinc totam Transsiluaniam Vexare artareque cupit.

Idem Nuncius mihi retulit, quod Sacra Regia Maiestas et dominus ferdinandus Rex etc. dominus meus Clementissimus, Vnum suum Oratorem misisset ad Petrum Waywodam, quem Idem Petrus Waywoda in Manus Thurcarum dedisset in Oppido Romano fore dicto. hec sub capitis sui deuotione secus non esse asseuerabat.

Ceterum gentes et Ianytscharij (quos Imperatorem ante hac Adrianopolim misisse scripseram) Per Ciuitatem Sophie Profecti, ad Begler Bek eunt Budae ac Pesth auxilium laturi. Imperator Constantinopoli est, facitque in omnibus suis Terris Vbique Proclamari vt Vnus quisque sese Paret, ad veris ingressum Promptus sit, Venitque hodierna die michi Nuncius ex drecztor Ciuitate Turciae, qui Gresens stetit dum hec in ea Ciuitate Proclamarentur. Quod si etiam decem essent in Vna domo, tamen omnes deberent insurgere, cum Mandatum Imperatoris ad eos Veniret. Petri Vaywodae Propositum mihi nullo modo Probatur ut quod in desolationem ac exitium huius Patriae Vergere Videtur.

Proinde Vestram humanissimam dominationem ob amorem Iesu Christi Cristianitatisque conseruationem oro ac obtestor ut ibi et apud illos sua suplicatione instaret, Velit Peres quos rerum Summa est, et qui ex dei Clementia eo aminentiae sunt euecti,

ut in tuitionem ac conseruationem Christianitatis facile inuigilare possint. Quod ut Vestra Prestantissima dominatio faciat iterum atque iterum Precor.

Quam cum tota sua domo, Seruator omnium Iesus Christus quam diutissime seruet felicem. Ex Brassouia XX-a die Octobris Anno domini 1542.

Eiusdem dominationis Vestrae Prestantissimae.

Amicus ac frater sincerrimus

Ioannes fux Iudex Ciuitatis Brassowiensis.

Aufschrift: Prestantissimo domino Georgio Wernero in Ciuitate Epperyes habitantj domino in tanquam fratri suo obseruandissimo. — (Literae Iudicis Brassoviensis ad Vernerum in quibus aliqua nova de Thurcis).

CCV.

1521, 20 Oct. Scrisórea judelui din Braşov *Ioan Fux* cătră Episcopul *Georgiu Martinuzzi* despre înaintarea spre Ardél aluĭ Petru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Reuerendissime domine domine graciosissime obseruandissimeque, Post meorum seruiciorum diligentem Commendationem. Literas Vestre graciosissime dominationis Proxime ad me datas die Beati Lucae Euangeliste accepi, agoque diligentissimas gracias Vestre Reuerendissime dominationi ob Nouitates mihi scriptas. Vbi Vero Eadem de Censu Imperatoris Thurcarum mittendo, quicquid in nostram Partem Venit soluendum, nullus defectus Penes me Erit, Et Cuicunque Vestra graciosissima dominatio Eam Pecuniam deputauerit leuandam Ei Eam dabo.

Feria quinta postridie festi diui Lucae Euangelistae, Venit quidam Nuncius ad me, et Iuratos Ciues cum literis Petri Waywodae Moldauiensis, in quibus Nos Rogauit, Vt cum suo Nuncio, nostrum hominem mitteremus In Transalpinam Ad Radwl Waywodam, Vt Et Ille Cum suis gentibus huc in Terram Barcha Veniret, Sed Waywoda Transalpinensis fluvio V. (1) Olth Transito, Versus Rwssaua profectus est, Confidimus Ergo In deo Quod nos Non impediet.

Deinde Nouerit Vestra Reuerendissima dominatio, quod Petrus Waywoda, feria secunda ante festum Beati Lucae Ewangelistae, Vna cum suis gentibus in oppidum Tatthrus Venit, Et hac hodierna feria Sexta tam bombardas, quam Et ceterum appartum bellicum cum curribus ac Comeatu (quem copiosum habere fertur), huc Emovebit, Ipse Vero in Propria sua persona cum omni suo Populo, ac Etiam Peditibus Ad dominicam iam affuturam subsequetur Ita Vt Ad quartam feriam Proxime Venturam hic in terra Barcza Constitui Vult, Quod suo Proprio ore Nobis Nunciauit per suum famulum, Non habet secum Thurcos Vltra Sedecim, Cuius propositum haud aliud esse intelligere possum, quam (Vt Eciam ante hac Vestre Reuerendissime dominationi significavi) Quod Megyes Capiendum attentare Vult, Et deinde totam hanc Transsyluaniam artare, Ceterum est, Quod Ex Eodem Nuncio Petri Vayuodae intellexi, Quomodo Sacra Regia Maiestas, Et

---

1) Valachico.

dominus dominus ferdinandus Rex etc, Vnum suum legatum ad Petrum Wayuodam misisset. Quem oratorem Petrus Vayuoda dedisset, in Manus Thurcarum in oppido Rhomanwasar dicto.

Gentes ac Ianicheri, quos Imperator ante hac Adrianopolim miserat per Sophia profecti ad Bellerbegh Vadunt, Budae ac Pesth subventurum. Imperator Constantinopoli est facitque Vbique in suis terris proclamare Vt Vnusquisque sese Paret, Vt Ad Veris ingressum Promptus sit, Venitque mihi hodierna die Nunçius a Dreсztor proclamabantur, Quod-si eciam decem essent in Vna domo, tamen omnes deberent insurgere, Cum mandatum Imperatoris foret Venturum,

Ex talibus Petri Wayuodae operibus Et actis Possum intelligere, ipsum Non esse boni propositi, Rogo igitur Vestram graciosissimam dominacionem ob amorem dei, Vt dignam nostri ac huius Regni Curam (prout Eciam hactenus fecit) gerat, Nos enim Post deum ipsum omnem fiduciam Nostram, In Vestram Reuerendissimam dominacionem collocauimus, Quam idem deus felicem Conseruet, Ego Vero me totum Eidem Vestre Reuerendissime dominacioni diligenter commendo. Datis Brassowiae XX. die mensis octobris 1542.

Eidem Vestrae Reuerendissimae dominacioni

obsequentissimus

Ioannes Fux Iudex Brassowiensis.

Aufschrift: Reuerendissimo domino fratri Georgio Episcopo Waradiensi, Thesaurario Et locumtenti Regio, tanquam domino graciosissimo obseruandissimoque.

CCVI.

Scrisóreea Reginei *Isabella*, mulţumind pentru bunăvoinţa Regelui Ferdinand I. şi declarând, că nu va călĕtorí în Ardél câtă vreme Petru-Vodă se află în acea ţară. 1542, 20 Noemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Isabella Dei gratia Regina hungariae Dalmatie croatie etc.

Magnifice domine Nobis Sincere dilecte. Gratum est Nobis Quod ex literis Spectabilitatis Vestre Intelexeramus Serenissimum dominum Romanorum hungariae Bohemie etc. Regem nostri gerere curam, et Prouidere Vt honestam Comitiuam Scepusium Vsque habeamus, et Tanto id gratius est, Quod ea prouincia sit humeris Spectabilitatis Vestre demandata, Quam credimus Nobis animo et prompto et alacri Inseruituram, Id Quod Nos eciam gratia nostra semper Recognoscere et per occasionem illi referre studebimus, Quod exitum nostrum Attinet, Nos habemus Bonam Voluntatem Secundum pactiones cum Maiestate sua Regia initas, eciam nunc exire, sed Ingressus Magnifici Petri Wayuodae Moldauiensis, qui est in Visceribus regni, et miseros colones Taxat, opprimit, est impedimento, quominus Spectabilitatis Vestra intrare possit, Si enim aliquid perciperet de Aduentu gentium illius, proculdubio ex Regno non exiret, et Induceret non solum Voieuodam Transalpinum, sed et Thurcas in regnum, que Res tum Regno Nocumento esse possit, Tum Maiestati Regiae Magnas afferret difficultates, propter quas Remouendas, pro bono Maiestatis sue regie hic permanere nos Tamdiu oportet, quoad ex Regno exeat,

preterea castrum scepusiense per homines nostros prius esset occupandum, quam illuc Veniremus, Vt Victualia tempestive ordinare et imponere curaremus, Interim tamen Spectabilitas Vestra cum gentibus suis sit parata, Vt cum opus fuerit, statim adesse Valeat. Bene Valeat Spectabilitas Vestra. Datum in Castro nostro gyalu feria Secunda proxima post festum Beate elyzebethe Vidue Anno Domini MDXLII.

Isabella regina.

(In cedula Vero scriptum est:) Dominis consiliarijs nostris Videtur esse expediens, Quod Spectabilitas Vestra literas Reuersales Serenissimi Domini Romanorum hungariae et Bohemiae etc. Regis manu scriptas, ad nos per hominem fidum adhuc ante aduentum suum Transmittat.

CCVII.

1541, 30 Noem. Scrisórea lui *Georgiu Martinuzzi* cătră Regele *Ferdinand I.* despre alungarea din Ardél alui Petru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime princeps et domine domine mihi Clementissime, humilimam Seruitutis meae Commendacionem. De negocio Petri Vaywode Moldauiensis antea aliquocies ad Vestram Maiestatem Scripsi, Qui adiunctis secum Turcis et Tartaris in Regnum hoc hostiliter ingressus erat, Quod vbi intellexi pro meis viribus statim in hoc Regnum ingressus sum, eumque usque ad alpes insequutus sum, ac ex regno expuli, quem tamen assequi non potui. Nihilominus Currus omnes excepto vno, et Bubalos, resque nonnulas adeptus sum. Bombardas intelligo defossas in alpibus, sed locum inuestigare nondum potui. Vestre Maiestati quantum in me fuit in hac quoque re libenter inseruini, et in alijs similiter paratus sum omni fidelitate mea inseruire. Rumor est fuisse quosdam hic in regno, qui intiusmodi pollicitacionibus ipsum inuitassent, vt si saltem aliquem municiorem locum sibi acquirere posset, totum Regnum in suam veniret potestatem. Ideoque iam Castrum Kewkewllew, adductis secum acto Bombardis, obsederat. Sed vbi nostrum aduentum intellexit, Viminibus succensis ac combustis, collecto exercitu celeriter ante nos dies noctesque abijt. Magna itaque inter tres naciones de ea re nunc est controuersia, Quamobren indiximus eis connentum, quem celebraturi erimus, ante decimum diem Natiuitatis Dominis Vbi animum Singulorum diligencius cognoscere et perspicere studebimus. Quamvis autem concluseramus cum Egregijs dominis nobilibus Comitatuum Regni Hungariae, nos ad festum Beatae Luciae in congregacione adfuturos, tamen rogabimus eos ut eam congregacionem ad diem Epiphaniarum domini differre velint, Ad fideles vero Maiestatis Vestrae scripseramus, vt in Auxilium Regni aliquod subsidium mitterent, nemo tamen misit. Magnificus dominus Caspar Seredy miserat quidem Ducentos equites, qui adhuc hodie non apparuerunt. Ceterum Vestrae Maiestati humilime Supplicamus, vt de negocio Regine Maiestatis, dignetur aliquam curam habere. Dominus Seredi nondum eciam intrauit nobis ita videtur, ut negocium hoc eciam nunc longius dilatum sit, quam oportebat, itaque maiestas vestra dignetur hanc rem iam tandem finire. Miseramus ad Vestram Maiestatem Egregium Georgium horwath, cuius medio Vestrae Maiestati de omnibus rebus nunciaueramus. Maiestati itaque Vestrae humilime

supplicamus, Quantenus Maiestas Vestra dignetur ipsum cum benigna et clementi relacione quamprimum remittere. Reliqua Vestra Maiestas ex presentium exhibitore Egregio Iacobo pokay familiare nostro intelliget, cuius verbis Maiestas Vestra fidem creditiuam adhibere dignetur. Datis ex Castris prope Byztricium In festo Beati Andreae Apostoli. Anno domini M.D.XLII.

Eiusdem Vestrae Maiestatis

Fidelis perpetuus

frater Georgius, episcopus Waradiensis etc.

Aufschrift: Serenissimo principi et Domino domino Ferdinando, Diuina fauente clementia Romanorum semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croaciae, Sclauoniae etc. Regi. Infanti Hispaniarum, Archiduci Ausiriae, Duci Burgundiae, Slesiae, Brabanciae, Styriae, Carynthiae, Carneole, Viteberge etc. principi Sueuiae, marchioni Morauiae, Comiti habspurgi, Tirolis Lantgrauio Alsaciae Domino mihi Clementissimo.

Inserat: Scriptis iam literis Superuenit quidam familiaris noster ex Turcia cui feria quinta proxime preterita quinque Septimane preterierunt cum esset Constantinopoli, Nova hoc nobis attulit. Caesarem Turcarum magno apparatu instruere se ad proximum annum egrediendum, Regique franciae dedisse ducentas et triginta naues, Adfuit autem tum familiaris noster, cum earum quamlibet Legatus Regis franciae obsignasset, Idem Caesar a Venetis petit quinquaginta gallias, Retulit eciam Tranquillum Constantinopoli esse detentum.

CCVIII.

Cartea de liberă trecere dată de *Petru-Vodă* lui *Iacob Fischer*, solului sĕu trimis la Regele Ferdinand I. 1542, 6 Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Petrus Von gottes genaden Voiuoda Vnd rechter Erb her in der molda etc.

Unsern gruss mit aller getreuer dienstperckhait, aller durchleichtigster hochgepornister Römischer Hungerischer kunig. Eur Ku. Mt. schreiben wol Verstanden hab, mich hoch bedanckh gegen Eur khu. Mt. mich allent halben gegen Ewr. khu. Mt. in treuhait Erhalten will, vnd was Eur khu. Mt. Iacob fischer sagen wirt gantzen glauben gebt, Vnnser Vnter(1) ist, Damit Spar Ewr. khu. Mt. gott gesundt. Geben auf der Salcza am tag Nicolaj. 1542.

Aufschrift: Dem Durchleichtigstem grossmechtigsten herren Ferdinand Romischen Hungerischen Behemischen kunig meinem gnedigen herren.

---

1) wahrscheinlich: Unterthan,

CCIX.

1542. Scrisórea căpitanului moldovean *Petru Vatica* despre planul de rěsboiŭ al Turcilor și despre șansele unuĭ rěsboiŭ contra lor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Literae Petri Watika Capitanei Moldauiae.

Quod mihi Magnificentia Vestra Scribit vt significarem de Turcarum Caesare quó debet conúerti, Itaque sciat Mag.cia V. quód hac aestate nullibi proficiscetur, Sed gentes mittet aliquas Budam versus propter illam aedificandam, sed pro alio anno exibit cúm magna potentia in Vngariam personaliter cúm omnibus viribus suis.

Verum quidem est, quod nunc clamatur ad Bellum úbique in Dominijs Turricis sed fortassis propter Terrorem duntaxat, vt possint hoc anno secure Budam aedificare.

Sed ego Magnificentiam vestram, tanquam fidelis Mag. V. amicus certiorem facio, prout intellexi, si quid principes Christiani expedire volunt contra Turcas, nunc habent tempus commodissimum, neque posthac melius habebunt. Núnc núnc insurgendum est principibus Christianis, vt vadant Budam expugnaturi et eam demoliendo in Danubium ruinas eius demergant. quia si Turci eam fortificabunt, tunc eos núnquam expellant Christiani.

Miramur valde, qúod Regia Majestas tam diu Wylnae manet, meliús esset vt sua Mtas circumspiceret suis rebus in tempore.

De Domino meo Veywoda hoc Mag. V. sciat quod habet voluntatem bellum gerere in Transsiluaniam propter illa Castra quae ei accepta sunt, Et propter captiuorum liberationem qui sedent in Waffarasch, et habent in auxilium 4000 Thurcarum, si Vngari non cedent illi ex Castris illis, et si captiuos non dimittent.

CCX.

1543, 7 Ianuar. Declarațiunea de supunere cătră Regele *Ferdinand I.* dată de *Radu-Vodă* din Muntenia.

(Din Archiva ces, reg. din Viena).

Nos Radul Dei Gracia. Vayvoda Dominus. et Heres. Terre Transalpinensis etc.

Memorie commendamus per presentes quibus expedit. Universis. Quod nos Recognoscentes hanc terram Transalpinensem Ad inclitum Regnum Hungarie et sacram ejus Coronam. ab antiquo semper pertinuisse. et nunc pertinere ac eidem esse subiectam. et hoc regnum nostrum Transalpinense membrum Hungarie. et quasi quendam dicte eius Corone Ramum semper fuisse et nunc esse. Vayvodasque pro tempore constitutos una cum Boyaronibus. Nobilibus. Officialibus. ceterisque incolis et inhabitatoribus ac universo populo dicte terre transalpinensis sub alis et tutela Dicti Regni divorumque olim Regum Hungarie ad hunc usque diem servatos et defensos esse. Et cum alios precessores nostros

tum spectabiles et magnificos condam dominos Vintila et Vlad pie memorie. Ad extremum usque vite Illorum terminum Serenissimis Hungarie Regibus. Uti dominis eorum clementissimis. fideles et obedientes fuisse et nunquam a fide et fidelitate sacre Corone. et dictis divis Regibus eiusdem Regni sese abstraxisse. Itaque pro vetusta consuetudine Regni nostri Transalpinensis volentes nos quoque maiorum nostrorum precessorum Wayvodarum. precipue vero spectabilium et Magnificorum quondam dominorum Vintila et Vlad in hac parte sequi et imitari vestigia. atque prefato Serenissimo domino Ferdinando. Romanorum Hungarie et Bohemie etc. Regi domino nostro graciosissimo. et Regno Hungarie. sacreque eiusdem Corone. ac succesoribus eiusdem Regni Hungarie obedienciam et subiectionem nostram debitam declarare fideique et fidelitatis homagium. Instar aliorum predictorum Wayvodarum precessorum nostrorum prestare ex deliberacione et consensu Consiliariorum nostrorum ac omnium ordinum huius provincie nostre Transalpinensis obtulimus nos per solennes oratores nostros prefato serenissimo domino Ferdinando Romanorum Hungarie et Bohemie etc. Regi. domino nostro graciosissimo ut sua Maiestas nos et Boyarones nostros Consiliarios. Nobiles. officiales. Ceterosque incolas et inhabitatores universumque populum terre prescripte Transalpinensis in graciam ac tutelam suam Regiam graciose recipere. et nos in dominio ipsius terre transalpinensis conservare et confirmare et more precessorum suorum Regum. divorum Hungarie in nostris antiquis libertatibus et bonis consuetudinibus. quibus hactenus usi sumus observare et defendere dignaretur. Qua quidem oblacione nnstra. per predictos oratores nostros sua Maiestas ex Regia sua benignitate. Nos et predictos Boyarones Consiliarios. Nobiles. officiales Ceterosque incolas et inhabitatores. universumque populum terre transalpinensis in suam graciam Regiam. tutelamque et protectionem suscepit. Nosque in dominio et Wayvodatu eiusdem terre Confirmavit. promisitque ex gracia sua speciali et bonitate singulari. Nos ac Boyarones nostros consiliarios. Nobiles officiales ceterosque incolas et inhabitatores Universumque populum ipsorumque heredes et posteritates totamque hanc terram Transalpinensem in omnibus illis Antiquis libertatibus Iuribus et bonis consuetudinibus quibus hactenus usi sumus, et quibus maiores et precessores nostri qui Regibus Hungarie et sacre eiusdem Corone fideliter servierunt usi et gavisi sunt tenere et conservare. Quarum nos quoque Radul Wayvoda vestigijs maiorum et precessorum nostrorum ut premisimus inherentes habito maturo Consilio et consensu prefatorum Boyaronum et consiliariorum nostrorum promisimus et promittimus in Verbo nostro Vayvodali prefato serenissimo Domino nostro domino Ferdinando Regi Hungarie. Heredibusque suis futuris et successoribus Heredibus Hungarie. ac sacre eiusdem Corone Regi prelatis. et Baronibus Regni. proceribusque ac toti (sic) Regno Hungarie fide nostra cristiana mediante Quod simul cum eisdem predictis Boyaronibus et Consiliarys Nobilibus, officialibus. Ceterisque Incolis et inhabitatoribus omnibus. Universoque populo et tota terra transalpinensi a modo deinceps eidem domino Regi Ferdinando. et successoribus suis ac Regno Hungarie eiusque Sacre Corone omnimodam fidem et fidelitatem ac obedienciam sine omni dolo et fraude observabimus. eidemque perpetuo fideliter servienus. Atque ad eundem dominum Regem. eiusque successores Regum Hungarie sacramque eius coronam audiemus et attendemus et nunquam ab eidem separabimur promisimus. eciam sub eadem fide nostra Christiana, atque sub honore et humanitate nostris. et Amicis. Sue Maiestatis. Amici. Inimicis. vero inimici hostesque erimus. ac Insuper quando dei auxilio prefatum dominum Ferdinandum aut eius successores contra hostes fidei et Regni hungarie. presertim vero contra thurcarum et thartarorum Imperatorem arma sumere. vel Capitaneum suum mittere contigerit. Nos personaliter cum omnibus Boyaronibus subditis Nobilibus et universis militaribus Copijs nostris penes vires suas in auxilium veniemus et ad finem usque belli fideliter ac constanter perseverabimus. atque contra hostes sue Maiestatis pugnabimus. promisimus eciam et promittimus sue Maiestati quod hostes suos et Regni. presertim infideles Thurcas. per Regnum nostrum contra maiestatem suam et eius Regnum transire quantum nobis possibile erit non paciemur. sed eisdem pro viribus nostris resistemus. Casu vero quo eis obsistere nullo pacto possemus. et tunc Id in

tempore Maiestati sue significabimus. Item quod cum ipsis thurcis nullam nunquam concordialem Amiciciam aut mutuam Confederacionem habebimus. atque thurcarum Imperatori si fieri poterit maius tributum non dabimus quod nostri precessores dederunt Et si nos deus optimus in futurum de potestate et tyrannide thurcarum liberabit. et tunc singulis annis more precessorum nostrorum Vayvodarum per solennes oratores nostros Maiestati Sue et Regibus hungarie eiusque Successoribus honores debitos cum fidelitate exhibebimus. Item quandocunque Thurcarum Imperator nos ad portam vocaverit si evadere poterimus nullo modo ibimus. Sin Autem secus fieri non posset. Cum scitu et informacione sue Maiestatis id faciemus. et ubicunque erit in omni rerum eventu Maiestati sue Regie. eiusque Successoribus. et Regno hungarie eiusque sacre Corone. Ut promisimus fideliter serviemus. Ita tamen ut sua quoque Maiestas Regia. sic. uti nobis per oratores suos promisit. nos una cum Boyaronibus. Consiliarijs nobilibus officialibus. Ceterisque incolis et inhabitatoribus. Universoque populo transalpinensi in omnibus nostris antiquis libertatibus iuribus et bonis consuetudinibus. quibus hactenus semper usi sumus et precessores eciam nostri gravisi sunt. conservare et contra quosque hostes nostros suis presidijs ubi necessitas exegerit defendere et tueri. atque eciam (si quod deus optimus avertat) nos ab hostibus quoquom (sic) obruere et a Regno nostro Transalpinensi depellere. ac. ad Maiestatem suam confugere contigerit. Ut maiestas sua Regia. nos iterum suis sumptibus et impensis in pristinum locum et dominium nostrum Transalpinense. virtute bellica et authoritate hac Regia sua instituere teneatur. Ad que premissa omnia et quevis premissorum singula simul cum predictis Boyaronibus nobilibus officialibus. Ceterisque incolis et inhabitatoribus omnibus Universoque populo et tota terra Transalpinensi sub prefata fide nostra Christiana. atque sub honore et humanitate nostris observare nos promittimus. Iuramusque et per deum Vivum qui Celum et terram creavit. et sancta eius evangelia. Sacrosanctamque crucem. perque gloriosissimam eius matrem Virginem mariam et omnes Sanctos dei. Quod eidem Serenissimo domino Ferdinando Regi domino nostro clementissimo eiusque successoribus Hungariae Regibus ipsique Regno et eius sacre Corone inconcusse fideliter et inviolabiliter observabimus et per omnes subditos nostros observari faciemus Sine omni dolo et fraude. In cuius rei memoriam fidemque et firmitatem perpetuam presentes nostras litteras sigillo nostro maiori Sub appendenti Communitas. manuque nostra propria consignatas et roboratas Duximus prestandas Datum in Civitate nostra Thergovistye Septimo die Ianuarij anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Tercio.

(Subscrierea).

CCXI.

1543, 3 Aprilie. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Radu-Vodă* din Muntenia, cerêndu-ĭ informaţiuni despre mişcările Turcilor şi promiţându-ĭ ajutor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Vaynodae Radul Transalpinensi. — Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis, syncere nobis dilecte. Reuersus est ad nos Egregius Antonius de Thorozko, quem uti Oratorem nostrum ad te superioribus men-

sibus miseramus, a quo omnem plenam relationem et instructionem sibi per te datam clementi animo intelleximus, et talem sane animum talemque mentem in nos tuam, plenam scilicet omnis pietatis et fidelitatis abs te non nisi gratiose susceptimus, teque prouide scire Volumus Nos nunc omnem diligentiam studium et laborem impendere, Vt expeditionem generalem Contra Communes Christiani nominis hostes promoueamus et continuemus, sicque Dei optimi Maximi imprimis auxilio, accedentibus etiam omnium Regnorum, Dominorum, prouintiarum et Patriarum nostrarum Viribus, nec non externorum Principum et potentatuum, praesertim Summi Pontificis, Sacrae Imperatoriae Maiestatis ac denique Romanj Imperij Validissimis Subsidijs Regni nostri Hungarie Statum hostili Violentia turbatum rectificemus ac fideles quoque Subditos nostros pro toto posse nostro defendamus. Requirimus autem et hortamur te maiorem in modum vt quemadmodum pro tuà in nos fidelitate et singulari obseruantia vltro obtulisti, quod. Velis scilicet de omnibus negotijs et Conatibus Turcharum Caesaris explorationes ad nos Vel per literas tuas Vel per proprium hominem tuum mittere, ita in hoc summam quam potes diligentiam adhibeas, et nos de singulis quae indagaueris, quantocyus et Continue Certiores facias, sicuti te facturum esse Clementer Confidimus, et istiusmodi operam et fidelitatem tuam omni gratia et benignitate nostra erga te recognoscere studebimus, et si Deus, quod speramus victoriam nobis dederit, faciamus et re ipsa ostendemus, quam gratas et acceptas fidelitatis ot obsequiorum tuorum ablationes habuerimus, Quod reliquum est, Volumus et te et filios tuos Vnacum Boiaronibus et populis tuis ea omnia a nobis expectare, quae fideles subditj à Clementissimo Principe et Domino sibi polliceri possunt et debent. Datum Nuremberge tertia Mensis Aprilis 1543.

CCXII.

Raportul lui *Paul Bornemissza* către Regele *Ferdinand I.* despre sosirea la Pojon a unui sol român, ca iscodă a Turcilor. 1543, 28 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Regia Maiestas. Domine Clementissime.

Praemissà fidelium Seruiciorum meorum in graciam Vestrae Sacratissime Maiestatis humilima Commendacione. nudius tercius Venit cursor quidam nomine Rachzuan, cum literis ad vestram Sacram Maiestatem scriptis, a Vaiuoda Transalpinensi Posonium, Volens ire post vestram Sacram Maiestatem ubicunque eandem inueniret, de quo nuncio ipsius Vaiuode Transalpinensis Egregius Balthasar Bornemyza fidelis Seruitor vestrae Sacre Maiestatis, mihi nunciauit per suos seruitores qui ad Vestram Sacram Maiestatem profecti sunt, Quod Vaiuoda Transalpinensis iussu Imperatoris Turcharum, misisset exploratum, praenominatum suum nuncium Rachzuan ad Aulam vestrae Sacre Maiestatis, vt quicquid exploracionis reportaret quam celerime Imperatori Turcharum significaret, Visum est igitur mihi ut domini Consiliary Vestrae Sacrae Maiestatis illum nuncium Transalpinensis Vaiuode honestis et racionabilibus de Causis Posonij retinerent usque ad Vestrae Sacre Maiestatis deliberacionem Vel omnino illum ad suum dominum remiterent statim cum Literis vestrae Sacrae Maiestatis graciosis, quas Anthonio Torozkay ad illum mitendas dederat Leremberge, illas vero quas nunc Maiestati Vestrae Sacre attulisset, ab eo dominy Consiliarij reciperent et per Postam ad vestram Sacram Maiestatem mite-

rent celeriter, ob Eam causam misi hodie hinc Anthonium Torozkay Posonium ut nuncium ipsum excipiat, omnem beneuolenciam illi ostendat; et cum dominis Consiliarijs agat, quid cum illo agendum sit, et ipsis dominis informacionem dare uelit quia ille explorandi magis gracia Venit, quam propter negociorum expedicionem. haec Vestrae Sacrae Maiestati notificare Voluj ex significacione ipsius Balthasari Bornemiza Cuius Supplicacionem clementer exaudire dignetur Supplico et nuncios eiusdem graciose expedire, non tam ob Commoda ipsius Balthasari Bornemyza haec peto a Vestra Sacra Maiestate, quam propter Commodum Vestrae Sacrae Maiestatis, et huius Regni, nam ipse Balthasarus Bornemyza poterit plura Vestrae Sacrae Maiestati et Regno Seruire, tam in Transiluania quam extra Transiluaniam, qui Jampridem Vestrae Sacrae Maiestati Constanti fide seruire decreuit Contra omnes Temporizatores, quandocunque vestra Sacra Maiestas illi mandauerit, modo vestra Sacra Maiestas suam graciam illi non abstrahat, alia non habeo quae inpraesenciarum vestrae Sacre Maiestati notificare possim, nam hic eger decumbo, Vestram Sacram Maiestatem deus optimus Maximus Vniuersae Reipublice Christianae in Columen (sic) seruet ad multos annos felices, datum Viennae die XXVIII Aprilis anno domini M.D.XLIII.

Eiusdem Vestrae Sacre Maiestatis fidelis Seruitor

Paulus Bornemyza Secretarius, manu sua.

Aufschrift: Sacrae Regie Maiestati Domino meo Clementissimo. — (De Balthasare Bornemyssa).

CCXIII.

1543. Creditiva dată de *Radu-Vodă* lui *Antoniu de Thoroczko*, sol trimis de Regele Ferdinand I. la el.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Post fidelium seruiciorum meorum humillimam commendationem. Miserat Maiestas Regia dominus meus clementissimus hunc oratorem suum Anthonium de Thorozko ad me. Igitur ego rursum remisi eum ad Sacratissimam Cesaream Maiestatem Vestram. Suplico Maiestati Vestre Cesaree dignetur eidem dicto oratori fidem creditivam adhibere. Quicquid Nomine meo dixerit. et cum hijs mea seruiçia humillime commendo. Datum in Ciuitate mea Thergouistij Anno 1543.

Seruitor humillimus

Radul Vaywoda Transalpinensis.

Von aussen: Sacratissime Cesaree Maiestati domino Meo Clementissimo.

Von innen: Sacratissima Cesarea Maiestas domine domine clementissime.

CCXIV.

Notiţă despre silinţele Franţei de a-l ţiné pe Regele *Ferdinand I.* departe de Ardél. 1546—1558.

(Din Pray).

Legatorum Galliae Constantinopolim missorum exstant complurus epistolae ab anno 1546 ad 1558 in raro admodum opere, cui titulus.

Lettres et Mémoires d'Estat par Mr, Guilliaume Ribier à Paris 1676. II Tomes, quibus Gallia conabatur, ne Ferdinandus post mortem Zapolyae Transsilvania potiretur, et ad aquisitam rursus amitteret. Legati Galliae per id tempus erant Constantinopoli Mr. de Cambray, Mr. d'Aramont, Mr. Codignac et Mr. de Vignes, Agens vero Martinez, et Phebus Secretarius.

CCXV.

Raportul lui *Gerard Veltwyk* despre pregătirile de rĕsboiŭ ale Turcilor. 1547, 20 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Gerardus Veltwyck, Gesandter Ferdinands I an Sultan Suleïman, schreibt aus Constantinopel am 20. Febr. 1547 an seinen Herrn.

Sono sta mandate lettere a di 6 di febraro alli Sig[ri] di Valachia al Karaboudan, et alli Tartari che stiano aparechiati sopra i confini di Polonia, questa fa creder a moltj eh el fara guerra in Transsyluania.

CCXVI.

Scrisórea Episcopului *Georgiu Martinazzi* cătră Regele *Ferdinand I.* stăruind că Domnul Moldoviĭ să fie câştigat prin promisiunĭ. 1547, 18 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Regia Maiestas et domine, domine mihi clementissime.

Fidelium Seruiciorum meorum in gracia Maiestatis Vestre humilem commendacionem. Que res me de Wayuoda Moldauiensi reddebat sollicitum, hoc iam deo Conatus

meos Iuvante, tum in profectum Regni huius, tum Vero ad Reipublicae Christianae defensionem, abunde sum consequutus, et Vti meam in hac re diligenciam nociorem, illius Vero fidem erga Sacratissimam, et Catholicam Caesaream Maiestatemque Vestram, eius ipsius Sermone firmiorem redderem, perfeci, Vt pro eius apud Maiestates Vestras declaranda fide Nuncium suum, ad ipsam Sacratissimam Caesaream, et Maiestatem Vestram mitteret, Cuius cum maiores quoque de Republica christiana optime semper meriti Extitissent, Egregiamque operam, tempore belli, pro libertate patriae nostrae prestitissent, Rem eciam nunc imprimis Vtilem me facturum Existimavi, si Ad res dei beneficio feliciter in futurum suscipiendas presidia, et firma, et tuta, iam antea Ex Vicinorum Regnorum fidelitate, compararem, quibus Exercitus Maiestatum Vestrarum non solum Iuvari, sed ad consequendam quoque Victoriam plurimum possit proficere: Et quo firmiorem hunc de futura Maiestatum Vestrarum erga se gracia redderem. multa huic de clemencia, et Munificencia Maiestatum Vestrarum predicavi, eum non solum gloriam recte factorum a Maiestatibus Vestris, sed Amplissimum Virtutis premium, Ex donacione Arcis in hungaria cum Mille colonis reportaturum, Cuius si Regnum ad Iuvandam hungariam, Exercitumque Maiestatum Vestrarum Vtilissimum mecum reputavero, reperio hunc non indignum profecto, ea remuneracione, et gracia, qua erga optime meritos, homines, graciosissimi principes esse consueuerunt, Vt huius Wayuode, et nostro presidio, firmissimo se muro Maiestates Vestre munitas esse, Vero Judicare possint, Quapropter Supplico Maiestati Vestre domino meo Clementissimo, hanc Wayuode oblacionem ea gracia Maiestas Vestra suscipere dignetur, Vt in Excipiendo Nuncio suo, quam graciosissimum se Maiestati Vestre, possit cognoscere, eiusque Causam ita Sacratissime quoque Caesareae Maiestati Commendare, Vt fides que mea in eo opera, erga Maiestates Vestras, Excitata est, clemencia Maiestatum Vestrarum, maximum deinceps in eo incrementum recipiat, Meque nunc ita Maiestas Vestra liberare posse confidit, sciam me Vnacum his qui hic sunt ad salutem Reipublicae Christianae conseruacionemque Regni huius accomodare, Cum hij omnes ad omnia Iussa Maiestatis Vestre paratissimi futuri sint, Sin minus ita de hoc quoque de Nobis Maiestas Vestra consulere, Vt interim dum dei imprimis, ac Maiestatis Vestre deinde presidio libertas Nobis contigerit, Vel prece, Vel premio, nostram, et huius patrie salutem apud hostem tueri possimus. Deus Maiestatem Vestram pro Incremento Reipublicae christianae consueret incolumem. Datae Albae Iuliae, decima octaua Die Mensis Nouembris, Anno domini M.D XLVII: plura Vero ijdem Nuncij Caspar pesthiensis, Secretarius meus, et Petrus haller Ciuis Cibiniensis, Maiestati Vestre referent, quibus Vt Maiestas Vestra fidem adhibere dignetur Supplico Maiestati Vestre humillime.

Eius Maiestatis Vestre fidelis

Frater Georgius Episcopus Waradiensis.

Aufschrift: Sacrae Regiae Maiestatj, Romanorum ac Hungariae, Boemiae, Dalmaciae, Croaciae, Sclauoniae etc. Infanti hispaniarum, Archiducj Austriae. Ducj Burgundiae etc. domino suo clementissimo.

CCXVII.

Scrisórea *Sultanului* cătră Episcopul *Georgiu Martinuzzi* în cestiunea câtor-va boierĭ pribegiţĭ. 1547—1548.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literarum Turcae ad fratrem Georgium.

Reuerende frater Georgi, cum mandatum Excelese (sic) curie nostre tibi perueniet, notum sit qualiter priusquam ex causa auffugentes Boieronis regis Transalpinae ut praedictus vbique Inuenire poteris Intercipere et Iterum ad curiam maiestati nostre mitere debeas, tibi, cum Chiaus nostro nomine Ali Chiaus mandatum comissimus, Iam quoque Iterum regni transalpinensi vaiuoda ad curiam nostram felicissimam significauit ut nunc quoque aliquos Boiarones cum multa Bona ad partes tuas ut auffugerent et In predicto regno multa damna adhiberant ac antea Iste tegre datur et malefactor Barbol qualis antea cum fratre suo ad partes tuas auffugit predictus ad te cum magna presentia peruenit, Tu quoque sibi ad habitandum vnum castrum dedisti quod multum nobis displicuit tum Inteleximus te Illos sub tua Jurisdictione accepisse quarum cum presentibus preceptis nostris ad te mitimus Istum Durmis Chielebi et tibi firmiter Iterum atque Iterum comitimus ut Incontinenti et festinanter nulla Interposita mora vt Inuenire debeas aut Inuenire facias si diligis capitum (sic) tuum ad tamen predictos latrones sibi Ipsis cum adunatis capere faciatis simul cum rebus depredatis ad nos sub Bona custode cum Durmis Chielebi transmitere debeas Jussimus et si casus contigerit ut predictus non possis viuum mitere tunc eius caput ad nos remitas precipiendo tibi quod exequi debeas prestando Integram fidem et obedientiam precepto nostro tibi misso cum signo solito nostro excelse curie more apposito et si predictus Inuenire et capere non feceris postea nulla excusatio preualet et postea caue ne punitio Illius ueniat In te sicut scias.

CCXVIII.

Estras din raportul luĭ *Iustus de Argento*, despre un rĕspuns al luĭ Rustan-Paşa în ceea-ce priveşte pe Episcopul Martinuzzi. 1548, 19 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Justus de Argento, Gesandtschaftsgenosse des Malvetius seitens Ferdinands I. am türkischen Hof, schreibt aus Constantinopel dd° 19—28 Maerz 1548.

Interrogauit nos Rusthanus Bassa, quomodo gereret se, hoc est cum Maiestate Vestra frater Georgius(1); respondimus; non esse curae Maiestati Vestrae de illo. Responderunt Bassae, quod etiam culices sunt parui, sed tamen mordent. Respondit Maluetius, quod, etiam facile oprimuntur et enecantur.

---

1) i. e. Episcopus Varadiensis.

CCXIX.

1548, 4 Aprilie Scrisórea lui *Giovanni Malvezzi* cătră *Ioan Iordan*, secretarul Regeluĭ Ferdinand I., trimiţându-i o scrisóre adresată de dragomanul Machmut Episcopului Martinuzzi.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(A tergo)

Allo Magnifico Signore Ioanne Iordan secretario de la Maestà del serenissimo Re de Romani Signor mio osservandissimo.

Questa si e la copia de vna lettera scritta a frate Georgio da Mahumut Dragoman per Commissione de Rustan Bassa videlicet: Reueressime Domine post humilem comendationem Salutem etc. Ex Andrea vestro accepi litteras emanatas ad Excelsam curiam maximo Imperatori Nostro et eas cum eodem tabellario in Asia contuli ad excelsam curiam Imperatoris festinanter ingrediens ad bellum contra Regem Persarum et ut in eis continebatur supremo consiliario omnia exprimi Et omnibus auditis et intellectis in summum gaudium se contulit pro retentione illius Barbolli adeo quod non ignarus tanti uestri seruity pollicitus est notificare velle ad Cesaream Maiestatem maximi Sultani Sulemani et agere ut Sua Maiestas recentem memoriam tenebit et beneficium erga vos remunerationis non deficiet ut ea semper meruit. Preterea idem supremus Consiliarius mihi allocutus est hec vel similia verba: Quare Reuerendus frater Georgius non misit michi aliquod subsidium pro isto bello? et ego tali suo quesito quid responsurus essem? Nescius tacui. Dominus Bassa nunc missurus est Cheivanum Secretarium Imperatoris Nostri ad vos cum litteris Cesareae Maiestatis, in quibus satis gratuitus videtur de optimo officio et diligentia habita per vos circa aprehensionem factam Barboli latronis et malefactoris et significamus maximam consolationem assumsisse Supremus Bassa noster, deditque redditum seu Tumarum ipsi pro parte remunerationis diligentie et virtutis suae habite in predicto negotio tuo. Si de cetero falcones missurus es, Dominus Bassa mihi exposuit ut reuerentia vestra mittat per predictum Chieuanum vobis et Basse pergratum. Reuerentie vestre amicus Maumuth Beg Dragoman.

Signor Secretari, jo m'haueua smenticato la soprascritta (?) cifera de la quale io ne ho fatto mentione in le mie degli 4 pur di aprile et questo uolanti calamo per che el messo parte Hora. da Constantinopoli alli 4 d'aprile 1548.

De reuer^mo^ Signor

Seruitore

Gio: M. Maluezzi m. p.

CCXX.

Scrisórea Episcopuluĭ *Georgiŭ Martinuzzi* cătră *Ibrahim-Paşa*, stăruind să li se scrie voivodului din Ardél şi celui din Moldova în ceea ce priveşte corespondenţa. 1548, 22 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum litterarum Fratris Georgii ad Ibrahim Passam.

Illustrissime Domine, Domine michi obseruandissime. Servitiorum meorum comendationem. Maiestas Cesarea, Dominus meus potentissimus michi jussit ut in omnibus necessitatibus meis et in omni re Dominationem Vestram Illustrissimam semper aut per litteras aut per nuntios convenirem. Cum autem tempus jam fuisset ad quod censum potentissimi Cesaris intromittere debemus, Dominatio Vestra Illustrissima nuntiet michi nunc per hunc servum meum, si censum potentissimi Cesaris intromittere debemus ad Dominationem Vestram Illustrissimam vel ad Serenissimum Potentissimi Imperatoris filium dirigere debeam; ego enim sine scitu et consilio Dominationis Vestrae Illustrissimae facere nolo, quemadmodum Dominationi Vestrae Illustrissimae priusque scripseram (?) germanicum aduc in (?) est arcemque agriensem 16 die mensis Julii recepit; et licet autem quietescit nichilque hostilitatis agant, dicunt tamen pluresque ad eos venire, nec satis cognosci potest quid agere velint.

Itaque Dominatio Vestra Illustrissima scribat ad (?) et ad Budensem Passam et ad Vaiuodas Transalpinensem et ad Moldaviensem litterasque suas ad illos scribat, atque per hunc servum meum Dominatio Vestra Illustrissima mittere velit ut, si necesse fuerit, hominem per istum meum statim et citissime cum litteris suis ad me mittere velit, ut omnem occasionem litteris Dominationis Vestrae Illustrissimae esse possimus. Deus Dominationem Vestram Illustrissimam conservet incolumem. Datum in Monostor, die 22. Mensis Iulij 1548.

Eiusdem Dominationis Vestrae Illustrissimae

Servitor

Frater Georgius Episcopus Varadiensis.

CCXXI.

Actul de supunere şi de alianţă dat de *Ilie-Vodă* din Moldovă lui Ioan (?) Zápolya. 1548, 26 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nos Helias dei Gratia, Waiuoda Dominus et Heres Verus Terre Moldauiae etc. Memoriae Commendamus per presentes Significamus quibus expedit Universis: Quod Cum Illustrissimus Dominus Ioannes Dux Hungarie et Transilvaniae, Mediantibus literis suis. Nobis se ad Hoc obligaverit quod Confederacionem illam que per serenissimos quondam dominos. Hungariae Reges cum Wayvodis Moldauiensibus ab antiquo obseruata fuit, Ipse quoque more predecessorum suorum Nobiscum. et Cum Boiaronibus. Ac nobilibus Totoque Regno Nostro Moldaviae inire et observare dignabitur, Nos quoque

vestigya Maiorum Nostrorum inhaerere Cupientes. Eidem domino Ioanni Duci Nosmet ipsos bona fide nostra in Hoc obligamus. quot Confederacionem illam. que inter serenissimos quondam Dominos Hungarie Reges, et Wayuodas Moldavienses obsignata est, et Nos sue Illustrissime dominacioni Inviolabiliter observabimus, omnemque fidelitatem et obedienciam quas predecessores Nostri Waivodae Moldauienses Serenissimis quondam Hungariae Regibus prestiterunt, Nos quoque una cum Boyaronibus et Nobilibus, Totoque Regno Nostro Moldaviensi. Ipsi Domino Ioanni Duci integre et fideliter prestabimus. Eidemque domino Ioanni Duci Omni Auxilio erimus, et sicut Commodum et Utilitatem Nostram et Regni Nostri Cupimus et Curamus. ita eciam Ipsi domino Ioanni Duci Regnoque suo, omne quod bonum et utile erit optare et Curare volumus. Preterea si qui ex subditis sue Illustrissimae dominacionis perpetrato aliquo malo. Ad Regnum Nostrum transfugerint tales si requisiti fuerint Contra ipsum Dominum Ioannem Ducem in Regno Nostro non Continebimus.

Item. Mercatores Regni Transilvanie cum rebus et Mercibus suis gracia questus, vel alicuius Negociacionis, libere ad Regnum Nostrum Moldavie venire. Hic quoque stare et negocia sua Expedire, tandemque solutis tricesimis, vigesimis et teloneis. alijsque Vectigalibus libere et pacifice absque omni Impedimento ad propria redire valeant et possint.

Item. Quod Nemo Eosdem vel Res Ipsorum pro debitis aliorum arctare audeat, sed ipsos Iuxta patriam. Consuetudinis Iure requirere debeant et teneantur, Item. Eligantur ex utraque parte Iudices Idonei qui damna. (si Quae inter subditos Utriusque Regni Contigerint) statim deciderent, et mox post Iuris revisionem de damnis Illatis satisfaciant. In Cuius Rei Memoriam et testimonium presentes literas nostras, Sigillo nostro munitas. et roboratas Eidem Illustrissimo Domino Ioanni Duci dedimus. Datum in oppido Ias. Vigesimo sexto Mensis Augusti. Anno domini M.D.XLVIII.

Helias Vayuoda Moldaviae.

CCXXII.

1548, 17 Oct. Scrisórea Episcopului *Georgiŭ Martinuzzi* cătră *Ibrahim-Paşa*, despre Polonia şi despre situaţiunea generală.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(I. Beilage ad 22 Nov. 1548).

Illustr.^me^ Domine mihi obser.^me^, seruitiorum meorum commendationem. Cum iam Oratores nostros unà cum censu potentissimi Imperatoris dimiserim timeamque ut malos homines qui ultra Danubium sunt ut neque Vaiwodae Transalpiniae possem confidere, Dominationem vestram Ill.^mam^ rogo vehementer velit unum chiaussum suum obuiam Oratoribus nostris in Transiluaniam mittere qui vnà cum ipsis oratoribus meis scit (sic), scripseram autem prius quoque Dominationi vestrae Ill.^mae^ Reginae, quod mortuo Rege Poloniae vocata erat à Regina matre sua ut iam mortuo patre et matris et trium sororum suarum quae adhuc innuptae sunt, curam deinceps ageret, tamen regina sine scitu potent.^mi^ Caesaris ire non vult, nec ego eam sine voluntate inuictissimi Imperatoris abire

paterer. Regina igitur nunc manet quieta, nec usquam discedere vult priusquam voluntatem Imperatoris potentissimi intellexerit. De qua re cum prius quoque Dominationi vestrae Ill^{mae} scripsissem, arbitror illas quoque Literas Dominationi vestrae Ill^{mae} redditas esse. Noui nunc nihil est. Carolus Rex Hispaniarum in Germania, et bellum nullum auditur; Ferdinandus verò in Hungaria congregationem habebit, quid tamen illic concludetur, adhuc incertum est. Regina et regis filius sani sunt, et nos quoque post beneficium Dei sub protectione potent.^{mi} Caesaris tuti sumus nullumque habemus impedimentum. Deus Dominationem vestram Ill.^{mam} conseruet sanam et incolumem Dat. Varadini die decima septima Octobris 1548.

Idem Dominationis Vestrae Illustrissimae

dedictissimus

Frater Georgius Varadiensis Episcopus.

CCXXIII.

Regina Isabella cere voia de a se întórce în Polonia. 1548. 18 Oct.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Isabella Dei gratia Regina Hungariae Dalmatiae Croatiae. Illustrissime Domine nobis honorande, salutem et omnis felicitatis incrementum. Rogata fueram a serenissima Principe domina Regina Poloniae matre mea colendissima post mortem optimi ac serenissimi parentis mei Domini Regis Poloniae ut me ad eam conferrem vicemque gratitudinis matri pientissimae in suscipienda eius cura triumque sororum mearum refferrem. Ad quod me licet tum pietas quam parentibus ex precepto diuino debemus, tum ipse quoque naturalis amor quo erga parentes ducimur complebant, ego tamen ut in alijs rebus ita his quoque praeter voluntatem potentissimi Imperatoris nihil facere volui nec deinceps aliquid sum factura, de qua re etsi Reuerendissimus quoque Dominus frater Georgius Dominationi Vestrae Illustrissimae scripserit, iam antea tamen meis quoque istis litteris Dominationem vestram Illustrissimam de mea hac voluntate certiorem facere volui, ut si alij secus aliquid deinceps Dominationi vestrae Illustrissimae dixerint, Dominatio vestra Illumissima fidem dictis illorum ne adhibeat. Dominationem vestram Illustrissimam bene valere optamus. Ex arce vestra Giulay, Decima octaua Octocris 1548.

Isabella Regina.

CCXXIV.

1548, 24 Oct. Ordinul *Sultanului* cătră Episcopul *Georgiŭ Martinuzzi* în ceea ce privește pe Majláth.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(II. Beilage ad 22. Nov. 1548).

Questa si e la riposta seu Lettera fatta a instantia de Maylath diretta a fratre Giorgio. «Episcope frater Georgi in Christi fide et tanquam pastor et Christianorum gubernator. Deus omnipotens ad earum conseruandorum auxilium praestet. Quamprimum perceptum meum cum signo apposito ad te perueniet, ita scias ut quidam primarius Comes Hungariae nomine Mailath existens detentus in carceribus nostris in Constantinopoli istic ac Curiam nostram misit, et ita notum habuimus ut in partibus illis ipse Mailathus habet duas villas nominatas Cheche et Ida alias emptas suis proprijs pecunijs per dictum Mailathum, ex quibus adhuc ex introitu earum villarum nutrit filios suos parvulos simul cum matre et seruis suis et hinc victum et vestitum excipit ipsis, iccirco intelleximus nouiter sicut homines tui et inter alios quidem Emericus Barbetochij Hungarus aduersatur et molestiam praestat in ipsis villis dicti Maijlathi. Itaque credimus, et si sic est, tibi mittimus et mandamus, iussimus et ordinammus, quatenus dictas villas neque homines illius Mailathi molestare non debeas neque alijs permittas, donec et quousque fuerit meum futurum aduentum ex bello, et precipimus ut omnia ita existant in pristinum ut antea fuit. Insuper tibi committimus, quamprimum preceptum meum ad tuas manus perueniet, ut permittas illos filios dicti Mailathi et homines suos quiete et pacificè viuere agere et iubere (sic) disponere de dictis villis ut res suas, sicut antea disposuerat et ipsis nihil te impedias et si quis mali voluerit molestare nisi vel talibus non permittas aliquit nociuè agere contra ordinem nostri precepti, et Deo permittente quamprimum fuerit aduentum nostrum ad Constantinopolim, tunc videbimus super dictas villas quid agendum, si erit aliquid negocium seu impedimentum legitimum, et tunc nisi iubebo et committam, ita facies. Etiam committimus, quamprimum acceperis preceptum meum lectum et intellectum, postea restitues in manibus hominis dicti Mailathi et indubiam fidem prestabis precepto meo cum signo nostro in principio apposito. Datum in Constantinopoli di vigesimo Quarto mensis Octobris 1548.

CCXXV.

1548, Noemv. Raportul lui *Majláth* despre Ardél și despre Episcopul *Georgiŭ Martinuzzi.*

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

(III. Beilage ad 22 Mov. 1548).

Copia cauata del originale della informatione qual ha dato Maylath al Bassa. Magnifice Domine, sic negocium se habet, quod frater Georgius sine scitu totius Regni deuenit in concordiam cum Ferdinando rege isto modo, quod filius quondam Regis

Ioannis omnia bona paterna et castra restituat ac ipsum filiolum regis in terra scepusiensi in Ducem constituat, nunc statim sub technis castrum Trenchense et Scepusiense Ferdinandus restituat, ita et tali sub colore, ne id summus Imperator intelligat.

Praeterea ut Reginam relictam quondam Ioannis regis ipse Ferdinandus in competenti loco secundum suam digitatem desponset.

E contra frater Georgius in persona filiali filij Ioannis totum id quod possidet ac gubernat, in fidelitatem ac subiectionem regis Ferdinandi promisit dare iterum, tamen quoad usque pax confirmata inter hanc potentissimam Caesaream Maiestatem et Ferdinandum factam (sic) duraretur, Frater Georgius gubernet sub nomine filij quondam Ioannis Regis, ne foelix haec porta intelligens hanc concordiam iam inter eos factam, perdat illud Regnum.

Sic conclusa est iam ista concordia, quam confirmauit Carolus Imperator, pro qua confirmatione, adductione ipse frater Georgius miserat quendam magistrum Gasparum suum precipuum Secretarium qui reuersus est in mense Iulij.

Regina iam desponsata per Ferdinandum regem discedere volebat, intelligentes autem Domini illius terrae qui sunt ex mandato summo Caesareae Maiestatis sub gubernatione fratris Georgij velle discedere Reginam, unde illius particularis terrae magnum periculum imminere posset, maximè sine scitu summi Imperatoris id fieri contingeret, venerunt ad reginam et supplicauerunt, ut consideraret tum quod periculum contingere ex sua discessione filiolo suo poterit, tum etiam terrae illae rogauerunt eam, ne discederet, et promiserunt illi dare duodecim miliia florenorum. Quantum autem temporis manebit, ignorabatur, sed obtulit se ad tempus remansuram.

Desponsata est Regina Cuidam Comiti in Germania cuius nomen significatum mihi non est; scripsi tamen, ut quamprimum mihi significent et nomen et conditionis locum ubi habitat et quo loco in partibus Germaniae.

Nunc iterum fratrer Georgius deputauit ad Carolum Imperatorem et Ferdinandum Regem suum precipuum hominem quo maiorem non habet, vice suum Locumtenentem Ioannem Chemen nomine.

In isto tractatu a Rege Ferdinando egit Episcopus Vesprimiensis. Episcopus habet parentes et fratres in Transalpinia propter maiorem Commoditatem veniendi ut haberet et secretius agere posset, veniebat ad fratrem Georgium sub illa specie, quod veniret solum ad visitandum fratres et Consanguineos suos. Cum itaque semel superuenisset ipse Episcopus, peruenit eo tunc etiam illuc Chiaffer Hungarus, Turchus iam factus, à Domino Rustan Bassa ad ipsum fratrem Georgium missus, qui dixit Domino fratri Georgio, quod quid, inquit, habes agere cum infidele summi Cesaris? Scio, inquit, quod agitur et quid cum illo die noctuque tractas, si fidelis, inquit, esses, Caesareae Maiestatis, non esset opere precium, te tractare cum infidele Caesareae Maiestatis. Sic ipse frater Georgius timens ut ipse Chiaffer diceret ea quae sciret et vidit, quem in via clam et occulte fecit interficere seruitores summae Caesareae Maiestatis existentes.

Itaque, Domine gratiose, ista fuit causa et nunc etiam est quod frater Georgius nullis mandatis potentissimae Caesareae Maiestatis obtemperauit nec nunc obtemperat, quia habet fiduciam et spem in Carolo et Ferdinando.

Inductus sum veritatem dicere ea de causa me propter operibus malis hominis unius qui omnia sine scitu totius Regni facere solet, deueniet regnum in indignationem summae Caesareae Maiestatis, unde periculum illi Regno euenire posset, et ille innocens puer parvulus filius Iohannis Regis pro ac de re puniatur. Sciat Dominatio Vestra, quod Regnum Transalpiniae(1) nunquam alienabitur a fidelitate Caesareae Maiestatis, sed frater Georgius, quid facit, ex se ipso facit, qui est infidelis Caesareae Maiestatis. Haec autem clam omnia rescrire poterunt, quod uera sunt, quae scribo; nam sic sese res habet.

---

1) Wahrscheinlich ist hier Siebenbürgen gemeint.

CCXXVI.

1548, 22 Noem. Scrisórea Episcopului *Georgiŭ Martinuzzi* cătră *Ibrahim-Paşa*, rugându-l să dispună ca Domnul-Moldovii şi cel din Muntenia să-i vie la nevoie într'ajutor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

(Beilage ad 19. Jauer. 1549).

Literae Fratris Georgii ad Ibraïmum Bassam.

Illustrissime ac Magnifice Domine vobis obseruatiorum salutem et seruitiorum commendationem. Tributum potentissime Caesareae (sic) Maiestatis Decem Milia Ducatorum vna cum muneribus per Istos homines nostros Ioannem Galesanum et Andream Barchaj Intromisimus. Expectabimus aduentum hominis Dominationis Vestrae Illustrissime pro quo Intromiseramus, sed Diutius expectare non sumus ausi ne Tributj Intromissio tardaretur. Credimus tamen nostros homines Illi cum Dominatione Vestra Illustrissima misit obuiare. Dominationem Vestram Illustrissimam Rogamus uelit de censu Isto Intromisso nostris hominibus Litteras Quietatione Dare et ad nos mitere. Nouj hic nichil habemus, ex voluntate dej et regina et eius Illustrissimus filius et reliqui Dominj Barones regni huius recte valent et In gratiam ac Clementiam potentissimj Cesaris Quietam Vitam Ducunt. Cum tamen de futuris euentibus non simus certj, Dominationem Vestram Illustrissimam rogamus, velit Domino Magnifico Cazum passe Budensi et Dominis Valuodis Moldauie et Transalpinensi Mandare ut Quando Necesitas postulat et litteris Dominationis Vestrae Illustrissime per nos requisiti fuerint, omnj subsidio nobis adesse teneantur. Litteras autem Istas Dominatio Vestra Illustrissima vellit ad me mitere, ut apud nos In promptu habeamus, Quibus Illos perquirere possimus si aliqua perturbatio nostrj contigerit. Eandem felicissime valere optamus. Ex Julia Die 22 Nouembris 1548.

Eiusdem Vestrae Illustrissime Dominis

Servitor

Frater Georgius Episcopus Varadiensis.

CCXXVII.

1548, 22 Noem. Rapórtul lui *Giovanni Malvezzi* cătră Regele *Ferdinand I.* despre corespondenţa secretă a lui Majláth şi a Domnului Munteniei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

. . . (om) . . .

Io mandai per le ultime mie a vostra Serenissima Maestata et hora medemamente mando nella replica di desse la copia de una lettera mandata qua per messo a posta della moglie de Mailath et sopra quelle parole che in essa lettera si contiengono, doue dice: «misi hunc servitorem meum Petrum nomine, medio cuius aliqua intimaui».

Io ho diligentamente inuestigato che cosa hauesse da referire detto messo et ho iudicato che detto Pietro ha referto el tutto à Maylath et Maylath lo ha posto in scrittura de sua man propria et presentato al Bassa nel modo et forma come se contiene nella copia presente la quale io mando inclusa nella presente mia.

Pochi giorni doppoi che io ho hauto la prefata scrittura per exquisita (?) via scritta de man propria de Mailath la quale ho molto ben conosciuta essere de man sua propria detto Mailath me ha scritto una cedula auisandome che el Vaiuoda de Valachia ha mandato a dire al Bassa certe cose et summariamente me conto tutto quella che in detta scriptura se contiene et dice hauerlo saputo per essere stato esso Mailath interprete del Valacho con Jonusbey.

Siche, Sir, io non vorei fare iudicio temerario, ma questo io son ben certo che Mailath a scritto de man sua propria la detta scrittura che el seruitore prefato della moglie de Mailath habia portato queste noue ouero el Valacho ogni cosa puo le essere et io me rimetto alla verita, perche col tempo se potra sapere el tutto.

In questi giorni passati e venuto qua un messo della Regina Isabella et del fratre Georgio con doi lettere al Bassa del tenore come nelle copie incluse nella presente si contieue, el Bassa gli ha risposto a bocha che non ha faculta de dargli tale licentia ma che bisogna domandarla al gran signor.

. . (om) . . .

Et cosi con la debita reuerentia à Vostra Serenissima Maesta faro fine alla presente mia. Data In Constantinopoli, Alli XXII. de Nouembrio 1548.

De Vostra Serenissima Maiesta minimo seruitore

Gio: Ma Malvezzi, m. p.

CCXXVIII.

Ianuş-Beiŭ vesteşte pe *Domnul Munteniei*, că-i va trimite un ceauş cu ordine de la Sultanul şi de la Rustan-Paşa. 1548, 10 Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Beilage ad 23. Dec. 1548).

Ianusbey al Waiuoda de Valachia. Generose Domine tanquam mi fili charissime, salutem et dilectionis affectum et caetera. Imediate che le nostre lettere venirano ale tue mane, hauerai da sapere come a voi si manda Ceidin Chiauss tuo amantissimo da parte de Sultan Solyman Imperator nostro et etiam da parte de Rustan Bassa con li comandamenti dela gran corte sua, et tale Ceidin Chiaus hauemo mandato a voi perche sauemo che e amantissimo vostro in pero per la amor che ti porto come me fosti fiolo. Subito che a uoi Sara agionto, che li usi ogni cortesia et quanta gentileza farai, reputa di farla al gran signor et al Bassa, percio che io conosco come la excellentia del Rustan Bassa li porta molto amore et circha la comissione che lui tiene dal Bassa cossi in li comandamenti come etiam ue dira a bocha che li tutto debiate obedire, credere et

exequire, et questo vi exorto a farlo per la amore che ui porto cosi circa el rechiederui deli denari come etiam de cauali et altre cose che ditto Chiauss da parte sua ve rechiedesse, et de quanto mandarai uno, vale piu in questo tempo che in altro donasti mille, perche el gran signor in questi bisogni cognoscera che li sonno veri amici.

Anchora el gran signor scriue et manda el presente Chiauss a Murchian Waiuoda de bogdania, sauerete che quando el gran Signor manda vno suo comandamento, bisogna far che sia obedito et exequito con ogni debita reuerentia. Impero fiol mio charissimo farai piu di quello sta nelli comandamenti del gran signor et di quello che ditto Chiauss te dira a bocha et anchor ti sforzerai far piu di quello che fara lo Waiuoda de bogdania (sic) et se farai cossi, la Cesarea Maiesta del gran signor te ne rendera il merito al suo ritorno, et questo credelo a me et quaesto non ve lo dico perche el gran signor non habia molto tesoro, ma perche stando in questa grande guerra giorno et notte haue che far et trauagliar, et voi gratia idio ve ne state sotto la sua ombra a piacer. Impero e necessario che ditto Chiauss piglia da voi de quandó sta neli sui commandamenti che ui porta et condur al gran signor et Rustan Bassa. Dio in felicita vi conserui et da mal vi guardi.

CCXXIX.

1548, 23 Dec. Scrisórea lui *Giovanni Malvezzi* cătră Regele *Ferdinand I.* vestindu-l despre plecarea unui Ceauş la Domniĭ ţĕrilor româneşti.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Regia Maiesta Signor mio Clementissimo!

. . (om) . .

El gran Turco ha leuato tanti dinari del suo thesoro che non vi e restato un aspro et subito doppoi gitto vn gran uspiro.

Oltra di questo alli dieci del presente e venuto qua vn Ciaus da parte del Turca a mettere exactioni noue et far diligentia per rescoder dinari con grande pressa, el qual Chiaus e partito pochi giorni fa de qua, per andare dal Moldauo et dal Valacho confinta de portare le noue bone delle victorie del Turco, a causa che se facia alegreza.

Ma e andato per verita detto Chiaus dal Moldauo et dal Valacho per domandare aiuto de dinari et de caualli come Vostra Maesta potra chiaramente cognoscere per la inclusa copia della lettera del Ionusbey scritta et mandata al Moldauo per detto Chiaus a instantia de Rustan Bassa la qual lettera io ho cauata de verbo ad verbum de lingua Turchescha in lingua italiana sicome la mando a Vostro Maiesta inclusa nella presente mia.

. . . (om) . .

Et cosi con bona gratia de vostra serenissima Maiesta faro fine alla presente mia. Data in Constantinopoli Alli XXIII de dicembrio 1548.

De Vostra Serenissima Maiesta minimo seruitore

Gio: Ma Maluezzi, m p.

CCXXX.

Raportul lui *Giovanni Malvezzi* cătră Regele *Ferdinand I.*, despre aju- 1549,
torul acordat de Pórtă ţĕrilor românesci. 8 Oct.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Giouani Maluezzi, Gesandter Ferdinands I. bei der Pforte, schreibt diesem am 8. October 1549 aus Constantinopel.

In questi giorni passati el moldauo et el Valacho hanno mandato dal Signor al campo à notificargli qualmente dalla banda della rossia sonno molto molestati et el paese loro uien ogni giorno piu ad esser depredato dalli rossi et hanno domandato al Signor turcho aiuto de gente. El Signor turcho ha comandato à Mehemetanbey che uada à dar socorso con 4 milia caualli spay de quelli che sonno restati nel paese de qua che non passano tre milia aspri de timaro. Messer angelo ne ha incontrati molti de quelli spay de qua da belgrado, li quali uanno alla uolta de nicopoli per passar el danubio nelle terre del Valacho et moldauo.

CCXXXI.

Extras din raportul lui *Giovanni Malvezzi*, despre nişte prădări făcute 1550,
de Tătari din Moldova. 31 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Giouani Maluezzi dd° Constantinopel 31 Iaenner 1550, meldet.

Et alli XXV. é uenuto l'ambasciatore del moldauo per conto delle molestie quale li sono date dalli tartari.

CCXXXII.

Raportul lui *Giovanni Malvezzi*, despre audienţa acordată boerilor ve- 1550,
niţi din ţĕrile române la Pórtă. 23 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Giouani Maluezzi, meldet aus Constantinopel dd° 23 Febr. 1550.

Alli XXII del presente l'ambasciatore del moldauo ha hauto audientia dal Signor turcho et ha fatto un presente de cinque milia ducati tra drappi di seta et d'oro et alcuni uasi d'argento et doi falconi uno biancho tutto et l'altro negro.

Alli XXIII. pur del presente l'ambasciatore del Valacho ha fatto un presente al Signor turcho de sei caualli assai brutti et de alcuni gibilini belli et ha hauto l'audientia.

CCXXXIII.

1550, 10 Martie. Scrisórea *Sultanului* către Regele Poloniei *Sigismund II.* încredinţându-l, că vrea să trăiască în bună vecinĕtate cu el.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Litterae Turcae ad Regem Poloniae.

Comandamento al Re de Polonia per conto delle differentie occorse nelli Confini del Valacho et per la truffaria fatta da colui che ha portato le lettere false al Re de Polonia da parte delle Sultane. «In Christi fide Princeps et primus inter Christianorum differentias pacificator et Exercitus ac Regni potentissimus et iam ad omnia negotia expedientissimus, Sigismunde Rex Polonie, Deus vobis omne incrementum et felicitatis concedat. Quamprimum preceptum nostrum cum signo apposito ad vos peruenerit, ita intelligas, Nunc nobis orator (sic) Vester misisti et scripsisti nostrum amicum esse sicut antea cum Rege patre vestro, velle esse in eadem amicitia et confoederatione firmiter et syncere velle remanere nobiscum, ut antea cum patre vestro fueramus. Certe scias ut nouiter intelleximus, Quod latrones et delinquentes existentes in Regno Vestro incursationes fecerunt in Regno Nostro, Ianchyarmam comburrendo, interficiendo et depredando subditos et vasallos nostros, eos captiuando Mousulmanos et armenta abstulerunt, iam multis diebus notum habuimus hoc egisse circa hoc negotium faciendi processus seu inquisitionem contra tales delinquentes Agentem seu procuratorem vestrum contra predictos et mittes ipsos qui deuastarunt in Regno Nostro in eodem loco cum ipsis delinquentibus mittetis simul cum agenti et procuratori vestro uti ualeant Ius et iustitiam administrare. Et iam nos mittimus vnum sufficientem Dominum seruum nostrum simul cum vno Cadij, qui habeant potestatem et authoritatem sententiandi et condemnandi, absoluendi, reddendo vnicuique quod male ablatum erit, Justitie cum Commissione quod taliter agant ut omnes restent satisfacti de male ablato et omni modo hoc negotium oportet expedire taliter quod omnes qui passi sunt restent satisfacti, ita amicitiam (sic) iam diu cum patre vestro habitam tam firmiter erit etiam vobiscum, et de hoc oratori vestro litteras nostras dedimus et ad vos mittimus simul cum Mustaffa Chyaus reuersus a Curia nostra cum commissione, Quod debeat redire cum Agenti vestro venturo ad agendum processum contra delinquentes, uti supra diximus. Cui Chiaus terminum dedimus Mensium Quinque ad expediendum hoc negotium simul cum Agenti vestro, ita et taliter facias exequi per Agentem vestrum, Quod malefactores infra dictum tempus habeant satisfactionem tum omnes subditos nostros de damnis receptis ab ipsis latronibus, et quod sine tarditate expediat infra dictum tempus ea que vobis promisimus, non possumus verbum nostrum reiterari in omnibus quod vobis per preceptum nostrum promisimus; vos quoque ita faciatis quod vestrum verbum firmum remaneat et que promissa sunt in amicitia, quod nemo frangat.

Vltra predictam quidam venit ad vos ex causa cuiusdam negotij cum falso precepto hinc habito et postea vos ipsum aprendere faciatis et ad nos remittetis, quis scit quod etiam alia vice tale preceptum falsum faciet et si ibi nunc inuenire poteritis, per presentem Mustafa Chiauss mittetis et si nunc non inuenitur isthic, quamprimum in manibus vestris veniet, ad nos mittetis caute legatum taliter quod non aufugiat a conductoribus. Datae in ciuitate nostra Constantinopolitana, Die decimo Martij millesimo Quingentesimo Quinquagesimo a Natiuitate vestre Messie.

CCXXXIV.

Scrisórea Episcopului *Georgiu Martinuzzi* cătră Regele *Ferdinand I.* în cestiunea cătorva boierĭ refugiaţĭ. 1550, 8 April.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Regia Maiestas et domine Domine mihi clementissime.

Fidelium Seruiciorum meorum in gracia Maiestatis Vestre, humilem Commendacionem. Redditae sunt mihi literae Maiestatis Vestre, quas in Commendacionem Stephani Baan Boyeri Transalpiniensis, pro literis salui conductus Maiestas Vestra Ad me dedit, quae sine decem Millibus hominum, paruum proficuae illi erunt, cum Wayuoda primum Transalpinensis, deinde Vero omnes Zanchaki Maximi Caesaris Thurcarum officiales, qui Vicina ista loca incolunt, profligandi essent, si Via huic in Transalpinam aperienda foret, Itaque cum Ingenium illius Boyerij, et aliorum quoque optime teneam (Nam et nunc tres Wayuodarum filii meis in hoc Regno sumptibus Vivunt), Inutilia sunt omnia. quae illi Comminiscuntur, Si enim tum cum summa potestas rerum Transalpinensium, penes Boyerum hunc Stephanum eiusque fratrem esset, nec rebus suis consulere, nec se tueri sciuerunt Aut potuerunt, quid nunc in summa Wayuode Transalpiniensis fortuna, omnibus presidij destituti agent? Extinctis enim per Wayuodam ipsum gladio omnibus illius Regni primoribus, adeo in pueros quoque infantes deseuit, Vt in oculis parentum eos diuidi Jusserit, quibus igitur modis isti se contra Tyrannum illum, inermes, tuebuntur? Verum ne Inulti morerentur, Nulla habita racione Vel Regni huius, Vel propriae salutis, fortunam quamcunque subire non dubitarent, non considerata Calamitate futura. quam eorum inconsulto Consilio, toti huic Regno essent Allaturi: Parerem igitur lubens. Mandato Maiestatis Vestrae miserisque Ex animo pro ea pietate, qua erga peregrinos ducor succurrerem, si Boyeri illius postulata, Aut ipsis Vtile esse, aut sine maximo nostro incommodo fieri posse Iudicarent: Sed isti, ad illud tempus seruandi essent quo Maiestas Vestra, in Causa tocius Reipublicae Christianae eorum opera Vti posset, Cum igitur Boyeri illius supplicacio, plus incommodi, quam Vtilitatis in se contineat Supplico Maiestati Vestrae, pluris salutem Regni huius, quam paucorum Cupiditatem Maiestas Vestra facere dignetur. Deus optimus Maximus Maiestatem Vestram sanam et incolumem Conseruet, Ex Colosmonstra Tercio die festi pasche Anno domini 1550.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Sacratissimae fidelis

Frater Georgius.

Aufschrift: Sacratissimae Regiae Maiestati Romanorum ac Hungariae, Boemiae, Dalmaciae, Croaciae, etc, domine suo clementissimo. etc. — (frater Georgius tertio die festi paschalis anno 50 circa Boyerum quendam Transalpiniensem. So lautet die Anmerkung der Kanzlei von aussen).

CCXXXV.

1550, 15 Iunie. Scrisórea Regelui Poloniei *Sigismund II* cătră *Sultanul* în cestiunea renoirii capitulațiunilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Beilage zu 1550. 18. Aug.).

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, totius Prussiae, Masoviae etc. Dominus et haeres, serenissimo ac potentissimo Principi Domino Sultano Solimano Sach eadem gratia Imperatori maximo Constantinopolitano, Asiae, Europae, Persarum arabum Siriaeque ac Aegipti etc. Domino fratri amico et vicino nostro charissimo Salutem et felicitatem. Serenissime ac potentissime princeps Domine frater amice et vicine noster charissime etc. Ex nuncio nostro generoso Nicolao Bogusch tribuno Liublinensi et capitaneo nostro Carsnostrauiense, quem renouandorum foederum et amicitiae caussa, quae nobis paterna atque auita cum Maiestate vestra intercedit, ad illam misseramus et ex litteris illius, quas aulicus Maiestatis Vestrae Mustafa reddidit, intelleximus velle Maiestatem Vestram nobiscum amicitiam retinere ac foedera renouare, dummodo nos damna quae à nostris hominibus subditis Maiestatis Vestrae illata sunt, sarciri, iuberemus, se quoque mandaturam promittens vt et nostris vicissim omnibus damna quae à subditis Maiestatis Vestrae perpessi sunt, sarciantur, dedisse quoque se negocium Sanziacko suo Silistriensi vt cum Commissarijs nostris conueniant atque de omnibus iniurijs istis ita transigant, vt et Maiestatis Vestrae et nostris subditis satisfieri possit, neque vllam habeant querendi causam, et cum non minores sint iniuriae quae hominibus nostris ex ditionibus Maiestatis Vestrae inferrentur quam quas subditi Maiestatis Vestrae perpessi sunt, assensi facile sumus Maiestatis Vestrae postulatis, Misimusque iam Commissarios nostros qui cum Sanziacko Maiestatis Vestrae Silistriense conuenient et de omnibus iniurijs istis cognoscent ac vt resarciantur efficient, sed cum et nostri et Maiestatis Vestrae nuncius diudius in itinere commoratus est et nos longissime ab ijs locis absumus in quibus commissarios nostros cum Sanziacko Maiestatis Vestrae connuenire oportebit.

Postulamus à Maiestate Vestra si intra praescriptum tempus quinque mensium transigi de damnis istis non poterit, ne quid de nostra amicitia secus quantum par est existimet quam nos istam, vt nobis per manus Diuo parente nostro (sic) tradita est, retinere omni studio volumus, sed vt mensium adhuc aliquot tempus proroget, intra quod damna haec quae apud Commissarios nostros atque Maiestatis Vestrae Sanziacko Silistriensi vtrinque comprobata fuerint, sarciri possint. Nos vero facturos nos promissimus omnia quae ad conseruandam et augendam cum Maiestate Vestra amicitiam pertinere putabimus, neque patiemur vt vel minimam occasionem illius violandae dedisse videamur, quod ipsum et de Maiestate Vestra nobis policemur, quam felicem valere cupimus. Datae Pitroconij XV, Iunij anno 1550, Regni Nostri etc.

A tergo: Serenissimo etc. Sultano Soleymano, etc.

CCXXXVI.

Raportul lui *Giovanni Malvezzi* către regele *Ferdinand I.* despre Mircea-Vodă şi despre nişte plângeri ale lui Petru Petrovich contra Episcopului Martinuzzi. 1550, 21 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Regia Maiesta Signor mio Clementissimo.

. . . (om) . . .

Peter Petrouich de Themeswar ha scritto qua al Bassa la copia si e la inclusa et ha mandato a dire a bocha al Bassa che fra Zorzi cerca de atosicarlo esso Petrouich et la Regina et il figliolo et che detto fra Zorzi e quello che mette la discordia et rebellione tra li Valachi, per alienarli dalla obedientia del Signor et apropriarseli a se stesso et che continuamente etiza el Re de Polonia per inimicarlo al detto Signor onde per questo et per altre cose el Bassa e molto in colera con detto fra Zorzi maxime perche non gli vol dar quel certo castello situato sula Tissa detto Bechie.

Mahmut Dragoman el qual fu da fra Zorzi per conto de hauer da detto fra Zorzi el detto castello non e anchora ritornato, ma ha scritto che piutosto tutta la Transsyluania se dara alla potesta de vostra Maiesta ch'a che mai dagano quello castello Bechie al Signor Turco et che voleno prima perdere la vita et gli figlioli loro che darlo.

Gli Valachi sonno in gran discordia tra loro et essendo venuti da trenta de loro qua alla porta a lamentarsi de Mirchie Vaiuoda, el Bassa li ha fatti mettere in Galea tutti, gia otto giorni fa.

. . . (om) . .

Et cosi con bona gratia de Vostra Serenissima Maiesta faro fine alla presente mia. Da Constantinopoli alli XXI de luglio 1550.

De Vostra Serenissima Maiesta minimo servitore

Gio. Maiesta Maluezzi, m. p.

CCXXXVII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Giovanni Malvezzi* în cestiunea ajutorării Episcopului Georgiu Martinuzzi. 1550, 31 Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus Diuina fauente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Rex semper Augustus etc.

Nobilis fidelis nobis dilecte. Accepimus litteras tuas, quibus ea significauisti, quae Illustr. Rustanus Passa Serenissimi et Potentissimi Imperatoris Turcarum supremus

Consiliarius de rebus ad pacem pertinentibus atque de loco illo Zolnock nobis quasi uiolationem pacis imputando tecum egerit, tibique ad nos perscribere iusserit.

. . . (om) . . .

Praeterea quod scribis Rustanum Passam tibi obiecisse, quod nos fratri Georgio succursum et auxilium miserimus, debes scire, quod id minime comperietur, quia à nobis factum non est, Sed cum intellexissemus Valachos et Transalpinenses necnon Passam Budensem arma tractare, Nos tunc quidem non praetermisimus gentes conscribere locisque nostris finitimis de validioribus presidijs atque de opportuna Subditorum et Ditionis nostrae defensione prospicere, praesertim attenta etiam supradicta Passae Budensis quasi hostili denuntiatione, Attamen quantumuis à Passa Budensi in aliquod locis hostiliter lacessiti et prouocati, defensionis fines et remedia per nostros excedere non sumus passi, vnde factum est, ut ipse Passa Budensis sine nostrorum impedimento uel molestatione in Transsyluaniam profectus sit atque inde etiam redierit, Cum tamen ei uel profectionem impedire, uel reditum ita praecludere nostri facile potuissent, ut ipse Passa sine ingenti damno et periculo non euasisset, ubi scilicet ante se et post se hostem habuisset. Et licet etiam cum scilicet tam ipse Passa Budensis quam etiam Valachi et Transalpinenses ob certas practicas et machinationes, necnon bellicos motus et tumultus per Mahmutum excitatos et machinatos in Transsyluaniam profectionem pararent, pro auxilio contra ipsum Passam dando requisiti fuerimus, proponendo nobis quod huiusmodi Gentes in ipsam Christianitatis prouintiam propterea ducerentur, ut ex manibus et regimine Christianorum planè eriperetur, id autem esset contra Capitulationem pacis, continentem nimirum in se, ut in Regno Hungariae ita pax esse debeat, ut omnia, quae in manibus Christianorum tempore conclusionis eiusdem pacis erant, pace ipsa durante, in eorundem potestate, Et sic è converso manere deberant, Et nullae locorum occupationes seu ademptiones hincinde fierent, Nos tamen pacem et amicitiam Magnitudinis suae plurimi ac tanti quanti pro nostra erga eam synceritate debuimus, fecimus, et solummodo certos Nuncios nostros in ipsam Transsyluaniam misimus, qui Reginam Isabellam, fratrem Georgium et Petrum Petrouith ad concordiam et bonam pacem hortarentur et inducerent, quo ipsi per suas discordias nullam irae et commotionis animi causam Magnitudini suae preberent, in reliquis autem potius ad ipsum Serenissimum Imperatorem Turcarum, illiusque aequitatem, iustitiam, amicitiam et beneuolentiam recurrendum nobis esse arbitrati sumus, quam ut quoquomodo inimica arma contra Magnitudinem suam caperemus, Et proinde nostras Gentes, quas iam tum in Confinijs nostris instructas habebamus, in officio defensionis Ditionis nostrae continuimus, et ad secus faciendum nulla ratione nullaque occasione nos induci permisimus, ut qui cum Magnitudine sua non solum pacem constitutam conseruare, sed illam etiam firmioribus uinculis augere et propagare cupimus et intendimus.

. . . (om) . .

Datum in nostta et Imperiali Ciuitate Augusta Vindelicorum, Die ultima Mensis Decembris, Anno Domini MDL. Regnorum Nostrorum Romani XX. aliorum uero XXV.

Ferdinand, m. p.

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium

I. Ionas. D. m. p.
Viceeancelarius.

I. Iordanus, m. p.

A tergo: Nobiili fideli nobis dilecto Ioani Mariae Maluezio nostro Consiliario et apud Potentissimum Imperatorem Turcarum Oratori.

CCXXXVIII.

Extras dintr'un raport al luĭ *Giovanni Malvezzi*, despre nişte daruri trimise de Domnul Moldoviĭ la Pórtă. 1551, 22 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Gionani Maluezzi, dd° Constantinopel, 22 Mai 1551 an Ferdinand I.

El Signor Moldauo alli vinti uno del presente è venuto qua con cento cavalli vel circa a basar la man al Turcho, perche é obligato à venire ogni tre anni in persona con un presente.

CCXXXIX.

Extras dintr'un raport al luĭ *Giovanni Malvezzi*, despre darurile date de Domnul Moldoviĭ, despre turcirea luĭ (?) şi despre o donaţiune făcută fiiului sĕu. 1551, 1 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Derselbe an denselben, dd° Constantinopel, 1 Iuni 1551.

El Signor moldauo alli 25. del presente ha basato la mano al Signor turcho et gli ha fatto un presente de caualli, argenti et drappi di oro et seta de ualuta de vinticinque milia ducati et ha domandato al Signor turcho cinque cento ianizeri per tenergli nel suo paese et per recuperare certi soi castelli uerso la transiluania.

Alli XXX del passato el sopradetto signor moldauo al publico diuano del Signor turcho si è fatta turcho et gli hanno dato el siangiachato de silistria et hanno dato la Signoria de moldauia al fratello suo de detto signor moldauo.

Et al ultimo si è tagliato et li hanno dato el palazo del condam ebraym bassa et el signor turcho si l'ha fatto suo figliolo et ha fatto gran feste et alegrezo lassando liberi un gran numero de pregioneri.

CCXL.

Extras dintr'un raport al luĭ *Giovanni Malvezzi*, despre plecarea din Constantinopol a Domnului Moldoviĭ. 1551, 10 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Derselbe an denselben, dd° Constantinopel, 10 Iuni 1551.

El Signor moldauo el qual è fatto turcho alli VIIII del presente ha basato la mano al Signor turcho per partire de qua et andara à Silistria al suo Sangiachato.

CCXLI.

1551, Iunie. Scrisórea *Sultanului* cătră Episcopul *Georgiu Martinuzzi*, vestindu-l că Regele *Ferdinand I.* vrea să ocupe Ardélul.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Litterae Principis Turcarum in Transyluaniam Missae, mense Iulio 1551 ad Maiestatem regiam inde transcripte.

Columnae Christianitatis fratri Georgio Monacho. Ad nostram portam excelsam Petrowyth, Maiestati nostrae excelsae suas literas misit, quod gentes Regis Ferdinandi ad occupandum et accipiendum Regnum Transyluaniense, Ipsis venire vellent perscripsit quicquid autem scripsit et nunctiavit, omnia Maiestas nostra cognouit et accepit Quoniam autem Maiestas nostra potentissima Regnum istud ex nostra bonitate ac clementia filij olim Regis Ioannis dedimus et concessimus, te quoque locumtenentem eius constituimus, et ipse etiam Petrowyth nobis est fidelis subditus Begus. Quemadmodum autem Reliqui domini Regnicolae ditionis Maiestatis nostrae sunt nostri tributarij, ita etiam Regnicolae Regni istius Transsyluaniensis sunt Tributarij ditionis nostrae et coloni eiusdem Vniuersi. Quod autem ex parte Ferdinandj, quod gentes eius Regnum intrare idque accipere et occupare vellent, Nunquam Maiestatas Nostra id illis facere concedit, Quoniam si quid ipsi contra semel initum foedus facere tentauerint, quo Regno aut terrae huic aliqua damna inferre vellent. illis omnibus Maiestas nostra et eis consentientibus, deo volente, de suis actio satis faciet facilime. Tibi igitur mandamus. vt quam fidelitatem hactenus ad nostram portam excelsam habuistj cum Petro Petrowith et Dominis Regnicolis eiusdem Regni, vna sententia et voluntate gentibus ipsis Regi Ferdinandi Regno in ipso neque villas neque possessiones seu Civitates aut arces aliquas occupare concedatis, Si autem secus facere vellent, tu cum omnibus tuis gentibus contra eos bellum moueas, illisque repugnabis, Regnum autem ab eis conserues ac custodias, apud enim portam nostram excelsam Gentes Maiestatis Nostrae potentissimae sunt paratae, Domini autem Dominiorum Romaniae, Beglerbegh, Mehmethpassa cum omnibus gentibus et exercitibus ac dominis Regni eiusdem Romaniae in Zophia nunc paratae sese multum congregant, et contra arma hostium, arma beneparata et curam dare, propediem ad vos venient. Vnde etiam Waywodae Bogdan Mandauimus, vt sese paratum tenere, qui autem antea erat Waywoda Moldauiensis apud portam nostram excelsam sibi Baptismam accepit, qui Zanzackhbegh de Zylistre deputatus est, Mehmethque appellatus, Cui vt ad fines Moldaviae gentes secum congregare et Regni eiusdem princeps fieri mandauimus. Sibi et Waywodae transalpinensi commisimus, qui iam paratus est, Tu autem gentibus Regis Ferdinandi Germanis nullis in rebus obedias, sed illis obstabis, Si autem illis obstare non poteris, ad nostram portam excelsam citissime statim perscribes et nunctiabis. Dat. Constantinopolj. etc.

———

CCXLII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Nádasdy*, stăruind să se închee alianță cu Domnii țěrilor românești. 1551, 1 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nadasdj. — Ferdinandus etc.

Spectabilis et Magnifice fidelis nobis dilecte. Redditae fuerunt nobis litterae tuae, quas die 24 iam praeteriti Mensis Iunij ex Euycidino ad nos dedisti, et intelleximus ex illis te negotia ista nostra, pro eorum magnitudine, fideliter prudenter atque diligenter perpendere atque considerare, et nihil magis optare, quam ut omnia ex re dignitateque nostra ac Regni et totius Reipublicae Christianae beneficio conficere queas. Quod nos abs te perclementi animo accipimus et probamus. Nos Vero non praetermisimus statim ad litteras tuas resolutionem facere ac Serenissimi filij nostri Regis Maximiliani in rebus bellicis locumtenenti Ioanni Baptistae Castaldo etc. et tibi plenam concludendi potestatem, transmissis mandato et litteris nostris, attribuere, ita quidem ut non possimus nisi plane confidere, optatam conclusionem sequituram, et quod a nobis aliquid ulterius, saltem cum aequitate et honestate, ratione et Reginae et filij sui contentationis, quispiam petere non possit, Sicuti procul dubio iam omnia ad te perlata sunt. In quibus oblationibus nostris si ad aliquid minus, quam ad extrema media conclusio reducta fuerit, tanto melius erit, nosque id erga te graciose recognoscemus, Teque perclementer requirimus, ut si nondum facta est conclusio, Vna cum dicto Ioanne Baptista Castaldo ad conclusionem quam primum procedas, et nullum tempus frustra praeterlabi sinas, Sed omnem lapidem moueas ut cum Regina et eius filio concludatur, et Ea quae ad Regni et praesertim Locorum praecipuorum et finitimorum fortificationem pertinent suscipiantur, et quod etiam Petrus Petrowijth ad partes nostras amicabili tractatione perducatur, Si id locum habuerit, Sin minus, id quod necesse fuerit executioni contra eum audetur. Et denique uti iuxta priorem Instructionem Et litteras nostras Transalpinensis et Moldauiensis Wayuodae ad nostram amicitiam et bonam Vicinitatem et intelligentiam nobiscum tenendam pertrahantur, sicuti haec omnia tu Vna cum dicto Castaldo ac Reuerendissimi Episcopi Waradiensis Consilio et auxilio agere et tractare et ad effectum perducere scies. In quo nostram bene gratam executurus es Voluntatem nostra erga te clementia recognoscendam. Datum Viennae die prima Iulij 1551.

CCXLIII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Stefan-Vodă* din Moldova, stăruind să nu se lepede, ca fratele sěu, de creștini. 1551, 3 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Stephano Wayuodae Moldauiensi. — Ferdinandus etc.

Illustris syncere nobis dilecte. Perlatum est ad nos fidedigna certaque relatione, Fratrem tuum qui ad Principem Turcharum profectus est, fidem et relligionem Christianam

abnegasse, et mahometicam suscepisse, Quum uero id Admodum indignum sit homine Christiano, atque non solum in Summum Prouintiae Moldauiae, quae iam multis seculis Christianum nomen gessit, dedecus, et periculum, Sed etiam totius Reipublicae Christianae praeiudicium ab ipso fratre tuo factum sit, te id ualde dolenti animo ferre, ideoque statutum habere fidem et relligionem Christianam nullatenus deserere, Sed illi uti fidelem Christianum decet, fideliter adhaerere eiusque partes pro Viribus tuis fauere, Quemadmodum igitur nos fratris tui a fide Christiana defectionem, tanquam Christianus Rex et Princeps ualde illibenter et cum non parua animi molestia intelleximus, ita rursus tuam animi fortitudinem et constantiam quam pro ipsa fide Christiana fauenda et promouenda profiteris, non nisi libenti animo cognouimus, Speramus enim, te non permissurum, ut ex huiusmodi fratris tui Christianae fidei et relligionis abnegatione, ista Moldauiensis prouintia Christianum nomen amittat. Quamobrem pro Christiani Regis officio has ad litteras dandas duximus, te clementer hortantes et requirentes, ut Sicuti statuisti, in fide et relligione Christiana fideliter et constanter perseuerare, et prouinciam illam in Mohemeticam sectam deducere non permittere Velis. Quod sane tibi non solum apud populos istos sed apud totam Rempublicam Christianam laudabile et honorificum erit. Qua quidem in re etiam nos Vna cum Regnis Dominijs et provintijs nostris tibi omnem fauorem opem et promotionem praestaturi teque tanquam bonum et fidelem Christianum, non derelicturi sumus. Datum Viennae die 3 Iulij. 1551.

Illustri Stephano Wayuodae Moldauiensi syncere nobis dilecti.

CCXLIV.

1551. Scrisórea Episcopului *Georgiŭ Martinuzzi* către *Rustan-Paşa*, respingând acusaţiunile duşmanilor sĕi.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Traductio Literarum fratris Georgij ad Rustanum Passam.

Potenti praediuiti et fortunato Domino Passae. Egeni seruitoris sui propositio est, Dominum meum gratiosum mihi iratum esse, cum tamen causam intelligere nequeam, Deus quidem nouit, quod omni tempore summum studium adhibuerim, ne Domino meo gratioso in minimo etiam irascendi causam praeberem, nec existimaueram me aliquam indignationem commeruisse, non possum etiam defectionis alicuius mihi conscius esse, quod propterea magnificiae vestrae iram et indignationem commeruisse debeam, Praeterea Excelentia vestra cognitum habet tum vitam tum actiones meas, quod pauper ego potentissimo Imperatori et Excelentiae vestrae fideliter inseruiuerim, sicuti etiam deinceps donec in humanis ero non aliter quam candide inseruiturus sum, Excellentiaque vestra de me nihil comperiet praeter fidem et synceritatem, nisi quantum me aduersarij mei delaturi et accusaturi sunt, Sed miror quod potentissimus Imperator istis aduersarijs meis aures praebuerit et audientiam adhibuerit, ac inde mihi tantopere indignari coeperit, Sciatis igitur animae meae in hac vita nihil acerbius accidisse. Cum autem nunc intelligam, quod potentissimus Dominus ex speciali gratia me derelinquere nolit, sed mihi totum Regnum Transsyluaniae committi mandauit, adeoque filio Regis me tutorem

dederit, opto etiam quod Deus omnipotens ditissimo et potentissimo Sulthano suam magnitudinem et potentiam augeat, nam hac re refocillauit animum meum, et ego statui ei quamdiu vixero fideliter seruire, Ac moriar nisi compertum fuerit quod aduersarij mei iniuste me accusauerint et delationes eorum falsae deprehensae fuerint, Porro nisi potentisimus Dominus me sub alas protectionis suae recepisset, dudum nihil amplius fuissem. Quocirca rogo foelicem et gratiosum Dominum meum, ut iram quam in me coeperat deponere velit, et mei in bonam partem apud potentisimum Dominum memor esse, testimoniumque perhibere fidei ac probitati meae, velitque mihi pauperi gratiam et misericordiam ostendere. Deinde iamprimum etiam intelellexi quod Regina me denuo per Intepretem Mahmuth detulerit, quod in congregatione non comparuerim et me ipsi anteposuerim puerumque vi eripere voluerim, Fortunatus Dominus nolit hisce voebis fidem adhibere, quia iuxta antiquam consuetudinem mihi et officio meo conuenit conventum agere; quamprimum vero comperi mandatum potentisimi Domini per Aly chiaussium in hoc Regnum missum fuisse, ego quoque statim illuc perrexi et Conuentui antedicto interfui. Ibi Regina euocatis ad insurgendum Saxonibus voluit me neci dare, postquam autem hoc pessimum ipsius institutum ei non succedere voluit, ira commota discessit. Postea autem ego seruitor vester cum consensu Regnicolarum collegi tributum, quod citra moram per Oratores Regni certo potentissimam portam transmittetur. Ad haec ego in antedicto Conuentu contra eandem Reginam nihil prorsus egi, cuius causa illa irasci debeat, praeterea adfuit quoque Interpres Mahmuth quem si Excelentiam vestram interrogare voluerit, scio quod veritatem indicaturus est, et timebit aliter dicere, sin vero non fuerit in veritate deprehensus, supplico potentisimo Domino, quod alium iustum et probum servitorem suum qui neque muneribus neque favore corrumpatur ut omnia recte inuestiget vitamque et actiones meas inspiciat, quo omnia significare queat, nam si inuentum fuerit, verum esse, de quo aduersarij mei me accusauerunt, puniar, sin autem per summam prudentiam vestram intellexeritis me culpae expertem esse, tum potentissimus Dominus et Excelentia vestra amplius aduersarijs meis fidem non adhibeant, Propterea criminantur et dicunt me factum esse Germanum quia fidelius seruio quam ipsi, Et vellent etiam me ab officio in quo potentissimo Domino fidelissime seruio deponi, Verum ego beneficiorum potentissimi Domini, ac Excelentiae vestrae non obliviscar, et quamdiu vixer(?)o, potentissimo Domino et Excelentiae vestrae fidelis ero et seruiam. Porro miror Chiaussium Alij quod unum vel alrerum diem me expectare noluit, ut saltem congredi atque colloqui pottuissemus, quia multa habui ipsi dicenda vt Excelentiae vestrae referret. Credideram eum integriorem, sed iam res aliter innuenitur Si vultis aliquid noui intelligere de istis quae hic dicuntur, nunc nihil aliud quod scribam habeo, quàm quòd Domini confiniorum dicunt potentisimum Dominum certissimè sub Vieanam uenturum, quam ob causam Germani in magnum metum inciderunt et communiunt arces in confinijs existentes tam gentibus quam bombardis, ut se in illis defendere queant, Praeterea rogo Excelentiam vestram velit mihi à potentissimo Domino literas mandati impetrare, quando homines meos in quapiam causa vel negocio aliquo Regni ad vos mittere voluero, ut sine impedimento ultro citroque proficisci queant, Quod autem hactenus neminem ad vos miserim, in causa est quia ipsi timuerant sese non tuto proficisci posse. Postremo promptus sum ad mandata magnitudinis vestrae.

Pauper et egenus frater.

CCXLV.

1551. Scrisórea Episcopului *Georgiŭ Martinuzzi* cătră *Sultanul*, respingând acusările duşmanilor sĕi şi încredinţându-l despre alipirea sa credinciósă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Traductio Litterarum fratris Georgij ad Turcam.

Potentissimo Sultano, Regi potenti ac diuiti qui est subiugator orbis, defensor pauperum et Vicarius Dei, Sultanus filius unius Sultani Chan, cui Dominus prosperitatem concedat. Ad puluerem pedum Magnitudinis suae ego infimus et egenus seruitor qui terra sum, refero ac notum facio, causam cur ad potentissimam portam non scripserim nec nuncios meos miserim hanc esse, quòd putaueram me in magna indignatione esse. Cum enim omnia negocia optime exequutus fuerim, prout officij mei ratio postulauit, atque de caeteris id etiam perinde exequuturus sim, de ijs etiam quae acciderunt, propositionem et relationem fecissem, sed quominus id factum sit, in causa sunt Chiaussy à vestra potentissima porta huc emandati, qui anno praeterito in quo motus fuerunt, huic pauperi seruitori vestro nulla à magnitudine vestra mandata significauerunt, nec ullus eorum ad me venit à quo magnitudinis vestrae voluntatem et commissionem intelligere et iuxta illam me disponere potuissem. Imo difficulter admodum nactus sum Interpretem Mahmuth quem summoperero gaui, quòd apud Magnitudinem vestram proponere vellet, ut ipsa magnitudo vestra se à me non auerteret, sed ut alios fideles seruitores suos agnosceret, et per eum ad magnitudinem vestram scripsi, quòd aduersarij mei falso me detulissent et accusauissent. Atque ita tandem magnitudo vestra fidem meam cognouit, ac excusationem meam clementissime audiuit, et seruitium officiumque mihi ut antea administrandum demandauit, quod ego omni vitae meae tempore, quoad à Deo mihi prorogata fuerit, promereri nunquam potero, vel seruitijs vel orationibus meis· Quare praecor ut Deus illud magnitudini vestrae compenset. Postquam autem ipse Mahmuth cum istis nunciatis recessisset, ego pauper perrexi ad sedandos istos motus, quibus diuina benignitate adiuuante compositis, contuli me ad exequendum seruitium magnitudinis vestrae et fui diligentissimus in colligendo tributo. Venerat etiam à magnitudine vestra emandatus Aly Chiaussius in Ciutatem quandam sitam in confinys Transalpinensibus dictam Brassouiam, atque huic misero per Literas significauerat se ex mandato magnitudinis vestrae huc missum, quare si negotijs occupatus essem quominus ad ipsum venire possem, quod ipse ad me venturus esset, Quod cum mihi ostendisset, pauper ego ei rescripsi me potentissimo Domino tributum colligere, quare ipse ad me venire deberet, et feci ipsum rogari, ut aduentum suum accelerare vellet, quo mandatum magnitudinis vestrae intelligere et iuxta id me adcommodare possem. Ad ista ipse Aly Chiauss rescripsit, et praefixit tempus ad quod venturus esset, sed mutauit iter atque ad Reginam profectus est, quò cum peruenisset, bis Oratores meos ad ipsum misi rogatum ut ad me venire velit, ipse vero responderi mihi fecit, se quidem venire promptum esse, sed à Regina non permitti, eaque propter nunc venire non valere. Sub haec venerunt ad me praecipui quidam viri Regni Transsyluaniae qui apud ipsum fuerunt, mihique retulerunt quòd Aly Chiauss ipsis attulerit quoddam mandatum, quod mihi quoque ostenderunt, ac simul ex eiusdem ore audiuerint, quod tutela fily Regis, gubernatio Regni et collectio tributi fratri committi debeat, ac simul mandatum esse, quòd praeter scitum et voluntatem eius nihil fieri debeat, Quod quamprimum intellexissem, non tardaui, sed statim cum ipsis me in viam dedi, ac subito ipsi Aly Chiaussio et Mustafa Chiaussio scripsi quòd me expectarent, quia iam essem in itinere, vt ad ipsos venirem, sed ipsi neglectis huiusmodi Literis meis quattuor diebus ante aduentum meum isthinc discesserunt mandatum magnitudinis Vestrae mihi non significauerunt, verum rursus secum abstulerunt, Id autem quam

ob causam factum sit scire non potui. Ea res cum ita se haberet, et illi me expectare nollent, pauper ego cum praedictis Regnicolis iter meum continuaui ad colligendum tributum, idque per Oratores Regni ad potentissimam portam transmisi. Quocirca potentissimo Domino nunc humillime supplico, velit me pauperem in numero sclauorum ac seruorum qui ipsi quouis tempore fideliter seruierunt habere, et sub alas suas recipere propter dolos non diligentium me, sed me pauperem protegere et defendere, nec non aduersarijs meis nullam fidem adhibere, qui singulis momentis mortem meam optant, nec illos audire, quia non aliam ob causam oderunt me, quam quod magnitudini vestrae tam fidelis sum, et quòd magis quam reliqui seruire propensus sum. Quòd vero criminantur me factum esse Germanum, non alia causa est nisi quia cupiunt me ab officio in quo Magnitudini Vestrae fidelissime' seruio, amoueri. Ego quidem neminem accuso, quare vero ipsi me apud magnitudinem vestram deferant, eadem magnitudo vestra causam a Chiassijs hincinde proficiscentibus clare cognoscere poterit. Praeterea ipsa Regina me denuo accusauit, quia ad Conuentum non comparui, verum necesse erat hunc Conuentum meo iussu celebrari, meo enim officio hoc conueniebat, Atque postquam intellexeram hoc esse mandatum magnitudinis Vestrae, statim ad Conuentum me recepi, Et cum eo venissem, Regina conuocauerat Saxones, ut me trucidarent, sed quamprimum rem contra me attentauisset et cognouisset institutum suum non successurum, ira percita illico recessit. Postea iterum mihi demonstratum est quòd denuo apud magnitudinem vestram accusatus sim, quòd pauper ego ipsos hostiliter aggressus puerum vi eripere voluerim. Quod si ita est, Magnitudini Vestrae humiliter supplico, ne talibus quaerelis fidem adhibeat, sed tantum Interpretem Mahmuth interroget, qui hic apud nos fuit, quem licet etiam ad me vocauissem, tamen non venit, In hoc enim omnis spes mea posita est, si ad magnitudinem vestram venturus est, quod timebit aliud quam id quod verum est loqui, si igitur aliter loquetur quam ego scripsi, humillime supplico magnitudini vestrae, velit (: quod ex gratia et misericordia sine dubio factura est:) aliquem iustum, fidelem, pium Chiaussium, qui mentiri erubescat, huc mittere, qui etiam muneribus aut fauore non moueatur, ut perspectis et cognitis ijs quae gesta sunt, ad magnitudinem vestram redeat, eamqne de omnibus fundamentaliter et veraciter informet, Hac namque ratione, magnitudo vestra innocentiam meam intelliget, Et quando magnitudo vestra cognouerit, rem aliter se habere, quàm ab aduersarijs meis proposita fuerit, magnitudo vestra sciet ulterius desuper mandare, Hoc quoque per intellectum meum deprehendere possum, nisi magnitudo vestra sub alis suis me protegeret, ad talem aduersariorum meorum delationem iam dudum nullus fuissem, firmiter etiam spero potentissimum Dominum fidelia seruitia mea obliuioni non esse traditurum, neque delationibus inimicorum meorum permotum iri, sed potius secundum excellentissimum et acutissimum rationis suae iudicium acturum esse. Deus omnipotens magnitudinem vestram iuxta desyderium suum in magnis diuitijs in utroque seculo perpetuo conseruet. Amen. Earum rerum quae apud nos geruntur noui quod magnitudini vestrae scribam nihil habeo, nisi quod Beglerbegus et Domini Confiniorum sparserunt famam, magnitudinem vestram sese apparare, ut Viennam versus in expeditionem exeat. Quam ob causam Germani valde timere coeperunt et communiunt arces in confinijs existentes gentibus et bombardis, ut se in illis defendere queant. Scio autem haec aliâs magnitudinem vestram minimè latere. Opto quod magnitudo vestra constans maneat, et subinde fiat secundum magnitudinis vestrae mandata.

Pauper et egenus frater.

CCXLVI.

1352. 4 Fevr. Scrisórea luĭ *Mircea-Vodă* cătră *Petru Petrovich*, amenințându-l, că va prăda Ungaria și Ardélul în unire cu Turciĭ și cu Tătariĭ, dacă Ardeleniĭ nu-i vor fi credincioși Sultanului.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dei gracia Myrche Wajuoda, suo optimo et amantissimo fratri et Amico, domino Petro Petrowich Comiti Themesinensi, Salutem et multam felicitatem. Notum facio dominacioni Vestrae, quod ego illas quoque literas Potentissimi Cesaris, que Primum ad me adducte erant, dominacioni Vestrae significaueram, Nunc autem Venerunt alie litere Potentissimi Cesaris ad me, quas translatas dominacioni Vestrae misi, Vt dominacio Vestra Videat, ego sic reperi, et certo cognoui, quod Potentissimus Cesar habet bonam Voluntatem erga dominacionem Vestram, quod dominacio Vestra hoc tempore Videbit ex literis Potentissimi Cesaris, Sciat autem dominàcio Vestra Monachum hoc efecisse, quod nunc rupta sunt federa, et quod exercitus Germanorum in Regnum Transsyluanie ingressus est, Nunc Vero ei caput amputauerunt, Propterea nunc iam inter Vos conueniatis, Germanosque de Regno isto expellatis et profligabitis, filio autem Regis nichil mali faciatis, sed eum pro Rege habeatis, Potentissimus autem Cesar Vobis omnia Vestra delicta condonabit, manebitis in Pace, et eritis fidelia Mancipia Potentissimi Cesaris, quemadmodum et ante fuistis, fiatque tota Transsyluania sub potestate filij Regis, omnesque homines manebunt in domibus suis tuti et securi, Ioannes Rex fuit fidelis seruus Potentissimi Cesaris, fideliterque serujuit suae Maiestati, quamdiu Vixit, ipse Regnum istud conseruauit, in Pace, et nemo ei quicquam mali fecit, Post mortem autem suam relictus erat filius eius Paruulus, quem Potentissimus Cesar dilexit, fecitque eum Regem tocius Trannssyluaniae, omnesque habitauerunt in domibus suis tuti et securi, absque omni formidine, Nunc Vero surrexerunt quidam mali homines, qui cum exercitu germanie Transsyluaniam intrauerunt, Propterea si germanos Regno expellere nolueritis, sed cum eius concordes esse Volueritis, filioque Regis aliquod malum feceritis, dominacio Vestra melius scire poterit, quid futurum sit, Verno enim tempore solus Cesar Potentissimus adueniet, in Periculum Vestris Capitis, illud enim dominacio Vestra certo intelligat, quod Potentissimus Cesar dedit Mandatum ad Principem tartarorum, Vt ipse quoque adueniat cum omnibus pertinencijs suis, eritque magna et Valida expedicio Per Moldauiam, Voluntque omnes intrare in Transsyluaniam, Vult Preterea Cesar, Vt eciam de Regno Caramaniae Veniat Beglerbeg, Nomine Ozman Passa, cum omnibus Akanchijs, sic audiui et certo cognoui, quod Cesar Vult Transsyluaniae Regnum ita Punire Vt Nusquam Postea Arx aliqua Vel Murus lapideus appareat, omnes tam Viri quam femine et Pueri cadant sub gladio Potentissimi Cesaris, domus autem omnes igne conflagrabunt. Si Vero Volueritis Arces conseruare filio Regis, et quod ipse sit Rex in medio Vestri, habebitis omnia bona a Potentissimo Cesare. Preterea fuit quidam Bassa in Porta Potentissimi Cesaris, Nomine Mehmet Passa, ille erit Prefectus gencium Budusinensium et gencium Bosne, hoc certo cognoui Vestraeque dominacioni significare Volui, quam bene Valere cupio. Datis quarta die Mensis Februarij 1552.

Aufschrift: Domino Petro Petrowych Comiti Themesiensi.

CCXLVII.

Raportul lui *Ioan Castaldo* cătră Regele *Ferdinand I.* despre dispo- 1552,
siţiunile Domnului Munteniei. 5 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Io. Bapta Castaldus ad maitem regiam de 5. Febr. 1552 ex Coloswar.

Sacrat.ma cat.a Reg.a Mai.tas Dom. Domine Clementissime.

Cum alias alligatas literas meas iam clausissem, Dom Franciscus Kendi hominem uaiuode Transalpinensis aloquutus est, qui inclusas literas credenciales sibi reddidit.

Per dictum hominem suum imprimis Vaiuoda Dom. Kendi requirere fecit ex parte principis Turcarum, ut una cum Domino Bathori et Dom. Nadasdy filium Regis Ioannis in regnum aduocet nam ipse etiam in persona monet ut dictum filium in regno restituat.

Preterea, quod Rex francorum principi Turcarum promissit Cesareae Maiestati Rem ita facessere, quod in hoc anno maiestas Vestra a nulla parte modum habere poterit quomodo se tueatur, adeo quod Regnicole in Maiestate Vestra nullam spem habere debebant.

Se excusauit quod oratores suos ad me non transmittebat, nam ullam de se suspicionem principi Turcarum dare uolebat, cum ipsum et omnes subditos suos in mancipia teneat.

Dicit quod apparatus Turcarum maiores sunt, quam antea unquam fuerint, et quod inter ceteras provisiones illas quas per aquam faciebat ingentes esse, sed ad quem finem ignorabat, et quod maximam quantitatem carbonis preparare faciat, et alia similia dixit. Credo tamen hanc esse operam et practicam Aly Chiaus, qui est apud dictum Wayuodam, et cuius medio viuente fratre Georgio reductio fily regis Ioannis tractabatur, ut illam practicam iterum suscitaret, et credo etiam quod hominem istum explorandi gracia transmiserit, Sed veritas est quod ab omnibus partibus maximi et celeres Turcarum apparatus audiuntur, quod Maiestas Vestra melius debet intelexisse.

Maiestati Vestre dicere oblitus eram, quod homo ille Andree Bathori de Somlyo qui ex Transalpina uenit, hoc ex parte Wayuoda Domine Kendi retulit, sibi uideri quod Maiestatis Vestra validum exercitum cogeret, non ut illum diuideret, sed ut cum totis copijs cum Turca confligeret, alioqui de Transiluania et Hungaria ualde dubitabat, nam non uidebat quomodo Maiestatis Vestra ab ambobus partibus se defendere posset, adeo quod consultius esset unico prelio belli fortunam experiri.

Necesse erit de presenti Dom. Ladislaum Edemfy comitem Siculorum cum centum saltem equitibus uersus Brassouiam expedire, hac etiam promissione, quod uiceuayuoda sicuti prius erat constituetur, et hoc Dominus Bathori francisco Kendi et Vicario bene uisum est, necesse etiam est ipsi Comiti Siculorum de presenti pecunias dare.

Opus est quoque Dom. Ioannem Tureck cum illis centum equitibus quos Maiestas Vestra ei ordinauerit expedire. Ipse Tureck literas meas comendaticias ad Maiestatem Vestram pecyt, mihi tamen non uidetur quod Maiestate Vestra oppidum Debrezen, nec castrum apud Deuam, ut ipse forte petit donare debeat, nam res sunt nimis importantes et magne, bene posset sibi confirmari id quod a Rege Ioanne dono habuit, sed non in perpetuum, nec Maiestas Vestra ad nimiam audaciam hec scripta mea atribuat, quod id propterea dico quia importanciam ipsorum locorum uidi.

Aldani bimestrem solucionem transmitto ex pecunijs quas ab officiali Camere riuuliensi accepi, nam ab alia parte nec unicum florenum serui isti solucionum magistri in manu sua habebant.

Lustracionum magister, uti dixi recedit, Maiestas Vestra aut ipsum ilico remittat aut de alio prouideat, quod ita res non se bene haberet, nam gentes pluribus in partibus sunt diuise, et lustraciones continue videri debent, sed cum hic Agacius solus remaneat etiam si bene seruiat, tot in locis esse non potest. Regiam Maiastatem Vestram cum Serenissimis liberis et Regnorem incremento felicissimam malere cupio. Ex Coloswar die quinta Februarij 1552.

Eiusdem Maiestatis Vestre fidelis seruus

Ioannes Baptista Castaldus, m. p.

A terg: Sacratissime Cath. Regie Romanorum, Hungariae Bohemiaeque Maiestati etc. Dom. Dom. meo clementissimo.

CCXLVIII.

1552, 6 Martie. Scrisórea lui *Nicolae Myrkowski* cätră *Castaldo*, întrebându-l, să-i dee ori nu Domnului Moldovii ajutor contra Turcilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Hochgepornn Gnedigr fürst Vnd her Eür fürstlichn. gnadn Seindt meine Vnthrthenige Vnd kharsumer dienst alle tzaitt beraitt. Gnedigr fürst Vnd her hie mitt schick ich Eür fürstlichn gnadn Ein gredentz brief der mir von dem Muldischen Waida diese stündt geschickt ist Wurdenn, Vndt mündlich hatt mir lassen durch die potschaft an tzaignn, das der Türckhisch khaiser schein In der Mulda, das fulck Nieder hauenn lett (1), Vnd siech sttarck In das landt solln Rist. Vnd der Waida pitt hilf Mit diessen Wartten, hatt er geredt das er will persendtlich Wider den Türcken sain allain Wir Reittr solln mitt Inen Sainn Vnd das Er Neben den Cristen sterbenn Woll, darauf begerte ain Ontwortt, Ich hab Wullnn Er sull tzu Eür f. g. selbst Raittn Er hatt gesagt Er hett nüt Waittr khain gesellich, darauf hab ich Inn ain Ontwort gegeben Er sul fertzihen das ich das ich das E. f. g. für stündan an tzaigen will Vnd Was Eur f. g. Im für Ein antwürt gefellhenn tzu gebenn wirtt des ich mich verhalten will.

Gnedigr furst vnd her Er hat auch des glaichn Wider denn Richtr geredet Vnd pegertt Eurenn fürrtrautenn purger Mitt Inn hinain tzu schicken tzum Waida Vnd hat dem Richtr gepettn, Er soll mir Nichts dar Von sagn, Vnd der Richter hatt mir angetzaigt Vnd bitt Vonn E. f. g. ein bericht wie Er sich darinenn haltn sull Vnd was E. f. g. mir dem pottn Inn dem Vnd Im anderm befehlen thuett des Will ich mich kharsumblich Verhalten dammitt thue ich mich Eür f. g. gefollhn. Dathum Cronem den 6 Marcij anno 52.

E. f. g. Williger V.

Nikles Mirzkowsky.

Aufschrift: Remischer khüniglicher Magestet Obristen feld General dem hern hernn Iohan Baptista Castaldo Mainem gnedign fürstn Vnd hernn.

1) lett — lässt.

CCXLIX.

Scrisórea Comitelui Sĕcuilor *Ladislau Kenderffy* (?) de *Nagymihàl* cătră *Castaldo*, încredințându-l, că Voĭvodul Munteniei merită încredere și vestindu-l despre expedițiunea ce Turcii pregătesc contra Ardélului. 1552, 8 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Illustrissime domine, domine Mihi Graciosissime. Seruiciorum fidelium Commendacionem. Quam Mihi Relacionem Illustrissima dominacio Vestra fecit, de illa graui Ignominia, qua me contra dignitatem Regie Maiestatis domini nostri Clementissimi et aduersum imperata Illustrissime dominacionis Vestre affecerunt inhabitatores oppidi Prasmar: Eam Relacionem Illustrissimae Dominacioni Vestrae perpetuis seruicys reseruiam, Igitur ego in posterum ad eam cognicionem Iuridicam, quam mihi Illustrissima dominacio Vestra in literis suis significavit me reseruabo, Et Nichilominus eidem tamquam domino meo graciosissimo supplico, Vt et in posterum habeat respectum mei, quo in hoc negocio honorem meum concernente non deficiam. Ceterum Vt prioribus Literis meis scripseram Illustrissime dominacioni Vestre, quod haberem hominem meum ad Transalpinam et Moldauiam : et que ab eo Cognouissem Illustrissimam dominacionem Vestram de hijs Cerciorem. Reuersus est igitur homo meus ille et retulit, quod Quidam Valachus Boyero Transalpinensis frater adoptivus eiusdem hominis mei fuit Captus apud Cesarem Thurcarum et per Biennium in Vinculis detentus, Nunc Vero gracia Cesaris Thurcarum dimissus, qui eciam Wayuode Transalpinensi scripsit Vt Boyeroni illi graciam faceret, Is Boyero retulit ad fidem suam et ad deum Iurauit, Quod isto Anno Cesar Thurcarum in Transsiluaniam non intrabit, quia Magnam curam habet et Apparat se aduersus Persam kazül, habiturus Expedicionem Bellicam paratam aduersus illum non ideo Vt confligat cum illo, Sed Vt Bellum teneat ad Reprimendam eius incursionem. Item Bassam Amhat Conuertere vult ad hungariam cum gentibus, quanto Maiores facere potest, et cum Regnorum Vtriusque Walachie gentibus, apparatuque Bellico, et hunc non Ideo Vt confligeret, sed vt Bellum paratum haberet, contra Regiam Maiestatem. Quod si Intellexerit Regie Maiestatis aduentum, et gencium sue Maiestatis tantam Expedicionem cui resistere non potest, Assumptis secum gentibus que in Municionibus Regni hungarie finitimis imposite sunt cum eis Vna sit, paratus pocius eas in Vnum conducere et Vacuas Municiones relinquere, quam cum periculo cum Bellicis Viribus Regie Maiestatis confligere. Quod si vero Regie Maiestatis paratum Bellum tale non intelliget quod metuat. in hungaria aduersus omnia paratus tentare. hec A Boyerone fratre suo Adoptiuo homo Meus cognovit. Idem homo Retulit quod cum in Transalpina Versaretur forte hoc ad Scitum Wayuode Transalpinensis peruenerat, quem Wayuoda, ad se Vocari faciens, quesiuisset de causa aduentus et quid in Regno eius ageret, is respondisset. Venisse causa Mercandi Triticum, quo ob id eius rei causa ilij quoque Veniunt. Interrogasset eciam de Siculorum comite, quanto Numero inter siculos esset isque respondisset non quidem Vsque adeo multo, Sed per Illustrissimam dominacionem Vestram. Commissum esse Vt confestim cum opus erit, et Illustrissima dominacio Vestra gentibus Regie Maiestatis Auxilio aduenerit, cum eo Regnum incurgat, Eo audito Wayuodam respondisse hoc inquit Noui. Deinde idem Vayuoda Subiunxisset, Audesne inquit referre ea que Siculorum comiti nuncciarem, is dixisset Andeo referre, Postea Wayuode suscepisset Vt referret ea que nuncciaret. Itaque Wayuoda Eiusmodi Verbis Vsus fuisset. Dic Siculorum comiti ne Miretur quod Vsque huc ad eum hominem meum non misi, quia ego in potestate Cesaris Thurcarum sum, illiusque in Manibus sunt capilli capitis mei, Ideo non ausus fui nec audeo huminem meum ad eum mittere, Sed dic ei quod si me assecuratum faceret, per me Magnum Seruicium posset Regi suo facere, quia ego eum hinc omni Certa fama Tenerem, Quod si me addubitaret, ego mediante firma fide mea Conscriptas Literas illi darem, Vt omnia certa posset Regi suo scribere, quod si

me assecurare Vellet non mitteret Siculum nec Ualachum Sed hungarum cum quo Tuto Loqui possem, cuique secure credere Valerem, quia ego huiusmodi Rumoribus plus possem inseruire Regie Maiestati quam apertis Viribus, pre metu Thurcarum Tantum Vt assecuracionem certam illinc haberem. Hec mihi retulit ille homo meus ad que ego nullam relacionem feci nec faciam sine Voluntate Illustrissime dominacionis Vestre Sed pocius ijsdem Verbis quibus mihi relatum est, Illustrissime dominacioni Vestre perscripsi, ac ab Illustrissima dominacione Vestra expecto quid de hys facere debeam. Refert eciam Idem homo meus Valde eum timere ne Illustrissima dominacio Vestra Regie Maiestatis Gentes ad Inuadendum Regnum eius immittat, Vel Boyeronum filios Induci faciat.

Ceterum que Cognoui ex parte Moldauie, hoc Certe Illustrissime dominacioni Vestre scribere possum quod Wayuoda Moldauyensis, Vbique Valde proclamari facit in Regno suo Vt Vnusquisque sese apparet ad Bellum, vt secundo Mandato eius Accepto omnes insurgere et se Mouere possint ac eo quo necesse fiat Veniant, Verum Non Nominatur quo se Mouere Vult. Aliam famam ex parte eiusdem Moldauie hanc Illustrissime dominacioni Vestre scribere possum, quod quidam homo Ex Moldauia Cuius Verbis fides adhiberi potest Christianus et hungarus nunciauit mihi ita Vt ego Illustrissime dominacioni Vestre Significarem Vt quantumcumque Illustrissime dominacioni Vestre Vayuoda Moldauiensis Iuret, tamen Verbis eiusdem Illustrissima dominacio Vestra nihil credat, nec locum Vllum det quia In omnibus est inconstans, Nec a Cesare Thurcarum Vllo modo deficiet nec Auelletur. Nunc Cesar misit eidem Munera, equos et Tentorium Ac Legatus imperatoris Thurcarum nunc apud eum est. Ac Cesar Thurcarum Census Tocius Moldauie duas partes Relaxauit eidem Wayuode Ideo Vt Seruiat Cesari, Et hec Wayuode Nuncciauit Cesar quod si sibi vult seruire et Caput et Regnum Saluum habebit. Si Noluerit nec Regnum nec Caput habiturus est. Ideo Illustrissima dominacio Vestra non debere Credere ei. Idem Wayuoda Moldauyensis Legatum misit ad Illustrissimam dominacionem Vestram quem Illustrissima dominacio Vestra dimisit ne a se vel non nescio. Sed is Legatus Wayuode Moldauyensis omnia illa negauit et dixit Wayuodam precio Emisse equos predictos, et ubicunque Interrogatus est eo modo respondit. Idemque nuncciauit mihi frequentes Legaciones eiusdem Wayuode non ob aliam causam fieri, quam propter huius Regni Exploracionem. Igitur Illustrissima dominacio Vestra non debere fidem illi abhibere. Hec Mihi ex Moldauia Nuncciata sunt que Statim Illustrissime dominacioni Vestre Significare Volui.

Ceterum audita hic ea fama quod in Moldauia Vbique proclamatur apparatus ad Bellum, Venerant ad me Siculi et persuadebant Vt sicut Antea ex Voluntate Illustrissime dominacionis Vestre per me fuerat Commissum, Vt Vnusquisque Armis Bellicis apparatus esset, ita Nunc quoque idem apparatus Nouies denuncciaretur ne Viderentur esse imparati, et Ut eius rei fama ad Moldauiam Veniret, quod ego Illustrissima dominacione Vestra insciente facere Nolui. Videretur Tamen et mihi Bonum si Illustrissime dominacionis Vestre Voluntas esset, Vt eiusmodi apparatus denuncciaretur, Vt et Moldauyenses intelligerent et hinc apparatum instrui. Deus Conseruet Illustrissimam dominacionem Vestram feliciter. Datis in Nagh Bemloen 8 May Anno domini 1552.

Eiusdem Illustrissime dominacionis Westre Seruitor

Ladislaus Ewdemffij de Nagmyhal
Comes Siculorum.

(*Aufschrift:*) Illustrissimo domino, domino Ioanni Babtiste Castaldo, Marchioni de Casano, comiti platine Ac Sacratissime Regie Maiestatis, Romanorum Hungarie Boemie etc. Summo Consiliario et in Rebus Bellicis Locumtenenti Generali etc. domini mihi graciosissimo. — (Litere Comitis Siculorum).

CCL.

Scrisórea lui *Castaldo* către Regele *Maximilian*, împărtăşindu-i, că Sĕcuiĭ amenință Ardélul în unire cu Turciĭ şi cu Munteniĭ. 1552, 16 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine Domiue graciossime.

Scripsi diebus preteritis serenitati vestrae qualiter Siculi, inter caeteros grauiter ferebant capitulum in Posoniensi conuentu conclusum de restituendis bonis, quae per notam infidelitatis tenebantur, Et quamuis ego uerbis et suasionibus eos quietos reddere laborauerim, etiam antequam id serenitas vestra mandasset, eis promittendo dare operam quod Maiestas sua rei huic aliquam haberet considerationem, et eos aliquo modo compensaret, prorogando etiam terminum quantum ipsi petierunt, Tamen nil profuit, Quia Thomas Mihail, fratris Georgij affinis, occasione ista arrepta, eos taliter solicitauit, ut omnes arma coeperint in tanto numero quod numquam tam unitos fuisse dicant, et ueniunt vnacum Transalpino Vaiuoda ac Turcis ac illa parte, Moldauus ab alia cum Tartaris et hinc Mahmet Passa cum Beglierbego, ut omnes uno tempore in nos irruant, Qui qualem resistentiam facere possimus iam nimis serenitati vestrae notum esse debebit, Nam paucas gentes istas tempestiue vnire impossibile est, et ubi etiam fieri posset, confinia omnino praesidijs denudata manerent, Et si prius aliquid spei in siculorum auxilio, qui vnam ex tribus partibus defenderent, constitueramus, quid faciamus nunc quod cum hostibus contra nos conspirauerunt? Profecto nullum amplius rebus istis uideo remedium, Quod ego facere possum est hinc non abire, sed hic in seruitio Dei et serenitatis vestrae occumbere, et sic facere decreui, Si possibile esset ut Itali pedites et Germani Cataphracti in tempore adessent, suplicarem serenitatem vestram ut eos sollicitari faceret, sed absque pecunijs quanto plures gentés uenerint tanto peius erit, Pro hijs quidem(1) quotiens ista presentiens Maiestatem suam suplicavi ut opportune et tempestiue prouideret sed discordia et obstinatio principum cristianorum communi hosti comoditatem super eosmet grassandi prebet, Nescio quid amplius dicam. Deus altissimus sit pro serenitate uestra. Ex Colosmonstor die XVI Iunij 1552.

Ex alligatis Petri de Abila litteris uidere serenitas vestra poterit quem numerum gentium habeamus.

Eiusdem serenitatis vestrae

fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift: Serenissimo Principi Domino Domino Maximiliano Bohemiae Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Domino meo graciosissimo.

---

1) hijs quidem.

CCLI.

1551. 16 Iunie. Scrisórea lui *Mircea-Vodă* către *Consiliul Comunal din Sibiiŭ*, îndemnându-l să ţie cu Turcii, căcĭ altfel eĭ vor prăda ţara.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Paria Literarum Vayuodae Transalpiniensis.

Myrche dei gracia Wayuoda, et dominus terrae Transalpinensis, Circumspectis amicis et Vicinis nostris domino Magistro ciuium Iudici Regio, et Ciuibus, ac totj Vniuersitatj, ciuitatis Cibiniensis, Salutem plurimam cum amore precor.

Notum facio dominacionibus Vestris, sicut et antea quoque notrum feci, quod vos erga potentissimum Imperatorem reconciliaretis, cum fideli pectore, Vt pacem Vobis pararetis, ac eius fidelia mancipia essetis, sicut prius fuistis, Vt hoc modo filij Vestri pacem haberent. Sed deus Omnipotens nouit, quales habeatis cogitaciones, in cordibus Vestris, quod tam multo tempore, nec Verbis nec litteris erga potentissimum Cesarem, Vestram fidem declarastis, neque apud me, cum tamen ego cum gaudio Vestri causa apud Imperatorem intercedere paratus fuissem. Sed Vos pro ludibrio illa habuistis. Nunc Venit Ahmat passa, cum omni potentia Imperatoris, plures sunt quam gramina terrae, Ille Vna cum Beglerbego de Buda Veniet, Et hinc Venient ducenta millia Tartarorum, cum Moldauo, et cum Behram begh, Zanchyako de Prussa, ac cum Zinanbegh, Zanchyako de krikrizie, Ego quoque Vnà cum gentibus mee terre, et cum Zangyako de Tyke, Venturus sum. Et implebunt terram Transsiluaniae ita quod nec locum habebunt, quo defigere possint eorum gladios, in terram. Taceo, quod aliquis possit eis resistere. Quare Rogo Vos diligenter, Vt posthabitis reliquis omnibus, Vos dedatis Imperatori cum Vero pectore, Mittatis Vestras litteras fidedignas ad me. Ego Vobis facio Juramentum, ad meam fidem, et salutem animae meae, Vna cum Krustan Bassa. Quacumque hora Vos dederitis obedientiam Cesari, Vos Vnà cum liberis Vestris pacem habebitis, Ac festinate, quae facturi estis, priusquam in illud regnum Venerint. Si haec non feceritis, perdetis Vitam liberos, et substantias Vestras. Infortunium illud Vobis peperit Monachus, qui Germanos in Regnum adduxit, qui nunc Vos comedunt, et molestant. Sed Vos capita Vestra reclinate ad Imperatorem Clementissimum, si Alamani noluerint egredi, Cesar eos citra ipsorum Voluntatem expellet, eos circumdabit Vndiquaque, quod ex ciuitate nemo agredi potuerit, neque ad ciuitatem Victualia aliqua adducere. Quare rogo Vos Vt hoc meum consilium audiatis, quod Vos nunquam penitebit. Hoc Vobis notum facio. Vos bene Valere precor. Datum die XVI. Iunij Mensis.

CCLII.

1552. 21 Iunie. Scrisórea *Consiliului Comunal din Sibiiŭ* către *Castaldo*, împărtăşindu-i că Voivodul Munteniei se încércă a-ĭ trage pe Saşi în partea Turcilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Illustrissime Domine domine graciosissime. Post salutem et officiorum meorum Commendacionem. Vestrae Illustrissime dominacioni significamus, Vayuodam Transalpinensem hodie suum hominem ad nos misisse cum literis, quarum Exemplum presentibus

inclusum, dominacioni uestrae Illustrissimae transmittendum duximus. Vt, quamuis hominem principem tanta leuitate praeditum esse, miremur, tamen, ut Eadem uideret, quo animo ipse Vayuoda sit praeditus, erga hoc regnum, atque erga Thurcas, Eandem illa latere noluimus. Nos, quia responsum postulabat, ipsi Vayuodae renunciauimus, Si ad defensionem patriae cogemur, nobis et Regnicolis, neque animos, nequè uires defuturas, ad propulsandos hostes. Habemus apud Vayuodam nostrum Conciuem Juratum unum, cui, ut omnia diligenter intelligat, commendauimus, cum ille redierit, si quae fuerint necessaria, eidem perscribemus. Quam felicissimam ualere precamur. Ex Cibinio die XXI. Iunij. Anno dominj 1552.

Illustrissimae Dominacionis uestrae addictissimj

Magister Ciuium Iudex Regius
et Senatus Cibiniensis.

Aufschrift: Illustrissimo Domino Ioannj Baptistae Castaldo, Marchionj Cassanj, Comiti Platinae, Serenissimae Regiae Maiestatis Romanorum etc. supremo Consiliario et bellico locumtenentj generali: domino nobis graciosissimo.

CCLIII.

Scrisórea lui *Castaldo* către Regele *Maximilian*, facêndu-i împărtășirĭ despre uneltirile lui Mircea-Vodă și despre dispositiunile ostile ale Ardelenilor. 1552, 24 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine Domine graciosissime.

Videbit serenitas uestra ex inclusis litteris Transalpini Vaiuodae, quomodo hostes de necessitatibus nostris edocti studeant suasionibus istis sollicitare populos ad defectionem. Qui quidem paruo labore ad hoc deuenient, quia ualde alterati sunt, cum tamdiu uictum militibus prebere cogantur, Et heri solummodo quia duc milites Hispani quosdam pisces uenditori pro eius uoluntate soluere nolebant illos occiderunt hic Colosuarij quasi in conspectu meo, Quodquidem est signum quod causam tumultuandi querunt, et iam nos omnino parui pendunt, Et ideo non sine causa Andreas de Battori aperte dicit dubitare de Regnicolis, quia cupiunt nos omnes trucidare . . . . (Nun folgen einige Berichte über den Stand u. Vorrückung der Truppen in Ungarn, und andere Anschläge u. Vermuthungen.) . . . . . Posteaquam sic est Dei uoluntas, patientiam habere opportet. Manus et pedes serenitatis vestrae deosculor. Ex Colosmonstor die XXIIII Iunij 1552.

Serenitatis Vestrae fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift: Serenissimo Principi Domino Domino Maximiliano Boemie Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Domino meo graciosissimo.

CCLIV.

1552, 4 Iulie. Scrisórea lui *Castaldo* cătră Regele *Ferdinand I.* în cestiunea trimiterii unui sol în Moldova și în Muntenia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine Domine graciosissime.

Clausis iam alijs, superuenerunt Brassouiensium littere quarum copia hic annexa erit, originale enim Domino Vaiuodae cum quo comune est transmitto.

Franciscus ille missus fuit ex consilio Vaiuodae et aliorum sed certe contra uoluntatem meam, Qui pluries dixi quod ipsum mittebamus ad manifestam perditionem, sed maior pars uicit. Deum maximum pro foelicitate serenitatis Vestrae continue precor. E Monostor die quarta Iulij 1552.

Serenitatis Vestrae fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

CCLV.

1552, 20 Iulie. Raportul Voivodului *Báthory* cătră Regele *Maximilian* despre înfrângerea suferită de Moldovenii uniți cu Turcii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Princeps domine domine Clementissime.

Humillimam fidelium Seruiciorum meorum In graciam Serenissimae Maiestatis Vestrae Subiectionem. Credo domine clementissime, quod Spectabilis et Magnificus dominus Ioannes Baptista Castaldus, rerum Bellicarum Vicegerens Generalis Serenissimae Maiestati Vestrae perscribet Eidem Serenissimae Maiestati Vestrae, Quomodo contra Waywodam Moldauiensem, Thurcasque et Thartaros, qui Valido cum Exercitu hoc Regnum igne ac alijs depopulacionibus deuastabant, personaliter Vna cum domino generalj, et dominis Regnicolis deo Juuante, moueramus. Verum Cum hostes isti mocionem nostram contra eos animaduertissent, Receperunt se ex hoc Regno rursum in Moldauiam. Quos adhuc nostri Sequuntur. Sed quid efficere possint, adhuc incertum est.

Postquam autem, domine clementissime certo iam hostes ipsos Moldauienses discesisse intellexissemus, conabamur in hoc. quomodo Contra perpetuos hostes Reipublicae christianae obsessis Themesiensibus Subsidium ferre possemus . . . . . . (nun folgen Berichte über die Belagerung von Themes und den minder zahlreichen Stand der Truppen,

um Themes zu entsetzen . . . . . .) Supplico igitur Serenissimae Maiestati Vestrae humillime tanquam domino meo clementissimo. quatenus dignetur eadem Serenissima Maiestas Vestra de inclito hoc Regno et de obsidione Themesiensi talem habere Curam, Vt ne periclitentur. Deus Serenissimam Maiestatem Vestram Conseruet. datum in oppido holdwyltigh 20 Iulij anno dominij 1552.

Eiusdem Serenissimae Maiestatis Vestrae fidelis

Seruitor

Andreas de Bathor

Waywoda Transsiluanus.

Aufschrift: Serenissimo Principi. domino. domino Maximiliano. Regi Bohemiae etc. domine meo Semper graciosissimo.

CCLVI.

Scrisórea lui *Castaldo* cătră Regele *Maximilian*, despre prădările făcute de Moldoveni în Ardél și despre atitudinea echivocă a Sașilor. 1552, 19 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine Domine graciosissime.

Quomodo et quibus medijs Germanos istos composuerim superfluum esset ulterius discere, cum sint res prolixe, vnum est quod ueniunt, quamvis satis incomode, non solum defectu pecuniarum, cum eis dare non potuerim nec possim ultra illos sex mille florenos Colosuarij datos, sed etiam quia multi illorum quotidie infirmantur, pro quibus, quod potui magnam curruum prouisionem, quibus uehantur feci, Ad certas autem incomoditates accedit difficultas itineris quod montuosum et sterile admodum est, Quomodocunque sit pergimus, et vtinam tamdiu saltem sequantur donec Moldauum expellere possimus, Qui nimis iam ultra progressus omnia crudelitatis genera exercere delectatur, cremando, depopulando, diruendo et alia huiusmodi faciendo, Ideo non ulterius tardandum est, et sic iam pergimus, cum dictis Germanis . . . (Nachricten über die Schwäche der deutschen Krieger, und die kleine Anzahl der Uebrigen: dann über den falschen Bericht des Aldana, über den Stand der Belagerung von Themeswar und der Burg Giule . . . . . .).

Cataphracti adhuc vltra Tissiam erant, et fessi admodum ac lenti ueniebant, Missi qui eos sollicitent et comitentur, et per oportunum esset ut adessent, sed uideo impossibile esse, Moldauus enim instat, Et si Brassouiae salus et fides curanda est, ire quam citissime aportet sicut iam pergimus, Et quartus iam agitur dies quod in itinere sumus.

Conqueritur losanzius a me numquam litteras recepisse postquam obsessus est. De quo miror quia multas per uiam lippae missi, sed Aldana se excusat se muscam quidem intrare potuisse, Nunc Caransebensibus alias mitto ut et ipsi tendent si intromittere possunt, Ceterum Deus omnipotens serenitatem vestram diu felicem ad uota conseruet. E kekelew die 19 Iulij 1552.

Eiusdem serenitatis uestrae

fidelis seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Inserat: Die Burg Giule sei dh die Schuld des Aldana jeden Schutzes beraubt, diess melden sie selbst u. s. w.

Aufschrift: Serenissimo Principi Domino Domino Maximiliano Bohemiae Regi Archiduci Austriae Duci Burgundiae etc. Domino meo graciosissimo.

(Als Einlagen zum vorigen Briefe): Ioannis Glesan et Caransebensium litterae perlegende enthalten Berichte über die Kriegsoperationen der Türken, die unzählige Pallisaden u. s. w. aufstecken, und Beschwerden dass man dem Aldana, dem Räuber, so viel Zutrauen schenke, ebenso auch die litterae des Lossonczy,

---

CCLVII.

1552, 20 Iunie. Raportul lui *Castaldo* către Regele *Maximilian* despre alungarea Moldovenilor din Ardél şi despre atitudinea Sĕcuilor, care au refusat să iee parte la luptă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine Domine graciosissime.

Cum res nostras in ea desperatione viderem quam serenitati vestrae antea significavi ac ex eadem mihi animum sumendum esse arbitrarer, Composita germanorum seditione, cum decem illis cohortibus, quadringentis hispanis, et centum equitibus, contra Moldauum quem cum centum viginti hominum milibus, Transalpinensium numero computato, regnum ingressum esse ac omnia igne ferroque vastasse, serenitati vestre perscripsi, properandum esse cunsui, et quia uidebam nobiles insurrectionem non tantum personarum suarum sed colonorum quoque in disputacionem ac in longum ferre, Dominum Vaiuodam Rogaueram ut ipse etiam per currum cum suis trecentis equitibus mecum esset, nam mihi dubium non erat quod fama saltem nobis esset profutura, si ipse Vaiuoda mecum constitueretur, Cum itaque hoc Domino Bathori quoque placuisset, ex Thorda mouimus ac aliquos antecursores equites et pixidarios coronam misimus, ut ciuibus, ac inimicis videretur nostras primas copias ibi appulere incepisse, Nos aliquanto tardius progessi, itinere quatuor dierum confecto, hodie penes segesuarium appulimus, et in intinere per Comitem Baptistam de Arco ac per Coronenses nobis est nuntiatum, quod Moldauus ipse profectione nostra intellecta, nocte precedenti diem decimam octauam istius Mensis Maxima cum trepidacione et inordinate, premissis Bombardis et peditibus

cum celeritate non tantum se retrahare, sed quasi aufugere cepit, in qua fuga non quidem fidicile fuisset ipsum saltem bombardis spoliare si siculi quemadmodum a locumtenente Coroci cerotini illis persuasum erat, vna secum illos insequi voluissent. sed nullo pacto id facere voluerunt, adeo quod licet ipsi soli siculi de eorum leuitate et segnicia penas hactenus dederint, vereor tamen ne aliqua ipsorum pars sit corrupta et contaminata, Cum autem deus omnipotens nobis concesserit, ut cum tam exigua manu inimimicorum multitudinem in fugam conuerserimus in ea sum cogitacione . . . . (nun folgen Berichte über die Hülfeleistung dem Belagerten Themeswar; dann auch über den schlecten Zustand der geplünderten Burg Giule u. s. w. . . . . .) Deus omnipotens Serenitatem vestram felicissimam ad vota. conseruet. ex hodwilag Die XX Iuly 1552.

Eiusdem Serenitatis Vestre

fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

CCLVIII.

Raportul luĭ *Castaldo* cătră Regele *Maximilian* despre pregătirile Moldovenilor şi ale Muntenilor spre a năvăli în Ardél. 1552, 20 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine Domine gratiosissime.

Vix alligatas meas clauseram cum superuenerunt litterae Serenitatis vestrae ad diem X presentis mensis datae ex quibus intelexi quod maiori urgente necessitate, cataphractorum(1) et italorum subsidium a nobis est reuocatum. Deus tamen nouit si nulla maior necessitas quam hec esse possit, et si nullo peiori tempore auxilium istud diuerti contingeret, Moldauus ut per alias Meas litteras Serenitati vestrae nuntiaui in fugam versus est, et cum hac reputacione cogitaueram cataphractis nunc obuiam ire, ac contra ahamet passam proficisci, ut Themesuarino opem ferrem, Attamen non solum hec spes corruit Sed eodem tempore ex litteris Ioannis Tureck presentibus annexis inteligo Transalpinum quoque in hunc regnum cum exercitu descendere, adeo quod cum mihi sit prouidendum ne Moldauus a tergo nos iterum adoriatur. Cum videam nobiles hactenus nullum nobis auxilium ferre, quod opera et auxilio siculorum propter vicinos hostes vti non possim, quod saxones per se pauci sunt et inbelles, et quod mecum tantummodo quatuor mille germanos qui quotidiè egrotantur, ac quadrigentos hispanos, et quadrigentos hussarones habeo computatis etiam ijs qui cum Domino Vaiuoda sunt, non possum nisi fateri quod si deus miraculose nobis opem non tulerit, vniuersum regnum amissum est, nam humane vires iam nobis ab inimicis vndequaque Circumseptis parum prodesse possunt, non enim meo iudicio vtile est consilium singulis membris leui morbo apressis medicamen adhibere, ac caput ad mortem laborantem deserere, nam si caput corruet cetera

1) *cataphractus*, Cuirassier,
cataphracta, thorax, die Cuirasse.

nullo modo sustineri possunt, hoc propterea dico, quia si subsidium cataphractorum et italorum mihi in promptu esset, satis confiderem quod ahamet Passam profligare possem, et si hoc succesisset vna tempore ab omnibus partibus liberi eramus, cum aliter fiat, et exigue nostrae vires ad tantas partes sint diuidende, qui potest boni sperari? Si enim voluisset deus, quod nos profligati essemus, quid deterius pati potuissemus quam nunc patiamur? cum vniuersum Regnum igne vastari videamus nullumque subsidium ferre valeamus.

Scribit Serenitas vestra, vt interim dum a Regia Maiestate responsum acceperit de Pace cum Thurcarum Principe tractanda, per medium Vayuode Transalpinensis voluntatem et animum principis Thurcarum inteligere ac armorum suspensionem impetrare studeamus, attamen serenitatem vestram Ambigero nolo, hec omnia vana esse et quod Transalpinus huiusmodi practicas fraudulenter proponit, ut temporis comoditate eo melius vtatur, hoc exemplo Perfidi moldaui cognosci potest qui cum multum apud nos et Regnicolas instasset ut pro comuni ac Totius christianitatis bono, nuncium pro aliquibus serijs necocijs tractandis ad eum mitteremus, cum hoc fecissemus ipsum capituauit, quo ad Thurcam eundem Transmittere ualeat, attamen Dominus Vaiuoda et ego cum ceteris consiliarijs rem comunicabimus, et id faciemus quod Seruitio Regie Maiestatis et Serenitatis vestre ac beneficio Regni conuenire iudicauerunt.

Superioribus diebus Maiestati sue quoque perscripseram. Bistricienses nobis de concordia cum Thurcis aliquid scripsisse, sed practica postea ad nichilum deducta est, Domino Lossantio qui pariter de hac re nobis scripsit, respondimus ut de condicionibus quas inimici petunt, ac de intentione sua me certiorem redderet, et interim ipsos verbis intratenere studeret, sed hactenus credo nihil in hoc factum esse, nam inimici per omnes vias expugnacionem illius ciuitatis tentare non pretermittunt. Id quod nunc vereor est, quod si hactenus exigui regnicole insurgere ceperunt, in futurum cum audierint subsidium non aduentari nulli sunt insurrecturi.

Dum hec scriberemus superuenit quidam nuntius qui oretenus nobis retulit Capitaneos nostros qui circa brassouiam erant et Moldauiensem insequebantur, etiam si paucos milites secum haberent, multos ex inimicis trucidasse, certiorem de hoc nuntium expecto, istis enim prosperis successibus fortunam mihi fauorabilem non esse arbitror, postquam propter multos defectus illos ad debitum finem deducere non possum, Deus omnipotens Serenitatem vestram felicissimam conseruare dignetur, ex Castris ad odwilag positis, die vigesima Iulij 1552.

Eiusdem Serenitatis vestre fidelis seruitor

Ioannes Baptista Castaldus.

Aufschrift: Serenissimo Principi ac Domino Domino Maximiliano Regi Bohemiae, Archiduci Austriae etc. Domino Domino meo graciosissimo.

CCLIX.

1552, 20 Iulie. Scrisórea lui *Nicolae Myrczkowsky* și alui *Iustin Kenderffy* cătră *Castaldo* despre prădările făcute de Moldoveni în Ardél.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Illustrissime Spectabilis et Magniffice domine domine Nobis semper graciosissime. Post Seruiciorum meorum perpetuam Commendacionem. Scripseramus Vestris Spectabilibus

et Magnificis dominacionibus in alijs litteris nostris erga Vestras spectabiles et Magnificas dominaciones missis. Waywodam Moldauiensem cum suis gentibus Iam reuersum fuisse, et certos aliquos equites ad persequendum Waywodam moldauiensem per nos, misisse, Verum illi qui ad persequendum Wayvodam Moldauiensem profecti fuerant, nobis Veraciter Intimauerunt Waywodam Moldauiensem cum suis gentibus Nondum Regnum suum Intrasse. Sed penes oppidum kyzdij Wasarhel, castra metasse, et Ibique in illis partibus finitimis sibi subiacentibus Igne plurimum deuastare ac depopulare, Nos Vero qui pauci sumus Non Vt contra tam grandem hostem Rebellare potuimus sed nec eciam ad persequendum hostem fuimus sufficientes, Siculi Vero qui hic in castris nobiscum erant, cum Viderent Waywodam Moldauiensem Reuersum fuisse eodem omnes capitanei e castris abierunt et Nullus nobiscum est, petebamus Vt tantum Vsque expectarent tercium diem Vt cerciores de Reditu Waywode Moldauiensis fiere possimus, ipsi Vero Nullomodo Voluerunt expectare sed In eodem omnes obierunt et nullos potuimus ex eis retinere, Iam enim solum cum militibus equestribus catafractibus, et ducentis equitibus Videlicet Nostris centum et Magnifici domini andre Bathori de Sollyo similiter centum, et cum aliquibus libertinis Walachis Terre fogaras, Chum Egregio domino Petro gerendi et Boyaronibus Transsalpinensibus sumus in castris constituti, Igitur Machinacionem Waywode Moldawiensis Nescimus si iterum erga Nos reuersus erit maiorem periculum parare potest, quoniam prout superius scripsimus non Vt contra tam grauem hostem Re Bellare (sic) possemus Verum eciam nec ad persequendum eos cum illis paucis gentibus sumus sufficientes. Igitur, Supplicamus Vestris Spectabilibus et Magnificis dominacionibus dignetur curam adhibere diligentem et nobis de(1) pelenam Informacionem dare quid facere debeamus. Nam Siculi donec nobiscum fuerunt, tunc quoque Vt nobis Videbatur diligenciores erant In Nos, Irruere, quam contra hostes conflictum committere, altissimus Vestras Spectabiles et Magnificas feliciter conseruet. Ex castris prope ciuitatem pesth feria quarta post Beate Margarethe (d. h. den 20 Juli) Anno Domini 1552.

Aufschrift: Illustrissimo Spectabilibus et Magnifficis, dominis domino Ioanni Baptistae Castaldo, Marchioni de Cassamo Comiti platine ac Sacratissime Regie Maiestatis Romanorum hnngarie Bohemie etc. Summo consiliario ac In Rebus bellicis locumtenentj generalj et domino Andre de Bathor comiti Comitatuum Zathmar et Zebolz Thauernicorum Regalium Magistro Waywode Transsiluaniensi et Siculorum comiti dominis nobis semper graciosissimis.

Trattan estas, de la retirada y no huida de los Moldauos. (Die eigentliche Unterschrift des Briefes steht auf der Rückseite:

Earumdem Vestrarum Spectabilium et Magnificarum dominacionum

Seruitor

Nicolaus Myrszkovsky de Ztroprhythe.

Sacre Regie Maiestatis etc. precisor, Ac militum Armatorum equestrium Capitaneus Et Iustinus Ewdemffij de Naghmhal Vicecomes Siculorum.

---

1) hijs — ausgelassen.

CCLX.

Scrisórea lui *Petru Haller* cătră *Castaldo*, împărteşindu-i că Voivodul Munteniei stăruie să i se plătéscă Porţiï tribut.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Illustrissime Domine domine graciosissime.

Post Salutem et Seruicij mej Commendacionem. Statim, ut Illustrissima Dominacio Vestra per literas suas uolebat, ut ex Vayuoda Transalpinensi intelligerem, quo fundamento ab ipso ad Eandem Illustrissimam Dominacionem Vestram perlatum esset, Regnum hoc quietum fore ab hostibus externis, si tributum, Ioannis Regis et filij sui pendere solitum tempore, nunc quoque, Imperatori Thurcarum penderetur. Cumque et in Eandem Sententiam nobis ipse Vayuoda nunciasset, per Conciuem nostrum, quem mense superiorj, causa Alpium miseramus, festinaui igitur mittere unum Nuncium ad Vayuodam, eique scripseram, ut ad me quam primum, fidum hominem mittat, cum quo tractare possim de arduis quibusdam negocijs, de quibus ipse nobis per Georgium doleatorem conciuem nostrum nunciasset. Ipse enim Vayuoda nuncibat, Regno huic quietiorem fore statum, si tributum Imperatori solueretur, neque Imperatorj interesse, quemcunque nos pro Domino ueneremur. Hoc die Vayuodae ad me duos misit familiares suos, Stephanum et Paulum Pythar, hungaros, nunciantes, se ad meas preces illos duos misisse, quae uellem tuto committere possem, se uel aliam personam mittere uoluisse, sed cum hungarica quibus ex, lingua, absque interprete mecum loqui possint, commodius duxisse illos mittere. Cum et ipsì nuncij mihi aliquomodo notj essent, ac eos ut mea nunciata fideliter suo Domino referrent, hortatus essem, subiunxi me, a Vayuoda rogasse aliquem fidum hominem ad me transmitti, ob eam causam, cum ipse Vayuoda per nostrum Conciuem ad me nunciasset, Regni huius tranquillitatj et oppido Themesuar, quod nunc a Thurcis oppugnatur, bene consultum fore, si tributum alias penderj solitum deinceps quoque Imperatori Thurcarum penderetur, quemcumque pro Domino regnum haberet, hoc si fieret, neque Thurcas, neque Moldauos regnum infestaturos. Me igitur considerantem patriam, quam pace pocius frui, quam bellorum procellis fluctuare optarim, suae quoque terrae conditionem aspicientem, quae tam diu felix futura esset, quam diu haec terra pace fruetur. Ideo mea opera uelle intercedere, apud Illustrissimam Dominacionem Vestram, cui à Regia Maiestate potestas data esset, tam pacis quam belly raciones concludendy, dummodo ad me quam primum apertè renunciet, quo fundamento ista nunciauerit, num ex se raciones istas collegerit, uel à porta Imperatoris habeat, aut si nuncij de rebus istis aliquam a Domino eorem instructionem haberent, inquirerem, respondebat prior nunciorum, se quidem nihil informatos esse de ea re, uerum, se fuissse legatum ad Dominum Lossonczy, similibus uerbis de tributo Imperatorj offerendo, ac quantum ipse intelligat, Dominum suum haud dubio, illa, à porta Imperatoris habere, atque sibi uideri Thurcas in eo statu rerum pocius pacem quam bellum amplexuros, haec autem se domino suo fideliter statim referre uelle. Quos orauj, ut quam primum mihj responsum fiat, spero mea intra quintum diem, responsum habiturum.

Hac autem Illustrissimae Dominacioni Vestrae perscribere uoluj, ut quid in ea causa egerim, cognosceret, et quid deinceps sit agendum, mihi informacionem dare dignaretur, Ego, sui Dominacioni Vestrae Illustrissimae uidetur, cum Nuncius aduerit, unà cum ipso ad Dominacionem uestram Illustrissimam veniam.

Oro autem Eandem, ut si quid per hanc uiam Regni huius tranquillitati consulj poterit, Eadem deliberare dignetur, spero et Regie Maiestatj rem eiusmodi gratam futuram, et ex commodo sue Maiestatis fore, Regnum pacem absque molestatione habere,

donec alia temporis commoditas ad res agendas esset. In reliquum Dominacionem Vestram Illustrissimam felicissimam ualere precor. Ex Cibinio die penultima Iulij: Anno dominj 1552.

Postscripta, ad me allatae sunt litterae Dominacionis Vestrae Ilustrissimae, ex quibus accepi, Eandem habere a Regia Maiestate, de negocio tributj potestatem tractandj, Omni igitur studio, iuxta informacionem Eiusdem, in negocio illo conabor.

(Der weitere Absatz handelt von einer Geldausfolgung für die Truppen an den Briefsteller).

Illustrissimae Dominacionis Vestrae

Seruitor

Petrus haller Magister ciuium.

Aufschrift: Ilustrissimo domino domino Ioannj Baptistae Castaldo Marchionj Cassanj, Comitj Platinae Serenissimae Regiae Maiestatis Romanorum Consiliario supremo, et Bellico locumtenenti etc. Domino mihi graciosissimo.

CCLXI.

Scrisórea *Ceauşului Ali* cătră *Petru Haller*, stăruind să i se supuie Porţiĭ. 1552, 1 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Prudens et Circumspecte domine, frater, et Amice singularissime. Salutem, et Nostram commendacionem, tua dominacio satis Nouit eciam ante hac Nos, huic Regno Transsilvano plurima exhibuisse seruicia, domino quoque locumtenentj, quo fuimus consilio Minime acceptare voluit, Isabella Ettenim Regina, de conservacione Regni crebrissime per Nos Monita eadem nostra Monita supersedit, ac Neglexit, Nunc autem Imperium huius Regni Transsilwani Nec locumtenentem tezaurarium, Nec ipsam Reginam Isabellam promovet, eum essen in congregacione generalj Thorde per Reginam Isabellam cellebrate Nonne omnibus Vobis predixi Ne Vnum quidem pagum, ab imperatore per alienas captum fuisse, que Aput eos hactenus perseverare potuisset, Nedum talem Regnum inclitissimum, in Manibus Externis, Vel Nacionum Externarum, permitteret, Videtis ahmet passa, Venit in Medium Vestri, quanta inter Vos orta est seuicia, Moldauus Ettenim Irrumpit in Vos, qui plurimas Vestras possessiones, perdidit, ac plurimos Mancipauit, hoc ettenim considerate Quanta Multitudine turcarum ac incolarum suorum ipse Myrchyae Waywoda in suis limitibus consedit considerans Religionem, Vestramque Erga Eum Beniuolenciam in Vos Irrumpere Noluit. Dies Noctesque in Vigilat in noc Vt presentem Malum A vobis Amoliat, Rempublicamque conseruet Vestram, Nunc quoque exit edictum Vtrisque Moldawo et Transalpino, Vt Accinto Itinere Iam proxime ad Vos Reverterentur, Iam dudum de Vobis Actum fuisset, Nisi Tartari ad Muzkquas missi fuissent, qui Exinde ampla Spolia, plurimaque Mancipia, plusquam centum milia hominum, Muzkquarum, captivorum, Mancipio detrusorum, de tullerunt ac captiuos abduxerunt. ea ipsa fuit causa quiete Vestre per Mansionis. Nunc autem Vtrumque Regnum Transalpinum, ac Moldauum. atque genus tartareum. ad Vos delegatum apertissime constat eciam ipse Akansy indomite, considerate Moniciones nostras, minime esse frustraneas,

Quoniam credite Vtrumque Regnum, cum ipsis tartaris, ac Akansys predictis in Vos seuire, Licet Myrchyae Vaywoda Iam sepissime supplicatus est coram sua Maiestate, Vt fortasse converteretis ad suam Maiestatem. Ire sue contra eos mote parceret, se autem tamquam contumaces Reluctarentur amplius, Numquam. suis supplicacionibus, prepeditus Eundem infestare Nollet. Quare consulo Vos, de Vestra Salute prouidete ipse Ettenim cesar Misit Ad Vos Literas hortatoriales, hominemque Mancipio obstrusum coronensem conciuem Remisit Vobis, considerate suam Erga Vos Beniuolenciam, cum Enim Waywoda Transalpinus eam erga Vos haberet seuiciam, Ut ipse Moldauus, Iam de Vobis dudum actum fuisset, Adhereamini Namque, huic Vestro Waywodae Myrchyae Strictissime. Omnem Enim Vestrum Negocium, Malum quoque presentem A Vobis Repellere suis precibus potest quid pluribus? haud incutit Vos timor alternanter Vt tam inclitissimum Regnum, cum sua Multitudine gentis cristiane Mancipio obtruditis. de quibus Racionem Redditurі magnam, fides Ettenim mea Longe difert a fide Christiunorum, Atamen condoleo, emissione, Regni Transilwani, plurima ettinim edulia ac fecula Bona in partibus Vestris a me consumpta sunt, condoleo ettenim, si me licet condolere quanto magis vos Liceat? Ceterum consulo Vobis de Negocio isto moderno Iam Imminentique Prriculo Vt omnem Vestrum cum domino Myrchyae Wayvode Negocium, decernatis, Quia ipse Negocium Illud Vestrum. tota intencione animi perficere potest. Ego Vobis hisce in Rebus plura seribere haud Valeo, qui plurimas ad Vos habuerim Moniciones atque hortamenta, Vestram deus conseruet. datum in castro nostro Transalpino feria quarta ante Egidy abbatis. anno 1552.

Aufschrift: Prudenti et Circumspecto domino Petro haller Magistro ciuium. ciuitatis cibiniensis. domino et Amico honorando.

CCLXII.

1552, 1 Sept. Scrisórea lui *Mircea-Vodă* către *Petru Haller*, stăruind ca Saşii să-i plătéscă Sultanului tribut.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Myrchye diuina fauente gracia Waiuoda dominus heresque perpetuus Terre Transalpinensis.

Prudens et Circumspecte domine, frater, et Amice Singularissime. Salutem et Nostram commendacionem. Redeat In Memoriam Eiusdem Quantis litteris, ac Monicionibus, Medio nostrorum Seruitorum factis Vos Monuerimus, ac de omnibus Vestris Negocijs, conseruacioneque Regni, ac tocius Reipublice appertissime consuluimus Vos. Nunc quoque Monemus. Eandem ostendendo erga Vos charitatem pristinam, quam Antea Erga Vos habuimus, Vt cesareae Maiestati adhereamini, omnemque Vestram prestrare fidelitatem, ac censum solitum persolui satagemini, Vt Antea solitum fuerat. Quo si prosequi Volueritis, Nos Racione tocius Reipublice Vestre. Regnique Vestri conseruacione ponemus fideiussionem, Ne In Minimo Vos lesurum fore presentemque dimouere Bellum, ac condescendi facere. Iuramus Vobis per deum Im Mortalem, qui Maiorem haud habemus, Quotsi Vobis Aliquid Mali acciderit, acceptato prius nostro consilio, sanguine

Vestro, coram Altaris sacramento taliter efuso. (Quod A winis acceptare Negatum est) palam Im presencia Effundere Valeamus, omnipotentis, ac Nobiscum conMunicare Quod corpori Negatur humano. Quoniam Nos eciam Antea Vos sepissime Monuimus, Nunc quoque Monemus condolemus ettenim de Vrstra Republica Amissioneque presentis Vestri Regni Inclitissimi, gauderemus Vtique fortune quam In commodo, ac perNiciei Vniuerse Vestre Republice, dum Turca Vellet sese Ad partes Vestras Numero decem Milia comffere in Reducendo eos ipsos, quantas facerimus Racione Vestre conseruacionis expensas, quos de Monyach Reduci fecimus, qui Mulctas, ac Mancipia eodem Regno Vestro Molire conati sunt, Qui Nos talibus affati sunt Verbis. Quare Inquiunt Nos haud sinis Transsilwanos Mancipari, ac Mulctaris, Tamen Stephanus Waywoda Moldauus Vndequaque in eos seuit, ac Mancipia plurima obtinuit Nos autem InVitos absque Mancipio Reducere conaris? Nos Auditis tantis Murmuribus ipsorum. Multis, expensis in eos consumptis Reduci fecimus, ac eos ipsos contentauimus, freti nostro consilio conuertimini ad imperatorem, literasque Vestras, cum hominibus Idoneis ac probis ad nos Iam citissime mittere curetis, eosque fidedignos homines, quos cum Nostro seruitore, Iam proxime ad imperatorem mittere Valleamus, proque conseruacione Vestri, ac tocius Republicae literas sancitas habeatis, Nos quoque ponemus Nos in fideiussionem ac filium Vnicum cum omnibus nostris Boyeronibus im presenciam sue Maiestatis, pro conseruacione Vestri Regni.

Ne quippiam Male Ab ipso imperatore, aut Moldawo, Vel de presente exercitu ahmet passe prope themeswar sito, vel Ab ipsis tartaris habeatis. Si Monicionibus nostris obtemperare Volueritis, Nos quidem Iam citissime per hominem Vestrum, Requisitum habueritis, Vt Exinde cesarem certifficare Valeamus, vt presentem dimouere Valeamus Exercitum Ac cincta tanta Multitudine Bellorum contra Vos, difficillime Reuerti potest Nos in A principio nostri officij, quantam Erga Vos fecerimus charitatem, precipue erga Vos cibinienses, ac coronienses siculeasque gentes ac Parcium distractarum Karansebes Circum Iacentys Waradiensibus, ciuitatum ac Incolarum Eiusdem, coram imperatore fuerimus fideiussores, et nunc sumus modo censum alias consuetum, ac Eandem fidelitatem prestare debeatis, si nostris obtemperare Volueritis Verbis bene quidem Alioquin quicquid Malj Ingruerit, Ne nobis imputetur, qui Vos satissuperest Monuimus et Certificauimus, de presentibus autem Nos statim certificaturi, si presentem Malum. A vobis dimouere Volueritis verba autem nostra et scripta, Ne Vobis frustranea Videantur, Eciam ante hisce temporibus, in literis Monuimus nostris, que omnia ab imperatore sumpserunt, ac A suis passis Exordium, De conseruacione Vestri Vestreque Reipublice gauderemus, et Exinde omnia Vobis Nota esse Voluimus se in Alijs Negocijs, omnem erga Vos ostendere Nostram fraternitatem. In his Vero (quod Maius est) Rebus Nature Vos tamquam dominos et fratres, comunicaturum consulturumque Vt presentem dimovere Valeatis Malum. Quos et felicissime Valere optamus. Datum in castro nostro, feria quarta ante Egidij Abbatis 1552.

Aufschrift: Prudenti et Circumspecto domino Petro Haller Magistro ciuium ciuitatis cibiniensis.

———————

CCLXIII.

1552, 1 Sept. Scrisórea câtorva *boierĭ moldovenĭ* către *Castaldo* şi *Báthory* despre mórtea lui Stefan-Vodă şi urcarea în scaun alui Alexandru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Magnifici ac Egregij Domini Amici nobis honorandi. Salutem ac amiciciam nostram perpetue paratam commendamus. Ex Litteras nobis missas ad Vnguem intelleximus atque bene cognouimus, in quibus ostenditis quo pacto Stephanus Voyuoda per prudenciam et industriam nostram. metam Vite sue impleuisset. Sed cerciores reddimus Dominaciones Vestras Magnificas, quod Deus omnipotens per innatam suam misericordiam ipsum interemit. Alleuans corda nostra. tociusque Regni, Vt nominato finem faceremus, Nam nemo nostrum tam Boyeronum quam eciam Incolarum Regni Moldauiae Libertatem corporis atque Animi habere potuit. Quare omnes per Tirannidem moresque pessimos suos occidere atque finire Volebat. Ceterum de Beneuolencia et amicicia et erga nos Boni consulimus ac reiterare studebimus. Dominum nostrum vero graciosum. Alexandrum Voyodam filium Benigne memorie Bogdanis Voyuody elegimus pro certoque ostendimus. In futurum ergo speramus in Creatorem Oternum fidem nostram ſyrmam semper, quam in aelapsis temporibus pessimi Tirrannis permanere. Ergo nos ipsos in quam Rem accomodare studebimus. Brevi per privatum Nunccium nostrum significabimus Dominaciones Vrastras in relique ſeliciter ac Bene Valere optamus. Ex Bachlonia die Decimo nono Mensis Septembris. Anno Domini M. Quingentesimo Secundo.

Prouisor Magnus ceterique Boyerones
Regni Moldauie.

Aufschrift: Illustrissimis ac Magnificis Dominis Iohanni Baptistae. Locumtenenti Regie Maiestatis et Andrea Bathory Palatino Transsiluany etc. Amicis nostris observandissimis.

CCLXIV.

1552, Septem. Raportul lui *Castaldo* către Regele *Maximilian* despre bunele disposiţiunĭ ale lui Alexandru-Vodă, noul Domn al Moldoviĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Catolica Regia Maiestas Domine clementissime.

Magno cum desiderio . . . (Nachrichten über Truppen, ihren Stand, einzelne Führer, und andere gleichzeitige Ereignisse; am Ende eine mit Chiffern vorkommende Anmerkung: . . . .) . . Quod reliquum est misit ad nos Alexander novus Vaiuoda Moldauus cum suis literis credentialibus quemdam suum qui refert ipsum esse tantumodo praenuncium duorum Oratorum quos sicut ex brevi ad nos missurus est, Et quod cum ipse in gradu illo constitutus sit Dei gratia primo, deinde

auxilio Maiestatis vestrae et Regis Poloniae, sitque ipse Christianus et talis esse vult donec viuat, et Maiestati vestrae seruire iam contra Turcas pro substentatione Regni istius, et sic se offert paratissimum; petit insuper alium qui sic penes me est cui de iure Transalpinensis Vaiuodatus pertineret, quum speraret occiso vel expulso Tyranno eius statum reponere, ut tanto melius una ambo ad communem defensionem et Maiestatis vestrae seruitium concordes esse possent; nos ei amica verba sicut decebat retulimus, sed quo ad Vaivodam istum, quamuis maxime interesset ambas prouincias illas amicas habere, Tamen quia Vaiuoda Transalpinus modernus nunc tractatum istum prae manibus habet, uisum est istud parumper differe, donec uideatur exitus non solum tractatus dicti ex quo nihil boni spero, sed eciam rerum Hungariae. Quia si Agriae subsidium afferetur, aut a se ipsa defendetur, adhuc bene sperari posset, sicut spero Maiestatem vestram, contentam et felicissimam uidere, Cui me quam humiliter possum comendatum facio. E Castris ad Zessebes constitutis die 25 7-bris 1552.

Eiusdem Maiestati Vestrae fidelis Seruitor

Ioannes Baptista Castaldus.

Aufschrift: Sacrae Catolicae Regiae Maiestati Romanorum Hungariae Boemiaeque etc. Domino Domino semper clementissimo.

CCLXV.

Raportul lui *Castaldo* către Regele *Maxilian* despre ştirile primite de la noul voivod al Moldovii în cea-ce priveşte intenţiunea Turcilor de a se retrage din Ungaria. 1552, 28 Oct.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima catholica Regia Maiestas Domine Domine clementissime.

Postquam ea omnia que usque ad hodiernam diem vigesimam octauam presentis mensis octobris acciderunt Maiestati vestrae perscripsi. Orator Alexandri moderni vaiuode Moldauiensis huc applicuit, ac per eum mihi Vaiuoda nuntiauit, quemdam nuntium reuersum esse, quem stephanus Vayuoda ad Principem Turcarum transmiserat, qui nuntius sibi pro certo retulit Regem Persarum omnes Turcarum Copias ad confinia sui Regni profligasse, et non solum omnia loca arcesque olim suas recuperasse, verum quedam etiam ipsius Principis Turcarum loca occupasse. Qua propter Rustan passa maxima cum celeritate ac cum omnibus copijs quas ex improuiso cogere potuit uersus illa confinia iter accepit, et ipso Turcarum Princeps in persona eo profectus esset nisi satis periculosa infirmitate premeretur. Qua clade compulsus vniuersum exercitum sub ahamet passa in hungaria militantem reuocare fecit, Dicit preterea Constantinopoli maximum terrorem ortum esse, uerentes ne secundogenitus cum inteligentia ipsius perse patri bellum inferat. Bassa autem ille, qui ad persarum confinia profligatus et captiuatus est, mox uiuus palo infixus et concrematus fuit, que omnia dictus moldauus me rogauit, ut tamquam verissima Maiestati vestrae nuntiarem, nam etiam si credat me prius hec intellexisse, fortasis non omnia tam clara et certa sunt renuntiata. Credentiam autem ipsius oratoris etiam si de verbo ad verbum per literas manu gasparis literati scriptas qui

inter nos interpres fuit Maiestati vestre Transmitam, in Substantia hoc concludit, quod cum Maiestati vestre ac suis ministris se Vaiuoda adeo obligatum videat, oratorem suum ad eandem mittere decreuit, cuius medio omnem humilem seruitutem et Amicitiam Maiestati vestrae policetur, Interim me rogauit ut ipsum tamquam Amicum et fratrem habere velim nam se mihi particulariter deuinctum esse cognoscit, nec unquam quantum in se erit protectioni huius regni, ac alijs rebus seruitium Maiestatis vestre concernentibus, cum persona propria et gentibus, est defuturus, Insuper me certiorem reddit, Hungaros huius Regni a Maiestate vestra deficere, ac ad eum effectum quem iudicare possum Turcis adherere velle, et meo iudicio hoc dicere voluit, ut filium Regis Ioannis in Regnum reducant, nam optime Moldauus hoc scire potest, cum Regis Poloniae sit amicissimus.

Dicit insuper quod si ahamet passa cum exercitu ex hungaria reuocaretur prout pro certo credit, Maiestas vestra pro Lippa recuperanda omnes conatus faciat, nam ipse cum copijs suis conabitur aliquos arces Turcarum sibi finitimas recuperare, quod sibi successurum sperat, et in omnibus rebus reciprocam auxiliorum corespondentiam cum ministris semper est habiturus, hoc enim se tamquam Christianum dicere afirmat et iurat et non eodem animo quo pater stephani Vayuode ac ipse Stephanus tirrani verba dare consueverant se vero non solum bonum Christianum esse, sed seruitorem et humilem amicum Maiestatis vestre; Concludit, quod si Christiani de perdendo Turca unquam accidisse, nam hij qui ad haec confinia remanebunt, nullum subsidium sperare possunt.

Preterea si uera sunt ea que a multis partibus mihi nuntiantur Ahmath Passa Beglerbegus et Passa Rudensis duci Mauritio obuiam proficiscuntur, Cassumbegus tribus millibus hominum et non vltra in Lippa ac Themeswario relictis, ipse cum duobus millibus selectis equitibus cum eiusdem se coniungere festinat, quod alicuius celeris expeditionis signum esse diiudico (Der unmittelbar nachfolgende Gesandtschaftsbericht gehört als Beilage zu diesem Schreiben).

CCLXVI.

1552, 28 Oct. Extras din darea de sémă a *solilor Moldoveni* despre dispoşiţiunile Voivoḑilor din ţĕrile române.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Legacio Wayuode Moldauiensis.

Primum Enumerauerat Petrum Wayodam, quocies ille fidem datam principibus Violasset, quem liberi quoque eius Elias et Stephanus sequuti, in ea perfidia semper reperti Extitissent, Maxime Vero Stephanus, qui cum per oratorem suum Maiestati Regie Jurasset, se A fidelitate Regis non discessurum, postea Vero Immemor fidei sue, Vnacum Thurcis Regnum Transiluanie Inuasisset, ferroque et igne pleraque loca Vastasset, Vbi multi christiani, a Thurcis in Seruitutem abducti essent.

Verum cum parens suus Stephanus Wayuoda illiusque Maiores, singulari semper fide in Rempublican christianam Extitissent, Nec et ipse alienum aliquid a Maioribus suis faceret, Sacre Corone, Maiestati Regie, et Regno quoque se fidelem futurum promittit.

Nunciavit preterea de clade quam princeps Thurcarum a persa Accepisset, Vbi passam precipuum, et qui Exercitui praeerat, interceptum esse, et viuum in manus per-

sarum delatum esse, et Viuum affixum ad Ignem assatum Nunciauit, delato illius Exercitu, Vt pauci Ex eo euasissent, Et quamuis Princeps Thurcarum, receperat. Nunquam Rustannum passam in aliquam Expedicionem se missurum, quin Comitem se illi Adiunxisset, tamen cum tanta Celeritate premeret Necessitas, Nec per Valetudinem illum sequi posset, Maioribus quibus potuit copijs illum Expeditum dimisit, solus Vero Constantinopoli Valetudinarius decumbit.

Mandasset preterea et Ahmat Basse, Vt relicta Hungaria Ad se quo cicius fieri posset properaret, cum vibi Vltima Nunc in hostem Immineret Necessitas.

Hoc ipsum et Sanchaco, qui ad Barillam erat cum Transalpinensi Wayuoda Coniunctus Cesarem Mandasse, et qui in finibus Moldauie fuerat, Wayuoda ipse Nunciauit Vt omnes Vires suas Vndique propter persam contrahere cogeretur.

Numquam igitur Maiorem occasionom recuperandarum amissarum Arcium, oblatam fuisse, quam Nunc Wayuoda Indicat, hortaturque Vt Nunc Themewarium, Lyppa, Beheque et Bechkereke obsideretur, de qua re Ubi Wayuoda cercior fieret, subito et ipse Arces Turcicas in finibus Moldauie sitas, esset obsessurus, Quando quidem Thurci qui in hungaria sunt, Nullum a Cesare presidium essent habiturj. (gar keine Unterschrift).

Aufschrift: Legatio Oratoris Vaiuode Moldauiensis, qui adhuc hic penes me est. (d. h. bei Castaldo).

CCLXVII.

Raportul lui *Castaldo* cătră Regele *Ferdinand I.* despre noua schimbare de Domnĭ petrecută în Moldova. 1522, 21 Oct.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

(Aus Buchholz. Geschichte Ferdinand I. Band IX).

Pag. 609, No. XIII. (Zaszebes 21. October 1552). Bericht des Castaldo an K. ferdinand über die in der Moldau stattgefundene Umwälzung.

Promiseram Maiestati Vestrae seriem et successum mortis Vaiuodae Moldaui perscribere, quod postea diversarum occupationum causa in hanc usque diem dilatum est. Nunc sciat, quod cum Seghesuarii essemus, venit quidam ex Bojaronibus Moldauis principalis, bene comitatus et bonae praesentiae vir, cum 25 pulcherrimis equis turcicis, et tam ipse, quam sui omnes satis bene instructi, sed nominis ejus non recordor. Is me in secreto noctu convenit, et requisita prius licentia libere loquendi, ac impetrata securitatis promissione, narrauit, se ex Moldauiae confinibus venire, et cum Stephanus Vaivoda esset Tyrannus et nominis christiani hostis, ipsisque Turcis pejor, ipse cum quibusdam aliis tractauerant eum interficere, quod si è voto succederet, crearetur alius, christianus, probus, qui tunc in Polonia erat, Maiestati Vestrae semper obsequens et seruitor foret. An vero Stephanus talis esset, breui videretur, quia cum exercitu regnum istud aggrederetur. Rem uero facilem sortituram dumodo ego generaliter ad omnes Bojarones tam ad eos, qui in Moldauia, quam ad alios, qui in Polonia erant, literas darem, quibus eos contra Stephanum stimularem. Quae quidem literae demum per

manum Gasparis Pesthiensis factae, ei datae fuerunt, ejus quoque credentiam continentes. Postremo antequam recederet, subjunxit, quod ubi tractatus iste non è voto succederet, offerebat se cum 200 equitibus et forsan pluribus in seruitio Maiestatis Vestrae dumodo stipendium daretur, quod non solum nomine Maiestatis Vestrae promisi, sed et litteras patentes dedi. — Vix discesserat ille cum 2 Vaiuodae nuntii affuerunt, quorum alter in comitiis Posoniensibus ad Maiestatem Vestram ipsius Vaiuodae orator uenit, Alter vero villarum et arcium, quas in hoc regno Vaiuoda possidet, curam habebat, petebantque illum nobillem tamquam Vaiuodae eorum Domino infensissimum retineri. Mihi visum est iis uti artibus, quibus Vaiuoda quoque nobiscum uti solebat, et monito prius nobile ut quam citissime abiret, sicuti iam abierat, nuntiis Vaiuodae dedi literas, ut ubicunque esset comprehenderetur et ad me pertraheretur, quibus nuntii a me satisfacti discesserunt. Post haec uenerunt ad me ambo isti qui pretendunt eis spectare vaivodatus illos unus Transalpiniae, alter uero nomine Alexander Moldaviae, quorum utrique stipendium 15. equorum dabam, concludentes quod si ego literas ad Bojarones Moldaviae in eis Alexandri favorem dedissem sperabat Stephanum aut occidere aut expellere. Quae quidem literae factae et communiter subscriptae ab Andrea Bathor et me fuerunt ac Bojaronibus missae. Niscio, si istae vel primae literae nostrae (inter utrasque enim intervenit mensis unius spatium) dum in secreto legerentur, a duobus ex Bojaronibus Stephani potioribus, quorum alter curam exercitus, alius pecuniarum et redituum ipsius Vaivodae habebant, detecti et intellecti fuerunt a quodam puero, qui statim Vaivodae retulit, ipsos in secreto literas Generalis Maiestatis Vestrae legere. Ipse vero, sicuti semper dubitabat, eodem instanti, vocavit ad se duos alios, ex principalibus etiam, sed juvenes, quibus dixit: cras vestrum alteri curam exercitus dabo, alteri autem Thesaurariae, subintelligens forsan velle alios, qui talia offitia tenebant, non solum illis, sed et vita priuare. Juvenes illi aut inadvertenter aut studio rem eisdemmet suspectis propaluerunt, qui considerato imminenti periculo eorum propositum maturare decreverunt, et sic in sequenti nocte eum occiderunt. Quo mortuo statim mater quemdam alium ei suffecit, sed occisores absque mora miserunt pro Alexandro, qui tamen tunc alio nomine vocabatur et auxilio regis Poloniae Vaivodam eum, primo depulso creaverunt. Qui quidem Poloniae rex ad hunc finem semper eum intertenuerat, voluit autem nominari Alexander quia sic nominatur iste, quem dicunt verum et legitimum heredem esse, et cui ipse nuntiavit, quod sibi non jugeat hoc, quia studebit eum substinere, et citra dominium omnia possibilia beneficia praestare. Nobis uero misit literas, quas Maiestati Vestrae traesmisimus; sic quoque Bojarones, dicentes quod paulo post alium oratorem ad nos missuri erant, concludentes velle partibus Maiestatis Vestrae adhaerere, eidemque contra quoscunque servire quod facturos esse credo, sed in casu filii regis Ioannis dubito potius ipsi quam Maiestati Vestrae adhaesuros. Si vero Maistati Vestrae casus iste aliter descriptus ab aliis fuisset, veritati me remitto, sed id, quod mecum tractatum est, et, ego intellexi est sicut supra narravi. Maiestati Vestrae omnem et diutinam felicitatem praecor in eiusque gratiam servitia mea humiliter comendo. E. Zassebes die 21 Oct. 1552.

Sac. Cat. Maiestatis Vestrae.

fidelis servitor

Ioannes Bapt. Castaldo.

CCLXVIII.

Raportul lui *Castaldo* către Regele *Maxmilian I.* despre o conjurațiune plănuită de mai mulți boeri contra lui Stefan-Vodă din Moldova. 1552, 21 Oct.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Catolica Regia Maiestas Domine Domine semper clementissime.

Promisseram Maiestati Vestrae seriem et successum mortis Vaiuode Moldaui perscribere, quod postea diuersarum occupationum causa in hanc usque diem dilatum est. Nunc sciat quod cum Seghesuarij essemus uenit quidam ex Boiaronibus Moldauis principalis, bene comitatus et bone praesentiae uir, cum uigintiquinque pulcherrrimis equis Turcicis, et tam ipse quam sui omnes satis bene instructi, sed nominis eius non recordor. Is me in secreto noctu, conuenit, et requisita prius licentia libere loquendi, ac impetrata securitatis promissione, narrauit se ex Moldauie confinibus uenire, Et cum Stephanus Vaiuoda esset tyrannus et nominis Christiani hostis, ipsisque Turcis peior, ipse cum quibusdam alijs tractauerant eum interficere, Quod si e uoto succederet crearetur alius cristianus, probus, qui tunc in Pollonia erat, et Maiestati vestrae semper obsequens et seruitor foret, An uero stephanus talis esset breui uideretur, quia cum exercitu Regnum istud aggrederetur, Rem uero facile sortituram dummodo ego generaliter ad omnes Boiarones tam ad eos qui in Moldauia, quam ad alios qui in Pollonia erant litteras darem, quibus eos contra stephanum stimularem, Quae quidem littere demum per manum Gasparis Pesthiensis factae, ei datae fuerunt, eius quoque credentiam continentes, Postremo antequam recederet, subiunxit quod ubi tractatus iste non e uoto succederet offerebat se cum ducentum equitibus et forsan pluribus in seruitio Maiestatis Vestrae, dummodo stippendium daretur, quod non solum nomine Maiestatis Vestrae promissi, sed et litteras patentes dedi, vix discesserat ille cum duo Vaiuode nuntij affuerunt, Quorum alter in comitijs Posoniensibus ad Maiestatem vestram ipsius Vaiuodae orator uenit, Alter uero uillarum et arcium quas in hoc Regno Vaiuoda possidet curam habebat, petebantque illum Nobilem tamquam Vaiuodae eorum Domino infensissimum retineri. Mihi uisum est ijs uti artibus quibus Vaiuoda quoque nobiscum uti solebat, Et monito prius Nobile ut quam cittissime abiret, sicuti iam abierat, nuntij Vaiuode dedi litteras, ut ubicunque esset, comprehenderetur et ad me pertraheretur, Quibus nuntij a me satisfacti discesserunt. Post haec uenerunt ad me ambo isti qui pretendunt eis spectare vaiuodatus illas vnus Transalpine, alter uero nomine Alexander Moldauiae, quorum utrique stippendium quindecim equorum dabam, concludentes quod si ego litteras ad Boiarones Moldauiae in eius Alexandri fauorem dedissem, sperabat Stephanum aut occidere, aut expellere, Quaequidem litterae factae et communiter subscripte ab andrea Battori et me fuerunt ac Boiaronibus missae. Nescio si istae uel primae litterae nostrae (inter utrasque enim interuenit mensis unius spatium) dum in secreto legerentur a duobus ex Baiaronibus stephani potioribus, quarum alter curam exercitus, alius pecuniarum et redditum ipsius Vaiuodae habebant detecti et intellecti fuerunt a quodam puero, qui statim vaiuode retulit ipsos in secreto litteras Generalis Maiestatis vestrae legere, Ipse uero sicuti semper dubitabat, eodem instanti uocauit ad se duos alios, ex principalibus etiam; sed iuuenes, quibus dixit cras uestrum alteri curam exercitus dabo, alteri autem Thesaurariae, subintelligens forsan uelle alios qui talia offitia terebant, non sollum illis, sed et uita privare. Juuenes illi aut inaduertenter, aut studio, rem eisdemmet suspectis propalauerunt, qui considerato imminenti periculo eorum propositum maturare decreuerunt, et sic in sequenti nocte eum occiderunt, Quo mortuo statim mater quemdam alium ei suffecit, se occisores absque mora misserunt pro Alexandro qui Tamen Tunc alio nomine uocabatur, et auxilio Regis Poloniae vaivodam eum, primo depulso, creauerunt, Qui quidem Polloniae

Rex ad hunc finem semper eum intertinuerat, voluit autem nominari Alexander quia sic nominatur iste quem dicunt uerum et legitimum heredem esse, et cui ipse nuntiauit quod sibi non pigeat hoc, quia studebat eum substinere, et citra deminium omnia possibilia beneficia praestare, Nobis vero missit litteras quas Maiestati vestrae transmisimus; sic quoque Boiarones, dicentes quod paulo post alium oratorem ad nos missuri erant; Concludentes velle partibus Maiestatis vestrae adherere, eidemque contra quoscunque seruire, Quod facturos esse credo, sed in casu filij Regis Ioannis dubito potius ipsi quam Maiestati vestrae adhaesuros. Si uero Maiestati vestrae casus iste aliter descriptus ab alijs fuisset, ueritati me remitto, sed id quod mecum tractatum est et ego intellexi est sicut supra narraui, Maiestati vestrae omnem et diutinam felicitatem praecor in eiusque gratiam seruitia mea humiliter commendo. E Zassebes die XXI octobris. 1552.

Sacrae Catolicae Maiestatis vestrae

fidelis seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift: Sacrae Catolicae Regiae Maiestati Romanorum Hungariae Bohemiaeque etc. Domino Domino meo semper clementissimo. — (Anmerkung der Kanzlei: Responsum 8 Nouembris).

CCLXIX.

1552, 30 Oct. Raportul lui *Castaldo* către Regele *Maximilian* despre stăruințele lui Petrovich de a ridicá cu ajutor turcesc pe fiiul lui Zàpolya în scaun.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ab aliquibus etiam exploratoribus fidedignis intelexi MAhmuthum Dragomannum Chiaussium ad Petrum Petrouyth profectum esse, ut restitucionem filij Regis Ioannis in Regno concludat et quod ipsi Petrouithio committatum Themesiensem sub pristina forma sint concessuri, que omnia etiam si hactenus non crediderim, postquam Literas Reginae Isabellae quasi protestatorias accepi aliquam fidem his adhiberi incipio eo maxime quod Dominus Bathori Vicarius Albensis et alij multi quotidie de suspicione defectionis Hungarorum me certiorem faciunt, que res a Moldauo nunc confirmatur, ultra ea signa que quotidie euidentissima cognosco, quopropter ii Turcae retrocesserint, necessarium iudico ut Dux Mauricius versus Varadinum se recipiat . . . (und fährt mit Vorschlägen über den Anführer Mauritius, sich selbst, und Franciskus Kendi fort, und bespricht den zu befürchtenden Abfall der Ungarn .) Regiam Maiestatem vestram felicissimam valere cupio. Datum ex castris die XXX. Octobris 1552.

Eiusdem Maiestatis Vestre

fidelis Seruitor

Ioannes Baptista Castaldus.

Aufschrift: Sacratissimae catholicae Regiae Romanorum Hungariae Bohemiaeque Maiestati etc. Domino Domino meo clementissimo. — (Kanzleianmerkung: Responsum 8. Nouembris. 1552).

CCLXX.

Scrisórea lui *Mircea-Vodă* către judele din Braşov *Ioan Begner*, căruia i se plânge, că boerii ce-l duşmănesc sunt trimişi în ţară. 1552, 5 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Myrche dei gracia Wayuoda et dominus Verusque heres Regni Transalpinensis.

Prudens et Circumspecte domine nobis Amice Vicineque honorande. post Salutem et nostri commendacionem. Meminit Vestra dominacio quod in multis bonis ac Vicinitate bona vobis fuimus in multis Vicibus et quociens (sic) Vos a multis inimicis Vos defendiuimus. Sed Vos nobis haduc (sic) nihil Seruicium non monstrastis, Iam pridie Seruitores nostri propter Vos vsque ad Tolmach ambulauerunt in simul cum domino Aly-Chawz et conquesti fuerunt satis de conseruacione Regni Vestri cum domino Petro Haller et propter vos vsque ad portam Imperatoris destinauimus seruitores nostros et vobis Regnoque Vestro bonam relacionem Aduxerunt Intantum quod Karansebes ac Logos in vno Censu vel Tributo debent esse, et intantum laborauimus quod eciam Lyppam promiserunt. Sed nos nessiuimus quod Vos cum tali graciarum accione vultis esse Vt inimicos nostros in partibus Regni nostri misistis Intrare cum Tali artificio quod dicitis quod sine scitu Vestro super nos Venerunt, si Iam ita actum est Tamen illi profugi boyari habent Vxsores filios et filias et sicut decet puniantur Tanquam tales qui Talia disturbia inter Regna incipiunt. in istis Videbimus si Nobis Amicis Vultis esse Vt de Talis aliquid Seruicium monstrabitis sicut nos Vobis monstrauimus ac fecimus quod Vos vidistis Ceterum quid Vobis Valentinus Tot nomine nostro Vobis dixerit fidem eius Credere Velitis Sicut nobis. deus conseruet Vos. datum ex Bokoresch Sabato die post festum omnium Sanctorum Anno domini 1552.

Aufschrift: Prudenti et Circumspecto domino Ioanni Begner Judici Brassouiensi Amico Vicinoque nostro semper honorando.

CCLXXI.

Scrisórea *Ceauşului Ali* către judele din Braşov *Ioan Begner*, încredinţându-l despre bunele intenţiuni ale lui Mircea-Vodă. 1552, 5 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Litere Aly Chiaus ad Judicem Brassouiensem.

Prudens et Circumspecte domine nobis Amice honorande. post Salutem nostrique commendationem. Meminet vestra dominatio quomodo in simul concuesti fuimus cum Magistro Ciuium in Tolmach pro conseruacione Regni vestri et nos illud seruicium in simul cum Magnifico domino Myrche Wayuoda curam gessimus apud Inuictissimum Imperatorem et nos vobis a porta Imperatoris bonam relacionem aduximus. Sed quando

venimus in partibus Regni Transalpinensis in alia verba dedimus quod profugi boyari, qui inter vos sunt venerunt in partibus Transalpinensis, nos, ista non cogitassemus vobis mitere facienda. nam si ista Imperialis porta audient, quid dicunt de vobis, nam si Myrche Wayuoda fideiussor non fuisset propter Regnum vestrum, Tamen melyus fuisset achmath Basse venire in partibus vestris ac occupare omnia vestra, sed propter ipsum vos in pace estis ac bona vestra in manibus vestris permanserunt, Vos dicitis quod sine scitu vestro profugi Boyari ista fecerunt, si ita ista jam sic accidit. dominatio vestra sitis quod habent ipsi filios et consanguineos ac vxsores et propter talia facta quod jam inceptus est puniantur sicud (?), qui talia disturbia inter Regna incipiunt, in istis intelligemus quod si vobis Mirche wayuoda bonus fuit propter ipsum aliquid seruicium laborabitis vt ad videndum fiet sicut ipse vobis fuit. Iam istum seruicium in quibus apud portatam (sic) Imperatoris fecimus et ambulauimus. et die noctuque non pasauimus quid ex istis erit Aliud si vobis Mirche Wayuoda bonus amicus non fuit et vobis Bonum non fecit, nessimus (sic) in isto mundo vbi talem amicum inuenistis et cum ipso intelligenciam non habuistis et non sensistis bonitatem. ipsius, Vos non estis homines. cum quibus decet homines loqui quia nec auditis nec intelligenciam abetis (sic). Deus conseruet vestras dominationes. Ex Bokorest sabato die post omnium Sanctorum Anno domini 1552. Aly supremus Chauz ac Wysyrius Inwictissimi Imperatoris.

A tergo: Prudenti et circumspecto domino Ioanni Begner Judici Brassowyensi Amico et vicino nostro honorando.

CCLXXII.

1552, 9 Noem. Raportul lui *Castaldo* cătră Regele *Maximilian* despre stăruințele lui Mircea-Vodă, ca Sașii să plătéscă Sultanului tribut și despre spriginul acordat de Pórtă fiiului lui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Catolica Regia Maiestas Domine Domine mi clementissime.

Binas litteras Maiestatis vestrae die penultima octobris accepi, et credo iam eo peruenisse tabellarium, cum quo eidem inter alia missi copiam litterarum per Transiluanos istos Turcarum Imperatori scriptarum circa tractatum tributi. Quas spero pro satisfactione Maiestatis vestrae esse, Quia quamuis non manifeste, tacite tamen petunt posse sub Maiestatis vestrae obedientia et dominio esse, Quando autem Maiestas vestra de illis satisfacta non remaneret, in futurum ad ullam conclusionem non deuenietur, si tamen illius prohibitis in mea erit facultate, quin iuxta uotum et ordinem Maiestatis vestrae sit, sed dubito quod de hoc excusati erimus quia Turca non obstante quauis clade in Persia accepta Insuper non tam leuiter loca tot sumptibus et laboribus occupata restituere contentabitur, sicuti petitur, solutionem autem tributi sub eorum tantummodo simulatis uerbis incipere uanum esset, Tantomagis cum Vaiuoda Transalpinus his diebus preteritis extra omne propositum et conclusionem scripserit Petro Haller, quod dum Chiaussius redierit, tributum exigere, et in suas manus reponere deberet; cui respondere feci tributum iam esse exactum, et in conuenienti loco repositum, Et quamprimum in signum sibi reddite Imperatoris gratiae Temesuar et lippa restituerentur statim cui necessarium erit persoluetur, Quid uero denuo scripserit ex alligatis Maiestas vestra

uidebit, Quae sciat quod quamuis originalia ista litterarum Ilamet ad manus nostras deuenerint, multe tamen aliae copiae per Regnum nescio quomodo sparsae sunt, et reperientur qui eis aures prebeant, et qui si vires Voluntatj conformes haberent, forsan hactenus filium Regis Iohannis introduxissent, cui in summa generaliter isti omnes inclinati sunt, Qui vna et qui alia de causa, plebs propter disturbia et damna Passa quae continue patiuntur a militibus, quae in effectu ingentia fuerunt et sunt. Alij uero alijs de causis, Videtur mihi praeterea comprehendere quod ad eundemmet tendat finem Vaiuoda Moldauus Regi Poloniae astrictus et adhaerens qui male contentus in effectu remanet eo quod sibi uideatur sororem et nepotem a Maiestate vestra deceptas fuisse. In confinibus istis uerissimum est id, quod Maiestati vestrae indicatum est praesidia valde aucta fuisse, tali modo quod in trium dierum spatio ex Themeswario, Lippa, Beche Cheanad et alijs locis affirmant posse ad decem vel duodecim equitum millia conflare, quibus eorum libito non obstante quacunque hyeme possunt huc ingredj ubi nullum reperient obstaculum, quia omnes equites Hungari nil demum uerbis meis proficientibus passu Dere (sic) derelicto abierunt, dico penitus omnes sub diuersis excusationibus sed in summa propter solutionis defectum, et incipiendo a Francisco Kendj Cassouiam petens suos centum secum eum abduxit, Ioannes Kendefy in Hungariam cuiusdam litis causa redire coactus cum suis centum abijt, Ioannes Turock suas pecuniae defectus causa dimisisse libere professus est, et sic ceteri omnes, qui ad summam sex integrorum ascendebant, quibus ego non destetj, quae mihi possibilia fuerunt subsidia dare, sed postremo non suffecerunt, ita quod in illo passu remanent tantummodo Vna Hispanorum et tres Germanorum cohortes quae contra equitatum paruo sunt usui imo illis non parum timeo, quia Turcae ad quattuor miliaria prope facti sunt, et in una nocte illis superuenire possunt, Ego continue cum Vaiuoda et alijs pro aliquo remedio laboro, sed hucusque parum profeci, nec proficere spero ni remedium sit pecunie quae inde ueniunt. — (Nachrichten und Aufzählungen der Truppen u. ihr Treiben; dann kommen Beschwerden über Geldmangel zur Bestreitung des Soldes, da sie (d. Truppen) bei rückständigen Solde ihre Dienste versagen . . .) Si enim res tranquillae manerent, nec in Regno noui tumultus orirentur, nulli dubium est, quod sufficeret praesidium Deuae constituendum. Quod ad minus bis mille hominum pro maiori parte equestrium iuditioque Vaiuodae, imo etiam et meo Hungarorum esse debet, sed ex antedicta suspitione, omnibusque alijs de causis nullo modo mihi probatur, absque alio quoque presidio Regnum esse relinquendum. — (Es müssten Truppen entlassen werden wenn, kein Geldleistung erfolgen sollte; ihr sträfliches Treiben nimmt trotz aller Strenge zu, und der Truppenstandt beschränkt sich auff wenige Spanier und zwei deutsche Cohorten; weiter entschuldigt er sich wegen des Treibens des Aldana . .). Ipse Vaiuoda petierat a me dono Chiaussium sacerdotem Turcicum, quia a morte fratris Georgij detentj fuerunt. Ego eum Maiestati vestrae remissi cui hoc scribere uolui quia mihi uideretur adhuc retinendos esse. Tamen suum est mandare, meum uero mandatui parere . . . (Bedarf der Reformirung der Spanier u. ihre Flucht. — Stand der Besatzung in Cibinium, und der Unwille der Bürger die Soldaten zu nähren). Ex ipsis computis quae Maiestati vestrae mittuntur uidebit, quam ingentem summam in isto tempore ab hoc Regno extorsi, et quomodo expendita est, nunc omnia expleta sunt imo aliqua essent restituenda. Mirantur profecto ex istis aliqui quomodo ego potuerim id quod nulli eorum Reges, Qui cum nullas huiusmodi molestias eis darent, raro tamen sub eis quiescebant, sed hoc potuit fortuna Maiestatis vestrae, cui perpetuam felicitatem Regnorumque accessionem Deus concedat. E castris ad zessebes constitutis die IX. nouembris. 1552.

Sacrae Catolicae Regiae Maiestatis uestrae — fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift: Sacrae Regiae Maiestati Romanorum Hungariae Bohemiaeque etc. Domino Domino meo semper clementissimo.—(Kanzleianmerkung: Responsum 26. Nouembris).

CCLXXIII.

1552, 12 Noem. Raportul lui *Castaldo* către Regele *Maximilian* despre starea afacerilor din Ungaria și Ardél.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Catolica Regia Maiestas Domine Domine semper clementissime.

Quia mittitur Maiestati vestrae extractus omnium expensarum hic factarum uisum est conuenire mei quoque particularis rationem reddere . . . . . (Ietzt geht er die von ihm gemachten Kosten einzeln durch, und darauf im 2. Absatz).

Cataphracti schenae hodie hinc discesserunt, Alij Caroli scherottini qui hic semper sub Nicolao Mirsgosky eius locumtenente remanserunt pariter abire volebant, sed precibus meis adhuc remanere contenti fuerunt. Et profecto semper modestissime et optime se gesserunt. Vnde omnem laudem et gratiam merentur.

Ad deuam cum neminem aptiorem haberem cum consensu Vaiuode[1] deputaui Paulum Banc eius Viceuaiuodam, Qui ibi usque ad sextam anni futuri diem manebit . . (u. fährt in obiger Aufzählung weiter fort . . . . .). Interea Maiestas vestra meliorem prouisionem facere dignetur, cui fidelia seruitia mea humillime comendando omnem felicitatem a Deo maximo sibi et serenissime eius proli deuotissime precor. E Zassebes die XII nouembris. 1552.

Sacre Catolicae Maiestatis Vestrae

fidelis seruus

Ioannes Baptista Castaldus.

(Die Nachschrift enthält die Nachricht von der Bezahlung und Musterung der Truppen, die (letztere) von Comes v. Elfenstain verweigert wurde, auf den wegen beabsichtigter Geldunterschlagung der Verdacht fällt . . . .). Cataphracti hodie hinc abierunt, Missi Paulum Banc Viceuaiuodam ad passum Deuae, remanet ut mittam gentes quibus illum defendere queat, circa quod laboro. Datum prout in litteris die XII nouembris.

Aufschrift: Sacrae Catolicae Regiae Maiestati Romanorum Hungariae Bohemiaeque etc. Domino Domino meo semper clementissimo.

Kanzleianmerkung: Castaldus de 12 Nouembris. Responsum 26 eiusdem mensis 1552.

---

1) Nämlich des Waiwoda von Siebenbürgen.

CCLXXIV.

Scrisórea lui *Martin Weisz* către *Petru Haller* despre înfrângerea suferită de *Mircea-Vodă* şi despre căderea lui în mânile lui Radu-Vodă. 1552, 19 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Prudens et Circumspecte domine mihi plurimum honorande. Salutem et mei Commendacionem. Hac hora Vespertina ad me Venerunt duo Bogierones ex Transalpinensi terra, qui mihi retulerunt. Wayuodam Myrche, feria tertia proxime preterita, dum in castris esset, cum fratre suo Bano, ex suis Bogieronibus Quadraginta septem, capitibus plecti fecisse, ob suspitionem proditionis, et quod rem inclinare Vellent ad Wayuodam Radul, qui hinc ingressus est, Hoc factum crudele cum Viderent ceteri Bogieri, et sibi pari modo euenturum, iudicarent, relicto Wayuoda Myrche, ex castris egrediuntur clam, et ad alium Wayuodam accedunt. Neque secum mansit, nisi Vulgus passim collectum, et Quingenti Thurcae, cum Quattuor Wayuodis Thurcicis. Wayuoda et exules cum certo exploratum haberent, quomodo res Myrche staret, sequenti die, hoc est feria quarta transacta, Wayuodam Myrche aggrediuntur, conflictum habent, et ipsum Wayuodam in fugam conuertunt, Victoriaque pociuntur. Referunt Nuncij, quod ipsis Videntibus Banus esset occisus, hoc denique referunt Bogieronem Ztanyla, secum acceptis equitibus-quos habere potuisset, melioribus et celerioribus post Wayuodam Myrche accelerasse, eumque Viuum in potestatem redactum, in castra adductum, Atque hoc modo Wayuodam Radul et Exules insigni Victoria Potitos esse. Ceciderunt in eo conflictu, duo, Wayuodae Thurcarum.

Cum interrogarem Nuncios, quis illos huc misisset, et ne Verba mihi darent, cauerent, illi responderunt: se a nemine missos, sed ne tali nuncio afferendo, ab alijs preuenirentur, ipsi suo sponte Venissent, et si Verbis fides non adhiberetur, Volunt Vt captiui detineantur donec ab alijs eadem perciperent, dicunt se ijs interfuisse, oculis Vidisse que referunt, Preterquam, cum Ztanyla rediret, in Castris noui Wayuodae, omnia tormenta bellica, que a Myrche recuperassent, demissa, et Myrchem captum in castra afferri conclamatum, esset, dum hec gererentur, ipsos huc accelerasse. hec dominacioni Vestre communicare Voluj. Ex Cibinio die Sabbathi ante Catherine. 1552.

Martinus Weyss.

Aufschrift: Prudenti et Circumspecto domino Petro Haller Magistro ciuium Cibiniensium, domino plurimum obseruando. — (Kanzleianmerkung: Litterae ad Petrum hallerum de captiuitate Transalpini. 19. Novembre).

CCLXXV.

1552, 20 Noem. Raportul lui *Castaldo* către Regele *Maximilian* despre situaţiunea imperiuluĭ turcesc şi despre planurile luĭ Mircea-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima catholica Regia Maiestas Domine Domine clementissime.

Accepi litteras Maiestatis vestrae datas ad diem octauam presentis mensis nouembris, et quia non possum nisi arbitrari prolixitatem mearum litterarum eidem tedio esse, quanto breuius potero Maiestati vestrae respondebo, nam certe nulli magis quam mihi breuitas placet sed cum uideam alios ueritates rerum celare, ut a Maiestate vestra molestanda litteris suis se abstineant, cogor pro Maiestatis vestrae seruitio ea omnia que indies accidunt eidem minutim significare et si negotia de quibus mihi scribere contingit tedium afferunt, credat ea me dupliciter molestare, primo in his tractandis et hic sustinendis, et postremo Maiestati vestrae scribendis, cui nonnisi iucunda et grata scribere cuperem.

Et ut primo articulo litterarum Maiestatis vestre respondere incipiam, mihi mirum in modum gratum et iocudum (1) fuit audire. quod nouitates ex venetia allate, his quas à Vayuoda Moldauo et ab alijs qui ex constantinopoli ueniunt de prospero successu belli regis persarum audiuimus conformes reperiantur, nunc autem ab allio nuntio qui ex constantinopoli reuersus est et petrum hallerum est aloquutus, inteligimus magnam esse suspitionem de Morte Principis Turcarum. qui ante multos dies ultra mare profectus erat, et propterea Ianizari in constantinopoli tumultuare inceperant et a Rustano Bassa pecierunt ut Principem ipsum sibi ostenderet, aliter ciuitatem in predam uerterunt qui Rustanus illis policitus est in quinque diebus se principem ostensurum, et aliqua parte Ianizerorum secum accepta naues ascendit et ultra mare traiecit. sed quomodocumque res se habeat magis ad successus istarum partium quam ad ea que in persia geruntur mihi est inspiciendum, nam licet ahamet Passa ex hungaria cum exercitu sit reuocatus Kassubeghus Gubernator lippe per montes non procul ab Albaiulia excursiones fecit, et gentium numerum indies magis ac mapis augere non pretermitit, audimus enim de presenti ex litteris Pauli Banck quarum exemplum Maiestati vestrae transmitto, sibi quattuor sangiacorum uires accesisse, que congregacio ex his maxime suspitionibus quas inferius per secretas notas enarrabo mihi satis dubij affert ne cum regnicolarum inteligentia fiat nam ex bona parte audiuimus unum ex primatibus huius regni de Reducendo filio regis Ioannis plurimum laborare, et hunc ipsum chiaussio Turcico scripsisse ne medio petri halleri pacis concordationem tractaret, quod nunc uerum esse satis euidenter perspicio, nam Turcicus ipse Chiaussius ut Maiestas vestra ex anexis litteris Mirche uayuode cognoscere poterit in Transalpina reuersus est, sed Tractationem pacis non amplius cum petro hallero sed per alios tractare uelle uidetur, unde mihi persuadeo in hoc tractatu ipsum Chiaussium nouam viam inuenire uelle.

Ad excursiones et conatus Lippensium reprimendos, duas cohortes hispanorum et quatuor germanorum, tres scilicet comitis ab helffenstain et aliam ex Regimine Colonelli brandais cum sexcentis equitibus hungaris Deuam Transmisseram, et alias septem cohortes ipsius comitis ab helfenstain in Zasuaros loco ab deua duobus milibus distante ad hanc causam colocaueram, sed germani in ambobus istis locis taliter se gesserunt tam in domibus detegendis, quam in pecudibus occidendis, ac omnibus alijs rebus depredandis, ut nobiles sepissime conquesti sint quod eos amplius tolerare non possint, et demum etiam sunt protestati quod se armis ab huiusmodi incurijs defendere cogebantur,

1) iucundum.

Propterea cum gentes Maiestatis Vestre ab Regnicolis tanto odio prosequantur, et nullum fere seruitium nunc exibeant, nec passus bene custodiant, quia per diuersa loca ad frigus et famem expellendam milites sunt sparsi, nec in vnum Contineri possunt, Dominus Vayuoda Bathori ac ceteri consilliarij in ea sententia persistunt ut ad istius passus custodiam duo mille Equites hussarones, et quingenti cataphracti deputentur, sed inprimis hoc est presuponendum ut mensualiter persoluantur, nam si aliter fieret aliquando passus desererentur; quia ut Maiestas Vestra nouit hungari non solum mensualem sed anticipatam quoque solutionem habere uolunt alioqui in seruitio dificile retinentur. Hunc ibi est Paulus Banck Viceuayuoda cum equitibus hungaris et policitus est si pecunijs ipsum et gentes iuuauero usque ad quintam diem Ianuarij ibi seruire, propterea studendum est isto interim quomodo passus ille presidio firmetur, aliter non nisi magnum periculum existimo iminere, postquam lipenses indies augescunt, et nostri diminuuntur, (Nachrichten und Rathschläge über die Erhebung der Truppenanzahl, und ihre Besoldung; und das dazu verwendbare Einkommen aus Silbergruben in Siebenbürgen u. s. w. dann über das Treiben des Kendj, Konigin Isabella, und die Widereinsetzung des Sohnes Königs Iohannis, und andere minder wichtige, einzelne Personen betreffende Berichte . . . .).

Superioribus diebus fasciculum litterarum per Ahmat passa ad multos ex nobilibus datarum, ac per Mirche vayuodam Transalpine huc emanatarum ad Maiestatem vestram Transmisi, et quia videbam uno et eodem tempore dictum Mirche Vayuodam ficte pacem tractare uelle ostendere, et postea per secretas uias ac medio ipsius nobiles ad reducendum filium regis Ioannis solicitabantur brassouiensesque ortati erant ut Germanos expellerent et Trucidarent, mihi permitendum esse duxi ut Radul et ceteri buyerones exules qui in hoc regno morabantur ubi ipsi uellent pergerent, nam si transalpinum agrederentur, saltem vitare poterant ne ipse Mirche potius ad negotia aliena quam sua cogitaret, Quid hactenus inter Vayuodam et Buyerones successerit ex inclusis litteris ad petrum hallerum datis Maiestas vestra inteliget, et si quid certius in hoc negotio audiuero eandem confestim Certiorem reddam, quam deus omnipotens felicissimam conseruare dignetur. Datum ex Alba iulia Die XX^{mo} 9-bris. 1552.

Si captiuitas istius Transalpini uera erit duo inimicissimi Maiestatis vestre hoc anno e medio sunt sublati.

Ego ex Zassebes huc albam cum petro hallero me contuli ut negotia omnia predicta cum Domino Vayuoda comunicarem, et ut ipsum quoque si possibile esset retinerem ne Wyuarium quem admodum decreuerat se reciperet, nam Arx illa quatuordecim milliaribus hinc distat et si ibi permanserit non satis comode ad negotia necessaria tractanda tam de confinibus custodiendis quam ad cetera omnia preesse poterit, attamen tot de causis vrgeri asserit, et ab maximis presertim expensis quas hic facere cogitur. quod nullo modo retineri possit, attamen pro posse etiam solus omnia negotia pro seruitio Maiestatis vestre dirigere conabor, sed Maiestati vestre supplico ut pro hac hieme dum ego abero aliquem aut sub nomine comissarij, aut Marescalchi generalis huc mittat, qui rebus istis presit ac eas bene regere sciat aut donec alter Vayuoda a Maiestate vestra elligatur, eandem etc.

Eiusdem Maiestatis vestre — fidelis servitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift: Sacratissime Catholice Regie Romanorum Hungariae Bohemiaeque Maiestati etc. Domino meo clementissimo.

Kanzleianmerkung: Castaldus 20 Nouembris. Responsum 6 Decembris 1552.

Item litterae Ladislay Wa[a]
» litterae Petri Haller ad Castaldum cum litteris Martini Weiss
» litterae Alij Chiauss ad Judicem Brassouiensem
» litterae Myrche Wayuode ad eundem.

CCLXXVI.

1552, Scrisórea lui *Petru Haller* către *Castaldo* despre succesele lui Radu-Vodă
21 Noem. în Muntenia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Illustrissime domine domine graciosissime.

Post Seruitij mei Commendacionem. Statim ut domum redij, de statu terrae Transalpinensi, diligenter sum percunctatus, omnes, qui inde ueniunt, uno ore referunt, Bogierones qui hinc ingressi sunt, habito conflictu cum Myrcha Vayuoda, uictorie potitos. Duo quoque Nuncij ualachicj hic sunt, qui affirmant, Vuayuodam Myrcha, uná cum fratre suo Bano, trucidatos esse, ea se oculis uidisse. Fuerunt apud Vuayuodam Quingenti Thurcae et Quattuor Vuayuodae, illorum duo, in conflicto ceciderunt. De halij Chauzio interrogaui cum diligentia, nemo est, qui mihi aliquid saltem narrare sciat. Haec, cum mihi ab Illustrissima dominacione uestra sic commendatum sit, per praesentes significare uoluj. Illustrissimam dominacionem uestram felicissimam ualere precor. Ex Cibinio die 21 Nouembris Anno dominij 1552.

Illustrissimae dominacionis uestrae additissimus

Petrus Haller.

Aufschrift: Illustrissimo domino Ioannj Baptistae Castaldo, Marchionj Cassanj, Comiti Platinae, Sacrae Regiae Maiestatis Romanorum etc. summo Consiliario et Bellico Locumtenentj domino graciosissimo.

CCLXXVII.

1552, Raportul lui *Castaldo* către Regele *Ferdinand I.* despre intenţiunea
26 Noem. Regelui Sigismund II. de a ridicá cu ajutor turcesc pe fiiul lui Zápolya în scaun.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ex litteris Ioannis Baptistae Castaldj ad Romanam Regiem Maiestatem etc. de 26. Nouembris. 1552.

Moldauus autem ipsi Siculo dixerat se ex litteris Regis Poloniae certioratum esse, quod filius Regis Ioannis penes se erat, et illum ad confinia ducentis equitibus praefecisse, ita quod ex omnibus signis, quae à totis partibus oriuntur satis clare suspicari potest, quod auxilio et fauore regis Poloniae, Vaiuodae Moldauiensis, Turcarum ac partium quas in Transsyluania habent, ipsum filium Ioannis Regis in regno reducere velint, ideo sacrae Maiestati vestrae videretur sub alio colore in Polonia ad explorandas intentiones et practicas partium illarum transmittere posset, nam Regina Ysabella non sine maximo fundamento tam aperte declararet se deinceps rebus suis et filij melius consulturam.

Nicolaus Corniz per Emericum mihi nunciare fecit, quod practica ista filij Regis Ioannis ex Hungaria a multis nobilibus cum intelligentia aliquorum Transsyluanorum orta sit, qui Transsyluani Siculos inconfidentes reddere conantur, ut eo melius cogitationes ipsorum ad finem perducant.

CCLXXVIII.

Scrisórea lui *Castaldo* către *Regele Maximilian*, cerênd să i se spună ce are să facă, dacă voivodul Moldovii şi-ar care bunurile din Ardél. 1552, 26 Noem.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Sacra Catolica Regia Maiestas, Domine Domine semper clementissime.

Scripsi Maiestati vestrae difficultates lustrationis gentium, nunc sumus in alia maiori solutionem, Non obstantibus enim litteris Maiestatis vestrae praetendit Andreas Battor ex istis pecunijs habere vndecim mille florenos Hungaros qui essent paulominus quam quatuor decim mille Renenses, Et cum solutores isti computum fecerint, reperitur, quod si danda est gentibus unius mensis solutio, pro medietate in pannis et pecunijs aliquid potuis deficiet quam aliter. (Schwierigkeit des Winterquartieres, sein Bestreben die Cibinier zu gewinnen. Petitionen der Abgeordneten des Comitats Bior (Bihar). Berichte und Befürchtungen der Castellane von Agria wegen der schlechten und verwahrlosten Besetzung dieser Veste,—ferner Forderungen der Castellane von Ienew u. Pancota wegen Besoldung der Truppen; Bedenklichkeiten über Giula — Unmuth und Verlangen der Truppen und ihrer Anführer nach Hause zu ziehen . . . . . .).

Moldauus non amplius petit bona que alter defunctus in hoc regno possidebat, ex quibus uigore litterarum Maiestatis vestrae tres uillae Francisco Chendi datae fuerunt, cum promissione tamen restitutionis quando dicto Moldauo reddende forent, cuius amicitiam ne ad hanc restitutionem ueniat nunc forsam ipse parum curat.

(Das Versprechen des Briefstellers den oben erwähnten Forderungen, und dem Missmuthe der Truppen wie auch der schlechten Besetzung der Vesten entschlossen entgegenzuwirken u. s. w. Nachrichten über verschiedenes Belagerungsgeschüz, wie auch über dergleichen Befestigungen und dazu erforderlichen Baumeister u. s. w.)

Demum hic opus est Vaiuoda qui generaliter et particulariter rerum omnium seruitio Maiestatis vestrae pertinentium, ac benefitio Regni, curam gerat, Cuius electionem, iuditio meo Maiestas vestra usque ad finem temporis istius diferre non debet, Qui rissolute siue pax siue bellum sit nullo modo remansurus est, Et sicut dignoscere potui huc uenit potius coactus ut Maiestatis vestrae seruitio satis faceret, quam ex sua uoluntate: Deus altissimus Maiestatem vestram ad uota felicissimam diu seruet. Ex Alba Iulia die XXVI nouembris 1552.

Sacrae Catolicae Maiestatis vestrae. fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift: Sacrae Catolicae Regiae Maiestati Romanorum Hungariae Bohemiaeque etc. Domino Domino semper clementissimo.

Kanzleianmerkung: Castaldus de 26 Nouembris; Responsum 16 Decembris 1552.

CCLXXIX.

1552, 30 Noem. Raportul lui *Castaldo* către *Ferdinand I.* despre înfrângerea suferită de Mircea-Vodă în lupta cu Radu-Vodă.

(Din Archiva ces. reg din Viena).

(Weissenburg 30. Nov 1552). Bericht des Castaldo an K. Ferdinand, den Sieg des neuen Waiwoden der Wallachei Radul über Myrche betreffend.

Radwl nouus Wayuoda Transalpinensis altero die post confectum cum Myrche proelium duos nuntius suos ad me miserat, per quos memor beneficiorum, quae in illum collata scit, fidelem se Maiestati Vestrae futurum promittit, nec ab ea sententia discessurum, quam se servaturum mihi recepisset. Nuncii igitur isti Myrche Waywodae, cujus exercitum una cum Thurcis Tartaris et Transalpini. ex 100/m constitisse dicunt, 3 preliis parvo exercitu, qui numerum 4000 non excedebat fusum, fugatumque narraverunt. Cumque in ultimo prelio Myrche victus, cum 20 tantum equitibus comitatus fugeret, et Boyero quidam ex numero novi Waiwodae Radwl nomine cum 5000 equitibus illum insequeretur (parum enim equitatum novus Vaiwoda habebat), Unum ex hiis qui Myrche fugiente sequebantur ipsum Myrche esse ratus gladio transverberat. Myrche visa morte sui Boyeri cum proximus illi esset, concitato vehemencius equo conversus, quisnam inquit canis iste est, qui nos a tergo insequitur? Ad cujus vocem Radwl illum respondisse dicunt: Ego inquit sum Radwl, qui te occidere volebam, si vestes Bayiery tui a me occisi, me non fefelisset. Sicque illum evasisse et ad Chyergyö arcem Turcicam cis Danubium in ripa illius fluvii sitam profugisse dicunt. Confecto igitur prelio et 36 bombardis potitus, Radwl subito, una cum Exercitu versus Chyergiö proficiscitur, et ad quartale unius miliaris castra ponit, nunciosque ad praefectum arcis illius mittit, se oppidum sub arce illa situm in cinerem redacturum, si homicidas illos Myrche et Barum (sic) ejs fratrem nominans sibi non redderent. Praefectus ille timore perculsus, cum nec praesidium ad tuendam ilam arcem oppidumque haberet, furoreque illos ex recenti victoria percitos animadverteret, facultatem ipsum Radwl homicidam tam in arce, quam in oppido conquirendi se concessurum pollicetur, et quo res firmior foret, postulata ab ipso Radwl Waywoda suisque Boyeris fide, Ali Chauz illis reddidit, solusque ad Bokoresch sedem Waywodalem revertitur, cum tamen nihil se dignius Radwl ipse hoc tempore agere potuisset, quam si ipsum Ali Chauz vinctum ad nos transmisisset, quod tamen quominus fecisset, nuncii sui fide data illum vetuisse dicebant, affirmabant praeterea iidem nuntii Myrche a Thurcis omnibus thesaurariis spoliatum esse, dixisseque illi res illas non jam amplius ad se Cesarem pertinere. Dicunt autem Myrche, priusquam regno pulsus esset, quo magis presidium ad se tuendum a Thurcis impetraret, se non à suis subditis sed à Germanis et Italis, qui in suum regnum irrupissent infestari. Verum cum Ali Chauz obses apud Radwl Waywoda esset, nullosque Germanos nec Italos in Castris illius videret, dixisse ferunt, non a Germanis, nec ab Italis, sed a suis illum regno pulsum esse, dignasque illum penas suarum nunc actionum recipere. Radwl igitur Imperium totius regni Transalpiniensis nunc tenet; Myrche vero transmisso Danubio in Thurciam fugisse dicunt cumqne proximus illi in fuga occisus esset, fama apud omnes increbuerat, illum interfectum extitisse.—Adepto itaque Regno Radwl diligenter me rogat, ut 500 illi pedites mitterem, que vexilla Germanorum, et 300 Cataphractos ad Coronam esse vellem, quorum Ille opera ad omnem occassionem uti posset, dum necessitas exigeret, cum alioqui nunc res suas satis in tuto esse affirmaret. Quod igitur in hac re faciendum sit, nunc una cum Domino Andrea de Bathor Waywoda consideraturi sumus. Deus Maiestatem Vestram conservet iucolumem.

CCLXXX.

Raportul lui *Castaldo* cătră Regele *Maximilian* despre înfrângerea lui Mircea-Vodă şi despre cererea de ajutor alui Radu-Vodă. 1552, 30 Noem.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Sacratissima Regia Maiestas et domine domine mihi clementissime.

Fidelium Seruiciorum meorum in graciam Maiestatis Vestre humilem Commendacionem. Radwl Nouus Wayuoda Transalpinensis altero die post conflictum (sic) cum Myrche prelium. duos Nuncios suos ad me miserat. per quos. memor beneficiorum. quae in illum collata sunt, fidelem se Maiestati Vestre futurum promittit. nec ab ea sentencia discessurum, quam se sancte seruaturum mihi recepisset, Nuncij igitur isti. Myrche Wayuodam, cuius Exercitum Vnacum Thurcis. Tartaris, et Transalpinensibus, Ex Centum Millibus constitisse dicunt, Tribus prelijs, paruo Exerxitu, qui Numerum quatuor Millium non Excedebat, fusum. fugatumque narrauerunt. Cumque in Vltimo prelio Myrche Victus, cum Viginti tantum Equitibus Comitatus, fugeret, et Boyero quidam ex Numero Noui Wayuode Radwl Nomine. cum quinque Equitibus illum insequeretur (paruum enim Equitatum Nouus Wayuoda habebat) Vnum Ex hijs, qui Myrche fugientem sequebantur, ipsum Myrche esse ratus gladio transuerberat. Myrche Visa morte sui Boyerij, cum proximus illi esset, concitato Vehementius Equo, conuersus. quisnam inquit Canis iste est qui Nos a tergo insequitur? Ad Cuius Vocem Radwl illum respondisse dicunt, Ego inquit sum Radwl, qui te occidere Volebam, si Vestis Boyerij tui a me occisi me non fefellisset, sicque illum euasisse et Ad Chyergyo Arcem Thurcicam. Cis Danubium in ripa illius fluuij sitam, profugisse dicunt, Confecto igitur prelio, et Triginta Sex Bombardis potitus. Radwl subito, Vnacum Exercitu Versus Chyergio proficiscitur, et Ad Quartale Vnius Miliaris castra ponit: Nunciosque Ad prefectum Arcis illius mittit, se oppidum Sub Arce illa situm in Cinerem redacturum, si homicidas illos. Myrche et Banum eius fratrem nominans, sibi non redderent, prefectus ille timore perculsus, cum nec praesidium Ad tuendam illam Arcem oppidumque haberet, furoreque illos Ex recenti Victoria percitos animaduerteret, facultatem ipsi Radwl homicidas tam in Arce quam in oppido requirendi, se concessurum pollicetur, et quo res firmior foret, postulata Ab ipso Radwl Wayuoda, suisque Boyeris fide, Ali chawz qui cum legacione A principe Thurcarum cum illa pacis Transactione redibat, pro obside, in potestatem Radwl tradit, facta igitur, tum in Arce tum in oppido diligenti inquisicione, cum Nusquam illi reperti essent, Radwl saluum Ali chawz illis reddidit solusque ad Bokoresth, Sedem Wayuodalem reuertitur, cum tamen nihil se dignius Radwl ipse hoc tempore Agere potuisset, quam si ipsum Ali chawz Victum Ad Nos transmisisset, quod tamen quominus fecisset, Nuncij sui fide data illum Vetuisse dicebant, Affirmabant preterea ijdem Nuncij, Myrche a Thurcis omnibus Thesauraris spoliatum esse, dixisseque illi res illas, non iam amplius ad se, sed ad Cesarem pertinere: Dicunt Autem Myrche priusquam Regno pulsus esset, quo magis presidium Ad se tuendum A Thurcis impetraret, se non a suis subditis, sed A Germanis et Italis, qui in suum Regnum irrupissent infestari, Verum cum Ali chawz obses Apud Radwl Wayuodam esset, nullosque Germanos nec Italos in Castris illius, Videret. dixisse ferunt, non A germanis, nec Ab Italis, sed a suis illum Regno pulsum esse, dignasque illum penas suarum nunc Actionum recipere, Radwl igitur Imperium tocius Regni Transalpinensis, nunc tenet, Myrche Vero transmisso Danubio, in Thurciam fugisse dicunt, cum que proximus illi in fuga occisus esset, fama apud omnes increbuerat, illum interfectum Extitisse: Adepto itaque Regno, Radwl diligenter Me rogat, Vt Quin-

gentos illi pedites mitterem, Triaque Vexilla Germanorum, et Trecentos Cataphractos ad Coronam esse Vellem, quorum ille opera ad omnem occasionem Vti posset, dum Necessitas Exigeret, cum alioqui nunc res suas satis in tuto esse, affirmaret. Quid igitur in hac re faciendum sit, nunc Vnacum domino Andrea de Bathor Wayuoda, consideraturi sumus, deus Maiestatem Vestram conseruet incolumem. Albae Iuliae Vltima die Nouembris. Anno domini 1552.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Sacratissimae

fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift: Sacratissimae Regiae Maiestati Romanorum Ac hungariae, Boemiae, Dalmaciae, Croaciae etc. domino suo clementissimo.

Kanzleianmerkung: Vltima Nouembris Castaldus; Responsum 18 Decembris. 1552.

CCLXXXI.

1552, 6 Dec. Raportul lui *Castaldo* cătră Regele *Maximilian* despre cererea lui Alexandru-Vodă din Moldova de a 'i se restituì posesiunile din Ardél.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Catolica Regia Maiestas Domine Domine clementissime.

Moldauus denuo binos ad me oratores misit, quorum medio indicat duos ex illis quatuor nuntijs quos ad portam Turcarum Caesaris miserat reuersos esse, qui referunt Rusthan passam, cum in subsidium filij dicti Turcarum Caesaris missus fuisset, in illud idem discrimen incidisse, scilicet taliter ab hostibus circumuentum fuisse, ut in Turcia libere concluderetur ab omnibus impossibile esse quod neuter ipsorum euadat quin una cum omnibus eorum gentibus profligentur, et trucidentur, Et quod propterea vndique, et magna cum celeritate cogebantur et accersibantur gentes, ut illis auxilium ferre tentarent; Escusat se praeterea de uexillo quem a Turca acceptauit, coactum fuisse dicens a necessitate qua in isto eius dominij principio laborabat, a peste, et ab alijs eiusmodi causis, sed quod non propterea desistet esse Maiestati vestrae fidelis et seruitor, huicque Regno amicus. Et quandocunque opus erit in subsidium huius Regni et Maiestatis vestrae presto aderit, sperans, illud idem secum fieri debere, ubi necessitas expostularet, Et quandocunque aliquid noui, Quod resciri oporteat, intelliget, statim semper nuntiabit, praecipue autem quando alij duo eius nuntij redibunt, de successibus Persianis nos certos reddet, et denique omnibus offitijs boni uicini et seruitoris satisfaciet, Haecque pro fide sua et solemni cum iuramento inuiolabiliter seruare uelle promittit. Conclusio autem fuit quod uellet bona quae alij Vaiuodae in hoc Regno possidere solebant, quorum posessionem a me nunc petebat, Sed quia memoriae teneo Maiestatem vestram mihi suis litteris mandasse ne ad eorum restitutionem festinanter aut inconsulte procederem, id nolui absque scitu et ordine Maiestatis vestrae facere, ut quid in hoc fieri uelit rescribere dignetur, Ex ipsis uero bonis datae fuerant tres pagi Francisco

Chendi, sed tali sub conditione, ut si bona restituenda essent, ipse quoque illos relaxaret, sicut iterum Maiestati vestrae scripsi, A qua ordinem expectabo an restitui debeant et sub quibus conditionibus. Et Deus omnipotens Maiestatem vestram ad uota conseruet. Ex Alba Iulia die VI decembris 1552.

Eiusdem Sacrae Catolicae Maiestatis Vestrae

fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift : Sacrae Catolicae Regiae Maiestati Romanorum Hungariae Bohemiaeque etc. Domino Domino meo semper clementissimo.

CCLXXXII.

Castaldo cere de la Regele *Maximilian* un ordin, dacă are ori nu să-ĭ restituiască luĭ Alexandru-Vodă posesiunile din Ardél. 1552, 6 Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima catholica Regia Maiestas Domine Domine clementissime.

(Bis zur sechsten Seite dieser Urkunde berichtet er von Unruhen, Musterung und Beziehung von Geld für die Befoldung der Truppen u. anderen auf Siebenbürgen Bezug habenden Angelegenheiten . . . . .)

Oratores Vaiuode Moldauie ad me uenerunt, ac nomine Domini sui pro seruitio Maiestatis vestre plurima policentur, bona tandem ipsius Vayuodae hic in Transiluania occupata restitui postulant, Iubeat igitur Maiestas vestra quibus conditionibus sint restituenda postquam Franciscus Kendi qui tres uillas istorum bonorum occupauit. non recusat illas restituere si cum Maiestate vestra Moldauus concordauerit . . . (bis zu Ende fährt er von selben auf unsern Gegenstand keinen Bezug habenden Sachen). In defectu tabellariorum nobilem hunc Alfunsum de fabrucijs. qui prius Marco Domino sfortie seruiebat; et Maiestas vestra ad me misit cum hoc litterarum fasciculo transmitto. Dignabitur Maiestas vestra ipsum quanto citius expeditum remittere. Quam deus omnipotens felicissimam et cum Regnorum incremento conseruet. Ex Alba Iulia die VI decembris 1552.

Eiusdem Maiestatis vestrae

fidelis Seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

CCLXXXIII.

1552, 6 Dec. - Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Castaldo*, pe care-l însărcinéză să întreţie relaţiunĭ de bună vecinětate cu Alexandru-Vodă din Moldova şi cu Radu-Vodă din Muntenia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Castaldo etc. Ferdinandus etc.

Spectabilis et magnifice fidelis nobis dilecte. Accepimus Litteras tuas ad diem 20. et 23 proxime preteriti mensis Neuembris datas ac multis alijs Litteris e diuersis locis ad te missis et scriptis commitatas, quarum omnium tenorem satis intelleximus, Posteaque autem te in principio nobis de prolixitate Litterarum tuarum excusas, nos equidem similiter presentes nostras super eadem re incipere volumus tibi clementer significantes nos Litterarum tuarum prolixitate nullo taedio afficj solere sed in ea tuam erga nos fidem et in pertractandis rebus negocijsque nostris diligentiam et solicitudinem facile agnoscere, qui nostrj commodj causa omnia que in dies isthic geruntur et accidunt nobis ita minutim significare non negligis, Qui etiam ipsimet necessarium esse iudicamus, quod de omnibus rebus subinde certiores reddamur. Quod si a nobis non perinde fit adeoque nos tibi non ad omnia que scribis sigillatim respondere Videmur (quia ad magis necessaria et illa que responso egent rescribere consueuimus), causam non in fastidium nostrum sed multitudem aliorum et grauissimorum negociorum nostrum in quorum expeditione diesque noctesque occupatj sumus conferre debebis et propterea non intermittere nos de omnibus rebus subinde informare quas putaueris nos scire oportere. Caeterum ut ad rem veniamus, magnam sane laetitiam cepimus ex illa victoria qua Boiarones istis proxime preteritis diebus contra Myrze Vaiuodam Transalpinum potitj sunt, non quod huius vel cuiusque alterius interitu magnopere delectemur, sed quod clare et liquido videamus non solum Regnorum atque Dominiorum nostrorum verum etiam totius Christinae reipublicae plurimi referre ut tales homines extirpentur et tanquam putrida membra resecentur quae viribus ac putorem quo infecti sunt in liquas etiam corporis partes diffundunt, Et quia Vaiuoda iste Transalpinus Mijrze diuersis et secretis artibus Regnum illud nostrum Transsyluaniae ad defectionem sollicitauit, id quod alter ille quondam Moldauus aperto Marte fecerat, magnopere quidem confidimus iam dictum Regnum nostrum ex ista quoque Transalpinensi parte in posterum tutum fore, presertim si tu et Vaiuoda noster Transsyluaniensis cum illo Radul qui in locum praefatj Myrcze Vaiuoda creatus est ac caeteris nobis fidelibus Boyaronibus bonam semper vicinitatem mutuamque familiarem correspondentiam seu intelligentiam habueritis et eundem in bona erga nos Voluntate, fide ab obseruantia retinere studueritis, prout vos facturos esse minime dubitamus, quas nimirum non minus industrios in retinendis confirmandisque amicis quam in ijsdem inueniendis et parandis esse persuasum habemus, Porro tu in hoc negocio ad hunc optatum finem qui secutus est dirigendo magnam prudentiam magnamque rerum gerendarum dexteritatem declarasti, Quam animo non nisi valde grato et clementj abs te accipere possumus. Porro magnam quoque spem concepimus istam cladem siue caedem prenominatj Transalpini Myrcze, tum Francisci Kendy tum aliorum peruersis consilijs istitutis atque machinationibus quoque finem impositurам esse, vel saltem id quod tales homines moliuntur tam difficile et graue facturam, ut diffidant soli sui compotes reddi posse, etc. (Folgen nun Befehle über die Truppen, u. s. w.) Confidimus autem non solum prefatum Kendy et sequaces suos nihilominus intellecta supradictij Myrze Vaiuodae clade a caeptis destituros, verum aliam quoque tractationem pacis inchoatam faciliorem redditum irj, atque minorij difficultate ad illum finem quem nos desyderamus nempe ut obedientia et dominium dictj Regnj nostri nobis reseruetur perduci posse, (Wünsche und Befehle in Betreff der Friedensverhandlungen mit den Türken . . . . . . und Ausserungen der Freude

über den Perserkrieg u. s. w.; Befehle über die Stellung und zusammenziehung der Truppen zur Landesvertheidigung; . . . über die Zählung und Besoldung der Truppen; die Einkünfte von Siebenbürgen u. s. w. . . . .)

Atque istae sunt quae ad Litteras tuas rescribenda esse duximus, Verum exequeris in premissis omnibus benegratam ac expressam Voluntatem nostram, Regia nostra gratia erga te recognoscendam. Datum Graetz 6. Decembris. 1552.

(Die I. Nachschrift enthält Belehrung für Castaldus zu den Friedensverhandlungen mit dem Türken. . . Die zweite Privatangelegenheiten einiger ungarischen Grafen u. s. w. Das Ganze ein Concept).

CCLXXXIV.

Scrisórea Regelui *Ferdinand* cătră *Castaldo*. Il întrébă dacă póte orĭ nu să pună temeiŭ pe încredințările Domnului din Moldova, care a primit un stég de la Turcĭ. 1552, 16 Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Castaldo. Ferdinandus etc.

Spectabilis et magnifice fidelis nobis dilecte. Redditae fuerunt nobis ambae Litterae tuae quas die 26 praeteritj mensis Nouembris ad nos dedistj et grato clementique animo de te intelleximus, quod Emericum Secretarium propter causas in Litteris tuis expressas in Siculiam ad nuptias quas Nicolaus Corniz filiae suae celebrauit expediueris, Et primo quantum ad id attinet quod Princeps Turcarum Vaiuodae Moldauiensi vexillum quingentis Turcis associatum transmisisse dicatur, nos quoque facile credimus, ipsum Moldauum non sine causa sibi ab illorum Quingentorum Turcarum aduentu metuere, quia quandocunque id tandem sit futurum Moldauus ipse attenta rei serie ut gesta est in opprimendo trucidandoque priore Vaiuoda Stephano nihil boni ab ipsis Turcis expectare potest. Et propterea existimamus dicto Moldauo non inutile imo et necessarim futurum esse, ut nobiscum et tecum tanquam supremo bellico Locumtenente alijsque fidelibus et obedientibus Regnicolis nostris mutuam amicitiam ac bonam vicinitatem seruare studeat, Vicissim autem Volumus te quoque quoad eius fieri poterit sedulo operam dare ut ipse a nobis non abalienetur sed in bona voluntate et propensione erga nos retineatur, ita enim fore credimus quod etiam Regnum illud nostrum Transsyluaniae ab illa parte tanto tutius a practicis diuersisque malorum hominum machinationibus in posterum sit futurum, prout minime dubitamus, quin ipsemet sponte pro singulari tua erga nos fide et eximia tua prudentia ac rei militaris experientia nihil eorum intentatum relinquas, quae ex hac parte nobis Regnisque et Dominijs nostris usui esse Videatur, ... (Beabsichtigte Einsetzung des Sohnes des Kgs Iohann in Siebenbürgen; Befehle über die einzunehmende Stellung der Truppen und Wünsche über die Wahl eines Vaiuoda u. s. w.

Quod mors Vaiuodae Transalpinensis in dies magis magisque confirmetur nobis admodum gratum et iucundum est, non quod ipsius vel alterius morte summopere delectemur sed propter illas ipsas causas quas nuper tibi significauimus.

(Befehle wegen Zählung der Einnahmen der Truppen, und ihre Besoldung u. andere Siebenbürgische Angelegenheiten betreffend, u. s. w, ...)

Et quod reliquum est non dubitamus etiam quin talem viam excogitaturus sis, ut quae reliqua sunt in arce nostra Oywar perficienda primo quoque tempore absoluantur. Et haec, sunt quae ad Litteras tuas respondenda esse duximus. Caeterum facturus es in praemissis bene gratam ac expressam voluntatem nostram gratia nostra Regia erga te recognoscendam. Datum Graetz die 16 Decembris. 1552.

CCLXXXV.

1552, 31 Dec. Scrisórea lui *Petru Haller* către *Castaldo*, vestindu-l că Domnul Munteniei, care a primit un stég de la Turcĭ, va stăruí pentru continuarea negoţierilor de pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Illustrissime Domine Domine graciosissime.

Post Seruitij mei Commendacionem. Nuntius, quem ad Vuayuodam Radul, in terra Transalpinensi, ex Voluntate Illustrissimae Dominationis Vestrae Caussa Aly Chausy, ut ab eo intelligeremus, quale responsum a Porta Principis Thurcarum, in negotio regni reportaret, transmiseram, Ille hodie, inde redijt, ac refert, Vayuodam Radul, in oppido Tergouystia uersari una cum suis, ac bono animo esse, Cum propter res, quae ei foeliciter succedunt, tum, quod Imperator ipsi Vexillum mittit. Nam Certam habet famam, unum Zanghyacum cum aliquo numero thurcarum, qualem praefectura Zanghyaci continet, aduenire cum Vexillo. Aly Chausius, una cum illis aduenit, die Natiuitatis dominj exacto, nuntius aduenit Vuayuodae, Thurcas saltem itinere duorum dierum abesse. Ipse Vuayuoda litteras, quas Aly Chausio scripseram, ad se recepit, ac promisit, se quam primum Chauz illuc aduenerit, litteras ei uelle praesentare, ac referre, quod duos nuncios illuc sui gratia miserim, atque eundem Vna cum uno aut altero Bogierone, erga me mittere. Haec igitur Illustrissimae Dominationi Vestrae significanda duxi, Ac eandem oro, ut si huc a Vaiuoda mittetur, quemadmodum se facturum obtulit, mihi informacionem dare dignetur, quid et in quam formam cum eo sit tractandum, aut quid in ea re sit agendum. Eandem Illustrissimam Dominationem Vestram foelicissimam Valere precor. Ex Cibinio die Vltima mensis Decembris. Anno dominj 1552.

Illustrissimae Dominationis Vestrae

addictissimus

Petrus Haller. etc.

Aufschrift: Illustrissimo Principi ac Domino, domino Iohannj Baptistae Castaldo, Marchioni Cassanj, Comitj Platinae. Sacrae Regiae Maiestatis Romanorum Summo Consiliario et Bellico Locumtenenti domino meo graciosissimo.

CCLXXXVI.

Mărturisirile confidenţilor *Mihaiŭ* şi *Oprea* despre expediţiunea Domnului Moldovii contra Braşovuluĭ şi despre năvălirea lui Mircea-Vodă. 1552.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ex Brassouia.

Scribit Dominus Capitaneus Chataphractorum, se frequenter suis litteris, Domino Illustrissimo Generali significasse, Quod Moldauiae Wayuoda montes illos atque confines praeterijerit et prouintiam Siculorum cum magna ui intrauerit, iterque suum uersus Coronam obsidendam illam Ciuitatem caeperit, prout nunc in itinere uiginti duas uillas siue possessiones igne uastaverit ac solo adequarit, Occupata itaque ea prouintia, refertur, se recta uia contra germanos, qui nouiter ingrediuntur, arma sumpturum, Ex alia uero Transalpinensi parte, existere in illis angustijs et asperis montibus à tergo non tamen longe à Corona mille Valachos satis bene armatos. Et cum praefatus Capitaneus Cataphractorum, adiunctis alijs uiribus prouintialibus prope Coronam non ultra quattuor milia castra metatus sit, petit equitum laeuis armaturae maiorem subsidium, quia de congregatione Siculorum nihil boni sperare potest,

Fassio Mihaelis ex Terwitsch.

Primum fatetur, Wayuodam Transalpinensem eum ad Mykhes mikhlos causa recuperandarum ouium misisse, eoque itinere statum, et conatum Transyluanicum diligenter explorare deberet.

2to Mirso Wayuoda cum praefatto mikes miclos optime consentire petijtque ut cum uxore, et liberis suis ad eum uenire uellet.

3^tio^ Si Mirso Wayuoda praesentiet copias aliquas regnum suum inuadere uoluerint, deliberatum esse, cum tribus, uel 4 Baioronibus, et. 300 alijs personis ad Moldauum confugere, seque nunc ad fugam nunc praeparasse,

4to Regem Persarum conflictum habere cum Bassa Casyl:

5to Wayuodas Moldauiensis, et Transalpinensis, uires et copias suas conferre statuisse, atque manus cum Transsyluaniensibus conserere,

6to De Turcarum potentia hoc anno nihil omnino timendum esse, quia uires suas multis, et bifarijs in locis distribuisse.

7mo A Wayuda Moldauiensi non exigua pars, prouincialium hoc est, rusticorum, prae timore germanorum recessit,

8vo Vltra 300. uel 400. Thurcas, et Tardaros apud moldauum non esse,

9no Wayuodam Transalpinensem multas habere practicas, cum prenominato Mikhes micklos,

10mo Dicit praeterea, se Vnacum Opre, à Wayuoda ad mikes miclos expeditum fuisse, ut sub specie recuperandarum ouium, conatus Transsyluanorum explorare deberet, et quod id ipse mikes miclos Wayuodam de omnibus certiorem redderet, à quo mikes miclos Cauendum est:

Fassio Opre

Fatetur primum, Wayuodam Transalpinensem, magnum populorum copiam habere collectam, quorum maior pars inermis, caeteri timore propemodum morti. Deque praesidijs germanorum nouiter in Transyluaniam destinatis, multa illi relata sunt à quibus sumopere abhorreat.

CCLXXXVII.

1552. Mărturisirile făcute de boierii *Vrânceni*, prinşi în Ardél.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Fassiones Boieronum per Egregium Ladislaum Edenffy missorum.

Ioannes Wranchyan

Fatetur excubias Wayuodae Moldauiensis in hoc Regnum ingressos esse Numero duodecim millia, Quorum praefectus est Bolya Gywrge, castellanus Comitatus pwthna in partibus Ajlfewld. Cum excubijs autem istis. Siue predecessoribus expedicionis ingressus est Bolya Gywrge feria Secunda proxime preterita.

Item. Magnus Vdwarbyro alias Dwornyk Gawryla nominatus ingressus. est in hoc Regnum post Bolya Gywrge feria tercia proxime transacta. octo Vexillis, quem dicit Idem Ioannes Wranchyan in duplo pluribus gentibus fore, quam prefectum Bolya Gywrge.

Wayuoda Moldauiensis Sequitur iam Cum tota Expedicione Dwornyk Gawrila. Refert autem dictus Ioannes Wranchyan, quod in tota expedicione Moldauienses Erunt Cum Waywoda Moldavano Sexaginta. aut ad Summum Septuaginta millia hominum.

Zanchyakws de Brwza. traiecit per fluuium Mylko. ad Moldauiam quem Non amplius. nisi Septingentis Equitibus esse dicit.

Tartari ex castro kyllye Sunt ingressi ducenti. Viles et inutiles. Licet Thurcae nondum ad Wayvodam tunc adhuc peruenerant. Cum excubias iam ingressae fuerant. Sed Waywoda habuit Eos in expectacione. nam absque illis noluit Moueri.

Item fatetur Idem Ioannes Wranchyan. Vt Cum primum Wayuoda Alpes Superare poterit. mox castella. Zaballa et Zagon Vocata intercipere et diruere conabitur. hijsque tandem dirutis Sicuti ipse ab alijs. in expedicione cum fuisset, intellexit, Nec Vsque ad prasmar Venire Wlt. xed rursum Moldauiam ingredi Curabit.

Waywoda Moldauiensis habet Secum Bombardas triginta. Ex quibus Septem Maiores. Reliquae Vero omnes sunt Minores et Singulae Earum Trahuntur singulis equis duobus, Emituntur autem ex Bombardis istis globuli Lapidej.

Chyawzy Cum Waywoda Moldauiensi Sunt duo. Quorum Vnus Dwrmys. alter Vero Kara chyawz Vocatur.

Pedites pixidarios. Si modo Waywoda ex Ciuitatibus Moldauiae colligere potuit. Non habebit amplius, nisi ducentos.

Excubiae praemissae in mandatis habent a Waywoda. Vt Nemo in expedicione existens, nec incendium aliquod. Nec hominem alicubi octidere audeat. Nec aliqua dampna praeter duorum castellorum expugnacionem aliquis admittere praesumat.

Haec autem omnia dicit praefatus Ioannes Wranchyan Captiuus ea Solum modo gratia, Caesarem Thurcarum Waywodae Mandasse, Vt in hoc Regnum ingrediatur. Vt ne Siculj alijs Regnicolis auxilio esse possint.

Ex Siculis certo fatetur. quod neminem scit. qui aliquam intelligeneiam Cum Waywoda Moldauiensi haberet.

Boierus Secundus.
Petrus Wranchyan.

Refert nichil de expedicione praefata Moldauiensi sciret. Nam Siculi certum Numerum ouium suarum abegerant, filiumque Suum Captiuauerant, et propter eliberacionem istorum Venerat ad suos compatres Siculos. etc.

CCLXXXVIII.

Raportul *consiliului comunal din Brașov* către *Castaldo* și Báthory despre pregătirile făcute de Domniĭ țĕrilor românesti spre a năvălí in Ardél. 1552.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Copia).

Illustris spectabilis et Magnifice Domine Domine graciosissime seruitia nostra humilia et indefessa. Redijt nobis ipsa die datarum presentium homo noster missus speculatum in Valachiam qui significauit sangiacum de Brurza cum quadam Turcarum manu non usque forte a Nicopoli in Moldauiam esse profectum, Alium uero sangiacum de Bozna apud Dinam super Danubio construere pontem per quem transire ualeat, Hunc uocari tam a Valacho quam a Moldauo pro certo retulit, Quo autem profecturus sit, incertum est, Ipsum quoque Valacum cum exercitu suo paululum Moldauiam uersus declinare, Eadem fere hora speculator noster ex Moldauia rediens indicauit Vaiuodam Moldauiensem cum collecto Regni sui populo in Tatros oculis suis se uidisse, Denique decem et septem Turcarum castra ibidem posita ea quidem non fortia, fertur autem Vaiuodas Vtrosque eius esse animi ut in terram nostram erumpant, Postremo se audijsse inquiebat nobis franciscum N. spectabilium et Magnificarum Dominationum Vestrarum nuntium simul cum nostro ex commisso earundem eo quoque misso in Vinculis detineri Quid uero de ipsis statuerit non satis nobis constat, Hec noua per nostros explorata spectabilibus et Magnificis Dominationibus Vestris significanda duximus Quas nunc Deo optimo maximo Commendauimus. Datum in festo Visitationis Mariae anno Domini 1552.

Earumdem spectabilium et Magnificarum Dominationum Vestrarum

humiles Servitores

Iudex et Iurati ciues Brassouiensis.

A tergo: Castaldo et Domino Battori Vaiuode etc.

(Inserat) Post Scripta. Venit ad nos familiaris Eiusdem Stephani lazar qui retulit Nobis quosdam Siculos ex castris Wayuode Moldauiensis effugisse, qui dicant franciscum dobokay quem Nos eo miseramus cepisse, ac compedibus Strinxisse, Nunctium quoque Ciuium Brassouiensium simili modo cepisse asseruerunt, qui filium secum habuit, illum tonsis Crinibus eorum more, inter suos adolescentes statuit, ad hoc rectius intelligendum misimus, tandem eidem Significare curabimus.

CCLXXXIX.

1552. Estras din istoria lui *Bucholz* despre evenimentele petrecute țerile române.

(Bucholtz, „Geschichte Ferdinand I." B. VII. pg. 298 301).

Während nun jene Truppen wesentlich beitrugen, die Gemüther der Eingebornen zu erbittern, die Treuen abwendig zu machen, und den Anhängern des ermordeten Cardinals sowohl, als der Partei, welche den Sohn des Iohannes und die Isabella zurückführen wollte, grossen Vorschub zu geben, schwebte das Land und die Sache der traktatenmässigen Herrschaft Ferdinands fortwährend in der grössten Gefahr vor den Angriffen von Austen her. – Zunächst ist hier der von Seite der Moldau und Wallachei her drohende Gefahr Erwähnung zu thun. Der Waiwode der Moldau machte gegen Ende des Juli eine Inwasion mit einem zahlreichen Heere gegen Cronstadt, verheerte das Land der Szeckler, verbrannte auch die sächsischen Städte Herrmaun und Prasmar und führte eine grosse Beute an Menschen und Vieh hinweg. Bathory both die 4 Theile des Landes Colos, Daboka, Osdy unp Kökölö auf. Castaldo zog dem feinde mit Deutschen Truppen vor Kronstadt und Klausenburg entgegen und trieb ihn in die flucht. Viele wurden, ehe sie die Alpen erreichen konnten, niedergemacht und ihnen die Beute wieder abgejagt. Doch mussten Kronstadt, Herrmannstadt und Sassebes wider ihn durch Besatzungen geschützt werden;—and der feldherr suchte die Szekler dahin zu bringen, wider Jenen bei Kronstadt zu lagern, und den Adel wenigstens bei Dra (?) zu bleiben; er selbst beschloss damals, aller Hindernisse ungeachtet, Temeswar zu Hülfe zu ziehen, sah sich aber durch die Wiedersetzlichkeit und schwierige Stimmung der Szekler gehindert. Als nun der Waiwode eine zweite Invasion bereitete, glaubte der Italiener auch die dagegen sich darbietenden Hilfsmittel der List nicht abweisen zu sollen. Zu Schäsburg kam in der Nacht ein moldauischer Bojar, mit stattlicher Begleitung und 25. Pferden hier zu Castaldo, und eröffnete ihm: Da der Waiwode Stephanus ein Tirann und ein feind der Christen, schlimmer als die Türcken sei, wie er dann auch jetzt sich zum Angriffe mit einem Kriegsheer auf Siebenbürgen rüste, so hätten er und andere Bojaren sich vorgesetzt, ihn zu ermorden, und dann sollte an seine Stelle ein anderer treten, welcher jetzt in Polen sey, und welcher dem Römischen Könige allezeit willfährig und dienstbar sein werde. Zur Erleichterung dieser Änderung bitte er allgemein lautende Schreiben Castaldos an die Bojaren, welche sowohl in der Moldau selbst, als in Polen seyen, worin er sie gegen den Stephan aufnahm. Diese Schreiben bewilligte Castaldo, welche dann von Caspar Pesthiensis aufgesetzt, und auch eine Beglaubigung für den Ueberbringer enthielten. Falls die Verschwörung nicht gelinge, bot der Bojar seine Dienste als Befehlshaber über 200 Reiter an, und erhielt ein Patent darüber. «Kaum war dieser weggegangen» so sagt ferner der dem Könige erst ein paar Monate nachher (21 October 1552) gegebene Bericht, «so kamen zwei Gesandte des Woiwoden, deren einer beim Pressburger Reichstag als Gesandter desselben bei E. M. gewesen, der andere die Verwaltung der Dörfer und Schlösser hatte, die der Waiwoda in Siebenbürgèn besass. Diese baten: jenen Bojar, als der ihrem Herrn höchst feindselig gesinnt sei, zu greifen. Mir schien gut, jene Künste zu brauchen, die auch der Waiwoda gegen uns zu brauchen pflegte, und nachdem ich vorher den Bojar warnen lassen, sich aufs schleunigste zu entfernen, und er schon weggegangen war, gab ich jenen Boten des Waiwoden Briefe, das derselbe, wo er angetroffen werde, ergriffen und zu mir geführt werden möge, womit die Gesandten befriedigt waren.—Darnach kamen zu mir jene Beiden welche prätendirten, dass ihnen jene beiden fürstenthümer gebühren, dem Einen die Wallachei, dem Andern aber,

Alexander jetzt genannt, die Moldau; deren jedem ich eine Besoldung für 15 Pferde gab, und welche schliesslich sagten, wenn ich ihnen Schreiben an alle Bojaren der Moldau zu Gunsten jenes Alexanders gäbe, so hofften sie, den Stephanus entweder zu töten oder zu vertreiben. Diese Schreiben wurden dann verfasst, und von mir und Andreas Bathor gemeinschaftlich unterschrieben. Als nun, ich weiss nicht, ob dieses oder jenes frühere Schreiben (denn es war ein Monat zwischen beiden verlaufen) heimlich von zweien der vornehmsten Bojaren des Woiwoden gelesen wurde, wovon der eine die Verwaltung des Herres, der andere die der Gelder und Einkünfte desselben hatte, wurden sie von einem Knaben entdeckt und gehört, welcher sogleich dem Woiwoden hinterbrachte, dass jene heimlich Briefe des Generals E. M. läsen. Der Woiwode wie er immer dergleichen vermuthete, berief in selben augenblick zwei andere zu sich, aus den Vornehmsten auch, aber Jünglinge, denen er sagte: morgen will ich einem von euch das Herrwesen, dem andern den Schatz anvertrauen; wohl zugleich andeutend, dass er jenen Andern, welche seither jene Ämter hatten, nicht nur diese, sondern auch das Leben nehmen wolle. Diese Jünglinge, sei es unbedachtsam, sei es mit Vorsatz, eröffneten die Sache jenen Verdächtigten selbst, welche dann, in Betracht der nahe drohenden gefahr, ihr vorhaben zu beschleunigen beschlossen und so den Woiwoden in der folgenden Nacht tödteten. Nach dessen Tode stellte zwar seine Mutter einen andern an seine Stelle auf; die Mörder aber sandten ohne Verzug um jenen Alexander, der damals anders hiess, und machten ihn mit Hülfe des Königs von Polen, nach Vertreibung des Erstern, zum Woiwoden, welcher König von Polen nämlich immer zu diesem Ende unterhalten hatte. — Er wollte aber Alexander genannt werden, weil so jener genannt wird wovon man sagt, dass er der wahre und legitime Erbe sey, und welchem er hat sagen lassen, «er möge sich das Geschehene nicht verdriesen lassen, weil er Sorge tragen werde, ihm Unterhalt zu sichern, und mit Ausnahme der Herrschaft ihm alle möglichen Gutthaten zu erweisen. Uns aber schickte er jene Schreiben, die ich E. M. zugesendet, und so auch die Bojaren mit Ankündigung eines Deputirten; schliesslich dahin sich aussprechend, dass sie der Sache E. M. anhangen, und Ihnen wider jedermann dienen wollen, welches sie, wie ich glaube, thun werden; nur im fall dass der Sohn Königs Johannes einträte, vermuthe ich, dass sie diesem vor E. M. anhangen würden.» – Der neue Woiwode Alexander liess für sich erklären, er wolle dem Könige Ferdinand, so lange er lebe, dienen, sowohl gegen die Türken, als zur Behauptung der Herschaft, und sei dazu hochlich bereit, und wünsche für den Prätendenten der Wallachei (Radul) der damals auch beim Castaldo war, etwas zu unternehmen, als welchen er nach Tödtung oder Vertreibung des jetzigen Tirannen, an dessen Stelle einzusetzen hoffe, damit so viel besser sie beide zur gemeinschaftlichen Vertheidigung und zum dienste des Königs Ferdinands vereinigt sein möchten. — Es zeigte sich aber bald, dass Alexander Polen den Eid geleistet habe, und vielmehr eine Stütze der Polnischen Partei in Siebenbürgen war.

Der in der Wallachei faktisch herrschende Woiwode Myrche, obwohl auch vom Sultan zum Angriffe auf Siebenbürgen aufgefordert, und das Land mit demselben bedrohend, liess jedoch dem Bürgermeister von Herrmannstadt, Peter Haller, schon im Junius 1552 wissen, «das Land werde im beruhigteren Stande sein, wenn nur dem Sultan Tribut gezahlt würde; und es liege diesem nicht viel daran, wen die Siebenbürger als ihren Herrn erkenten». Eine ähnliche Eröffnung hatte er auch dem Losonczy, Ban von Temeswar, machen lassen. — Der deputirte, welcher zu Haller kam, äusserte, so viel er verstände, habe sein Herr solches ohne Sweifel von der Pforte. — Weil nun die Einnahmen sich mehr und mehr dahin neigten, den Sohn des Johannes zurückzuführen, so beschlossen Castaldo, Bathor u. s. w. Dieser Verhandlung den freiesten Lauf zu lassen, vorausgesetzt, dass Ferdinand als Herr des Landes anerkannt bliebe, letzterer Punkt liessen sie sich von den Vornehmsten angeloben und gestatteten sonst den Eingebornen, was sie wollten, an den Türken zu schreiben. Ferdinand hatte insbesondere genehmigt, dass ein Tribut, Namens der drei siebenbürgischen Nationen, versprochen werde. – Die Verhandlung ging nun durch Haller, der ein loyaler Anhänger Ferdinands war. Obwohl

nun auch ein Tschausch sagte, es würde dem Sultan nur wenig daran liegen, wer in Siebenbürgen herschte, wenn nur der Tribut bezahlt würde, so mangelte es doch der Verhandlung an einem sichern Grunde, und sie wurde bald durch eine gewaltsame Entsetzung des Myrche unterbrochen. Castaldo, welcher dem Prätendenten Schutz gewährte, wollte eben jener Verhandlung wegen vorerst nicht in ähnlicher Weise zu dessen Absichten helfen, wie er es für den Prätendenten der Moldau gethan; Radul aber erreichte seine Zwecke im offenen Kriege. Er schlug mit einem kleinen Herre von nicht über 4000 Mann in drei Gefechten den Myrche, obwohl dessen Heer mit Türken, Tartaren und Walachen auf 100 000 angegeben wird. Als Myrche nach der letzten Schlacht mit wenigen Reitern floh, folgten ihm einige Bojaren mit 5000 Reitern und dem neuen Woiwoden Radul selbst nach. Dieser durchbohrte in hitziger Verfolgung den nächsten Begleiter des Myrche; der letztere wandte sich um und rief: welcher Hund ist es, der uns von hinten Verfolgt? und der verfolgende rief: ich bin es Radul selbst, der dich tödten wollte, wenn mich nicht die Kleidung deines Bojaren getäuscht hätte. — Jener entkam dann noch nach Gyorgyö, welche fesste Radul mit Kriegsmacht und Bomben bedrohend, die Auslieferung des Ueberwundenen verlangte. Der Commandant, sich zu schwach fühlend, bewilligte den Myrche in der Stadt und Festung zu suchen, und übergab dem Sieger auch gegen Sicherheit als Geissel den Ali Tschausch, der, als er nach Bucharest kam, ausrief: Nicht von Deutschen und Italienern, wie Jener gesagt, sonder von seinen eigenen Leuten ist Myrche vertrieben worden, und hat den Lohn seiner Thaten erhalten. — Radul sandte, nachdem er Herr der Wallachei war, 2 Gesandte an Castaldo, mit dem Versprechen, das er eingedenk der ihm erzeigten Wohlthaten, immer dem Könige Ferdinand treu seie, und nie von dieser heilig übernommenen Verpflichtung abgehen wolle. Zugleich bat er, Castaldo möge zur noch grössern Befestigung seiner Lage, ihm 500 Fussvolk senden, und mit einigen deutschen Fähnlein und 300 schwerer Reiter in der Nähe der Gränze verweilen.

CCXC.

1553, 13 Ianuar. Raportul lui *Castaldo* către Regele *Maximilian* despre stăruințele lui Radu-Vodă, ca Ardélul și Muntenia să fie unite sub domnia luĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Catolica Regia Maiestas Domine Domine semper clementissime.

Precedentibus meis litteris Maiestati vestre scripsi qualiter ad euitandum generalem conuentum particularem indixeramus ad proximam octauam diem in ciuitate Colosuariensi celebrandum, Adhuc tamen dubium est an Regnicolae contentabuntur vel ne, sed ad tollendam spem quam in aduentu Aly Chiaussy habere possent operam dedi quod Radul Transalpinensis Vaiuoda per quemdam suum mihi nuntiauit Velle mecum Maiestatis vestrae nomine tale foedus inire ut utrumque Regnum scilicet istud et suum unita essent ad communem contra Turcas defensionem et sub obedientia Maiestatis vestrae offerens se cum sexaginta mille equitibus quandocunque opus fuerit praesto futurum, scribit illiusmet Voluntatis esse Moldauum Quod ego hucusque non uideo

neque credo, curabo tamen haec omnia in conuentu si fiet recenseri . . . . (Berichte über die Sachsen, die Wahl eines Siebenbürgischen Waywoda, und Spanische Truppen betreffend . . . .) . . supplico Maiestatem vestram ut quid facere debeam mihi mandare dignetur. Quam per multa secula felicissimam et ad uota incolumem cum Regnorum accessione Deus seruet. Ex Alba Julia die XIII Ianuarij 1553.

Sacre Catolice Regie Maiestatis Vestrae

fidelis seruitor

Ioannes baptista Castaldus.

Aufschrift: Sacrae Catolicae Regiae Maiestati Romanorum Hungariae Bohemiaeque etc. Domino Domino semper clementissimo.

CCXCI.

Scrisórea lui *Alexandru-Vodă* din Moldova cătră *Nicolae Kornis*, rugându-l să vie la dênsul, căci are să-i facă împărteşirĭ importante. 1553, 21 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Alexander Dei gracia Waywoda Dominus Et heres Verus Terrae Moldauiae etc.

Egregie Ac Nobilis Domine Amice noster Vicine sincere nobis dilecte. Salutem et omnis felicitatis Continuum Incrementum. Posteaquam et Litteris et Nunccio eiusdem tum beneuolenciam tum amiciciam perfectam. denique animum sincerum, addictissimamque tam fidelitatem quam eciam inseruiendi summam Voluntatem nobis pollicitus peroptime agnouissemus. quemadmodum in Elapsis temporibus Predecessorum condam Petri ac filiorum Waywodarum Terrae Moldauiae. promptissimam humanitatem fideliter approbassetis. precipue ad Erigendam conseruandamque rempublicam Christianam preterquam gratissimo animo accidit. Enimuero operam dabimus Authoritate nostra Pari modo mutuam amiciciam connectere cum Egregia Dominacione Vestra atque auxiliari in omnibus studebimus. Quamobrem hisce litteris nostris perlectis omni occasione intermissa animum intendere Veniendi ad nos Velit propterque Rempublicam Christianam retinendam aliqua communicare habemus cum Dominacione Vestra Egregia quae eidem ac dominis omnibus siculis ad honorem commodumque pertinere Videbuntur. Exhibitori Vero Litterarum quae Nomine nostro retulerit non secus atque si nos ipsi coram essemus. fidem indubiam preberae Velit. Tandem fauste feliciterque Vestram Egregiam Dominacionem Valere exoptamus. Ex Castro nostro Nemczs die Vigesimo primo Mensis Ianuarij. Anno domini 1553.

Aufschrift: Egregio ac Nobili Domino Nicolao Kornisch In Sede Wdwarhely existenti. Amico et Vicino sincere nobis grato.

CCXCII.

1553, 10 Fevr. Scrisórea luĭ *Radu-Vodă* din Muntenia cătră *Francisc Kendy*, despre căderea luĭ Mircea-Vodă în robia Turcilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Magnifice domine domine nobis Vnice Singularissime, Salutem et officij commendacionem, hesterno Vespere Redijt Nuncctius Vnus noster, a cesare Thurcarum qui Retullit quomodo nostri legati missi per nos in scripsissent, omnia Nomina interfectorum. quos Myrche dicitur trucidasse, et ad Manus cesaris Thurcarum in Registo sunt presentati et cum turca tantam Cladem procerum in Registo Jnspexisset, admiratus est plurimum, et Myrcheae Vinctum accepit, ac per duos chawzios ad zanchakum Nicopoliensem Illum misit Vt Jbidem Ille Zanchakus Vnacum Iudice Illius loci, Negocium Illud Mediante Iusticia Reuiderent, interim tamen cesar Thurcarum mandauit nobis Vt totum Regnum nostrum Transalpinum conuocari laceremus, Vt omnes Illos quorum Afines, ac consanguineos ipse Myrche trucidauit, ad Nicopoly mitteremus et Nouiter ipsum Myrche, de perpetrato tanto scellere accusare deberent, etsi Res ipsa Ita comperiretur quemadmodum in Registo inserta fuerat tunc ipse Myrche capite priuaretur suo. Cum autem thurca in suis gestis anstutus (1) ac follax in Veniatur. Nempe ante Aliquot annos quendam Waydam, Badyka Victum Vnacum proceribus suis, numero triginta tres infelicissime, inopinate trucidati dicuntur, tanta disturbia, ac amissionem procerum. Euitare Volentes. Vestre interim, tamquam domino et patri supplicamus. Magnifice dominacioni cum aliquibus gentibus in conseruacionem nostri. Iam proxime adesse Velit, quousque Negocium Illud cum Myrche finietur, Ne per anstuciam turcarum Vnacum Regno, in aliquod incidamus periculum quod Vestre Magnifice dominacioni tamquam patri reseruire studebimus, Tum Enim supplicaciones nostre Medio Egregij domini Petri Gerendij, Iam proxime facte Vestre Magnifice dominacioni apertissime constant, Ceterum est, Negocium presentem ab oratore nostro Iwan Medenycher Vestra eadem Magnifica dominacio clarius intelligere potest, cui in dicendo fidem adhibere eadem Velit creditiuam. quem et felicissime cum domina conthorali suo charissima, ac liberis charissimis, Valere optamus. Datum in oppido nostro Thargonischa, decimo die Mensis februarij anno 1553.

Unterschrift: Radwl diuina fauente gracia Wayda. dominus heresque perpetuus Terre Transalpinensis.

Aufschrift: Magnifico domino francisco Kendy Consiliario Sacratissimo Regie Maiestatis domino et patri Vnice singularissimo graciosissimo.

(Ein Schreiben desselben wörtlichen Inhalts und von demselben Datum von ebendenselben an:)

Aufschrift: Reuerendissimo domino Francisco de Megyes Gubernatorij Episcopatus Regnij Transiluanensis etc. domino michi honorandissimo.

---

1) Astutus.

CCXCIII.

Scrisórea luĭ *Petru Gerendy* cătră *Vicarul general din Mediaş*, stăruind să i se dea luĭ Radu-Vodă ajutor. 1553, 10 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Reuerendissime domine michi obseruandissime, post seruiciorum meorum perpetuorum commendacionem, hijs proximis preteritis diebus vestra Reuerendissima dominacio bene Intellexit ex litteris domini Radwl Wayuode, ac ex legacione mea Optata ipsius, Nunc timemus falacissimam astuciam Turcarum, quomodo vestra Reuerendissima dominacio ex litteris Radwl Wayuode Intelliget, Rogo vestram Reuerendissimam dominacionem vt memores esse velint, de relacione per me domino Radwl Wayuode factam, et illi aliquibus gentibus Auxilio esse, quousque Inter ipsum et Mirchem res determinabitur, Ceterum Rogo Vestram Reuerendissimam dominacionem vt presencium exhibitorij fidem adhibere Velit, Ceterum vestram Reuerendissimam dominacionem quam felicissime Valere opto. Datum Targo Wyssthya X die februarij. Anno domini 1553.

Seruitor

Petrus de Gerend, manu propria.

Aufschrift: Reuerendissimo domino Francisco de Megyes Gubernatorij episcopatus Transsiluanensis ac vicari Albensi etc. domino mihi obseruandissimo.

CCXCIV.

Scrisórea luĭ *Radu-Vodă* din Muntenia cătră Voivodul Ardéluluĭ *Andreiu Báthory*, cerênd voie să adune óste în Ardél. 1553, 20 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Spectabilis et Magnifice domine et pater Nobis obseruandissime. Post Salutem ac nostrj Commendacionem. Vestra Spectabilis et Magnifica dominacio bene recordari potest, Quomodo nos Juramentum fecimus Sacratissime Regie Maiestati domino domino Nobis clementissimo ac eciam Vestre Spectabili et Magnifice dominacioni Nos Vnacum Boieronibus Regnj nostrj Transalpinensis, fideles subditj, Regie Maiestatj esse Volumus Vsque ad mortem nostram, ac in omnibus Aduersis Rebus Regie Maiestatj fidelissime Seruire promittimus, fide nostra Mediante, non ita quemadmodum Stephanus Moldauiensis, Nouiter extinctus, Jurabat se fidelem fore Regie Maiestatis, ac toto Regno Vngarie, ac Vestre Spectabili et Magnifice dominacioni Postpositis autem Juramentis, cum Turcis se associabat, et Regnum Transsiluaniae, gladio, et Ingre (sic) deuastabat. quod Vestre Spectabili et Magnifice dominacioni palam est. Rogamus Vestram Spectabilem et Magnificam dominacionem, Vt si res nostra in talem deueniret infelicitatem, Vt Nobis Vnacum Boieronibus, Vxoribus, liberis nostris, et Rebus, iter nobis liberum prebere Velit ad Rengnum Transsiluanense. Quemadmodum genitori nostro pie Memorie. Quia cum morte nostra dispartirj Volumus a Vestra Spectabili et Magnifica dominacione ac a Rengno Transsiluanensi. Credat Vestra Spectabilis et Magnifica dominacio nos adhuc nullum

timorem habere a Turcis, Quia quam plurimj exploratores nostrj Sunt missi a Nobis. Qui totum Regnum turcarum peruagantur, Sed adhuc nullibi Turcj congregantur. Attamen Astuciam illorum timemus, et fallacitatem. Quia Semper Juramentis Mediantibus Solent ipsj decipere Rengna (sic). Ex litterisque Turcarum cognoscimus, Quod nos ac Regnum hungariae, Velint ut essemus discordes, Quod nos nunquam faciemus. Ceterum ex Relacione nobis facta, Intelleximus omnem Beneuolenciam erga nos habere, Ideo Miseramus cum pecunijs nostris Brassouiam, Vt ibidem aliquot Stipendiare ordinarent. Quod Judex Brassouiensis noluit concedere. Rogamus Igitur Vestram Spectabilem et Magnificam dominacionem Vt Nobis pro pecunia nostra, ac eciam absque pecunia, gentibus auxiliare Velit, Vt nos Sacratissime Regie Maiestatj ac eciam Vestre Spectabili et Magnifice dominacioni ac toto Rengno hungarie eo melius Seruire Valeamus. Eciam Rogamus Vestram Spectabilem et Magnificam dominacionem Vt ad Ciuitates Mandare Velit, Vt Nobis necessaria pro pecunijs nostris, Extramittere Velint, sint gentes, Vel alia Nobis necessaria. Ceterum misimus ad Vestram Spectabilem et Magnificam dominacionem presencium ostensorem Athanasium Episcopum Secundum legem nostram, ac Cubiculares nostros Sanguine nobis iunctum, Iwn poztelnyk, ac Radul poztelnyk, Qui Vestre Spectabili ac Magnifice dominacioni nomine nostro omnem Statum nostrum, ac Rengnj dicent. Eciam omnes Nouitates a Rege persarum Referent. Rogamus Igitur Vestram Spectabilem et Magnificam dominacionem, Vt illis fidem adhibere Velit quicquid nomine nostro dicent. Ceterum Vestram Spectabilem et Magnificam dominacionem quam felicissimam et Incollumen Valere optamus in Annos optatos. Datum Ex Castro nostro Thergowystya XX die Mensis februarij Anno dominj 1553.

Unterschrift: Radwl dei gracia Waiwoda dominus Verusque heres Rengnj Transalpinensis etc.

Aufschrift: Spectabili et Magnifico domino domino Andree de Bathor, Comitj Comittatuum Zathmar et Zabots, Tauernicorum Regalium Magistro, ac Waiwode Transsiluanensi, et Siculorum Comitj etc. domino domino Nobis obseruandissimo.

CCXCV.

1553, 18 Aug. Scrisórea luĭ *Alexandru-Vodă* din Moldova cătră *Isabelta*, vestindul că e gata de rĕsboiŭ.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Exemplum literarum Domini Vayuodae Moldauiensis ad Maiestatem Reginalem S. datarum.

Alexander Dei gratia Vayuoda Dominus et Heres verus terrae Moldauiae etc.

Serenissima Domina Domina Nobis gratiosissima, Salutem ac omnium rerum Bonarum incrementum. Certiorem hisce literis nostris duximus Reginalem Maiestatem Vestram reddere de statu et conditione tum etiam Serenissimi vestri filij, quomodo apud Caesaream Maiestatem agitur, Domini Regnicole Regni Transsyluaniae miserunt ad

Caesaream Maiestatem vnanimiter supplicantes pro filio Reginali Vestrae Maiestatis loco paternali eum vt constitueret. Illisque in Regem et in locum suum pristinum vt locaret. Hij sunt nomine Antonius Kendy. Pathochy ferencz. Bormemyza farkas. Haghmassy Christoff et Caeterj. Ad Nos quoque literas miserunt suas, vt opera et Auxilio nostro Reginali Vestrae Maiestati adessemus, in Introductione Transsyluaniam. Nunc autem Caes. Maiestas nobis mandauit vt parati esse debeamus in hisce negocÿs et rebus cum nostro exercitu. Itaque scire debet Reginalis Maiestas Vestra, quod parati sumus et semper erimus, tantum agat Maiestas Vestra apud Sacram Maiestatem et Regem vt talis introductio fiat per terram Nostram. Nam minore sumptu et meliore itinere per terram Nostram Id fieri potest vbi Nos in propria persona et cum Nostro exercitu in procinctu vobiscum erimus. Quam Deus optim. Maxim. Reginalem Maiestatem Vestram felicem et incolumem conseruare dignetur. Datum Soczauiae Mensis Augustj die XVIII Anno Domini 1553.

CCXCVI.

Raportul lui *Anton Verantius* şi alui *Francisc Zay* despre căderea lui Mircea-Vodă şi înlocuirea lui cu Petru-Vodă. 1554, 1 Martie

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Antonius Verantius, Episcopus Puinquecclesiensis, und Franciscus Zay de chemer oestreichisch Gesandte an der Pforte, berichten ihrem Souveraen am 1. Maerz 1554 aus Constantinopel.

Vaivoda etiam hic nundiusquartus in Transalpinia nouus creatus est Petrus Konomine, Calugeri olim Vaiuodae filius, isque heri ad Principatum profectus est, Mirchie vero qui nunc Dominio potitur, vocatur ad portam, qui si huc veniet, nescimus quo animo veniet quoue consilio cedet Principatu; de hac mutatione causam non potuimus consequi, veremur tamen quod Myrchie Vaiuodae nocuerit amicitia Ma[tis] Vestrae, Verum non est in his Valachis ponenda aliqua amicitiae fiducia, leues sunt et instrumenta huius bestiae, qualia et in Transsiluania esse vellent, si eam pro arbitratu suo conferre possent ut ab intrusis et extrusis Vaiuodis uno tempore et saepius munera legerent.

CCXCVII.

1554. 6 Martie. Scrisórea *Sultanului* cătră *mai mulți magnați din Ardél* în cestiunea tributului și a ridicării în scaun a fiului lui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Literae Principis Turcarum ad Vaiuodas et nobiles Transsyluaniae traductae per Interpretem Regium cum discordantijs traductionis factae per Mahmuth interpretem.

Dominis Brassouiensibus et Ioanni Wag ac Stephano Gun, necnon Francisco Kendi Transsyluaniensibus et Hungaris Dominis.

Abweichende Stellen nach Mahmut Dragomans Uebersetzung.

Nominat tantum Kendy et Dobo, dicens Magnificis egregijs nobilibus Francisco Kendy et Stephano Doboi ac caeteris omnibus nobilibus et ignobilibus Regni Hungariae et Transsyluaniae omnis boni (sic) et gratiam nostram.

ac ne negligentiam vestram aegro animo ferremus corrogastis,

Hungariam et Transsyluaniam Deo adiuuante ab Rege Ludovico

dicta Dominia

Et pro aliquo tempore in bona pace cum Dominis Hungaris et Transsyluaniensibus et cum omnis (sic) regnicolis tranquilliter regnabat et hilarem vitam agebant.

Uebersezung durch den köniġ. Dollmetsch.

Vos Domini sequaces Messiae Brassovienses Ioannes Wag, Stephane Gun et Francisce Kendy caeterique Dominj omnes Transsyluaniae, atque vos Hungari Saxones et Siculi omnesque populi ad Transsyluaniam pertinentes. Quando ad vos peruenerint hae potentissimae Literae nostrae praeceptoriae, hoc sciatis, quod ad excelsam portam meam Literas vestras miseritis, et nobis per illas significaueritis causas, propter quas tributum ad potentissimam portam meam nondum transmiseritis, nempe quod Kazzon Passa Themesiensis et Begus Zolnociensis Petro Petrowith ad tumultus suos auxilium praestiterint, et hinc factum sit quod tributum nec intra nec extra Regnum colligere potueritis, *vt propterea vobis ignoscere commeritamque poenam remittere vellemus,* Significastis etiam nobis, quomodo se res habeat cum Keiuanno et duobus illis qui tempore perfidi Monarchi capti fuerunt, et quod nunc Liberi sint, Caetera etiam omnia quae dixistis Magnitudini meae, exposita fuere, nobisque sunt cognita. Ego itaque *prouinciam Trassyluaniensem gladio meo quasi ignito occupaui,* Et quia Rex Iohannes sese erga excelsam portam nostram syncerum et fidelem exhibuit, nos *eam* illi habita ratione fidelium seruitiorum suorum ex speciali beneficentia Magn. nostrae dedimus atque contulimus, Et post ipsum filio eius, *Vixerunt autem miseri subditi sub regimine meo in bona tranquillitate.* Sed postea nonnulli perfidi in Regno tumultum concitarunt,

nonnullos infideles Regis Stephanis (sic)

Ideo iam iterum egregium fidelem mancipium dilectum Interpretem Mahmuth cum gratiosis Literis et priuilegijs ad serenissimum Regem Poloniensem et ad Sernissimam Reginam Ysabellam ac ad Illustrissimum Regem Stephanum misimus et nunciavimus,

si petunt in tranquilla pace vitam agere

de Tartaris etiam dicit probus Interpres de quibus nihil in Literis Turcicis, et posuit conditionem, quando scilicet in auxilium vocabuntur isti omnes.

Translatio Mahmuthi nihil habet de expeditione tributi.

Per Deum omnipotentem Vobis promitto si Ferdinandus Rex saltem pro tanta terra quantum unus in manum accipere potest totum thesaurum orbis vel tota Regna sua daret, adhuc pro uno obolo de terra Hungariae et Transsyluaniae sibi non concedam, neque in potestate sua dimittam, filium Regis Ioannis et magnificum Comitem Petrouyth in omnibus necessijs auxilium praestare volo ac omnibus modis ab aduersarijs suis defendere volo. Ideo omnia ab inicio usque ad metam prudenter negocitate, ut iam summam gratiam et clementiam erga Regem Stephanum tam clare sicut sol in orbe ostenderc volo.

itaque et bella inter nos fuerint, Et pereunte hoc modo Regno, expediuimus eo potentissimum exercitum nostrum, ac aliquot *ex illis sediciosis* puniri fecimus, Porro nun quoque misimus *ad dictum filium Regis potentissima mandata nostra,* ut celeriter isthuc veniat, Et donec venerit debebit locum ipsius tenere Petrus Petrouyth, cui sane commisimus ut prouinciam istam teneat et regat, Mandauimus praeterea in dictis potentissimis literis nostris ut omnes Hungarici et Transsyluanienses Dominj, omnes Boyarones cunctique eorum subditj *eidem* pareant et subiecti sunt, (sic) Caeterum ut filio Regis et ministro nostro Petrowith auxilium feratur, expediuimus mandata nostra ad Passam Bosnensem Mehmeth Passam, qui isthic cum huius militibus prouinciae illius curam habet, Item ad Beglerbegum Budensem ac Themesiensem, et ad omnes Sanziackos ministros meos, Ad Vaiuodas Valachiae et Moldauiae aliosque nostros milites necnon supremos Praefectos Akanziorum, ut cum omnibus suis militibus et Akanzys moueant, ac filio Regis et ministro nostro opem ferant, Haec illis mandauimus, Et mandamus quoque vobis nunc, postquam ille qui modo in potentissima porta nostra fuit Iohannes Wibeck ad vos peruenerit, ut fideles et candidi erga filium Regis vos exibeatis, Interim vero donec ad vos venerit, concordate cum Petro Petrouyth, non agatis infideliter, sed expellite et exterminate hostes, non cunctemini mittere tributum, imo expedite ipsum huc in tempore, Scitis nunquam proculdubio, quae infidelibus contingere soleant, et sciendum vobis est obedientiam et fidelitatem vestram diuitias vestras esse, ne sistis ex deficientibus et inobedientibus, Misimus insuper à potentissima porta nostra dicto Regis filio excelsum vexillum nostrum per Orudz Chiaus, qui et alia negocia agenda in mandatis accepit, Haec noueritis et faciatis nostrisque potentissimis mandatis pareatis. Dat. prima mensis Rebiulachyr anno 961, Hoc est circiter quartam vel quintam Martij.

In ciuitate Aleppo.

CCXCVIII.

1554, 1 Aprile. Raportul lui *Anton Verantius* şi alui *Francisc Zay* despre excesele ivite la înmormêntarea fiului lui Petru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ant. Verantius et Franc. Zay melden aus Constantinopel dd^o 1—4 April 1554.

At subijciemus adhuc et de Petri Moldauorum quondam Vaiuodae filio nomine Constantino qui annos natus quatuordecim seruabatur apud Turcam insanie, si bene conjicimus, Valachorum qui Principibus suis manus inferre usitatum habent. Nuper repentina morte sublatus moderni, ut aiunt, Vaiuodae per venenum procurata, cum Christiano ritu ultima sacramenta sumpsisset et efferretur infinita Graecorum turba ad sepulturam comitatus; occurrere Passae satellites ereptoque Christianis mortuo in domum retulere, inclamantes Turcico cum more humari oportere, quia dum viueret Turcam se facturum promisisset, ubi primum ad aetatem peruenisset quae posset de religione statuere, nec deesse rei testimonia. Eo itaque die circumciso pueri cadauere populariterque pro eo habitis in templo orationibus, postero extra muros quatuor circiter millium Turcarum pompa, Graecis sumotis, elatus est cum Turcis tumulatus Pathiolat sepulturae apposito multo ludibrio res à nostris habita nationibus, sed intra sinum.

CCXCIX.

1554, 7 Aprile. *Scrisórea Sultanului* cătră mai mulţi *magnaţi din Ardél* în cestiunea tributului şi a ridicării în scaun a fiiului lui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum Literarum Principis Turcarum ad Vaiuodas Transsyluanenses per Interpretem Mahmuth traductarum.

Magnificis Egregijs nobilibus Francisco Kendy et Stephano Doboj ac caeteris omnibus nobilis (sic) et ignobilibus Regni Hungariae et Transsyluaniae omnis bonj (sic) et gratiam nostram. Dum seria mandata Excelsae Curiae Magnit^nis nostrae vobis peruenient, notum sit qualiter ad potentissimam Curiam Maiestatis nostrae literas excusationales misistis, in quibus significastis, quod hactenus tributum ad Serenissimam Curiam non misistis, quid fuisse causa bina uice Magnitudini nostrae curia scripsistis et nunciastis, et quod in omnia negocia in culpa Beglerbegum Themesiensem, Sanhagibegum arcis Solnok esse, quin Magnifico Comito (sic) Petro Petrowith fidelo (sic) nobis syncerè dilecto auxilium praestauerunt. Causae ruinae et tumultuositate praedictorum vos nullo modo tributum accipere et congregare potuisse se excusastis, ac ne negligentiam vestram aegro animo ferremus, corrogastis, et pro Cheiuano ac causa binos captiuos qui tempore maledictis (sic) proditoris Monachis capti fuerant eliberastis, notificastis; quaecumque scripsistis et significastis clare percepimus. Igitur vos certiorem reddo, quod Hungariam

et Transsyluaniam Deo adiuuante ab Rege Ludouico cum gladio Magn[nis] nostrae coruscabile (1) occupauimus, tamen ob fidelitatem et amicitiam defunctis (sic) Regis Iohannis dicta Dominia Rege Ioanne (sic) concessimus et in potestatem suam dederamus, erga amore suo post obitum filio suo Illustrissimo Rege Stephano benigniter dedimus et concessimus, et pro aliquo tempore in bona pace cum Dominis Hungaris et Transsiluaniensibus et cum omnis (sic) Regnicolis tranquilliter regnabat, et hilarem vitam agebant, postea autem causa ruinae et perdicione infideliorum (sic) inter regnicolis et in dictis regionibus tanta mala et bellicia peraguntur, id fuit in causa, qud ex commissione Magn[nis] nostrae exercitus inuictibilis ad illas partes missus fuerat, et nonnullos infideles Regis Stephanis (sic) castigauerunt, ac pro merito eorum soluerunt poenam. Ideo iam iterum egregium fidelem mancipium dilectum interpretem Machmut cum graciosis literis et priuilegijs ad Serenissimum Regem Poloniensem et ad Serenissimam Reginam Ysabellam ac ad Illustrissimum Regem Stephanum misimus et nunciauimus, vt citissimè in concessum ab nos (sic) Regnum ingredeant (sic), tamen donec Rex Stephanus adueniet, vt interim Magnificus Comes Petrus Petrowith in loco et nomine suo omnia gubernat et fideliter procurat, mandauimus, et in locum tenentem Regis Stephanis (sic) elegimus, ac ea de causa ad omnes Dominos nobiles et ignobiles ac ad omnes Iudices et gubernatores ciuitatibus mandata seria misimus et mandauimus, vt omnes vnanimiter si petunt in tranquillo (sic) pace vitam agere, Rege (sic) Stephano obediant, similiter et Magnifico Comiti Petrowith in loco Regis Stephanis (sic) fideliter seruiant, etiamque Spectabilo (sic) Mehemuet Passae Bosnensi, qui antea Consiliarius Maiestatis nostrae fuerat, et Beglerbego Budensi, et Beglerbego Themesiensi, ac ad omnes Sanzakos et Comites ac Archicomites, et ad Waiuodam Moldauiensem et Waiuodam Transalpinensem et ad Capitaneum generalem et ad caeteros Capitaneos Achanzionum et Tartarorum, et caeteris bellicis nostris firmiter mandauimus, vt in auxilium Regis Stephanis (sic) et Comitis Petrj Petrowith die nocteque prompti fiant, vt quando in auxilium advocabuntur, quod sine vllo (sic) occasione uel excusatione quam citissime adueniant cum omnibus bellicis Instrumentis, admonemus vos etiam, nuncius vester Ioannes Vig, quem ad Excelsam Curiam misistis, vobis redierit, vos quoque quemadmodum de vos (sic) expecto, obedientiam vestram fideliter Rege (sic) Stephano ostendeatis (sic) et in loco et nomine suo Magnifico Comiti Petrowith obediatis, et omnia constanter et vnanimiter secum ageatis (sic) et consuletis, ac in isto incepto negocio summam diligentiam adhibeatis, fidelitatem vestram nobis faelicitas esse sciatis, quia proculdubio Deo adiuuante infidelj soluent poenam. Per Deum omnipotentem vobis promitto, si Ferdinandus Rex saltem pro tanta terra quantum vnus in manum accipere potest, totum Thesaurum orbis uel tota Regione sua daret adhuc pro vno obulo de terra Hungariae et Transsyluaniae sibj non concedam, neque in potestatem suam dimittam, ista certo sciatis, ne postea aliquis se non intellexisse dicat, non dimittam filium regis Ioannis et Magnificum Petrowith, in omnibus necessarijs auxilium praestare volo, ac omis (sic) modibus (sic) ab aduersarijs suis defendere volo. Ideo omnia ab initio usque ad metam prudenter recogitate, et iamiam summam gratiam et clementiam erga Regem Stephanum tam clare sicutj sol in orbe ostendere volo, ea ob rem Excelsum vexillum Magn[nis] nostrae pro rege Stephano per Egregium fidelem dilectum Orucz Chaucz in manu Comitis Petrowith misimus et confidimus dictis Orucz Chaucz ea quae ex commissione Magn.[nis] nostrae uobis nuntiabit et declarabit fidem indubitatam adhibeatis, Sigilloque nostro Imperiali fidem praestetis. Datum in Imperiali Ciuitate nostra Alepi in Arabia. die septima mensis Aprilis.

Potentissimi et Inuictissimi Imperatoris Secretarius
et Interpres

Machmut.

---

1) *corruscare,* (italien) glänzen, blizen, éclairer; davon *corruscante,* glänzend, Hizend.

CCC.

1554, 1 Maiŭ. Raportul luĭ *Anton Verantius* şi *Francisc Zay* despre legăturile Reginei Isabella cu Turciĭ şi cu Moldoveniĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dieselben Gesandten schreiben dd^o^ Constantinopel, 1. Mai 1554.

Quid rerum gerant Siculi, quod nos praeterierat, Maiestas summa cura videat, cum Regina tum Petrowyth cum Polono cum Moldauo et non cum paucis Regni Hungariae proceribus habent intelligentiam de praebendo transitu in Transsyluaniam puero deque eodem excipiendo ac tuendo donec votis potiatur, etiam turcae quoque Passis de hac sua fide et voluntate in puerum fecerunt sponsionem, modo altera ex parte eius prouinciae non desint praesto illis auxilia. Haec retulit nobis Turca quidam Hungarus Kwywn Chyhamza nomine Turcico, Christiano vero Etues.

CCCI.

1554, 20 Maiŭ. Instrucţiune dată de Regele *Ferdinand I.* solilor sĕi însărcinaţi cu negociările de pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinand I.

Instructio data Ioanni Maluezzio, Antonio Verantio et Francisco Zay iuxta inchoatam cum Swlthano Solymanno tractationem pacis, dd^o^ 20. Mai 1554, Wien.

Maxime vero instent et laborent vt Serenissimus Princeps Turcarum Waiuodis Moldauo et Transalpino firmissime mandet, vt ab omni hostilitate sese contineant, et cum fidelibus subditis nostris sibi conterminis in bona vicinitate et quiete viuant, nec vlli turbae aut discordiae occasionem praebeant.

CCCII.

Scrisórea lui *Alexandru-Vodă* din Moldova cătră *Stefan Dobó*, stăruind să i se supună fiiului lui Zápolya. 1554, 1 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Alexander Dei Gracia Waywoda Dominus et Verus heres terre Moldauiensis. etc.

Spectabilis et Magnifice Domine Amice Vicineque nobis sincere dilecte, Salutem et omnium bonorum rerum continuum Incrementum, Nouerit Vestra Spectabilis et Magnifica Dominatio, Nos literas Potentissimi Imperatoris Cesaree Maiestatis erga Vestram Spectabilem et Magnificam Dominationem direxisse, scripsisseque nobis, quod Imperator Cesarea Maiestas, Regnum Hungarie et Transsyluanie cum cunctis suis Jurisdictionibus et partibus sibi subiectis Illustrissimo Principi Stephano Regi, filio Serenissimi Principis quondam Dominj Ioannis Regis pie memorie Regendum gubernandum tanquam Ius suum paternum commisit, cum itaque vniuersi Inhabitatores Regni pocioresque et Magnates filio Regis beneuole optemperare ac fideliter sue Maiestati subiugare presto ferent, Vos tamen tanquam Rebelles, Iuridicionem et dominium Regno eidem remittere et resignare Nolletis, si manibus vestris applicandis annueritis, cum tamen legittima Regni Successio In eundem filium Regis de iure dinoscitur, Igitur Vos requirimus et Nichilominus amicabiliter admonemus, diligenter quatenus sine omnj occasione prehabita filio Regis obtemperare Regnumque suum paternum simul cum omnj Iurisdictione Resignare et remittere, alioqui Ex Regno Transsyluanie quiete et pacifice cum omnibus Rebus exire Velit, ne Ruina et desolacio totius Regni Transsyluaniae per vestram contumaciam Eueniat, Intelleximus preterea Vestram Spectabilem et Magnificam Dominacionem In congregacione generalj proxime per Vos celebrata Inhabitatoribus et Regnicolis hoc diuulgasse, quod Nos gentes Nostras omnino condescendj fecissemus, Propterea Velit eadem hominem suum ad Nos mittere, qui commilitones et gentes Nostras perscrutet, Promittimus enim eundem post maturam perscrutacionem remittere, quoniam nos Vltra ducenta millibus hominum occulte Incedere nequimus, et si eadem Voluerit in Eminenciorj campo penes oppidum Feldwar cum omnj strennuitatis Audacia Nobiscum personaliter constituj possit, Hoc Voluimus vobis significare Ne Regnum Transsyluaniae per inaduertenciam Vestram manibus turcarum Jncidat. Valere optamus. Ex oppido Nostro Bakowa feria Sexta proxima post octauam Corporis Christj. Anno Dominj. 1554.

Aufschrift: Speciabili ac Magniffico Domino Stephano Dobo de Rwzka Waywode Transsyluaniensi et Siculorum Comitj, Amico vicinoque nobis sincere grato.

CCCIII.

1554, 1 Iunie. Scrisórea lui *Alexandru-Vodă* cătră *Francisc Kendy*, stăruind să i se supună fiului lui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Alexander Dei Gracia, Waiwoda Dominus et verus heres terre Moldauiensis. etc.

Spectabilis et Magnifice Domine et amice vicineque nobis sincere dilecte. Salutem ac omnium rerum bonorum continuum incrementum. Nouerit Vestra Spectabilis et Magnifica Dominacio, Quod Potentissimus Imperator Cesarea Maiestas, Regnum Hungarie et Transsyluanie simul cum cunctis suis Iurisdicionibus et partibus sibj subiectis. Illustrissimo Principi Stephano Regi filio Serenissimi Princips quondam Dominj Ioannis Hungarie, Dalmacie, Croacie et Regis, pie memorie, Regendum gubernandum, tanquam paternum Ius suum, concessit, et Vniuersi Regnicole ac Magnates Regni Transsyluanie filium Regis beneuole acceptare ac eidem fideliter optemperare, Nichilominus sibi subiugare parati forent, Vos tamen, tanquam Rebelles Iurisdicionem et Dominium Regni Transsyluanie, Manibus vestris applicantes filio Regis remittere et resignare hactenus penitus recusassetis, prout recusaretis eciam de presentj In preiudicium legittime successionis manifestum. Propterea Vestram Spectabilem et Magnificam Dominacionem Rogamus et Nichilominus amicabiliter admonemus, quatenus Velit eodem Vtere consilio prematuro et se quamprimum sub fidelitatem filio Regis subiugare et eidem fideliter, obtemperare, vt cum omnibus bonis et Iuribus possessionarijs quiete et pacifice permanere possit, Nam alioqui cunctis tuis bonis propedium priuaberis, ac periclitacio Regni per Vestram contumaciam Eueniet, Igitur si eodem filio Regis obtemperare fidelitatemque praestare, Regnumque suum paternum sibi quiete Resignare voluerit, Nobis rescribere, et super ea re filio Regis superinde literas mittere Velit, promittimus enim Vestre Spectabili et Magnifice Dominacioni apud Illustrissimum filium Regis ac omnibus bonis et Iuribus possessionarijs, Gratiam Impartire, Ceterum Intelleximus in congregatione generali proxime preterita celebrata vniuersis Regnicolis hoc Vos diuulgasse, Quod nos exercitum nostrum penitus condescendi fecissemus, propterea uelit eadem hominem suum ad nos mittere, qui commilitones et gentes penitus perscrutet, et post gentis Nostre perscrutacionem saluum dimissurum promittimus, quoniam Nos cum Nostris commilitionibus et exercitibus occulte procedere nequimus, Sed specialiter vltra ducentorum Milia hominum more militarj equitibus, Ceterum datur Nobis intelligi Vestram spectabilem et Nagnificam Dominacionem hoc dixisse Vt uel in campo Eminenti, nobiscum viriliter personaliter constituerit, Vel autem castrum suum munitissimum se recluserit, cum tamen homo fortis et bellorum cupidus non recludit se infra muros, hoc Vobis in consilium dare Nollumus, vt eadem se Infra muros recludat, quoniam Nos eadem fortitudine castrj excipiemus quod Vobis et omnibus Vestris in detrimentum veniet, Nam alioqui si secus facere eadem Nollucrit, Vbj eadem prope oppidum feldwar, locum latitudine et longitudine, eminenciorem Inuenerit, Nobiscum viriliter constitui poterit, alioqui certi estote quod Regnum Vestrum sine dubio Manibus Turcarum Eueniet et Vos Ruine et desolatione vestre patrie eritis In causa, Hoc Volumus Vobis scribere, In Reliquo valere optamus, Ex oppido Nostro Bako feria Sexta pvoxima post octauam Corporis Christj Anno Domini. 1554.

Aufschrift: Spectabili ac Magniffico Domino Francisco Kendi de Zenthywan, Waiwode Transsyluaniensi et Siculorum comiti, Amico Vicinoque Nobis sincere dilecto.

CCCIV.

Scrisórea *Pașei de Buda* către Regele *Ferdinaud I.* despre expedițiunea proiectată de Domnii țerilor românești în unire cu Tătarii contra Ardélului și despre negoțierile de pace. 1554, 2 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Passa Budensis de die 2 Iuny Anno 1554.

Sacra Maiestas Regia Domine et Princeps excellentissime in graciam Maiestatis vestrae mei commendacionem: Proximis ijs diebus antequam literae Maiestatis vestrae huic ad me alate fuissent, Orator eiusdem qui nunc Comaronij est Ioannes Malwecius omnem seriem literarum Maiestatis vestrae michi explanauit, Quam ob causam Maieastas vestra resisti illumque illic commorari Jusserit, Nempe, quod Vayuode, Moldauiensis et transalpinensis vna cum Tartaris ad inuadendum Regnum Ttransiluanicum sese instrucsissent. Credat Maiestas vestra me a potentissimo Imperatore habere instruccionem mandatumque vt omnibus Passis Sanchyakys Begis Ceterisque militibus injungerem ne quid contra obseruacionem Induciarum attemptare debeant. Quoad negocium inter Maiesstem vestram et potentissimum Imperatorem finem sorcietur, Orator itaque Maiestatis vestrae secure venire poterit, Quem ego vsque ad portam Domini mei potentissimi concommitari faciam ibique exactis negociis iterum ad Maiestatem vestram reuerti, Quare, Maiestas vesta quoque subditis ieusdem committat serio, ut se ab excursionibus abstineant, Contraque obseruacionem Induciarum ne quidquam attentare presumant, ego quoque nunc iterum iuxta mandata Domini mei potentissimi ad omnes partes dedi firmissimum mandatum ut interim ab excursionibus sese abstineant, Maiesstatem Vestram vnacum Serensimis filijs felicissime valere opto. Datum ex castris Siccambrie sitis 2 die Iuny Anno Domini 1554.

Tuigon Passa,

Imperatoris Turcarum in Hungar a Locumtenens ect.

A terg: Sacratissimo Principi Domino Domino Ferdinando, diuina fauente clemencia, Rommanorum Hungariae Bohemiae etc. Regi semper Augusto, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae etc. Domino et Principi excelentissimo.

CCCV.

Scrisórea *Pașei de Buda* către Regele *Ferdinand I.*, vestindu-l că a dat ordine pentru mênținerea păcii. 1554, 8 Iunie.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Traductio literarum Passae Budensis de 8 Iuny 1554.

Potentissime Domine fidei Iesu Germanorum Bohemorum et Romani pontificis prouinciarum Rex, Post magnam reuerentiam hoc vobis significo, perlatas ad nos esse excelsas Literas vestras, earumque tenorem nos intellexisse, Sed sciendum etiam est

celsitudini vestrae, quod antehac ternas vel quaternas Literas ad nos dederitis, in quibus significastis iam deputatam esse à vobis honestam legationem ad potentissimum Dominum nostrum, et donec Oratores illi ad potentisimum Dominum nostrum veniant, et inde expediti ad vos redeant, et ex vestra parte nihil attentetur, pecem ac quietem utrinque esse debere, Hijs itaque attentis firmissime mandauimus Dominis et alijs militibus in hisce confinijs existentibus, scripsimusque Passae Bossnensi necnon Cani Tartariae et Kazzon Passae, ac supremis Akanziorum Praefectis, Vaiuodisque Transalpino et Moldauo, ut omnes cum militibus quieti ac pacifici sint, Induciasque sicut antea firmas manere scirent, Caeterum id quod dixistis Oratorem vestrum propediem ad potentissimum Dominum nostrum missum iri, iam ad annum cum dimidio dilatum est, quin etiam nunc in illa expeditione haeretis. Quod autem nobis certo significastis vos dignum Oratorem ad potentissimum Dominum nostrum ablegaturos propter bonam amicitiam et vicinitatem, nos iam potentisimo Domino nostro notum fecimus, Verum tardatis cum Oratore vestro, Decet neque neminem hactenus cum Literis ad potentissimum Dominum nostrum miseritis, Potentissimus Dominus noster omnia negocia parua et magna quae ex hac parte gerenda sunt, nobis demandauit, Quod si quando Literas ad fœlicissimum Dominum nostrum mittere, et responsum desuper habere volueritis, nos illas per idoneum virum nostrum de foelicissimam portam nostram mittere vellemus, et referrent vobis inde ut decet responsum, sed quid opus est, vel quid significat, quod me de die in diem suspenditis, Sperauamus quod interim amicitia et concordia inter duos tam potentissimos Dominos firmata fuisset, Porro nos vestra causa ut decet apud potentissimum Dominum nostrum erubuimus, et locus noster ignitus et minis calidus factus est, Nos vero cognoscimus voluntatem potentissimi Domini nostri, et postulata vestra, Si idoneum Oratorem ad foelicissimam portam expediueritis et postulata vestra isthic proposueritis, proculdubio ea consequemini, Quoad autem Orator vester ad potentissimam portam venerit, et ad vos redierit, nihilque à vestris attentum fuerit, ex utraque parte pax et concordia erit, Verum an aliquem Oratorem ad potentissimum Dominum nostrum mittere velitis rogamus summo studio ut nobis certum responsum rescribatis, Feci etiam consolari Oratores vestros Franciscum et Episcopum in opulentissima porta residentes, nunciando eisdem quod bene se habeant, breui enim insignem Oratorem Regis eo venturum, Magn.[ni] vestrae notum sit nihil relictum esse quod non dictum fuerit, Orator quem nunc ad potentissimam portam mittetis eodem quo antea et ampliori etiam loco reputabitur et habebitur, Proinde paratj sumus Magn.[ni] vestrae omnem beneuolentiam et amicitiam declarare. Datum nona mensis Redzeb anno 971 Idest 8 Iunie 1554.

Pauper Toygon, Passa Budensis.

CCCVI.

Scrisórea *Paşei de Buda* către ambasadorul *Ioan Malvezzi*, vestindu-l, că l-ia dat Domnilor din ţĕrile românești ordin să stea pe pace în timpul negoţierilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Magnifice Domine Amice nobis honnorande salutem nostrique commendacionem, cum hactenus a tempore eo quo noticiam inter habemus semper Dominatio vestra nobis bonus Amicus fuit Dein quoque si eciam Inducie ipse anihilarentur Ami-

cicia nostra firma permanebit, Multo itaque nobis consulcius videretur, vt Dominatio Vestra sola qui aliquot Annis Oratorem in Porta Domini nostri egit, moresque Turcorum non ignorat, mediator negocij inter Imperatorem et Maiestatem Regiam foret, nichil enim aduc (sic) determinatum est, De Querelis de quibus Maiestas Regia nobis conqueritur, nosque similiter conqueri possumus, nam suditi (sic) Maiestatis Regiae ab excursionibus, Depredacionibus, incensionibus oppidorum Dies noctesque non cessant presertim qui sunt in Capos Wywar, illi enim Maistatem Regiam vilipendunt, Quamuis nos non soleamus huiusmodi literas ad Portam Imperatoris ab aliquo homine gregario, sed a fido ac honesto mittere, Tamen ac Peticionem dominationis vestre adiuncto sibi vno chauczo mittemus, Qui breui responsum referret, Inducias ipsas nos iuxta comissionem domini nostri firmiter obseruabimus, Latrones tamen qui vtrique partirebelles sunt vbi vbi tandem latitent, perquirere non desistemus. Nunc nouiter Vaiuodis Moldauiensi Transalpinensi dedimus literas, vt nobis commissum est, et mandauimus vt vsque negocium Dominatio vestra inter principes finierit nichil attentare audeant. De ijs omnibus negocijs Dominatio Vestra Maistati Regiae certo scribere poterit vt Maiestas suaque committat in omnibus confinijs vt sese ab excursionibus contineant, Dominationem Vestram felicissime valere optamus. Datum Siccambrie 21 Iuny Anni 1554.

Twygon Passa,

Imperatoris Turcarum in Hungaria Locumtenens etc.

A terg: Mag.[io] Domino Ioanni Maluecio consiliario ac Oratori Regiae Maiestatis ad portam Imperatoris Turcarum etc. Amico nobis honorando.

CCCVII.

Scrisórea lui *Capudan Chihaia* către *Ioan Malvezzi* în cestiunea expedițiunii proiectate de Domnii țērilor românești contra Ardélului. 1554, 22 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ad eundem. (Malvezzium).

Mag.[ce] domine michi plurimum obseruandissime Salutem meique Commendacionem, Literas Dominationis Vestrae accepi easque intellexi, Rogo tamen Domin.[em] Vestram tanquam dominum michi confidentissimum mihi ignoscat vt in prioribus literis ad eandem datis sic scripserim. Mag.[cus] enim dominus pre oculis obiciebat. Quidquid ego de aduentu dominationis Vestrae narraueram, tamen consulcius erat, vt dominatio Vestra iter suum vsque huc coutinuasset, eciam si aliqui motus per Vaiuodas Moldauiensem et Transalpinensem ceterosque subditos Imperatoris Turcarum versus Transiluaniam factus fuisset, (sic) Mugn.[cus] Dominus qui omnibus illis ex mandato Imperatoris, iubere potest sedare potuit potestque, Videat itaque Dominatio Vestra vt veniat hic omnem tractantem, cum Mag.[co] Domino interim Dominatio Vestra interim finire poterit,

quoad relacio venerit, hominem enim vna cum literis adiuncto vno sibi chawzo sive Posta qui cum ineundo tum redeundo comes itineris erit, tercia abhinc die mittet, hec tanquam bono domino et Patri significare voluti, (sic) Scribatque Dominatio Vestra michi si quid mei eadem eget ad omnia paratus sum Domin.nem Vestram felicissime valere opto Datum Budeae 22 Iunij Anni 1554.

Capochylaar Kayhaya,
Domin.nis Vestrae seruitor

CCCVIII.

1554, 16 Iulie

Raportul lui *Malvezzi* către Regele *Ferdinand I.* despre atitudinea fățarnică a Pașei de Buda.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maluezius 16. Iulij 1554.

Sacra Regia Maesta Signor mio Clementissimo.

Io ho riceputo le gratiose lettere de Vostra Serenissima Maesta de gli 13 de presente a me dirette con le incluse copie onde oggi io ho expedito vn' hommo al bassa de buda scriuendogli nel tenore che Vostra Serenissima Maesta mi ha comesso la copia delle qual mie si è la presente inclusa.

Sir' Thoygon Bassa nelle altre sue Lettere a' me dirette quando scriue che a comandato à tutti quelli de gli confini che obseruino la tregua specificha anchora el moldauo et il transalpino tra essi et in quelle sue à Vostra Serenissima Maesta dirette non fa alchuna mentione ne del moldauo ne del transalpino et hora in queste sue de gli 8 del presente à Vostra Serenissima Maesta non vole scriuere chiaramente che il gran turcho non voglia concedere la pace à vostra Serenissima Maesta senza la restitutione de la transsyluania al figliolo del condam Re Gioanne et in quelle à me dirette lo specificha et scriue chiaramente, Vostra Serenissima Maesta ha de sapere che Thoygon bassa è falso et perfido si come de natura sonno tutti gli turchi et esso non fa cunto delle lettere le quale lui a me scriue perche non si potriano produre auanti il gran turcho contra di lui che lui non ritrouasse scuse et diuerticuli assai impero se quelle sue à vostra Serenissima Maesta dirette fusseno produtte ò presentate auanti il gran turcho ge potriano offendere in caso che non fusse exequito cio che lui in esse scriuesse o prometesse, et à Vostra Serenissima Maesta non vole scriuere cosi resolutamente nel negotio de transyluania per non desperarla ma per tenerla in speranza fin che Vostra Maesta mandi dentro da gli turchi il suo oratore et puoi come fusse dentro lui si voria far caualliere et extollersi dicendo non te l'ho io scritto chiaramente che il gran turcho non uol far pace se non con tal et tal patto etc. Siche Sir' questa si è la causa del suo variare nel scriuere.

Delle noue et mouimenti de turchi io non scriuo à Vostra Serenissima Maesta perche io non ho comodita de sapere ne inuectigare la verita et perche penso che il Signor paxi ianus a cio sia diligentissime.

Et cossi cum bona gratia de vostra Serenissima Maesta faro fine alla presente mia da Comaron alli 16 de Luglio 1554.

De Vestra Serenissima Maestà — minimo Seruitore
Gio. Ma Maluezzi.

A terg: Sacrae Regiae Romanorum Hungariae et Bohemiae etc. Regiae Maiestati Domino meo Clementissimo.

CCCIX.

Raport despre operaţiunile Turcilor în Ungaria şi în Moldova. 1554, 19 Iulie

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Caesar Turcarum ante quinque septimanas proficisci debebat in Lapam (1) ad Kiselbassam, ad quem exercitum suum praemiserat, unde nouit se Caregrodam non reuersurum donec animi sui instituta exequeretur. Misit deinde legatum suum, qui Turcica lingua nominatur Vrusch, ad Dominum Petrouiczium, et cum eo literas Dominis Hungaricis Excellentioribus, quibus mandat, ut obediant Petrouiczio, cumque ipso pro Kralouiczio (2) proficiscantur, ipsum adducant in haereditariam terram ipsius, id si non fecerint, iisdem literis eis gladio et igni minatur ac terret. Idem Vrusch attulit à Caesare Vexillum ad manus Petrouizij, sub quo Cralouiczius in terram suam honorificè adduceretur, Attulit etiam idem Vrusch à Caesare literas, ad omnes Castellanos, quo sua lingua, Basche nominant, Ad Magnum Bascham Bosiniensem, qui possidet Bossinam et Croaciam Terram, et praeest 50 Sendocis, (3) quorum singuli habent pro necessitate Caesaris decem millia hominum. Attulit et ad Budensem et Temeschuariensem, in summa omnibus mandans, ut statim coadunatis Exercitibus, comparatisque pixidibus, machinis bellicis, ac aliis militaribus belloque aptis rebus, conferant se ad Petrouiczium, eique omnibus in rebus morem gerant. Caesaris uicem gesturus est Basche Bossiniensis, Omnes in eo intenti ut terram Kralouiczio, sine mora, acquirerent, eique sub iugum darent, Petrouicz mox talia singulis Baschis proscripsit et publicauit, ut cum suis militibus confluant, Iamque Kiselbasche cum primo exercitu qui sedecim millia hominum in se continet, non procul à Petrouiczio ruri Castra posuit, alij uero ad Lipam, alij ad Temeschuar cum suis copiis iacent. Petrouicz vero moratur in Ciuitate Lugesow a Caesare sibi donata quinque miliaribus à Temeschuar distante. Possidet et aliam ciuitatem quatuor miliaribus à Lipa, nomine Karansebes, quam ei quoque Caesar cum omnibus redibus, quae ex ea annuatim Caesari proueniebant, donauit. Ex his ciuitatibus et Pagis Petrouicz facilè decem millia hominum colligere potest, is uero iam in procinctu est, et ad uiam a Vaskapa, quae ferreae fores nominatur quaeque est angustus aditus in Herdel, castra locauit. Aliam uiam Kiselbasche Temeschuariensis ad Lipam, qua quoduis auxilium in terram Transsiluaniae a Regia Maiestate mitti possit, consedit. Exercitus uero Turcicus cum Bosiniensi et Budinensi Basche altera ex parte Danubii expectauerant, donec frumenta in agris demessa et in cumulos redacta ac composita fuerint, sicque inuicem conuenerunt, ut disiunctim iacerent, quò Maiestati Regiae omnimodo nocere possint. Budinensis Basche suas copias ad Varadin, Bosiniensis ad Osinlam, ducturi sunt. Petrouicz uero militibus et aliis rebus ordinatis, additis insuper Kiselbaschio Temeschuariensi, quantum necessitas postulauerit, militibus, suas copias in terram Transsiluaniae, eam Caesari recipiendam, deducturus est. De Kralouiczio uero nihil auditur, sit ne in Vngariam venturus necne. Ipso deinde Kiselbasche castra ponet ad Lipam in ea uia, quae ducit ad Herdel, Nichil tamen hi prius inceptare debent, quam à Petrouiczio ipsis mandatum fuerit, qui alioquin iam moti loco fuissent, si illis de Kralouiczij aduentu sonstataret, Nec Turcae quicquam damni illaturi sunt, antequam Kralouiczium uiderint. Quod si Kralouicz non aduenerit, constituerunt id quod etiam ipsis à Caesare serio mandatum est, in Transsiluaniam terram omnes suas copias conuertere, quam quidem iam accepissent, si Kralouiczii aduentus non esset in

---

1) *Lapa*, ein Predium in Ungarn im Sümegher Komitate, oder vielleicht *Lippa*.
2) Kraloviczius, d. i. der Sohn Zapolya's.
3) d. i. Sendziak.

mora. Petrouicz Turcas non est prius à se demissurus, donec sciuerit, utrum sit Kralouicz uenturus, uel non. Si non ueniet, iam non poterit Turcas retinere in eo officio, iam enim ipsi non adhibebunt fidem, propterea quod toto anno ipsis promittere solicitus sit, Kralouiczium aduentare, iam in Granicijs et confinibus esse, qui taedio tam longae morae affecti progredientur in Terram Comitia celebraturi. Ita enim mandatum Caesaris continet, ut constituant Baschen, alterum in Sabinonu (1) alterum in Duvien (2).

CCCX.

1554, 19 Aug. Scrisórea lui *Taigon-Paşa* din Buda către Regele *Ferdinand I.* vestindu-l, că Domnii din ţěrile aŭ primit ordin de a sta pe pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Potentissime Domine fidei Iesu Germanorum, Bohemorum et Romani Pontificis prouinciarum Rex, Post magnam reuerentiae exhibitionem significamus vobis redditas nobis esse Literas Vestras, nosque earum tenorem intellexisse, nempè quod donec Nuncius vester quem ad potentissimam portam expediuistis eat redeatque ad vos, Vaiuodis Moldauiensi et Transalpinensi alijsque Dominis limitaneis serio ac firmiter committatur, ut quietj et pacifici sint, Hoc nobis demonstrastis, Proinde notum sit Magn.ni Vestrae quòd et antea hac ipsa de re Literas ad nos dederitis, quae nobis etiam redditae fuerunt, quin et desuper praefatis Moldauiensi ac Transalpinensi Vaiuodis serio mandatum fuit, ne quid conentur quoad Tabellarius vester ad potentissimam portam expeditus ad vos reuertatur, nisi quid vestra ex parte à vestris hominibus attentetur, sed quod ita omnes in quiete et pace viuant, Itaque ab eo tempore omnes pacem et tranquillitatem seruarunt nec quidquam damni prouincijs et subditis vestris intulerunt, Inducias perinde ac antea intellexerunt et obseruarunt, Quòd si autem illis non fuisset iniunctum ut quiescerent, Regem Stephanum intra hoc tempus in Transsyluaniam reduxissent, aut prouinciam illam penitus deuastassent, Nam exercitus nostri semper sunt paratj, Posteaque vero Nuncius vester ad potentissimam portam expeditus fuit, mandatum est eis ut in suo quisque loco pacificè et quiete maneat, ac fidem et Inducias prout decet obseruet, Exinde à nostris nihil fuit attentatum sed omnes sunt tranquilli, neque nos ullo modo permittimus, quod prouincijs subditisque vestris aliquid damni inferant, nisi forte aliquid à clandestino aliquo raptore aut fure attentaretur, Verum vestri milites limitanei diesque noctesque non quiescunt, sed prouincias et subditos nostros infestant, Nos tamen si quos illorum nanciscimur, eos pro demerito plectimus . . .

. . . (om) . . .

. . . Datum in mense Remasan 21 die, Id est 19. Augustj 1554.

Toygon Passa Budensis.

---

1) d. i. Hermanstadt.
2) wahrscheinlich Deva.

CCCXI.

Scrisórea lui *Taigon-Paşa* din Buda către *Ioan Malvezzi*, încredinţându-l că Domniĭ ţĕrilor române nu vor nelinişti Ardélul în timpul negoţierilor de pace. 1554. 20 Aug.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ad eundum. (Io Malvezzium).

Magnifice domine Amice nobis obseruandissime, Salutem nostrique Commendacionem. Literas dominationis, literis Regiae Maiestatis adiunctas, quibus erant litere literae Vayuodae Moldauiensis inclusae, Quas in Transiluaniam miserat simul vna accepimus easque intelleximus. Vbi autem scribit Domin[io] Vestra sibi per Maiestatem Regiam commissum esse vt literas suas ad nos daret, eam ob causam vt Inducyae ne per inobedienciam latronum violarentur, Quamuis multa damna vtrique parti ab illis euenire soleant, Non dubitamus tamen dom.[ni] Vestrae optime constare, quam frequentes literas de obseruacione Induciarum ad Maiestatem Regiam dederimus: nos vllo pacto Inducias ipsas violare velle saltem ex mandato domini nostri potentissimi, vel si ab illis partibus ansa aliqua nobis preberetur, id iam sepius factum per subditos Maiestatis Regiae Quimandata Maiestatis suae vilipendunt, Quemadmodum Qui sunt in Syget, Kapos Wywaar, et alijs locis huic proximis tamen nos fidei nostrae satisfacere volentes, omnibus dedimus firmissimum mandatum Qui sunt dicionis Potentissimi domini nostri: nunc presertiam nouiter ad Vaiuodas Moldauiensem et Transalpinensem: vt quoad negocium inter Maiestatem Regiam et Potentissimum Imperatorem finem sorcietur paxque firmior stabilita fuerit ne quid contra obseruaciones Induciarum attemptare audeant, nisi enim illis Commisissemus multa damna regno Transiluaniensi euenissent: id in futurum quoad negocium inter Principes finem sorcietur eadem aliter fieri ne dubitet.

. . . (om) . . .

Dat. ex. Castris in campo Rocos fixis, die 20 Aug. Anni 1554.

Twygon Passa,
Imperatoris Turcarum in Hungaria Locumtenens etc.

CCCXII.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Alexandru-Vodă* din Moldova, îndemnându-l să stăruie în bunele lui disposiţiuni. 1554, 28 Aug.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus etc. Vainodae Moldauiensi.

Illustris syncere nobis dilecte. Retulit nobis fidelis noster Nuncius, quem nuper apud te habuimus Bertoldus Räbniz ea quae ipsi ad legationem suam respondisti, nempe quod illa tibi gratissima acciderit, et quod bono pio et Christiano homine digno animo

erga nos et Regna et Dominia nostra ipsamque Christianam rempublicam affectus sis, quodque propterea hactenus non obstantibus seuerissimis Imperatoris Turcarum mandatis tibi à vastanda Transyluania quantum potueris temperaueris, idque in posterum etiam facturus sis, Eam igitur, tam praeclaram tam egregiam et honestissimam Voluntatem tuam non possumus non plurimum collaudare, eoque nomine tibi benignas gratias agere, te omni studio et tenaçiter adhortantes ut in posterum etiam habita ratione Christiani sanguinis, maiorum tuorum vestigijs insistens, hunc animum mordicus retinere ac vicissim de nobis quoque omnem beneuolentiam et gratiam expectare velis, Ita namque non solum apud nos et rempublicam Christianam magnam gratiam inibis, verum à Deo etiam optimo maximo innaccrescibilem gloriae coronam consequeris, expectationi autem nostrae quam de te concepimus plane satisfacies, Nosque id erga te singulari benignitate recognoscemus. Datum Pragae 28 Augustj. 1554.

CCCXIII.

1554, 9 Sept. Scrisórea lui *Taigon-Paşa* de Buda cătră Regele *Ferdinand I.* declarând că nu va turbura pacea în timpul negoţierilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Traductio latina litcrarum Passae Budensis de 9 Septembr. 1554 ad R. M.

Potentisimo Regi Christianorum in Germania Bohemiae et Romani Pontificis prouincijs Certiorem facio Magn.nem vestram, antehac ad me perlatas fuisse literas quasdam potentisimo Domino meo inscriptas, quas per ministrum meum transmisi, qui rediturus esset, Is itaque mihi attulit mandata ad Kazzon Passam, Valachum, Moldauum et alios Dominos in confinijs existentes, ut quietj sint, Quae mandata illico Mehmeth et Kazzon Passis transmisi, et pacem obseruare iussi, prout iam saepius mandatum fuit, Praeterea vester quoque seruitor ad potentisimum Dominum profectus est, qui donec redierit pax firmiter manere debet, quatenus vestra etiam ex parte quietj erunt, Et praedicti Domini Limitanei quieti manserunt, nec quoque egressi sunt, Quicquid inter celsitudincm vestram et Dominum meum potentisimum conclusum est, firmiter seruari debet, quin ego quoque ita seruari iussi . . . .

. . (om) . . .

. . . Dat, 9 Septembr. 1554.

CCCXIV.

Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* cătră *Paşa de Buda*, incredinţându-l c'a dat ordine ca pacea să fie mënţinută. 1554, 17 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literarum sacrae Regiae Maistatis ad Passam Budensem de die 17 Sept. Anno MDLIII datarum.

Ferdinandus etc.

Spectabililis ac Magnifice syncerè nobis dilecte. Redditae fuerunt nobis literae vestrae die nona praesentis mensis Septembris datae, ex quibus libenter sanè intelleximus mandata vobis à Domino vestro Serenissimo Turcarum Imperatore ad Kazzom Passam, et Vaiuodas Transalpinensem ac Moldauiensem nec non reliquos dominos limitaneos, quibus illis iniungatur, ut quieti et pacifici sint allata fuisse, quae etiam vos illis iam transmiseritis, quodque Inducias firmiter obseruare velitis quoad nuncius noster reuertatur etc. Nos equidem nostra ex parte hactenus nihil praetermisimus, quod ad obseruationem Induciarum spectare visum est, easdemque subditis quoque et militibus nostris ubique in finibus existentibus non semel inuiolabiliter obseruandas demandauimus, quin et violai toribus illarum si qui deprehensi fuere non pepercimus, sed pro demeritis illos plect· iussimus. Proinde si Franciscus Bebeck ita se gessit vt scribitis contumaciter scilicet et inquietè. Tamen Sanziacko Zecheniensi haudquaquam liccuit tempore Induciarum arccem Fyllack hostiliter inuadere, etc.

. . . (om) . . .

. . . Dat. in arce Nostra Poidenbrott, 17 Sept. Anno 1554.

CCCXV.

Scrisórea *Paşei de Buda* cătră Regele *Ferdinand I.*, încredinţându-l că şi el a dat ordinele cuvenite, ca pacea să fie mënţinută. 1553, 30 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Traductio Literarum Passae Budensis de ultima Septembris.

Potentissime Domine fidei Iesu Germanorum Bohemorum et Romani Pontificis prouinciarum Rex. Post magnam reuerentiam vos certiores reddimus, Literas Magnitudinis Vestrae nobis redditas esse, in quibus nimirum de Francisco Bebeck et alijs negocijs ad nos scripsistis, Quicquid in illis continebatur percepimus et intelleximus, Nempe, quod firmam pacem cum potentissimo Imperatore iniuistis, et mandauistis frequenter omnibus qui in potestate vestra existunt, ac in ditione arcibus et oppidis vestris habitant tam equitibus quam peditibus, ut omnes quiescant, nec quisquam alteri damnum aut molestiam inferat, sed quilibet in suo loco quiete et pacificè maneat, Haec nobis significastis, Itaque vestrae quoque celsitudini notum esse debet, quod etiam nos iuxta

potentissimi Domini nostri commissionem, Dominis nostris limitaneis et Capitaneis commiserimus ut in pace et quiete permaneant, nisi quid vestra ex parte attentetur, Praeterea admonui etiam potentem Mehmeth Passam, Kazzon Passam, et Dominos Transalpinenses ac Moldavienses per Literas, ut quietj sint, Interim nostra ex parte vniuersi milites nostri in suo quisque locò permanserunt, nec quisquam ditioni vestrae damnum intulit, imo nullus etiam in prouinciam vestram irrupit, nemo illorum ullam vestrarum villarum aut ciuitatum depopulatus est, sed pacem sanctè inuiolabiliterque obseruarunt. Caeterum ij qui vestra in parte in arcibus et confinijs existunt, nempe Kapuswarienses, Segduwarienses, Agrienses et qui in alijs arcibus morantur, in ditionem nostram irruerunt, mercatores peregrinantes captos abduxerunt, ac praeter alios etiam caeperunt quendam Quaestorem, Vaiuodam Agam et plures alios, nuper autem quasdam villas et oppida diripueruut et deuastarunt, nonnullis vero habitatoribus oppidj Tholnae aures et nares praeciderunt, ac multa denique scelera perpetrarunt.

. . . (om) . . .

Datae ultima Septembr. 1554.

CCCXVI.

1554. 5 Oct. Scrisórea *Paşei de Buda* către Regele *Ferdinand I.* in cestiunea turburărilor de la Fülek.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Passa Budensis circa interceptionem arcis Filleck die 5 Octobr. 1554.

Sacra Maiestas Regia Princeps excelentissime in gratiam Maiestatis Vestrae mei commendacionem. Literas Decimo Quinto die Septen(sic)bris datas accepi Contentunqu(sic)e earum sane intellexi hactenus eciam per creberimas literas meas Maiestati Vestrae significaui, vt Inducias ipsas obseruare velim: a subditisque Imperatoris mei potentissimi obseruare facerem: Nunc primum tamen: A duobus Annis: ex quo hoc officio fungor percipio quomodo à partibus illis Induciae ipsae inter Maiestatem Vestram et potentissimum Imperatorem sanctiter sint observatae: Quamvis ego hactenus: semper hoc egi: Quo firmiorem inter Maiestatem Vestram et potentissimum Imperatorem stabilirem Concordiam, ex hoc saltem Maiestas Vestra facile coniicere poterit: Quomodo ego vtrumque Vaiuodam Moldauiensem et Transalpinensem: Qui Regnum Transiluaniense ex Commissione inuadere conabantur, sedaui: eamque ob causam vt totum Jus Regni illius Maiestas Vestra domino meo potentisimo concederet, ego enim quidquid hactenus egi ex Commissione Maiestatis Vestrae, sunt enim tales Rebelles puniendi Qui ne vtrique parti obedire volunt: Quemadmodum Franciscus Bebeck non multis ante Diebus in vestitu Turcico per suos predones Agredi facerat, Arcem Hallokow.

. . . (om) . . .

Datum Budae, 5 Octobris Anni 1554.

Tuygon Passa,
Imperatoris Turcarum in Hungaria Locumtenens etc.

A terg: Serenissimo Principi domino domino Ferdinando diuina fauente clemencia Romanorum Hungariae Bohemiae etc. Regi semper Augusto, Infanti Hispaniarum, Archiduci Austriae etc. Principi excellentissimo.

CCCXVII.

Scrisórea *Pașei de Buda* către Regele *Ferdinand I.*, incredințându-l, că Domnii țěrilor române vor sta pe pace în timpul negoțierilor. 1544, 23 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Eiusdem ad eundem.

Sacra Maiestas Regia Princeps excellentissime in graciam Maistatis Vestrae nostri commendacionem, literas Maiestatis Vestrae Sexta die huius Mensis Nouembris Datas accepimus, Contentaque earum intelleximus; Tabellariumque Maiestatis Vestrae recta cum homine nostro fide digno iuxta optata eiusdem ad portam potentissimi Domini nostri expediuimus; Consulcius tamen videretur ut Maiestas Vestra oratorem suum iam tandem expediret. Qui de omnibus negocijs inter Maiestatem Vestram et potentissimum Dominum nostrum, deque publica quiete concluderet, Testis Deus nos quoque plus publicae tranquilitati gaudere quam armis ac dissensionibus: Igitur nos eciam dabimus literas nostras cum ad Passas tum eciam ad potentissimum Dominum nostrum pro stabilienda publica pace significabimusque Quam ob causam Maiestas Vestra Oratorem suum tam cito expedire nequiuerit: Vbi tamen Maiestas Vestra nos ad obseruacionem Induciarum admonet; Scribitque vt omnibus Passis: Sanczyakis: Begis Cèterisque subditis potentissimi Domini nostri: Daremus mandatum firmissimum mandatum: Ut quod negocium inter Maistatem Vestram et potentissimum dominum finem sortieretur Oratoresque Maiestatis Vestrae a porta excellsa Domini nostri reuerterentur pie ac sancte inducias ipsas obseruarent Id hactenus Maiestas Vestra factum esse ne dubitet, Quemadmodum eidem per creberimas literas nostras significauimus, et neque eae dissensiones orte fuissent nisi subditi Maiestatis Vestrae, qui penitus dure ceruicis sunt, mandatisque eiusdem non obtemperant Ansam prebuissent; Nunc quoque eo ipso die cum tabellarius Maiestatis Vestrae huc venisset, media hora ante, Nunccium Vaiuodarum Moldaviensis et transalpinensis hinc expediuimus, cuius medio cum scriptis tum eciam verbis, (significantes illis, de ingressu oratoris Maiestatis Vestrae ad portam potentissimi Domini nostri) dedimus firmissimum mandatum vt interim sese penitus tranquilitati dent; Sic et ad dominum Kasson Passam Tewmewsiensem Ceterosque subditos in hoc Regno Hungariae potentissimi Domini nostri Constitutos et existentes. Credimus tamen Maiestatem Vestram et potentissimum Dominum nostrum vnacum Baronibus utriusque partis non ob statum predonum uel latronum Inducias ipsas ordinasse: sed ob statum proborum ac miserorum subditorum: Quare Maiestas Vestra ne iam diucius differat Oratorem eiusdem expedire. qui cum Imperatore potentissimo rem omnem ad finem optatum deducat diffiniatque. Nosque interim Inducias ipsas obseruare uolumus Ceterisque subditis potentissimi Domini nostri firmissime obseruare mandavimus: Jid (sic) ex parte Maiestatis Vestrae subditorumque eiusdem interim aliter fore non dubitamus, Quantum vero Ad negocium Arcis Salgo attinet: Nos prefecto Arcis illius commisimus ut nullum subditorum qui prius huc nec census soluerunt nec seruicia exhibuerunt, cum ad seruicia tum ad solucionem census, vel ad dedicionem compellere presumat: Maiestatem Vestram una cum Serenissimis filijs felicissime valere optamus. Datum Budae 13 Die Mensis Nouembris Anni 1554.

Twygon Passa,

Imperatoris Turcarum in Hungaria Locumtenens.

— — —

CCCXVIII.

1554. 13 Noem. Un oare-care A. S. vesteşte pe *Ioan Malvezzi*, că Paşa de Buda a primit o scrisóre de la Domnul Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(A tergo:)

Magnifico domino Ioanni Maluezio etc.

Magnifice domine plurimum observandissime, post meorum seruiciorum commendacionem, Noua nulla alia sunt hic preter hoc. nisi ut nuper credo sexta aut septima huius mensis Nouembris venerat Nuncius Vayuodae Moldauiensis qui simul cum litteris Domini sui. (que erant Turcice scripte) attulerat et litteras Relicte Ioannis regis defuncti, quarum erat summa post gratulacionem, ut secundum votum Ioannistarum aut nescio Turcarum, Natus suus Illustrissimus iam dudum se mouit ex polonia. venitque ad (sic) quendam Arcem Zalonoc vocatam in qua nunc residet. Arx illa non longe est a Munkach. petebatque Dominum passam. vt certum faciat ipsam. quonam in statu sit negocium nati sui. Dominus passa breuem responsum dedit sibi ut adhuc expectare debet a Turcarum Imperatore, tempus quoque breve ad pugnandum, Romanorum quoque rex, Deliberavit suum Nuncium specialem mittere ad excelsam portam Imperatoris Turcarum. huiusmodi responsum dedit passa, Ad literas Turcicas Vayuode Turcice respondit. Domin.[nem] vestram Magn.[cam] Dominus passa vehementer expectat. presens cartula post lecturam igni tradatur etc. 13 Noembris 1554.

A. S.

CCCXIX.

1554. 23 Noem. Instrucţiuni date din partea Regelui *Ferdinand I.* solului sĕu *Augerius de Busbeck*, insărcinat a negoţia cu Paşa de Buda, şi apoi cu Pórta.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinand I.

Instructio data D[no] Augerio à Busbeque, ad Passam Budensem, deinde vero ad Swlthanum Solymanum misso, 23 Nov. 1554 Vienae.

Et quamuis Vaiuoda Moldavus Regnum illud nostrum (i. e. Transilvaniam) saepius infesto Marte irruerit, nobis uero seu officialibus nostris haud leues occasiones oblatae fuerint, ipsum armis et ui foeliciter reprimendi, noluisse tamen nos, vt aliquid nostra ex parte contra ipsum susciperetur, priuspuam Serenissimum Turcarum Principem ea de re certiorem faceremus...

Maxime uero instent et laborent, vt Serenissimus Princeps Turcarum Waiuodis Moldauo et Transalpino firmissime mandat, ut ab omni hostilitate sese contineant, et cum fidelibus subditis nostris sibi conterminis in bona vicinitate et quiete vivant, nec ulli turbae aut discordiae occasionem praebeant.

CCCXX.

Scrisórea lui *Georgiu Bebek* către Dragomanul *Mehmet Beiŭ*, cerênd ca Domniĭ ţĕrilor române să fie insărcinaţi a-i da ajutor contra Impĕratului Ferdinand I. 1555. 15 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum litararum Georgiĭ Bebeki ad Mehmet Dragomanum.

Magnifice domine et Amice nobis honorande. Post salutem et nostram comendacionem. Literas domin.^{nis} vestre Magn.^{ce} nobis missas sane intellexi. Quas et gratissime excepi in quibus scribit mihi et admonet me ad fidelitatem Suarum Maiestatum, Ego licet et hactenus semper ita et nunc quoque paratus sum omnem fidelitatem suis Maiestatibus exhibere et suis Mai.^{bus} fideliter seruire, et non tantum ego sed Alij domini fratres et amici mei cum quibus ego mutuam habeo intelligenciam, sed cum nos nihil quidquam a nosmetipsis incipere possimus, quoniam Rex Ferdinandus et seruitores sui volunt conatus nostros reprimere, necesse esset vt domin.^{io} Vestra Mag.^{ca} curaret apud potentissimum Imperatorem vt mandaret dominis passis Budensi, Temesuariensi, et waywodis Moldauiensi et Transalpinensi vt ipsi ferrent nobis auxilium cum quibus et nos possemus facere omnia. Et non possent tandem nobis resistere seruitores Regis Ferdinandi, Et sic possemus suis Mai.^{bus} fideliter inseruire.

Vt autem domin.^{io} Vestra Magn.^{ca} intelligat qui sunt hij domini cum quibus mutuam habemus intelligenciam, est dominus Georgius Bathory, dominus Gabriel Peryny et Franciscus Peryny de Nagy-Ida cum alijs dominis et fratribus suis.

Habemus spem bonam eciam de domino Andrea Bathory, sed ipse habuit aliquem timorem. quem ego personaliter domin.^{ni} Vestre Magnifice dicam. Speramus tamen eciam cum ipso omnia in bonum finem deducere posse.

Sed vt dom.^{io} Vestra Magnifica certior fiat de mea fidelitate, videbit me eadem propediem apud Suas Maiestates in Zannok vnacum prescriptis dominis fratribus et amicis nostris.

Intelligimus autem domin.^{nem} Vestram Magnificam velle cito ad Excelsam portam Inuictiss.^{mi} Imperatoris discedere, sed mihi videretur ne eadem festinaret, antequam dom.^{io} Vestra Magnifica me vnacum domino patre meo ac alijs dominis aput Suas Maiestates personaliter videret, vbi multa haberemus cum eadem loqui In quibus dom.^{io} Vestra Magnifica potent.^{mo} Imperatori maiora exhiberet seruicia.

Quod nos arcem Fylek perdiderimus quam Hamza Begh fuit furatus, propterea contigit hoc quoniam nos confidebamus in literis potent.^{mi} Imperatoris et cristianissimi Regis Francie Et non timebamus talia Nobis euenire posse. Quoniam si nos scissemus Hamzabegum non Curare literas potent.^{mi} Imperatoris et Regis Francie nos quoque alio modo curassemus et custodiuissemus castrum nouum.

Quod dom.^{io} Vestra Magnifica scribit nullas esse Inducias et ego credo quoniam et ipse vicinus noster Hamzabegh non esse Jnducias ostendit. Rex tamen Ferdinandus et sui seruitores clamant vbique esse Jnducias.

Scribit praeterea dom.^{io} Vestra Magnifica Maiestates suas venisse ad Zannok et esse in itinere vt Transiluaniam intrent. Bene factum est. Et ita speramus quod eciam

illi qui prius erant suis Maiestatibus infideles fient fideles. Et cum hijs dom.nem Vestram Magnificam felicissime valere opto. Datum in Ciuitate Nostra Kraznahwrka (1) 15. die mensis Februarij anno domini 1555.

Vestre Magn.ce domin.nis amicus

Georgius Bebek, m. p.

A terg: Magnifico domino Mahmwth Bego Supremo dragomano, et oratori potentissimi Imperatoris Turcarum, domino et amico nobis honorando

Kanzleianmerkung: (Sigillum suum proprium in Rubea cera).

CCCXXI.

1555. 8 Martie. Raportul solilor *Verantius*, *Zay* și *Busbeck* cătră Regele *Ferdinand I.* despre intențiunea Domnilor din țĕrile române de a năvălí in Ardél.

(Din Archiva ces. reg din Viena).

Oratores ad Turcam misi.

Sacratissima Regia Maiestas Domine nobis clementissime.

. . . (om) . . .

Galli proinde nuncius Cambray nomine, quem proximè ab regina venisse et ad hunc Principem profectum fuisse scripsimus, donatus est spe Episcopatus Transsyluaniensis ab regina ipsa et à reliquis Maiestatis Vestrae aduersarijs uti recens intelleximus, si eius industria votis potientur, Quare instabit apud hunc Principem pro turbanda nostra pace et ut ei det mandata ad Moldavum expeditionem se comite omnium suarum virium in Transsyluaniam faciendj, idque sicut peculiariter illius imperio et potestatj duo millia equitum summittat promittendo de se Herculea et omnia si dijs placet maxima foelicissimaque facinora, praesertim si eodem tempore eciam ex Hungaria Turcae praesidia eandem Transsyluaniam inuaserint, daturus insuper omnem operam ut Transalpinensem Vaiuodam Petrascum nomine dominio exturbet quod eum fauere Maiestati Vestrae cognouerit. Sic de hijs accepimus quae omnia quanto erunt Maiestati Vestrae tempestiuius cognita, tanto speramus minus laboraturam in opponendis defensionibus ad

---

1) Krasznahorka, Dorf in Ungarn, Arvaer Gespannschaft, Tordosser Bezirck.

quas praeparandas et expediendas sine mora animus est et cura, sed silenter admouenda, dum hic finem videamus quandoquidem praeuisa iacula minus feriunt.

(om) . . .

Datae Constantinopoli VIII. Martij MDLV.

E. V. Sacr.ae Reg. Maiestatis — Oratores subiectissimi

Ant. Verantius Episc Quinqueecclesiae.
Franciscus Zay de Chemer.
Augerius a Busbeche.

A terg: Sacratissimae Romanor. Hungariae Bohemiae etc. Regiae Maiestati domino Regi Principi nobis clementissimo.

(Allatae 5. Maij).

Auf beiliegendem Blatte: Paulo post retulit amicus quidam Turca non plures triremes Gallo dari quam 60, et si quae ad has accesserint erunt pyraticae nec summus Capitaneus exibit cum ea ut adhuc tiro et homo iuuenis sed Droguth, quo apparet serio aliquid gestum cum Drogutto Galli plurimum faueant, et quod certo de numero memoratarum triremium ambigitur aiunt amici nostri Gallorum fieri fastu, cum hac eciam egre et milite et remige idoneo apparabuntur, res alioqui magni est Vestris Maiestatibus habenda et vis tempestiuius opponenda.

CCCXXII.

Scrisórea *Regelui Ioan Sigismund* cătră *Mehmed-Paşa*, cerênd ca Domniĭ ţerilor românești să fie însărcinaţi a-i da ajutor. 1555, 27 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ioannes Sigismundus dei gratia et potentissimi Imperatoris proposito Rex Hungariae, filius Ioannis Regis eiusdem Regni Hungariae etc.

Illustrissime domine Beneuolens Nobis obseruandissime. Salutem et prosperum quorumcumque felicem euentum, Beneuolum erga nos et Serenissimam dominam matrem Nostram animum Illustrissimae dom.nis vestrae ab inicio intelligimus, scimus eciam quantopere condoluerit Illustrissima dom.io Vestra infelicem casum nostrum, et ob prodicionem fratris Georgy e regno Transsiluanie, nostram electionem, fuimus eo tempore in tenella etate constituti, ita vt uiribus hostium et proditorum nostrorum resistere non potuerimus, sicque contra voluntatem potentissimi Imperatoris domini Nostri clement.mi ex regno Maiestatis Suae cesaree expulsi, cum maximo vite nostre periculo in regno externo uitam miseram uiuimus, Expectantes post dominum deum celi et Terre creatorem auxilium Imperatoris potentissimi iuxta Maiestatis Sue Imperatorie priuilegia

nobis concessa et promissiones, quo muniti possemus clemencia dei in regnum Transsiluanie a potentissimo Imperatore nobis datum tuto ingredi et ab inimicis recipere; Tamen ab eo toto tempore que (sic) e regno Transsiluanie expulsi sumus, a nemine quidquam auxilij habuimus preterquam ab Alexandro Waywoda moldauiensi, qui quantum potuit negocia nostra promouit, et Transsiluanos a (sic) fidelitatem nobis prestandam admonuit, Nos jam juxta mandatum Imperatoris potentissimi ad confinia Hungarorum in arcem Zanok venimus, hicque gratiam et auxilium potentissimi Imperatoris expectamus, Nam in regnum alterius ingredi sine periculo capitis nostri, antequam auxilium ab Imperatore potentissimo habeamus, non possumus, Rogo igitur Illustrissimam dom.[nem] Vestram propter deum omnipotententem fidem Magnifice et Illustrissime domin.[nis] Vestre, et ea omnia bona, que a deo omnipotente Illustrissima domin.[io] Vestra cupit, velit et dignetur, nostrum negocium aput (sic) Imperatorem potentissimum promouere et efficere, vt potentissimus Imperator jubeat nouiter Beglerbegis omnibus, Boznensi, Budensi et Razwn passe, Akanchijs et waywodis Moldauiensi et Transalpinensi, vt nobis cum bombardis et omnibus Instrumentis Bellicis auxilio esse debeant, vt hac estate in regnum Transsiluanie ingredi possimus, et potentissimo Imperatori fidelia et perpetua seruicia prestare cum effusione Sanguinis nostri possimus, Si enim potentissimus Imperator hoc anno nos in Regnum Transsiluanie non restituerit, et fame tandem nos mori oportebit, nam omnium principum cristianorum amiciciam reliquimus jam, et sacras fimbrias uestimentorum potentissimi Imperatoris vnacum Serenissima domina matre nostra amplexati sumus. Nec ad quottidianam vitam vitam habebimus aliquid sustentandam, si potentissimus Imperator, et Illustrissima domin.[io] vestra me nunc dereliquerit, omnes enim alij querunt me Interficere. Quod si Illustrissima dom.[io] Vestra me adiuuerit aput Imperatorem potentissimum, ego Id omni amicicia graciarum actione et seruicsijs meis Ill.[me] domin.[ni] Vestre promerebor, Cetera dicet Illustrissime dom.[ni] Vestre hic fidelis Seruitor Noster egregius Franciscus de Chanadino cuius dictis eadem fidem facere dignetur sumopere rogamus. Illustrissimam dom.[em] Vestram felicissime et diutissime valere optamus. Datum in arce Zanok XXVII february anno domini 1555.

Ioannes Sigismundus.

A tergo: Illustrissimo domino Mehmet passe potentissimi Imperatoris Consiliario, et Beglerbego Romanie etc. domino Amico obseruandissimo et confidentissimo.

CCCXXIII.

1555, 29 Martie. Scrisórea Regelui *Ferdinand I.* către *Paşa de Buda*, stăruind din nou ca Domnii ţěrilor române şi Paşalele de la hotare să rěmâie pe pace în timpul negoţierilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Passae Budensi.

Ferdinandus etc. Spectabilis ac magnifice vir syncerè nobis dilecte. Accepimus Literas serenissimi et potentissimi Imperatoris Turcarum Domini vestri unà cum illis quas ipsimet quoque ad nos de 13 presentis mensis dedistis, nobis simul omnes à Serenissimo Principe Domino Maximiliano Rege Bohemiae, Archiduce Austriae etc. filio nostro charissimo, huc transmissas, earumque singularum mentem et tenorem abunde percepimus. Cum autem per fidelem nostrum Tabellarium Stephanum Naghy qui superioribus mensibus ad excelsam portam expeditus fuerat, nunc vero cum ijsdem literis reuersus esse

dicitur, praefato serenissimo domino et Imperatori vestro expeditionem et aduentum Oratoris nostri pro absoluendo inchoato tractatu pacis amice significauimus, et Magnitudo eius huiusmodi beneuolum officium nostrum grato animo acceperit velitque fines nostros usque ad conclusionem negocij quietos et pacatos esse, nos autem intelligamus Magnitudinis suae Officiales milites et subditos in Confinijs existentes, nondum ab infestandis locis et fidelibus subditis nostris sibi temperare, Sed passim per ditionem nostram posthabitis Inducijs hostiliter grassari, non potuimus equidem committere quin vos ea de re benignè commonefaceremus, Quare petimus et requirimus à vobis ut postquam nunc cum Magnitudine eius de ineunda secum ulteriore et firma pace in tractatione sumus, eaque de re iam uti diximus à Magnitudine sua literas accepimus, velitis propterea non solum apud Magnitudinis suae milites vestro ductui et imperio subiacentes, sed etiam apud Passam Themesiensem, Item apud Petrum Petrouyth necnon Vaiuodas Transalpinensem et Moldauiensem caeterosque Praefectos Turcicos in omnibus Hungariae, Transsyluaniae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniaeque et reliquis ditionis nostrae confinijs existentes serio curare et re ipsa efficere, ut nihil hostilitatis exerceant, sed usque ad finem et conclusionem huius incepti cum dicto Serenissimo Imperatore vestro tractatus se domi quiete et amicè contineant, ac bona cum fidelibus nostris subditis vicinitate uti studeant. Nam ipsimet conijcere potestis, si illi vim et hostilitatem dictioni et fidelibus subditis nostris inferre et moliri pergerent, quod aliter facere non possemus, quin et illos ut violatores et contemptores mandatorum Domini sui de turbatione non Induciarum modo sed totius quoque negocij apud Magnitudinem suam inculparemus et accusaremus, ac interim tales quoque nostra ex parte rationes et vias iniremus, quibus fideles nostri subditi ab iniurijs illorum tutj et securi esse possent. Cuius tamen rei ne nobis in posterum causa offeratur, vos accepta hac commonitione nostra sedulo prospecturos persuasum habemus. Ea namque ratione et voluntate Magnitudinis domini Vestrae satisfacientis et nostri erga vos munifici et liberalis animi propensionem confirmabitis. Sin autem haec à nobis negligerentur et sinistri quidpiam inde eueniret, non nobis sed vobis omnino causam eius ascribendam et imputandam fore sciatis. Id quod ad dictas literas vestras gratiosè vobis rescribere voluimus. Datae. Augustae Vindelicorum die 29 Martij 1555.

CCCXXIV.

Raportul lui *Antoniu Verantius*, alui *Francisc Zay* și alui *Augeriu de Busbeck*, despre propunerile de pace făcute Sultanului. 1555. Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ant. Verantius, Franc. Zay de Chemer und Augerius a Busbecke, Gesandte Ferdinands I. an der Pforte, berichtet aus Amasia im Mai 1555, dass sie für den Fall eines Friedenschlusses (der jedoch damals nicht zu Stande kam) dem Sultan unter andern auch folgende Vertragsartikel zur Annahme vorgeschlagen haben.

Quoniam Valachorum quoque tam Moldauiensium, quam Transalpinensium Waiuodae per has presentes Inducias non cessauerunt fines Suae Mattis incursare, et molestare eius subditos, petit Rex noster ut hac pace, deo opt. Max. permittente, et Magnitudine vestra annuente confecta, uelit ad praefatos Waiuodas seria mandata mittere, ut deinceps desinant fines eius uexare. Quo omni ea parte idem Rex noster, amicé, pacificé et concorditer cum Magnitudine nostra uiuat, adempta in hunc modum omnibus suis potestate Mattem eius in indignationem Magnitudinis nostre inducendj.

CCCXXV.

1555, 25 Iulie. Raportul lui *Anton Verantius* şi alui *Francisc Zay* despre silinţele Reginei Isabella de a-şi ridicá fiiul în scaunul Transilvaniei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Verantius und Zay berichtet aus Constantinopel ddo 25 Iuli 1555.

Anno autem ante hoc tempus missura eadem regina (Ysabella) Oratorem ad Turcam, fortunam filij procuratum, Mahmuthum Turcae interpretem, quem adhuc apud se fouet, hominem sane impurissimum et neque apud suos bonum virum habitum, legit iussitque à Moldauorum Vaiuodae mutuo quandam pecuniam accipere, qua manus Turcae et Passis offerendum comparare in hac urbe debuisset. Ex qua pecunia cum Mahmuth minimum quiddam insumpsisset in munera, reliquum in suos usus dessipauit, cum alioqui sufficientes impensas ad illud iter accepisset. Vnde regina Ysabella ab eo tempore offensa hominis cofidentia, ac ingenio quoque eius eciamnum dicebat abhorrere cumque auersari, nec posse tamen ab se excutere ut hirudinem sibi inhaerentem, sed viam excutiendi queritaritare, perinde ac iam animaduertisset ab eo et se et filium ad circumucniendum captari . . . .

De alijs quoque sicut sese vulgo habent, scripsimus et quidem diligentius, ne Matas Vra ignoret, quibusnam ij uel technis nobis imponendj occupentur vel perturbationis domesticis suggillentur, si modo perturbationes sint et non potius susceptae in Transsyluaniam fraudes, nec enim aliud nostra coniectura potest esse; haec res de Mustapha edicta quae confictio(1) quaedam et adhuc latens dolus, videmus enim et subitos et magnos et valde apertos fieri apparatus et cum omnes homines in solum hunc Mustapham vim expediri loquantur, ipsum tamen adhuc invadit nemo, nec à Danubio ac Dobrigzia recedit, armantibus interim simul se et Moldauis et Transsalpinis Valachis horum, ut spargitur, mandato, quo si hic Mustapha ad Christianorum opem per eas regiones profugeret, eum inhiberent et capiendum adniterentur. Nos igitur ut hijs rumoribus nostram eciam subijciamus coniecturam, hoc de Mustapha commentum (?) aliud esse, utj iam diximus, non putamus quam fraudem intendj Transsyluaniae per Valachias, rem alioqui quoniam adhuc ut in occulto habitam ignoremus, monemus tantum ut Maiestas Vestra mature et circumspiciat periculum et Transsyluaniae prospiciat, quoniam celerius eciam isthic de simili tempestate constabit ubi res geri debebit, quam hic, dum et Oratores summo studio motuum consiliorumque suas causas celant, et improuisso ijs ingruere nituntur, quos insidjis petunt.

---

1) Soviel als adulatio im mittelalterlichen Latein. Vide Ducange Glossarium med. et inf. latin.

CCCXXVI.

Raportul lui *Anton Verantius* şi alui *Francisc Zay* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre intenţiunile Domnului din Moldova. 1555, 25 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Oratores Constantinopoli existentes de 25 Octobre 1555.

Sacratissima Regia Maiestas Domine nobis Clementissime.

. . (om) . . .

Audimus praeterea et Transsyluaniae nouas inijci pedicas in Moldauiam de alio Vaiuoda assignando habentur consilia qui, suane insania an Passarum artificio adductus nobis planè non constat, victus tamen cupiditate eius dominationis dicitur se tria loca in potestatem Turcae traditurum promisisse, fodinam Radnam, Chycho et arcem Kykelew, si se caeritis competitoribus praetulerint, nos Camerinam huiusmodj non existimamus alios mouisse quam ipsos Passas qui hac via iuris alieni vellant armatos suos in Transsyluaniam ipsam citra negocium immittere. Quod inuentum quanti momenti haberi debeat, si praesertim vanum non erit, loqui nos non oportet, quam nihil potest esse notius quibus incommodis committetur et quia hoc non solum in Diuano tractatum fuisse accepimus, sed eciam à clientibus quoque peculiaribus illius qui promouetur, ad nos est delatum affirmatumque id inagitari, non est res negligenda qua facile declaratur hostes nostros nihil adhuc institutae sollicitudinis et pertinaciae remisisse. Alexandro vero qui nunc Moldauico regno potitur, abrogata earum omni potestate quod Vayuodatum auspicijs Regis poloniae non Turcae quaesierit et obtinuerit, iussum est ut quamprimum conferat se Constantinopolim. Interim ne nepote quoque eius recepto quem huc obsidem sui misit, quum ipse auunculus expetatur (sic).

. . . (om) . . .

Dat. Constantinopoli XXVª Octobr. MDLV.

E V. Sacratissimae Reg. Maiestatis.

Oratores subiectissimi

Ant. Verantius Episc. Quinqueeclessis.
Francisc. Zay de Chemer.

A terg: Sacratissimae Romanor. Hung. Bohemiae etc. Regiae Maiestati Domino Regi et principi nobis clementissimo.

CCCXXVII.

1555. Decembrie — *Episcopul Silvestru* din Ierusalim cere o subvenţiune de la Impĕratul *Ferdinand I.*

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Supplex libellus Syluestri Episcopi Hierosolymitani cum suis Collegis.

Sacratissima ac Potentissima Caes. Reg. Maiestas Domine Domine Clementissime.

Non operae precium existimamus multis explicare verbis Vestrae Sac. Caes. Maiestati, quatenus mutatione frequenter subsequente Dynastarum Constantinopolitanorum et suorum Officialium, oppressionibus vexetur Christiana fides, *et ne Orientalis cum Occidentali in vnionem vnquam Ecclesia deueniat.* Summo studio et conatu, sic Paganismus elaborat, vt etiam antiqua possessione et Custodia sepulchri Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi Hyerosolimis priuare et exuere vtrasque molitus sit, Conferens supremus Wezer Passa illam nostram ab antiquo Capellam diuersi ritus Armenis, quae haeresis ab vtrasque Ecclesia in Sacra Synodo, quotiès celebrata, condemnata, et è liminibus sacris eyecta et extirpata est. Cum igitur impia illa Haeresis pacta sit cum Magno Wezero precium pro tam Sacratissimo loco *sexaginta Millia Aureorum,* noster vero venerabilis illius loci Hyerosolimitanus Patriarcha qui Vestram Caes. Maiestatem humili deuotione salutat accepta à diuersis Creditoribus eiusmodi summa, cum suo interesse, redemptionem curauit, ac continuo precium numerare inparato auro fecit, Eapropter cum nos nulla alia bona habeamus, praeter Sacram stipem eléémosinariam, quo soluentes Creditoribus nostris esse possimus, Confugimus ad Principes Christianos, et alios religionis Catholicae homines supplicantes eisdem, et primum Vestrae Caes. Maiestati Domino, et *protectori utriusque Ecclesiae* Clementissimo et fortissimo, quam humilimè, et reuerenter oramus, dignetur Vestra Caes. Maiestas nos coarctatos infimos seruos suos de exoluendam eiusmodi summam sua pietate et sacra Elèèmosina clementissimò iuuare, benignissime concessis salui conductus literis, quo possimus, in Sacro Vestrae Caes. Maiestatis Imperio et alijs Regnis hanc stipem securè et absque omni impedimento deuotissimè emendicare. Deus retributor omnium bonorum Vestrae Càesareae Maiestati hanc singularem pietatem maioribus praemijs compensabit quem nos assiduis votis deprecari non intermittemus. Ac interea benignum expectamus à Vestra Maiestate responsum.

Sacratissimae Caes. Regiaeque Maiestatis Vestrae.

Humillimi seruitores

Syluester Episcopus Hyerosolimitanus.
Christodorus Diaconus, et
Clemens Papa ritus Graeci.

A terg: Ad Sacratissimam Caes. Regiamque Maiestatem Dominum Dominum Clementissimum.

CCCXXVIII.

Scrisórea mai multor *magnați din Ardél* cătră *Petru Petrovich*, stăruind ca el să ocupe Ardélul in numele Sultanului. 1556, 28 Ian.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Noi Melchior Balassa de Germut Supremo Capitano, et Antonio de Erud consegliero et tesorero, et Ladislao Mitola de Gomosualtra et Nicolo Toro de Saportof, Nicolo Vismeni de Eself et Michel Rabos de Gernomostri, Nicolo Rouis de Zauetpal, Martinus Gudrisi, Michel Siudor, Frangesco Zuezai, Toma Mialti de Torofta, Blasio Bernald de Madaras, Ioannes Uerese, iudice Regio, Pietro Aler maestro de li cittadini della citta de Sibin, Paulo Buleues maestro delli cittadini della citta de Sebesuar, Ioanne Reugner brasouiense et Stefano Gaturese Calosuariense judeci dele citta, et tutti gli nobili de tutte le natione, zoe li Sassoni et Siculi del regno de Transiluania al spettabil et magnifico Signor il Signor Petro Petrouyth conte di Suracliu e de la Regina Ysabella e de suo figlio consegliero, Signor suo osserv.mo et confidentissimo, salutte et acresimentto de ogni bene et felizitta. Perche dapoi la instigation del inimico nostro, li generosissimi et serenissimi principi nostri naturali per la mala faction de molti homeni maligni acerbissimamente spogliati del regno, noi fussimo costretti à obedire al altrui imperio con ogni cura et solicitudine nostra descacciato l'imperio forestiero uolessimo obedire alle sue Maesta, et con tutta la industria del nostro animo con l'aiuto del Dio grande restituir le sue maesta ala pristina loro dignita, et inuitar li prodigi delli principi nostri clementissimi del regno, che per la loro absentia scantinaua, oltra che uolessimo del tutto obedire al comandamento del potentissimo imperator de Thurchi à noi sopra questo clementissimamente offerto aiuto sopra cio con sigillo de consenso uniuersale de tutti nostri habbiamo deliberato rigamar li medesimi principi nostri clementissimi a pigliar il gouerno del regno et con il debito modo restituir alle Maestà sue la dignita et il regno. Per tanto sapendo noi et habiando per certo che la spectabil magnificentia uostra posto da canto il proprio commodo con periculo de la uita propria sempre et in ogni loco seguitar tutte quelle cose le quale li pare uno porto utile alle sue Maestà et a tuta la patria, perche tra tanto cessarà licito ritornare alle Maestà sue commodamente questo regno perduto secondo loro dignita per deliberatione de tutti li nostri, e di tutto questo regno habiamo concluso chiamar la spettabil magnificentia uostra à pigliar possesso, et carigo del regno et insieme con noi con debito modo à nome et in persona de sue Maestà dar opera ala recuperatione et gouerno di esso, sopra la quale cosa habiamo ricercato la spettabil Magnificentia uostra con il mezo del nostro egregio fratello iouane Celeueni per uia del quale habiamo dato intera information dela presta uenuta sua, e cusì grandamente la esortiamo et pregamo à nome suo e di tutto il Regno che la uenghi con maggior prestezza a riceuer et sotoponer il regno de quello, che possi esser aspetato de alcuno, a coe posi insieme con noi in logo et nome come e ditto di sopra delle sue maesta proueder sicuramente et comodamente alli negocij dele maesta loro et del regno habiamo uoluto certificar la spettabil Magnificentia uostra dela debita nostra fidelta ale Maesta sue et cussi la siguriamo insieme con bona sede promettemo che saremo tute quelle cose per recuperatione et conseruatione del regno che conuengano alli homeni da ben et fideli, ne mai cessaremo della incomminciata recuperation del Regno, fin a che la cosa non sia finita et habia hauuto felice fine, e di tanto la siguriamo et promettiamo con uigore et testimonio de questa antedetta litera nostra. Data nel castello Torda in la quinta feria avanti festa della purification della Beatissima vergine l'anno MDLVI.

CCCXXIX.

1556, Septembrie — Ordinul *Sultanului* către *Petru Petrovich* in cestiunea luării în posesiune a Ardélului.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatio literarum Imperatoris Thurcarum ad Pettrowyth datarum.

Inter Christi fidei dominos, maximus dominus, et fidei Christi adhesoribus tutor ac patronus Pettrowyth, Dominus, minax et maximum, splendidum et excelsum mandatum meum ad te vadet, Scias literas tuas nouissimas ad excelsam portam meam peruenisse, vbi scribis, Quod, postquam Regnum Transsyluaniae, ex splendidissimo mandato meo intellexisset, me filium Ioannis Regis, Stephanum Regem, in Regem creare auxilio dei velle, illud ob tremendi et iracundi gladij mei metum, inquietum fuisse, propertereaque in vnum congregatum fuisse, ac consultasse, et propter hunc metum ad Diabolum Ferdinandum nuncios suos misisse, per quos ei nunciatum fuisset, quod ab eo desciuisset Regnum, nec imposterum quicquam juris in illud deberet habere, Nam imposerum nullum mandatis suis locum praebendo, nullum etiam honorem illi exhibere vellet, Deinde scribis quod Regnicolae animo lubenti et grato audirent Stephanum Regem ijs praefectum iri, eosque velle è medio ipsorum expurgare, qui partes Ferdinandi tuerentur, pecunia vero ipsorum propria tribus millibus hominum conductis, ac Iesu Christi fidei Melchiorem Balassi et Anthonium Kendy ex voluntate Stephani Regis in Capitaneos praefectis, per nuncios suos ad se missos, id exigerent atque vellent, vt donec rex Stephanus, in Regnum intraret, Regnum ipsum sub tuo regimine extaret, tibique etiam literas salui conductus esse missas, ac propterea significas te annixum benignitati diuinae, in Regnum Transsyluaniae proficisci velle, Quas quidem literas salui conductus etiam huc ad nòs misisses et excelsae Maiestati meae omnia ad scitum dedisses, Cuius autem vel quorum literae illae fuerint, quidue in se continuerint ac omnia quae Maiestati nostrae perscripsisti intelliximus, Et quod Durmis Chauz vobiscum sit, vnacum ijs omnibus quae ad nos ipse Durmis perscripsit, praeterea quae magnificus Themesiensis dominus de Regno Transsyluaniae scripsit et alia omnia similiter intelleximus. Ante haec vero à Rege Stephano, et Francisco Bebek, alijsque dominis hungaris: ad excelsam portam nostram per homines suos literas miserunt, quod à Rege Ferdinando desciuissent, quodue Stephanum Regem multi agnoscere et obseruare vellent, in literis suis significarunt. Quare cum haec ita sint, nunc iam Stephano Regi nostrum excelsum mandatum misimus, vt Regnum Transsyluaniae intret, cui similiter mandatum dedimus, vt omnes eum pro domino agnoscant, et penes eum omni fidelitate sint, Nam Regnum Transsyluaniae et Hungariae ex mea magna clementia sibi promissum et datum est, qui fideles erunt, multa clementiae bona accipient, qui vero duram ceruicem praebebunt et contrarium facerint, pro his habetur mandatum, vt grauissima poena puniantur, Quibus ita se habentibus de nostra scilicet in Regem clementia et bonitate, omnia certo fient et reuera quaecunque promisi et recepi, haec aliter ex dei clementissimi auxilio non fient, Et propterea ad superiores partes Regni, et infideles magnum et potentissimum exercitum habebo, quod vt verius sit, omnibus Beglerbegis et Zanchakys seruitoribus meis Aulaeque meae familiaribus Ianycharis mandatum est, suntque iam parati, Terra etiam tremebit ab hoc exercitu, et ex concessione dei, facies mea splendida illuminabit Regnum, haec ita certo sciatis. Mandaueram, vt quandocunque excelsum meum mandatum adueniret, nullomodo aliud faciatis, sed quacunque via et bono modo poteritis, Stephanum Regem inducatis in Regnum, et interim defensioni eius Regni ita inuigiletis, vt omnes vnum sentiatis, et illud defendatis, et bono ac vnanimi consilio adhaesores Ferdinandi è regno extirpetis ac ab illius sordibus Regnum expurgetis, properetis autem haec bono modo ad finem deducere, Regnum est datum Regi, et qui tam antea, quam

postea, deficientes à Ferdinando, fideles erunt, à mea splendida porta diuersis bonis contentabuntur, et illorum similibus maiores erunt, Tu etiam excelsum mandatum meum omnibus de scitum des, et omnes horteris, vt tecum vnanimiter sentiant, qui vero inobedientes erunt, erratum ipsorum maneat in ceruicibus eorum. Sera et tarda supplicatio erit inanis, sitis secundum excelsum mandatum meum, à factis contrarijs vos tueamini, pro his omnibus perficiendis iam multa mandata mea sunt missa, post haec nulla excusatione, nulla ratiocinatione, nulla denique vestri purgatione nosmetipsos purgare et excusare poteritis, Quare aduigilans, causas ob praemissas propera inducere in Regnum filium Ioannis Regis, pro auxilio ferendo, Beglerbegis et Tatarhammo caeterisque magnatibus seruitoribus meis, Waywodisque Moldauiensi et Transalpiniensi pulchra et maxima mandata nostra sunt missa, cum ijs mutuam habentes intelligentiam si opus erit auxilium petas, Durmis etiam Chyawz ex portae meae excelsae Chyawsis sibi similibus, habet mandatum vt penes te sit, et tecum in seruitijs excelsae nostrae Maiestati congruentibus sit, et ad fortunate viae meae successum seruiat, Ad splendorum faciei vestrae vna cum Regnicolis contendatis, et cum meo Chawz quo citius fieri potest Regem inducatis. Ad aurorum meorum et familiae meae parentum splendidas animas recipio, Quod si Transsyluaniae er hungariae domini et Arcium Castellani, ac omnes tam magni quam parui, secundum magnum mandatum meum, filium Ioannis Rege non recipient, et eum non obseruauerint tanquam Regem eorum, sed cum Ferdinando mutuam intelligentiam habuerint, adhaesores ipsius germanos non eycient, ac Regnum, Acces et Ciuitates manibus suis non assignauerint, tali poena adficientur, vt perpetuo donec dies steterit de generatione in generationem ac in filios filiorum exemplo sint. Sic itaque excelsam meam voluntatem et mandatum notum faciatis, nec postea vllus se eo excusare possit, quod haec ignorauerit, vel non audiuerit, Ex dei voluntate breui prouincias illas, magno exercitu magno mari simili replebo, Quare tu etiam cura, vt potentissimo meo exercitu commeatus interim prepares. Excelsum meum mandatum sic credatis. Datum Constantinopoli, mense Februario die 25. Anno prophetiae nostrae VIIII. 4 III.

CCCXXX.

Raportul lui *Pĕtraşcu-Vodă* cătră *Sultanul Suleiman* despre ridicarea în scaun a fiiului lui Zápolya. 1556, 4 Noemb.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

A tergo: Alto et Ecelso Emir Sulthan Solimano Chan. — (Intus). Da Oriente fin a l'occidente sotto il sole Imperador delli Imperatori, et Signor sopra tutti grande Emir, alto Sulthan Solimano Chan.

Humil riuerenzia facio alla C. M. V. Dapoi V. C. M. Sara auisata circa la seruitu che a comandatto V. M. C. che douesimo andar con el campo in paese di Ongaria per guardia del figliol de Re Zuane, Io schiauo dela C. M. V. contento con tutto il cor mio per seruir C. M. V. mandai subito mia gente à tempo debito in quel loco doue si trouaua Regina con il suo filiol, Dapoi io schiauo dela M. V. C. andai in persona con tutto il campo mio che haueua, et hauemo passato per l'Ongaria, li gionsi

appresso li monti, qualli partise li confini de Vngaria e di Valachia, Et li essendo vegnuta la Regina et suo figliol, Deli poi hauemo menati con gran honor fin a in Transsyluania et li hauemo posti alla sedia in Castello Coloswar per la gratia della C. M. V., et li hauemo Consegniati in mano de quelli Signori Ongari et quelli del paese, Et tutti si sonno humiliati et hanno giurato di esser schiaui dela C. M, V. et seruir fidelmente al fiol de Re Zuane. Ora io schiauo dela C. M. V. sono tornato, et sono in mio paese qual per la gratia dela M. V. C. mi ha donato, le parole che ho voluto dir et manifestar ala C. M. V. le ho ditte Casam Chiauss schiauo della C. M. V. il quale fu con mi ala seruitu dela C. M. V., lui esponera particularmente ala C. M. V., Et altro quello che occorera V. M. C. Sara auisata con altro suo schiauo Oxr Chiaus, de questo auiso V. M. C. come fu seruo al suo Signor. Dio multiplichi giorni et anni â V. M. C. per molti seculi, scritta alli 4 di Nouembre 1556.

Seruo et fango delle Zapade de V. M. C-a

Io Pettras Vaiuoda et signor di Valachia.

CCCXXXI.

1556, 13 Noemb. Raportul unui *confident* despre intenţiunea reginei Isabella de a trimite solie la Pórtă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Geheime Kundschaft dd[o] Constantinopel, 13 Nov. 1556, besagt.

Alli VI. de Novembre uene homo di Moldauia et porto litera à Gran Thurco, come ha intrato in Transiluania et la Regina Isabella mandarà al gran Thurco un suo ambasciator qual vegnera presto. Questo ambasciatore si chiama proschi da polonia.

CCCXXXII.

1556, 3 Decemb. Raport cătră Regele *Ferdinand I.* despre negoţierile de pace urmate cu Turciĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Regia Maiesta.

Alli XIII de Nouembre fu l'ultima mia, in la quale auisai Vestra Maestà quello era occorso fin a quel giorno, hora Vestra Maestà sapera come alli 20 de Nouembre parlò l'Imbasciador de Venetiani â Rustan Bassa doue io era presente, et parlando de

soi negoty l'Ambasciatore lo dimandò se haueua qualcosa di nouo, Rustan Bassa rispose che haueua letere da Valachi, et se volto al interprete Rustan Bassa, et disse: mostra la letera al Ambasciador, io hebbi la copia di essa et qui la mando inclusa ala Ma[a] Vestra. Poi l'Ambasciador domandò Rustan Bassa se il gran Turcho l'anno sequente andaria in Ongaria, rispose che fin a quella volta Dio sa quello sara, l'Ambasciador disse non si troua qualche via che si potesse quietare il Signor et Vestra Maestà, Rustan Bassa rispose che il gran Signor era piu disposto di far pace con Vestra Maestà che mai, se Vestra Maesta la vole far col figliol de re Gioanne, ma fin a che Vestra Maesta non fa la pace con quello, il gran Turcho non la fara mai con Vestra Maesta. Poi l'Ambasciator dimandò, se dal Persiano haueua noua nisuna. Rustan Bassa rispose che l'aspetaua l'Ambasciador dil Persiano, poi disse: il Persiano mai sara amico del gran Signor et ogni volta che potesse trouar occasione di far qualche bella botta[1], non mancharia di farla, Sua amititia, e, cosa finta; parlando l'Ambasciador de Venitiani et Rustan Bassa à vn proposito, Rustan disse: il gran Turcho si Jddio vorra per tutto magio ha da esser à Constantinopoli, da qui à diece giorni aspetta il Beglerbego della Graecia ha da esser qui in Andrinopoli. Alli 24 di Nouembre gionse vn Chiauss qui mandato dalla Regina Ysabella et disse come Petrowitsch et il Bebeck et tutti quelli Ongari et primi di Transsyluania eranno appresso la Regina, et che la Regina spedira piu presto potra quel Ambasciador suo, per il quale gia scrisse alla Maesta Vestra per l'altra mia.

In queste bande et in Grecia, e, non pocha carestia de frumenti, l'altro giorno venerno doi Signori Georgiani, qualli dicono che il Persiano li molesta ogni giorno, et che ha in ordine molta gente, loro se dubitanno che alla auerta non uenga sopra di loro, alliqualli Giorgiani anchora non, e, datta la risposta, quello sapero di cio auisaro à Vestra Maesta. Hogi ha saputto il Turcho come la Maesta Caesarea, e, gionta in Spagna et come Vestra Maesta resta locotenente nel Imperio, Il gran Turcho mandò à dir al general del mar, che douesse parechiar l'armata perche alla auerta vole che uscia fora, altro non se dice per hora, quello seguira Vestra Maesta sara auisata, li Ambasciatori di Vestra Maesta sonno à Constantinopoli, come uera l'Ambasciator della Regina Ysabella, saranno chiamati qui, le apparechiato logiamento per loro. Nostro Signor Iddio conserua Vestra Maesta. Da Andrinopoli alli 3 di Decembre del 1556.

CCCXXXIII.

Raport cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre situaţiunea de la Pórtă, dimpreună cu un raport a lui *Pătraşcu-Vodă* cătră Sultanul. 1556, 3 Decemb.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ex Adrianopoli 3. Decembre 1556.

Ad 20 Nouembris locutus est Orator Venetus cum Rustano Passa me praesente, ubi cum aliquandiu de negocijs suis verba fecissent, quaesiuit Orator Venetus numquid ille noui haberet, iussit tum Rustanus ab Interprete proferri literas nuper dis-

1) d. h. irgend einen schlechten Streich; *botta*, Schlag, Stoss.

positis equis allatas, quarum exemplum cum hijs Maiestati Vestrae mitto. Deinde interrogabat Orator, an Princeps ipse futuro anno esset in Hungariam profecturus, ibi Rustanus, deus, inquit, nouit quid tum sit futurum, Et cum Orator non cessaret quaerere, an non possent inuestigari aliquae rationes, quibus res inter Principem ipsum Turcarum et Maiestatem Vestram transsigatur, Rustanus aiebat Principem suum ad ineundam cum Maiestate Vestra pacem magis quam unquam antea inclinatum esse, si Maiestas Vestra cum Ioannis quoque regis filio eam inire voluerit, nisi vero id Maiestas Vestra fecerit, nec Principem suum unquam amplexurum esse pacem, Colloquio inde ad Persam translato interrogabat Orator Venetus, quid de Persa haberet, Tum ille dicebat Oratorem inde expectari, verum nunquam illum fore Principi suo firmum amicum, qui nullam rei bene gerendae occasionem praetermitteret et simulatam tantummodo amicitiam faceret, Tandem multis hinc inde verbis absumptis, Rustanus, Deo, inquit, volente, Princeps meus per totum mensem Maium erit Constantinopoli.

. . . (om) . . .

Literae Petrasky Vaiuodae Transsalpinensis ad Turcarum Principem de 4. Nouembris 1556.

Ab Oriente usque ad occidentem per vniuersum orbem Imperator Imperatorum et supreme omnium dominorum Sultane Solymane Chan.

Post humilem reuerentiam Caesareae Maiestati Vestrae notum facio, de mandatis quae mihi Caesarea Vestra Maiestas imposuit, ut nimirum cum exercitu proficisceremur in Hungariam pro custodia filij Regis Ioannis, quod ego uti mancipium Caesareae Maiestatis Vestrae cui ex intimo pectore seruire cupio lubenter praestiti, et copias meas in tempore misi ad ea loca ubi Regina cum filio erat, deinde secutus sum ipsemet cum reliquo exercitu meo, et penetraui per Hungariam usque ad montes quibus Hungaria à Valachia disiungitur, quo cum venisset regina cum filio, eandem honorifice admodum in Transsyluaniam deduximus, atque in sedem arcis Coloswariensis ipsis ex gratia Caesareae Maiestatis Vestrae concessam collocauimus, adeoque in manus dominorum Hungarorum regnicolarumque concredidimus, qui se omnes illis subiecerunt, et iuramentum fidelitatis praestiterunt, quòd scilicet Caesareae Vestrae Maiestati et illis fideles sint futuri. Proinde ego Caesareae Vestrae Maiestatis mancipium iam in prouinciam meam quam Caesareae Maiestatis Vestrae beneficio obtineo, redij, Caetera quae ad Caesaream Maiestatem Vestram perferri cupio, Cassan Chiaussio exposui, qui omnia sigillatim Caesareae Maiestati Vestrae est expositurus, Quae vero deinceps occurrerint eidem Vestrae Caesareae Maiestati per alium Ochur Chiausium significabo. Deus custodiat etc. Datae 4 Nouembre 1556.

Caesareae Maiestatis Vestrae

servus ac calciamentorum suorum Cutum

Ego Petraskus Vaiuoda et dominus Valachiae.

CCCXXXIV.

Raport despre audienţa acordată de Sultanul lui Bebek, despre negoţierile urmate între Pórtă şi Petrovich şi despre situaţiune în genere. 1557, 15 Apr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literarum exploratoris secretj ex Adrianopoli de 15. Aprilis 1557.

Alli cinque d'Aprile il Bebeck baso la man al gran Turcho et stette pocho dentro. Io ho inteso che il gran Signor non gli ha ditto nissuna parola, quela sera il gran Turcho gli mando à donar doi caualli uno con una sella che ualeua cinque Ducati, et una cathena d'oro che val trecento Ducati, et altro caualo con la coperta di lana et gli mando dieci veste de panno d'oro, che tutte valeno cento ducati, El presente che ha fatto Bebeck al gran Turcho et alli quatro Bassi in tante coppe d'argento non passaua doi millia Ducati d'oro, quella sera medesima il Bebeck ando da Rustan Passa, doue stette in sua Camera de tre hore et ha ditto à Rustan Bassa che il Petrowyth lo uoleua far amazar à tradimento in Transsyluania, se un' Hungaro non l'auisaua, et che di questo fatto la Regina Ysabella era contenta, et che lui subito ando alla Regina, et gli disse la cosa, alhora la Regina giuro che non sapeua niente di tal cosa, poi la Regina subito mando à chiamar Petrowyth, qual non volse uenir, vedendo disse il Bebeck tal cosa, si parti subito et ando à Buda. Ha ditto anchora à Rustan Passa Petrowyth ha cauato de Transsyluania CCC m. Ducati, et non ha speso centomillia, Il resto ha robato detto Petrowyth. Ha ditto il Bebeck se sara fatto gouernator del figliol di Re Giouan, al' hora il Turcho potra dir sicuramente che Transsyluania, e, sua et che fra pocho tempo gli mandara Petrowyth nelle mane et aquistara l'Ongaria per il figliol di Re Gioan senzache il Turcho se moua de suo logo, a lui basta il Beglerbeg di Gretia, e quel campo che e dil Turcho in Ongaria con Moldaui et con Valachi, perche facil lui fara guerra con Thodeschi. Detto Bebeck ha dimandato in gratia dal gran Turcho Zay Ferenz, e, suo amico grande et sara seruitor del figliol di Re Giouan et subito andara in Transsyluania, et potra giouar assai al figliol di Re Giouan, ha risposo di lasarlo et lo mandara con l'Ambasciador di detto figliol, quando verra de Transsyluania. Alli sei d'Aprile Bebeck fu licentiato dal Turcho, et il Turcho gli ha concesso tutto quello che ha dimandato, Alli 7 de ditto furno fatte litere dal Turcho alla Regina et suo figliol et à Kendi Ferenz et ad altri Principi de Transsyluania, dicendo il Turcho hauer fatto Bebeck Gouernator et Consegliero di Re Stephano et della Transsyluania, che loro lo debano accettar et cognoscer per tal, et non far altrimente sotto pena della sua disgratia, Et che Petrowyth stia in quel loco che gli ha concesso il gran Signor, et che non se impedischa in nissuna cosa, Ad instantia de Bebeck il Turcho ha mutato Hamzabey, per hauer ditto il Bebeck mal de lui. Detto Bebeck alli XII d'April se parti de qui, et ando uerso Moldauia, de li passara in Transsyluania, con lui ando Mahmuth Dragoman qual viene da Transsyluania, Mehmeth Vaiuoda d'Alli Bassa fu fatto Capitanio del' Armata che ha il Turcho nel Danubio. Bebeck ha ditto à Rustan Bassa che tora le minere alla Maestà Vestra senza gran difficulta. Questo anno il Turcho non mandara campo in quelle bande per esser Carestia, ma in caso che Vestra Maesta facesse qualche mouimento, saria mandato il Beglerbey de Gretia et non altri quando il Turcho non andaria in persona, se ben Vestra Maestà tolesse Buda, perche ha paura de soi figlioli che non gli togliano il Regno, perche facilmente gli potria intrauenir, quando lui se slargasse troppo. Sono venute noue da Babilonia, che l'Ambasciator del Persiano veniua al gran Turcho, et non si sa perche, come sapero, auisaro Vestra Maestà. Alli 10 de detto l'Ambasciador del Re di Francia ha ditto à Rustan Bassa, d'hauer hauto noua come Monsignor de Guisa, e, gionto in Anchona con XL m. homeni che

poi vol passar à Napoli, cioe far l'impresa, se gli reuscira. L'huomo che viene dalla Regina Ysabella, quando vide far il Bebeck gouernador de Transsyluania, ando da Rustan Bassa et gli disse che il Turcho non doueua far gouernador de Re Stephan et de Transsyluania, perche horamai, e, grande et sufficiente à gouernar suoi luoghi, et sa elegiersi conseglieri, Bebeck non, e, fidel, dui volte fin qui ha ribellato. Rustan Bassa gli ha risposo che il gran Siguor ha fatto per ben tal elettion, perche Bebeck, e, homo di guerra e soldato, et gli aquistara tutta l'Ongaria al figliol di Re Giouan, perche hauera fauor delli Baroni, Petrowyth hormai, e, vechio, et quando Re Stephan vedesse qualque manchamento delli suoi conseglieri, non salo al' hora adoperarla spada et castigarli, questo homo della Regina Ysabella si partì tre giorni auanti del Bebeck et ando via. Io ho inteso da grandi ha far discorso sopra il Bebeck dicendo, o, Bebeck sara tossegato in Transsyluania, ouero lui tossegara il figliol di Re Giouan per farse Signor de Transsyluania perche quando manchasse questo figliol, il Bebeck saria confirmato dal Turcho, ma communamente dicono che Bebeck sara spedito stante la inimicitia che l'ha con Petrowyth et con Kendi Ferenz. Mehmeth Vaiuoda d'Alli Bassa disse che Bebeck dette cinque Christiani todeschi à vn Turcho per vn cauaio, et disse che adeso do cinque, ma spero in Dio darli vinti per vn cauallo fra pocho tempo, Questo Can ha promesso qui che gli basta l'animo de far cose grandissime et gran ruine, forse Dio ruinara lui et la casa sua, l'Ambasciador de Franza ha ditto gran mal à Rustan Bassa de questo Can, ma non ha fatto niente, l'Abasciator de Franza ho(a) ottenuto dal Turcho 40 galere, ma voria piu, Io no so s'egli hauera piu, quale se partira per tutto Magio da Constantinopoli, Altro per hora non si sa, quello sara alla giornata, Vestra Maestà sara auisata, Dio sia semper con la Maestà Vestra. D'Adrianopoli alli XV d'Aprille del 1557.

Alli 19 d'Aprile il Turcho se parte et va à Constantinopoli, io andaro anchora et non mancharo à seruir alla Maestà Vestra quanto mi sara possibile, et pregar Dio che mi sia in agiutto.

CCCXXXV.

1557. 15 Oct. Ordinul Impĕratului *Ferdinand I.* cătră *Camera din Pojon* în cestiunea subvenţiunii acordate lui Aron-Vodă din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Ferdinand I. Hungariae regis mandatum ad Cameram Posoniensem, ut Aaroni Vayvodae Moldaviensi annuam pensionem rite persolvat. Ex autographo).

Magnifice, fideles, nobis dilecti. Conqueritur apud nos Aaron Vayvoda Moldaviensis, solutionem annuae pensionis, etiam ad mandatum nostrum, quod proxime a nobis propterea accepistis, se nullo modo assequi posse. Cum autem praesertim talibus, qui alias, unde vivant, nec habere, nec acquirere possunt, omnimode satisfieri cupiamus, vobis denuo seriosius injungimus, curetis, quatenus dicto Vayvodae, nulla ulteriori mora interposita, id, quod sibi solvendum restat, debito modo numeretur. Viennae, die 15. Octob. 1557.

CCCXXXVI.

Raport despre atitudinea Porţiĭ in cestiunea Ardélului. 1557, 13 Aprile

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Eplorator secretus de XI. Decembris 1557.

(Allatae 12. Ianuarij 1558)

Alli 20 de Nouembre fu l'ultima mia. Ali 22 ditto gionse qui in Adrianopoli un huomo del Bassa de Buda, qual huomo è stato con gli Ambasciadori dela Maesta Vestra et porto letere dela Maiesta Vestra al Turcho et suo Ambasciador, questo huomo disse à Rustan Passa, che la Maesta Vestra leze conseglio tre giorni, et poi fece far le letere, et che à lui la Maiesta Vestra haueua fatto bona zera. Rustan Bassa ha hauuto piacer dele letere dela Maiesta Vestra. Questo io ho inteso da bon logo, la matina il gran S^r ordino che fusse chiamato l'ambasciador dela Maiesta Vestra, aspetta de di in di. Li giorni passati viene un homo dela Regina Ysabella et disse come la Maiesta Vestra haveva in ordine molta gente et che lei dubitandosi di cio ha dimandato agiuto al Bassa de Buda et a queli Sanziacki, et loro non hanno voluto dargli agiuto alcuno dicendo, che la Maiesta Vestra potria voltar la gente alli danni del gran signor, et per questo rispetto s'hano scusato. Rustan Bassa ha risposo, che loro han fatto ben à non lassar le frontiere sole, e cosi il gran signor ha mandato letere ali Moldaui, che diano agiuto ala regina Ysabella quando lo rechiedera, quest'homo dela regina Ysabella disse come il Bebeck era à Buda et che voleua andar dala regina, et la regina et suo figliol gli faranno bona ciera per amor del gran S^or. Poi alli 26 de Nouembre viene un altro homo di detta regina qual disse che la regina ha saputo de certo che la Maiesta Vestra gli vol dar fastidio, per la qual cosa gli fecero letera al Moldauo come in prima, che lui gli dia agiuto, ma questo homo non si contento et fece gran instantia che gli dessero letere a Bassa de Buda et à quelli Sanziacki che loro dessero agiuto ala regina Ysabella. Rustan Passa prima non voleua, poi fece letere al Bassa de Buda et à queli Sanziacki che dessero agiuto ala ditta regina, potendo, ma se si dubitano de queli confini, non lassino li logi vodi, ma potendo dar agiuto commodamente ala Regina Ysabella non manchino da farlo. Con queste tal letere l'homo dela regina si parte doman. De qui se dice che l'armata uscira à tempo nouo et che fara 120 galere, ma anchora non comenzono far prouision d'homeni de remo. Quando comenzarano far prouision la Maiesta Vestra sara auisata.

Da Persia non se dice cosa alchuna da Franza fa uno mese apresso che non e venuto ne letere ne homo n'alchuna noua, suo agente è venuto da Constantinopoli. Altro non se dice per hora. Alli XI de Decembre del LVII d'Adrianopoli.

Hoggi e stato scritto al Cap^o del mar che venga in Adrianopoli dal gran S^or et che parechia 15 galere grosse ouero palandarie per poter traeiettar questi caualì, quando si sapera auisaro Vestra Maesta. E venute letere dal Cap^o del mar al gran Turcho, chome à Constantinopoli sono 80 galere in ordine, non gli mancha altro che homeni et si va facendo il resto à compir fin a CXX galere.

A tergo: Domino Francesco Straub, mio honoratissimo.

CCCXXXVII.

1557. 30 Dec.

Raport despre noua schimbare de Domni in ţĕrile române.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Geheime Kundschaft, dd° Adrianopel, 30 Dec. 1557, meldet.

Rustan Bassa ha mandato chiamar da Natolia Mircze, perche il Turcho l'a fatto Vaiuoda de Valachia. Questo homo è stato un altra volta vaiuoda de Valachia. Il Moldauo ha mandato à dir che le Valachi voleuano elegersi un Vaiuoda, non so qual lo haueranno fato, ne altro per hora.

CCCXXXVIII.

1558, 18 Ianuare.

Raport despre ridicarea în scaun alui Mircea-Vodă.

(Din Archiva ces reg. din Viena)

Bericht eines geheimen Kundschafters.

L'altro giorno il Turcho fece signor de Valachia uno nominato Mircze qual per auanti anchora è stato signor de Valachia et lo mando via et gli ha dato ordine che veda d'hauer ni le mani o uiuo o morto uno nominato Socolo et un altro Radul, qual per il passato l'ha cazato questo Myrcze signor de Valachia, dicono che ditto Radul se troua apresso la Maiesta Vestra . . . . . D'Adrinopolj ali 19 de Genaro 1558.

CCCXXXIX.

1558, 13 Febr.

Raport despre greutăţile ce intimpină Mircea-Vodă în ţară.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Explorator secretus haec refert.

Hogi viene noua de Valachia, dicono che il populo non vole accettar Myrcze et che sono soleuati tuti con l'arme in man et dicono che vol per lor signor Socolo, doue qui dubitano assai li Turchi che quel populo non amaza Myrcze et vili Sangiack et altri Turchi quali andarno à metter Myrcze in stato.

CCCXL.

Raport despre urcarea în scaun alui Mircea-Vodă. 1558, 5 Febr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Idem explorator secretus.

De Vlachia viene noua come hanno acettato Myrcze per lor signor et che Socolo è scampato in Transsyluania.

CCCXLI.

Raporturi secrete făcute asupra lui Mircea-Vodă și asupra situațiunii din țerile române în genere. 1558, 13 Febr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exploratoris secreti relatio.

Il gran Turcho l'e in colera contra la Regina Ysabella et Kendi Ferenzo perche hanno accettado Socolo de Vlachij qual Socolo ha portato via tutto el thesoro de Petrasco che fu Wayuoda de Vlachij, oltra il thesoro ha portato anchora tributo de Valachia, per la qual cosa il turcho ha mandato vno suo homo con quello della Regina Ysabella che per ogni modo la Regina e Kendi Ferenzo debano dargli Socolo con il Tesoro in le mani et consegnarlo al suo humo, altramente cognosera da loro questo danno et vora esser satisfatto; dicono che questo Socolo ha portato via da CCCC m. ducati. D'Adrianopoli addj XX del febraro.

Diacono che Mirche ha tagliato la testa al Vescouo de Vlachi e alli XXX homeni primi de Vlachij. De Adrianopoli allj XIII del febraro. 1558, 20 Febr.

Nelli giorni passati il Bebeck mandò suo homo al Thurco, disse hauer assalito li soldati di V. Maiesta in vno monasterio dove se erano fortificati, deli qualli n'haveva amazati pur assai con un Capitano, et cossi domanda la Regina Ysabella agiuto. Il Thurco mandò vno suo homo con l'homo della Regina Ysabella et del Bebeck ai Moldaui et alli 4 Sanziachi che debbano andar in Transyluania per agiutar la Regina Ysabella. L'Agente de Moldaui disse a Rustan Passa che i Moldaui andaran con molta gente, dove faranno piu danno in Transyluania che se intrassero inimici; Il Bassa di Buda ha risposto che uadino et facino peggio che sanno, dapoi che la Regina Ysabella uol cossi, ogni di non cessa di dimandar agiuto. Al primo di Marzo vene un huomo della Regina Ysabella et disse come Soccolo de Valachia era in Transyluania in una fortezza, et che ley non l'ha uoluto lasciar partire con il thesoro, che ha portato di Valachia. Rustan Bassa ha parlato all huomo della Regina Ysabella et li ha detto che se la Regina Ysabella et Chendi Ferenzo lasseranno scampar detto Soccolo, il Thurco vorà esser satisfatto de 1558, 6 Martie

detta Regina Ysabella et da Chendi Ferenzo, et se non li darano detto Soccolo nelle mani, mai piu darà il Thurco ne agiuto ne fauore alla Regina Ysabella et alla Transsyluania et li hauera tutti per inimici . . . . D'Andrinopoli alli sei de Marzo del 1558.

1558, 22 Iunie. Da Transsyluania s'aspetta presto Socolo et Radul de Valachia, alcuni dicono ch' il Turcho li fara morire ad instantia de Mircze Wayuoda de Valachia. Mio amico mi ha detto chil Turcho non gli fara morir.

1558, 12 Iulie. Da Transsyluania è venuto Socolo et Radul, quali subito gionti furno posti in ferri et perche Sockol si dubito che non le fecessero morir, promise al Ambasciator de Franza 14 millia ducati che lo domandasse in gratia dal Turcho per la sua liberation, si fatigo molto L'ambasciator franzese, ma non guadagno niente, perche quanto che Sokol ha portato con se, ogni cosa gli è tolta dal Turcho, et de piu fu dato marturio secretamente al suo Secretario qual ha confessato che la regina ha tutti li soi dinari. Hoggi è spedito un Chiass a la regina che per ogni modo debbia mandar qui le dinari con la moglie et figlioli de Socol insieme et che non facia falo. Ditto Socol con Radul gli ha confinato il gran Turcho al' sola de Rodj.

1558, 29 Iulie. Li tre ambasciadori de la regina Ysabella furno licentiati l'altro giorno dal gran Turcho, ma si partirno molto mal satisfatto, perciò che hauendo loro menato Socolo Valacho et Radul pregorno il gran Turcho per nome de la regina et di suo figliolo et deli baroni de Transsyluania, che non dovesse far morir dai Turchi. Il gran Turcho ha risposo che non gli fara morir, ma vol che stiano à Rodi, et cosi li mandarno in uno brigantino con le guardie. Ditte guardie haueuano ordine dal gran Turcho, che come fussero lontan de Constantinopoli 20 miglia, gli douessero anegar tutti tre, il tertio era uno Valacho, qual il populo fece signor et domino otto giorni, et per questa cosa li tre ambassadori de la regina si sono partiti di malissima voglia. Anchora il Ambasciator franzese è restato molto mal satisfatto, perche ditto Sockol gli haueua promesso 14 millia Ducati di donar se li saluaua la vita, per la qual liberation ditto amb^r si fatigo molto, et Rustan Bassa gli dette la speranza, hora vedendo il contrario, li pare che sia stato burlato; disse l'altro giorno; »certo l'homo non si puo fidar in Turchi de niente.« Da Constantinopoli adi 29 d'Luglio, 1558.

1558, 20 Dec. La regina Ysabella et suo figliol hano mandato à scursarsi che queli dinari che haueua portato Soccolo da Valachia, un suo homo di Socolo l'haueua tolto, suo figliol con detti dinari et era scampato à Vienna et che la moglie di esso Socolo si troua in Transsyluania amalata et despogliata de ogni cosa . . . Ha ditto anchora il predetto Dragoman, qual era stato in Transsyluania, a Rustan Bassa, che la regina (Ysabella) lo fece chiamar a se et gli disse piangiendo: Il gran Turcho mostra pocha amoreuoleza verso di noi, prima non vol chiarir li confini tra la Transsyluania et suo paese, del che si mormora continuamente et tutti ne vol male, stamo con paura de continuo che un di non si sulleva il populo et che non ne amazi. Ha ditto anchora: il gran Turcho mi ha promesso la sua fede per le sue letere di non amazar li Vaiuode cioe Sockolo et Radulo de Valachia, poi gli ha amazati, dil che mi ha fatto gran torto. Da Constantinopoli adi 20 dic. 1558.

1558, 21 Dec. Rustan fece chiamar a se l'agente del Moldauo et gli disse: io vorria saper se basteria l'animo al Moldauo col agiuto deli Sanziacki che sono in Ongeria à recuperar la Transsyluania, se sara ribellata, perche quando gli bastasse l'animo di far questo, il gran Signor gli daria ditto Dominio et gouerno al Moldauo con quel pocho tributo. Ditto agente ha risposo che al Moldauo sara facile di far questo col agiuto de queli Sanziacki, perche oltra ch' il Moldauo ha dele suoe forteze in Transsyluania, è molto amato de tutti queli populi, et tutti sariano d'accordo et lo accettariano voluntieri, et

quando questo non fusse, anchora per forza potria ridur a la sua obedientia. Pero se questa noua riusciua vera, il Turcha haueua dissegnato di far questa prouision, et pero l'ho voluto scriuer alla Caesarea vostra Maiestà. Da Constantinpoli adi 21 dicembre 1558.

Mirze Waivoda da Valachia ha scritto al Turcho comme il Serenissimo Re di 1559,
Bohemia mandaua 40 milia homeni ala impresa de Themesuar. Alli 20 di detto viene 22 Iunie.
un homo da Buda et porto noua dela morte de Toygon Bassa de Buda, il qual homo ha certificato Rustan Bassa che non è vero quele che Mirze ha scritto; se iudica che hauendo Mirze molti inimici, se dubita che come il Turcha sara in Natolia non gli vengano adosso, et pensando ch'il Turcho sapendo tal aparato facimente restaria de passar in Natolia, pero ha scritto tal inuention . . .

Da Calcedonia adi 22 de Giugno. MDLIX.

Viene un Ongaro con letere del figliol di Re Giouani al Turcho et Rustan 1559.
Bassa, nelle quali auisa, come li soldati dela Caes^a^ Maiesta Vestra hanno occupato un 14 Dec.
contado apresso Munkaz dela iurisdiction sua et che si dubita che li detti soldati non procedano anuati, per la qual cosa dimanda agiuto dal gran Turcho. Oltra questo lo prega che debba ordinar alli Sanziacki che sono à queli confini de Transsiluania che li debbano render quele ville quale gli hanno tolto contra ogni ragion, auisa anchora come la Caesarea Maiesta Vestra se troua à Olmuz. Alli 8 di questo il Turcho ha risposo ala sua letera et gli scriue che ha fatto veder nel libro et vede che quele ville sono iustamente possedute da queli Sanziacki et si vedera meglio et si sara qualche cosa sua, si dara ordine, che gli sia restituita. Circa dargli aiutto scriue che ha ordinato al Moldauo che se li soldati dela Caesarea vestra Maesta vorano dargli fastidio che lo debba soccorrer et prestarli agiutto, ma che debba aduertir de non esser loro li primi di far qualche innouation ne alchuna mouesta alli loghi et soldati della Caesarea Vestra Maesta, perche dice hauer fatto pace con la Caesarea Vestra Maesta et non vole che sia fatta nissuna cosa contra la pace et li capitoli, ma se li soldati dela Caesarea Vestra Maiesta voranno occupar qualche cosa, in quel caso vole che se difendano. Commette il Turcho al detto figliol di Re Giouani anchora che si guarda di non dar fastidio alli soldati dela Caesarea Vestra Maiesta, si loro non daranno fastidio a lui, et che si guarda di non far cosa che sia contra la pace et li capitoli che ha con la Caesarea Vestra Maesta. Altro agiuto il Turcho non gl' ha vogliuto dar, perche non vede alloro che sia la verita quelo che scriueno.

Per il passato li Valachi si lamentorno al gran Turcho ch'il figliol di Re Gio- 1560,
uanni fauorisce et da ricapito à tutti li forusciti de la Valachia, per il che hanno supli- 25 Fevr.
cato ch'il gran Turcho gli dia un continuo commandamento et un Chiauss al ditto Transsiluano che per ogni modo gli diano nela man tutti li banditi, et cosi il gran Turcho gli ha concesso quelo che hanno domandato, Il qual Valacho ha mandato con il Chiauss da 100 deli suoi homeni per menar fora li fuorusciti, quando che sono stati auanti del Transsiluano et narratogoli il caso, dicono ch'el Transsiluano li cazo dauanti con villanie et gl'ha ditto che si presto non se partiranno del suo paëse, gli fara tagliar à pezi. Dapoi il Transsiluano ha ditto al Chiaus: ditte à Rustan Bassa che uada piu riseruato con questi commandamenti et che non gli conceda per ogni busia di Valachi, perche non sono schiauo comprado à dinari, ne mancho son sbiro del Valacho. Il Chiauss l'altro giorno ha referito ogni cosa à Rustan Bassa, qual dicono che non rispose la minima parola. Da Constantinopoli alli 25 di Febraro MDLX.

Viene noua come 30 millia Tartari affamati sono venuti in paëse del gran 1560,
Turcho alli confini del Maldauo, dove mangiano li bestiami de queli subditi et man- 17 Martie
giano sino la carne humana. Alli 10 de questo fu scritto alli Sanziaki et al Moldauo et al Valacho che douesseno andar et tagliar a pezzi detti Tartari. E venuto un mer-

cante del gran Turcho da Moscouia qual dice che al suo partir de li gionse il Conte Demetrasco il qual fu riceputo honoratissimamente da quel Duca et dapoi che il Duca gli dono gran presenti, lo fece suo capitanio general et gli dara grand' esercito, con il qual lo mandara contra li Tartari. Questa noua molto dispiace à custoro, perche se dubitano che ditto Conte Demetrasco non prende la Tana, dala qual cauano piu de cinquanta millia Ducati l'anno, et perdendo la Tana, perdariano senza fallo la citta de Caffa et molti altri loghi. Da Constantinopoli alli 17 de marzo MDLX.

1560, 2 Aprilie L'altro giorno viene un homo da Moldauia qual dimando Rustan Bassa se sapeua qualche cosa da Transsiluania, lui li ha risposo che il figliol di Re Giouanni et tutti principali de Transsiluania sono mal satisfatto dal gran Turcho et di cio parlano publicamente, de piu ha affermato detto hommo de parte del Moldauo che s'il Turcho ua in Persia, che Transsiluania si dara un altra volta in man dela Maistata Vestra. In summa il Moldauo et Valacho fanno cativissimi officij per il figlio de Re Giouan à custoro. Da Constantinopoli alli 2 de Aprile MDLX.

1560, 9 Maiū. Li Tartari hanno mandato à chieder agiuto del gran Turcho, perche par che li Russi mandano grand' essecito adosso di loro, per la qual cosa il gran Turcho ha mandato ordine al Moldauo et alli 3 Sanziacki che vadan à socorrer alli Tartari. Da Constantinopoli alli 9 de Magio, MDLX.

1560, 23 Maiū. Adi 9 de Magio fu l'ultima mia, pei questa la Maiesta Vestra sapia come il Moldauo ha mandato un suo homo à Rustan Bassa auisandoli come un certo nominato figliol del Déspott è stato dal Signor di Transsiluania et dipoi dal Re de Polonia, dicendo ad uno et l'altro: Io ho molti in Moldauia quali mi daranno fauor, s'anchora voi mi dareti fauor soto mano, facilissimo mi sara cazar quel Vilan de li et farmi signor di quel paëse, dove m'accommodero con il gran Turcho et a voi sempre saro fidelissimo seruitore. Udito che hanno questo il signor de Transsiluania et il Re di Polonia, s' hanno offerto de fauorirlo quando sara de bisogno, sotto mano, d'apoi il Re de Polonia ha mandato il detto Despota ala Caes[a] Vestra Maiesta, per la qual cosa il Moldauo prega Rustan Bassa che debba auisar de cio il Turcho acio dia ordine alli Sanziachi che sono vicini, che ad ogni richiesta de esso Moldauo debano soccorrerlo, acioche qualche volta non venesse ditto Despota per darli fastidio, de piu auisa il Moldauo come il signor de Transsiluania spesso manda li suoi homeni ala Maiesta Vestra. Al ditto homo del Moldauo anchora non e data la risposta. Da Constantinopoli alli 23 de Magio MDLX.

1560, 21 Sept. Come viene un homo del Transsiluano mandato al suo Agente, qual si troua qui, qual huomo ha portato letere dal Transsiluano al gran Tarcho et à Rustan Bassa, tutti duo in un tenor quale d'apoi che furno tradutte in Turcho, io gli ho lette tutte duo . . . . Queste del Transsiluano à Rustan Bassa à bocca che gia li mesi passati essendo stato amalato molto il Re de Polonia, per la qual cosa alchuni vescoui trattauano che in caso ch'il Re de Polonia morisse, fusse fatto il serenisimo Arciducha Ferdinando suo figliolo, ma dapoi essendosi adunati li primi de Polonia, tutti de commun consenso haueuano deliberato che in tal caso fusse fatto Re de Polonia il figliol di Re Giouanni et non altri, et che hauendo inteso questo il Duca de Moscouia, haueua mandato li dua Ambasciatori al detto Traussiluano con li presenti come al Re eletto de Polonia, queste parole Rustan Bassa ha referito al gran Turcho. Alli 14 del presente il Turcho mando la risposta al Transsiluano nella quale gli scrive che mandara commandamenti al Bassa de Buda et de Themiswar et al Vaiuoda Valacho et Moldauo ch'ogni volta che la Maiesta Vestra vora dar fastidio al Transsiluano che loro lo debbano socorrer et dargli agiuto et che presto mandara li huomeni che debbanno veder le differentie deli confini, de piu gli scriue che sia vigilante in custodir lo paëse et scriuer di

continuo di quelo ch'intendera de la Maiesta Vestra. Da Constantinopoli addi 21 del Settembrio, MDLX.

Il Moldauo scriue come ha hauto auiso che Demetrasco gli veniua adosso con grand' essercito per torli il stato dela man, et chel detto Moldauo haueua richiesto dal Valacho agiuto, il qual Valacho gl'haueua mandato quatro milia homeni, et richideua agiuto dal Turcho anchora et cosi il Turcho ha scritto alli Sanziacki che sono vicini a lui che gli debbanno dar agiuto. Da Constantinopoli alli 30 d'ottobre, MDLX. 1560, 13 Oct.

Il Moldauo scriue come ha hauto per noua certa che gli vien Demetrasco da Polonia adoso con 80^m^ homeni et che esso Moldauo era uscito ala campagna et haueua 43^m^ homeni in ordine et ch' il Valacho gl' haueua mandato 4^m^ homeni in agiuto, et anchora detto Moldauo diki (sic) che sono à lui vicini che gli debbano prestar agiuto se busignara. Da Constantinopoli alli 14 di Novebre, MDLX. 1560, 14 Noemb.

Adj 29 del passato fu l'ultima mia con la qual gli mandai la copia dela letera del figliol di Re Giouanni al Turcho et dela supplica che presento l'ambasciator di detto Transsiluano al Turcho et de piu gli mandai la copia d'una letera ch'ha mandato Bebeck à Rustan Bassa. In la presente sara inclusa la copia dela risposta che fa il Turcho al Transsiluano, et cosi detto Ambasciator de Transsiluano è stato licentiato et gli è stata donata una vesta alui et l'altra ad un suo compagno, tutte dua de poca valuta. Detti Ambasciatori sono partiti malissimo sodisfatti perche non hanno ottenuto cosa alcuna de quello che domandano, come la Maiesta Vestra vedera in la risposta che gli fa il Turcho Prima Il Transiluano desidera che sia mandato presto uno homo per decider la differentia de queli confini, et custoro non solamente non mandano nissuno de qui, ma non commetteno ne anche tal carico à nissuno. Anchora de piu domandaua che li fusse dato li commandamenti alli Beglerbeghi et à gli Sanziacki, che ad ogni richiesta sua gli douesse andar in agiuto, ne anche questo hanno ottenuto, perchè il Turcho gli da bone parole, cioe che scriuera alli detti Beglerbeij che bisognandogli agiuto che lo soccorrano, ma fina qui non è scritto in tal materia cosa alchuna, quanto che hanno ottenuto si è questo che gli concede che debba usar ogni simulation con la Caesarea Vestra Maiesta per poter star in pace come la Cesarea Vestra Maiesta vedera per la copia de la letera che gli scriue il ditto Turcho . . . Da Constantinopoli adi 20 de Decembre. MDLX. 1560, 20 Dec.

Alli 13 di Decembre fu l'ultima mia, dapoi viene un homo dal Transsiluano insieme con un Chiauss che per il passato fu mandato al gran Turcho con una vesta de panno d'oro al ditto Transsiluano per consolarlo per la morte de la Regina Isabella sua madre, hora ditto Transsiluano responde et prima lo ringratia molto che si habbia degnato di mostrarsi cosi amoreuole verso lui, dipoi se offerisce d'essergli sempre fidelissimo, apresso lo prega che debba commandar alli Sanziacki de queli confini et al Moldauo che gli debbanno render alchune ville et logi che gli hanno occupato. Scriue de la Caesarea Vestra Maiesta in queata forma et dice: 1560, 4 Ianuarie.

Hauendo io riceputo nobil commandamente dela Imperial Maiesta tua per le mani del suo Chiauss, ho visto quanto la tua Imperial Maiesta commanda et dice: hauendo sua Maiesta mandato le sue litere confirmatorie alla mia porta eccelsa et io similmente ho dato le mie letere confirmatorie al suo ambasciator qual si troua alla mia felice porta Per tanto osseruate voi anchora la detta pace et fattila oseruar dali ministri et soldati vostri et non fatte voi ne altri cosa che sia contra la ditta pace et contra la mia Imperial promesa, A questo reuerentamente rispondo ala Imperial Maiesta tua et gli dico ch' io son prontissimo d'osseruar tutto quelo mi commanda la Maiesta tua Imperial, ma l'Imperador de Romani non resta di darmi fastidio et molestia. Hoggi giorno ultimamente li suoi soldati mi hanno occupato queli logi come gia scrisse alla Imperial Ma-

iesta tua et ogni di fanno qualche nouita et di continuo minaciono li mei soldati et li mei vasalli dilche me dubito che un giorno non interuenga qualche grande dissordine, per il che saria difficile di remediarlo et per questo ho dato particolar auiso al Bassa di Buda et al Bassa de Themesvar, Non restaro anchora d'avisar die cio la Imperial Maiesta tua à fin che sapia ogni cosa et per tanto la supplico che sidegna di commetter alli sopradetti Bassa de Buda et Themeswar che ogni volta che sarano richiesti da me, me diano agiuto et fauor contra li soldati dela Ceesarea Vestra Maiesta, quando mi voranno dar molestia.

Il Gran Turcho à questi primi Diuani respondera al detto figliol di Re Ioan, et mandara ditto homo et l'ambassador anchora del ditto Transsiluano, qual stette qui molti mesi, quelo che sapero dela risposta daro auiso alla Maiesta Vestra . . . . . Da Constantinopoli alli 4 de Genaro, MDLX.

1561, Di poi viene noua dal Moldauo come il figliol di Re Giouanni non era morto
19 Aprile. et ch'era rissanato del tutto, ma ch'un certo Despot con fauor dela Caesarea Vestra Maiesta era venuto alli confini de Transsiluania et haueua preso un castello, per la qual cosa ditto figliol di Re Giouanni haueua mandato à richieder il Moldauo che li douesse prestar agiuto. Il Moldauo gli haueva risposo, che senza che habia nouo commandamento dal gran Turcho non gli puo dar agiuto et cosi detto Moldauo ha mandato letere al Rustan Passa pregandolo che se lo dimandara il figliol di Re Giouan, che non gli sia commandato che egli dia lui agiuto et si scusa per molte cause. Rustan Bassa gli ha promesso se sara domandato dal figliol di Re Giouani non lo dara fina che non siano tagliate le biave, ma dapoi si sara molto molestato ditto figlio di Re Giouani, conuenira che gli dia agiuto. Da Constantinopoli alli 19 di Aprile, LDLXI.

1561. L'huomo dil Transsiluano Giulaij Michal ancora non è spedito de qui, gli dicono
25 Noemb. che aspetti il Deffterdar di Buda. Dapoi viene un altro homo dal Transsiluano nominato Ferenz Diack, il qual porto letere al gran Turcho, scriue il Transsiluano che li soldati dela Caesarea Vestra Maiesta l'anno assalito una terra et ammazzato molti deli suoi homeni, de piu scriue che ha saputo come la Caesarea Vestra Maiesta parechiaua un potente essercito per mandarlo contra lui, per la qual cosa prega ch' il gran Turcho gli debba mandar 4 commandamenti direttiui ali Bassa de Buda et di Themeswar et al Moldauo et Valacho che tutti questi debbano andar in persona per darli egiuto contra la Maiesta Vestra. Adi 23 dil presente furno scritti li 4 commandamenti alli sopradetti dua Bassa et al Moldauo et Valacho, che tutti debbano andar per darli agiuto se bisognara. De piu ditto Transsiluano prega il Turcho che debba far spedir presto Giulaij Michal, et che gli cenceda li confini, perche se non gli saranno concessi li confini, se dubita ch' un giorno non segua qualche gran scandalo con pericolo dela vita sua, A questo il gran Turco gli risponde, che come verra il Deffterdar de Buda ordinara che Giulaij Mihal sia spedito. Queste letere se crede che doman saranno mandate al Transsiluano . . . . . Da constantinopoli. Adi 25 di Nouembre, MDLXI.

1561. Il Moldauo ha scritto al gran Turcho come la Caesarea Vestra Maesta faceua
11 Iulie. gente à Morauia et similmente faceua il Re di Polonia et il figliuol di Re Giouan, ma non sapeua à che fin, il Turcho gli ha commesso che stia alerta et che tenga la sua gente in ordine et che con diligentia debba cerchar di saper a che fin si fa queste adunanzie et che non manchi spesso d'auisarlo . . . . Da Constantinopoli adi 11 de Luglio, MDLXI.

1661. Alli 24 de Luglio viene letera al gran Turcho dal Moldauo il qual scriue come
25 Iulie. ha saputo che in Transsiluania era stato un trattato fra alchuni baroni Vngari per amazzar il figliol di Re Giouanni, li quali haueuano mandato un Vngaro, per far tal effetto, et essendo gionto l'Ongaro con un archibusetto in manica nella sala doue doueua venir il fugliol dil Re Giouanni, con animo deliberato di sbarar l'archibusetto nella vita di

figliol di Re Giouani, ma inanzi ch'il figliol di Re Giouanni comparse nelle sala, l'Ongaro era stato discoperto d'auer il schiopetto nella manica, subito fu preso et l'hanno fatto confessar à che fin lo portaua, per la qual cosa era gran tumulto in Transsiluania et non si sapeua quelo che douesse succeder . . . . . . Da Constantinopoli adi 25 de Luglio MDLXI.

Adi 20 di Settembre fu l'ultima mia, nela qual auisai V. Caesarea Maesta di quelo accorreua, dapoi adi 27 di ditto viene l'Ambassiador di Transsiluania nominato Giulay Michal, qual porto il tributo solito et letere dal ditto Transsiluano fatte adi 17 d'Augusto prossimo passato, nela quale per quelo ho possute saper fina qua scriue, et se scusa ch'il figliol di Bebeck et Perenni Gabriel hauendo depredato alcuni suoi logi et fatto danno per la montar de 10 M. ducati, sono stati causa che per tal disturbio sia tardato di mandar il tributo tanto tempo, et che lui non voleua supportar tanta iniuria, ma di breue se vendicaria, per la qual cosa prega che gli siano in agiuto il Bassa de Buda, il Bassa de Themeswar, li Vaiuodi di Valachia et Moldauia. Oltra di questo prega il gran Turcho che gli siano concessi li confini, quali gia tanto tempo dimanda, anchora non gl' hanno fatto risposta alhuna, come gli sara fatta, procuraro di saperla, et subito auisare la Caesarea V. Maesta. 1561. 30 Sept.

Il Valacho hauendo inteso la morte di Rustan Bassa se ha dubitato che Hally Bassa non lo facia cambiare, et cosi ha pregato il Transsiluano che debba scriuer al gran Turcho dela sua fedelta et raccommandarlo et cosi il Transsiluano lo ricommanda al Turcho dicendo che l'e fidelissimo seruitor. Ditto Valacho ha mandato à donar al gran Turcho 6 M. scudi et à Hally Bassa 4 M. et alli altri Bassa 2 M. per uno. . . . . Da Constantinopoli adi 30 di Settembre, MDLXI.

CCCXLII.

Tractat de pace încheiat între Sultanul *Suleiman* şi Impĕratul *Ferdinand I.* şi în ceea-ce priveşte Ardélul şi ţĕrile române. 1559.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nos Sultan Swleyman etc.

Notum facimus tenore presentium uniuersis. Vt cum Serenissimus Princeps omnium regum ducum et magnatum item Magnificorum Dominorum Christianorum Imperator Ferdinandus ad portam nostram iusticie consultam et felicitates donantem excellentissimam (qua quies gratiosorum et chararum personarum et tranquillitas laudabilium supranimorum est) litteras suas fide prestita confirmatorias Per Oratorem suum Dominum Augerium a Busbecke misisset quarum tenore significans. Vt cum superioribus annis Regnum Hungariae a tot temporibus hucusque uariis impedimentis motibusque bellicis afflictum totum quasi exhaustum esse intellexisset. Et ante hac etiam quinquennalis inter nos pacis ronouationem subditorumque suorum et regnorum tranquillitatem sperans. Ab inicio mensis Februarij anno Verginei partus Millesimo quingentesimo quinquagesimo Nono vsque ad octo annos pacem et tranquillitatem a nostra Excellentia Caesarea impetrando ex utraque parte conditiones iustas confirmari et pollicitationes firmissimas sanctissime conseruantes Quatenus Serenitas nostra mutua sinceritate et integritate cor-

respondebit. Ita ut uterque nostrum equaliter ad huius pacis obseruationem astrictus et obligatus sit. Ita ut nullus quisquam a parte una ad alteram huius pacis contrarium facere ausus sit. Temerarij uero omnino puniri debeant. Et quemadmodum imprimis illorum quinquennalium munus honorarium annuatim XXX millia aureorum ad portam Excelsam nostram transmittere conclusum et pactum sit. Nunc etiam horum octo annorum similiter in posterum singulis annis durante ista octennali pace XXX millia ducatorum transmitteret, simul etiam ex duorum illorum annorum intermissis pensionibus Serenitati nostrae pro uno enno XXX scilicet millia ducatorum trasmitteret. Porro ab arcibus quoque et Castellis, Vrbibus ac locis ad Transyluaniam pertinentibus omnem uim atque hostilitatem Maiestas sua abstinebit. Si quis Capitaneus aut subditus eiusdem Maiestatis Suae Caesareae locum aliquem nostre Serenitatis occupauerit, ceperit, expugnauerit aut attentauerit, statim illum de merito capite puniri et locum illum sine dilatione restitui faciet. Ex parte eodem modo nostra Caes. etiam Serenitas factura erit. Item si post publicationem istius pacis et amicitie a militibus utrarumque parcium aliquos subditos capi contingerit hij quoque ubicunque fuerint liberi esse debeant. Et haec conclusio pacis usque ad finem octannorum pacta et confirmata sit. Omnibus Bellerbegis et Dominis Sangiacchis nostris mancipijs et Wayuodis Transalpinensi et Moldauiensi, etiam caeteris omnibus colonis et militibus firmissime commendatum sit, vt huius preuilegij et conclusionis pacis et amicitie contrarium facientes sub pena capitis punire minat, simus. Possessiones uero rebellium absque ullo impedimento in manu Principis sui remaneant. Et ut si unus alio parti damnum inferret, statim huiusmodi ablata queri et reperiri et restitui debeant. Item ut liberum sit pro arbitrio et libitu edificare reparare aut ministrare queuis loca quae directe in potestate et editione edificantis existere dignoscitur, ita ut in hoc turbari uel impediri non possit et neque debeat. Et Ville trans Danubium existentes quae ab inicio ad Castrum Comaroni pertinebant. Insuper si Villam ex sua bona Sponte ministrare uoluerint, seruitores nostri in Tata existentes propter seruitutem ad Comaroni illos non impediant. Et hactenus omnes possessiones Dominorum Nobilium et Magnatum per eosdem in posterum quoque simili modo possideantur ex partibus Turcicis nullus quisquam illos impedire neque depopulatione aut igne illis minari queant. Et quicunque coloni hactenus ad utramque partem seruitia census uel decimas prestiterunt, ubicunque illi siti sint. Inposterum quoque ad utramque partem prestent. Et uille quae metu captiuitatis Turcis etiam census prestant pro arbitrio et sponte quicquid imprimis prestare decreuerint absque ullo augmento remaneant. Et omnes amici principes quomodocunque in porta nostra Caesarea vnum Oratorem suum retinere solent, Maiestati suae etiam licitum sit Oratorem et pro arbitrio suo dictus Orator interpretes habere et quandocunque nuncij ad se uenerint aut ipse mittere uelit, nullum impedimentum patiatur. Imo adiuvetur. Et propter fortitudinem et iustam equitatem illarum literarum suarum confirmatoriarum. Nos quoque nostras fide adiuuando literas confirmatorias prestemus vtraque pars ut habeat certos terminos. Vel ex utraque parte duos homines Comissarios idoneos ac bene instructos et doctos ad consultandum ut omnia orta ardua differentia ad emergendas controuersias amicabiliter et secundum legem diuinam preiudicant discuciant et determinent. Et ut si alicubi aliqui latrones aut predones moverentur ut aliquot latrocinium facerent, eiusmodi malefactione ipsorum haec pax inuiolari non intelligatur. Imo praedicti idonei commissarij ex utraque parte tales maliciosos capiant et suam punicionem ipsis merito prebeant. Sed et duella etiam tempore huius pacis inhibeantur. Vt ad haec omnia predicta ratas et gratas literas nostras imperiales confirmatorias. Vt ad rohur presentis concordie summopere Maiestatem suam expectantem esse ad portam nostram excelsam allata et omni hac longa oratione ad firmam sapienciam et scientiam nostram comprehensa et intellecta sunt. Igitur quoniam mos laudabilis et consuetudo commoda curie Serenitatis nostrae nunquam defuit ut tales Serenissimos Principes et excellentes Reges nobiscum mutuum optantes amorem uel amicitiam ut nos quoque illos tanquam fideles et intimos amicos amplectemur, Maiestatem suam etiam amplectaturi sumus. Igitur ut decet et quemadmodum deliberatum est Annuatim XXX millia aureorum

pensiones honorarias simul et unius anni eorum intermissorum duorum annorum etiam pensiones XXX millia ducatorum Maiestas sua transmittere uelit. Et ut Villas proprias ab inicio ad acceptam Tatam pertinentes non impediet Arces, oppida, Comitatus et caeteras ditiones nostre Celsitudinis quas cum uictoria occupauerimus et nunc Beglerbegis et Sangiacbegis et alijs Subasis et officialibus et Tymar Szwbasys mancipijs nostris subiecte sunt, eorum Villas colonosque nullo impedimento tangere uelit. Haydones et Latrones etiam ditionum suae Maiestatis compescere uelit, ne una quidem persona propter insolenciam ipsorum ullo modo impediatur, cum summa diligentia custodiri debeat et ut si aliquis in eiusmodi insolentia et latrocinia reperiretur merito suo puniri debeat. Porro ab arcibus, comitatibus et Villis in presenti filio Regis et matri suae Reginae Transyluanie subiectis manus exemat. Et ceteris etiam Illustribus principibus qui hactenus altitudini nostrae mutuam ostenderunt amicitiam, scilicet Regi Galliae et Dominis Venetis et alijs amicis nostris dicionibusque eorum manus ne extendat. Et illi coloni ab inicio illorum essent neque unquam sub manibus Turcicis subiecti fuissent, sed interim metu captiuitatis ad has partes etiam census soluerent, uicissim et illi qui in manibus turcicis essent, sed metu predonum ipsi etiam ad illas partes census soluerent, hoc extra circulum Iustitie est ne in posterum miseri coloni ex utraque parte iniuria afficiantur. Itaque conclusum sit ut tales ad loca sua priora seruiant et census administrent. Et secundum scriptas literas confirmatorias Maiestatis suae post confirmationem iuramenti pacis nullae depopulationes et excursiones fiant neque quemquam mancipium captent, quod si uero casu fierent, statim ubicunque reperirentur liberos facere debeant Et item Maiestas sua quandocunque uoluerit sicuti alij principes et Serenissimi Reges qui cum Magnitudine nostra mutuam habent amicitiam semper consulti sunt ut hic in porta nostra nomine Oratoris unum ualentem hominem et Idoneum tenere possit Maiestas quoque sua amicabiliter pro suo libitu teneat.

Ego quoque omnes conditiones et articulos intentionis supra scriptos à mutua Serenitatis nostrae pijssima liberalitate acceptando has literas nostras iuramento confirmatas et iusticia plenas condonauimus. Pollicitamur et pollicitum Serenitatis nostrae confirmamus et Iuramentum facimus per deum altissimum et Potentissimum nutritorum omnium qui creauit celum et terram. Quatenus prefatas conditiones quas in his literis nostris confirmatorijs constituimus illi conseruauerint et omnibus suis Capitaneis et prefectis dominis firmiter commandauerint nullumque contrarium demonstrauerint. A parte Serenitatis nostrae etiam omnibus Beglerbegis et nostris militibus Capitaneis maioribus et minoribus et insuper filio quoque Regis Ioannis in Transyluania et Wayuodis Moldauie et Transalpine quam firmissime mandabimus vt in posterum ab hodierna die hijs literis nostris confirmatorijs quicquam contrarij neque ulla persona efficere uel intendere queat has conditiones huius iuramenti et pacis ut licitum est et oportet conseruare debeant quatenus ex parte illorum ulla uiolacio huius pollicitationes non contingerit, ex nostra hac parte etiam similiter quicunque insaniendo aliud contrarij monstrauerint tam turpiter punientur ut alij etiam uidentes magnum exemplum et summam doctrinam accipiant.

CCCXLIII.

Scrisórea lui *Ioan Zápolya*, fiiul, cătră Sultanul *Suleiman*, stăruind ca Despot să nu fie ajutat de Pórtă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Exemplum Literarum Vayuodae ad Turcarum Principem quae allatae fuerunt 30 Ianuarij.

Potentissime Imperator, Domine clementissime. Post oscula pedum M. V. Maiestas Vestra recordari dignetur, quando per fraudem Ferdinandi, ex Transyluania eiectus, extra regnum fueram, tunc M. V. pro immensa sua erga me clementia, regnum aduersarii scindere noluit, sed nos reuocauit, et in regnum clementer restituit, ac Alexandro Vayuodae seriò mandauit, ut nos in omnibus occurentiis fideliter iuuaret, ob quam ego gratiam, in perpetuum cum omni fidelitate usque ad sanguinis effusionem M. V. seruire conabor Dictus Alexander Vayuoda, iuxta mandata M. V. cum omni promptititudine nobis praesto semper fuit: qua de causa, in finibus regni nostri, quaedam bona, illis benigné concessimus, quorum possessionem, illius praedecessores nunquam habuerant, sed postquám Moldaui insolentiores facti, bona subditorum nostrorum inuadere et diripere caepissent, ita ut Regnicolae nostri, unanimiter arma capere et iniuriam depellere cogerentur: Alexander euitandi huius motus, et conseruandae nobiscum amicitiae causa, praefata bona, beneuolo animo, sua sponte nobis restituit, ex eo tempore nos cum Moldauis pacificé uiximus, et subditi nostri tranquillam vitam agentes, pro salute et faelicitate M, V. continuó Deum orant. At Despota iste nous eadem bona nunc à nobis repetit, et ad Moldauiam pertinere affirmat.

Cúm ueró M. V. clementissimé regnum nobís concesserit, confidimus, quod non permittet, ut denuó pereamus. Quoniam semel statum est, nobis potius una cum omnibus nostris regnicolis in acie occumbere, quám bona ista dicto Despotae reddere, Quod cúm ita sit, M. V. uehementer oro, ut Despotae serió iniungat, ne ullam nobis molestiam faciat. Hoc certum est, quod Despota multa fraudulenta et insidiosa machinatur consilia, et si diutius in Moldauia permanserit, magnum nobis et regno nostro ab eo periculum imminebit, nisi M. V. in tempore prouiderit, quandoquidem omnem pecuniam, quam extorquere potest clam in Germaniam mittit, fortassis fidem nobis non adhibebit, Sed cognoscet suo tempore, nos omnia ueraciter et fideliter praenunciasse. Datum Albae Iuliae. 3. die Ianarij.

Ioannes. Electus Rex Hungariae etc.

CCCXLIV.

Petiţiunea Ambasadorului trimis de fiiul lui Zápolya la Pórtă către Sultanul, cerênd ajutor contra Casei de Austria. 1560, Ianuarie.

(Din Archiva ces. reg. din iena).

La copia dela supplica che presento l'Ambasciador del figliol di Re Giouanni al Turcho.

Mio signor et seruitor dela Maestà Vestra Imperial mi ha commesso che debba supplicar l'infrascritte cose alla Maestà Vestra Imperial, et sapia la Maestà Vestra come gia per il passato mio signor fece noto à questa felice porta che hauendo mandato li suoi homeni à Ferdinando, con licentia pero dela Maestà Vestra Imperial, et quelo che Ferdinando ha risposo alli detti homeni del mio signor: che fin a le feste del natal mandara il suo esercito contra il mio signor, seruitor dela Maestà Vestra Imperial. hora quel tempo è prossimo, et quel essercito che ha ditto di mandar Ferdinando è mosso dal logo et è gionto et allogiato in un logo nominato Varalo lontano deli nostri confini una giornata de camino, per il che mio Signor si dubita che al improuista un giorno non gli salta adosso. Mio Signor per il passato ha supplicato alla Maestà Vestra Imperial, che douesse scriuer li suoi nobili commandamenti alli Bassa de Buda et de Themiswar et alli Sanziacki de Segedin et de Zolnock et de Chanad et de Lippa et alli Valachi et Moldaui che tutti douessero dar agiuto et fauor al mio signor seruitor dela Maestà Vestra Imperial, in tempo oportuno, detti nobili commandamenti domando mio signor che fussero mandati a lui, et quando bisognasse poi lui li mandaria alli sopradetti signori et quando non occorresse il bisogno, il mio signor li teneria presso di se. Allora detti commandamenti non furno dati, hora mio signor supplica alla Maesta Vestra Imperial che adesso gli siano concessi, et che io li porta al mio signor, il qual se possa seruir d'essi quando che occorreria il bisogno et che detti nobili commandamenti siano efficacissimi, acioche quando saranno mandati alli detti Bassa et Sanziacki ch'ogni uno di loro senza alchuna scusa subito debbano prestar agiuto et fauor al mio signor. De piu Vestra Maesta Imperial ha commandato al mio Signor che douesse viuer in pace con queli di Ferdinando et ch'io non facia alchuna mouesta contra queli ch'io non sia causa di qualche disturbio; pero sapia la Maesta Imperial, ch'il mio signor mai sara causa de nissun disturbio, imo se contentaria con qualche suo danno poter passar con loro in pace et haueria patientia, ma si vede chiaramente che l'essercito loro ne vien adosso et mio signor ha rispetto di mandar piu suo Ambasciador à Ferdinando senza la licentia dela Maesta Vestra Imperial, perche quando gia mando li homeni al ditto, se ben era con la licentia dela Maesta Vestra Imperial, nondimeno anchora non è liberato mio signor dele calumnie de tristi, pero se il mio signor non hauera licentia in scritura dala Maesta Vestra Imperial, per modo alchuno non mandara piu li suoi homeni à Ferdinando, et se cosi pare alla Maestà Vestra Imperial, ch'il mio signor debba mandar suo Ambasciador al Re de Alemani per veder se in la tregua concessali dela Maesta Vestra Imperial comprende il mio signor, non conceda la licentia Vestra Signoria in scrittura ch'io gli la portaro.

. . . (om) . . .

CCCXLV.

1560, 3 Martie. *Albert de Lasko* îĭ dă Impĕratului *Ferdinand I.* chezăşie, că Despot-Vodă îĭ va fi credincios ca Domn al Moldoviĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nos Albertus a Lasko Palatinides Syradiensis, in Rittwieni et Kesmark dominus et haeres, Memoriae commendamus vniuersorum et singulorum quorum interest, Quod cum Egregius Sigismundus Torda ad agenda Illustrissimi Domini Iacobi Despotae Principis Moldauorum fratris mei carissimi negocia in aulam proficisceretur, quo securius ea tractaret, essetque certior futurum, Vt ea quae eius nomine recepisset per eum praestarentur. Nos quoque praeter assecurationem dicti Illustrissimi domini Despotae, sic eum assecurandum duximus. Nimirum quod si Illustrissimus dominus Despota ope et auxilio Sacratissimae Caesareae Maiestatis Moldauiae dominium appraehenderit, et promissa praestare neglexerit, Obligauimus nos tam Sacratissimae Caesareae Maiestati, quam eius Maiestatis filijs Serenissimis, consilio denique, res nostras cunctas et singulas, quas ex Dei clementia possidemus, mobiles et immobiles; bona scilicet, et vniuersam substantiam; Quatenus ex his satisfactio respondeat, sine vllo Juris processu tantum huius obligationis nostrae vi. Prout obligamus per fidem nostram Christianam, honorem et humanitatem, Harum nostrarum literarum vigore. Sic Deum habeamus propicium, vt obligationem hanc ratam seruabimus Actum Kesmark in arce nostra die tertia Martij Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo:

Ohne Aufschrift: (L. S.)

Albertus a Lasko, manu propria.

CCCXLVI.

1560, 3 Martie. *Despot-Vodă* îĭ jură Impĕratului *Ferdinand I.* credinţă, dacă acesta îl va ajuta să cucerească Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nos Iacobus Heraclides, Basilicus, Dej gratia Despotes Samj Doridos Pari, ac caeterarum Jnsularum Dominus, Electus Princeps Moldauorum, ac terrarum Valachiae legitimus haeres et successor etc. Fatemur et recognoscimus Quod cum Nos negocia nostra Egregio Sigismundo Tordae apud Sacram Caesaream Maiestatem, et in aula eius Maiestatis agenda commisissemus, et ipse id oneris, pro sua Virtute atque humanitate, precibus nostris et amicitia inductus successisset Nos vicissim quo certius et securius ea ageret, Iuramento solenni obligare ei Nos Voluimus. Ivramus igitur per Deum verum et Vnum caelj, terrae et omnium rerum creatorem, Patrem scilicet aeternum, et filium eius coaeternum, dominum et redemptorem nostrum Jesum Christum, et Spiritum Sanctum: quatenus ea omnia quae egerit, quaeque seu ipsi Catholicae Caesareae Maiestati, seu Serenissimis Principibus filijs eius Maiestatis seu consilio, de nobis iuxta Jnstructionem sibi datam receperit ac promiserit, rata, grata et accepta habebimus, et religiose, sancte syncere ac sine fuco, doloque malo inuiolabiliter obseruabimus. Sic nos

Deus adiuuet, et Vitae aeternae participes faciat. Quod si fefellerimus, gehennae nos tradat, et inter condemnatos in aeternum abijciat, Praeterea hic in hominum societate, simus perpetuo expertes fidej, honoris, et humanitatis, et infames vbique semper habeamur. Harum nostrarum vigore literarum, quas sigillo nostro secreto proprio, quo Vt Princeps Moldauiae Vtimur, et manus nostrae propriae subscriptione roborauimus. Actum in Kesmark tertia die mensis Martij. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo.

(L. S.)

Ohne Aufschrift.

CCCXLVII.

Instrucțiunî date de *Despot-Vodă* luî *Sigismund de Torda*, soluluî trimîs de dênsul la Impĕratul Ferdînand I., ca să ceară ajutor pentru cucerirea Moldoviî. 1560, 3 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Instructio et commissio Jacobi Basilicj, Heraclidae, Despotae Samj: Doridis, Pari ac caeterarum insularum domini: electi Principis Moldauorum: Terrarum Walachiae haeredis, ac Legitimi Successoris; in suis negocijs ad Sacratissimum, Catholicum, Semper Augustum Romanorum Imperatorem Ferdinandum; Germaniae, Hvngariae, Boëmiae etc. regem etc, Egregio Sigismundo Tordae data.

Postquam Sigismundus Torda Deo Duce Saluus atque incolumis ad Sacratissimam Imperatoriam Maiestatem peruenerit; primum mei subiectionem humilem, meamque perpetuam fidelitatem in gratiam eius Sacratissimae Maiestatis ut diligenter commendet rogo.

Deinde negocij seriem ac statum eius Sacratissimae Maiestati exponat, et ut rem serio ac fideliter agat peto. Sicut de eius Virtute ac in me beneuolentia non dubito. Ac mihi persuadeo eum tam Christianum propositum meum ex animo promoturum.

Postulationes autem meae ad eius Maiestatem Imperatoriam hae sunt, quae ordine sequuntur.

1. Peto ab eius Maiestate Sacratissima equites 2000 pedites 1000. Et his stipendia ad Vnum mensem, quae ego illico ut in regnum meum Deo adiuuante peruenero soluam summa cum gratiarum actione. Quod si eius Maiestas pecuniam dare nequiuerit, uelit saltem milites dare. Vbi nec militum tantum numerum posset praebere, Dignetur tantum aliquam manum mihi adiungere et facultatem colligendi milites benigne concedere.

2. Ut primo quoque tempore fiat id quod poterit fieri. Nam si ad diem Georgij ita ut debeo esse, non fuero instructus, etiam hi milites dilabentur, qui iam nomina dederunt cum maxima mea iactura. Iam enim eis non exigua pecuniae summa est distributa. Et Census terrae bis erit Imperatori Turcarum reddendus, sexaginta millia aureorum. Est enim terminus dies Diui Georgij ad quem Census mitti consueuit ad portam. Si Igitur haec sexaginta millia quae nunc in promptu habentur in terra nanciscerer, Haec ego Imperatori Turcarum mitterem: Sin non nanciscar erit necesse denuo mittere alia Sexaginta millia.

3. Electionem Baronum Moldaviae, uerorum et Legitimorum electorum uelit eius Maiestas Sacratissima tanquam Christianus Imperator, et uerus Hungariae Rex clementer confirmare.

4. Et quoniam inuictissimus Imperator Carolus quintus certis me priuilegijs ornauerat. Dignetur eius Maiestas Sacratissima illa approbare Et aliquibus alijs a se additis priuilegijs me de Imperiali sua gratia Cohonestare.

5. Liceat mihi pro regni defensione, proque usu, bono, et seruitio christianitatis arma et tormenta bellica mea pecunia in geimania, et in Hungaria emere ac comparare, atque ea in regnum nostrum deportare.

6. Item si quae bona de ditione nostra anteactis temporibus Sacratissima Caesarea Maiestas aliquibus donauit, Eas donationes annihilet.

Oblationes uero meae erga eius Sacratissimam Maiestatem tanquam dominum, et protectorem meum clementissimum sunt hae quae iam sequuntur.

1. Promitto, quod omni tempore, causa iusta rebus eius Maiestatis Sacratissimae aut Christianitatis postulantibus, Turcis me opponam. Alijs uero hostibus et aduersarijs eius Maiestatis non solum me opponam, uerum etiam armatus occurram, et eius Maiestati idonea auxilia feram.

2. Item. Ad quamuis iustam expeditionem eius Sacratissimae Maiestati mille equites ad duos menses meis proprijs stipendijs in subsidium mittam.

3. Item promitto me quoties opus fuerit contra Transyluanos pro eius Maiestate Sacratissima uelle belligerari. Quod Turca non impediet. Semper enim fuit licitum Walachis contra Transyluanos bella gerere.

4. Quoties mouebit eius Maiestas Sacratissima expeditionem Contra Turcas, in qua personaliter aderit, promitto me cum omnibus meis uiribus et Copijs, vnà cum eius Maiestate Sacratissima personaliter adfuturum.

5. Promitto me daturum eius Maiestati Sacratissimae Centum millia aureorum Hungaricorum. Sexaginta quidem millia illico, quam primum medio eius Maiestatis regnum occupauero, Reliqua uero Quadraginta millia uno anno post. Equos turcicos nobilissimos viginti quinque. Equos terrae, id est, moldauicos, triginta. Boves trecentos elegantes. Pellium Sabellarum preciosarum ac rarae pulcritudinis Ligamina Viginti.

6. Item singulis annis pro Culina eius Maiestatis boues grandes et pulcros Ducentos.

7. Item Serenissimo regi Maximiliano, Domino meo clementissimo: promitto me daturum quam primum in regnum uenero aureorum Hungaricorum Quinquaginta millia, Boues grandes pulcros Ducentos, Equos turcicos praestantissimos, Quindecim. Equos terrae, id est, Moldauicos, Viginti quinque, Praeterea singulis annis pro Culinae Sustentatione Boues grandes pulcros quinquaginta, Pellium Sabellarum preciosarum ligamina Decem.

8. Item Serenissimo Domino Archiduci Ferdinando aureorum Hungaricorum decem millia, Equos Turcicos praestantissimos decem, Equos terrae seu Moldauicos Quindecim, Boues Centum. Pellium Sabellarum ligamina quinque.

9. Item Serenissimo Domino Archiduci Carolo, aureorum Hungaricorum decem millia. Equos Turcicos praestantissimos decem, Equos terae seu Moldauicos Quindecim. Boues Centum. Pellium Sabellarum ligamina Quinque.

Praemissa autem cuncta et singula, recipio ac promitto me sancte seruaturum, per Deum uerum, et uiuum, perque fidem meam christianam, honorem et humanitatem. Sic felix uiuam et sic merear consortium beatorum electorum Dei, Vitaeque aeternae haereditatem. Actum in arce Vesruaccensi tertia Die Martij. Anno domini 1560.

(L. S.)

Aufschrift: Instructio ad Sacratissimam Imperatoriam Maiestatem.

CCCXLVIII.

Scrisórea lui *Despot-Vodă* cătră Regele *Maximilian*, cerênd ajutor, ca să alunge pe Domnul din Moldova. 1560, 31 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine domine clementissime.

Gratiam adque (sic) illam felicitatem Quam Deus ad recte regendum et uincendos hostes largitur, á celi et terre monarcha per Christum agnum suum immaculatum Maiestati tue precor.

Preclarum virum Sigismundum tordam Maiestati tue de Sarmatie negocio scripsi, et de moldauie Statu Significare Maiestati tue feci, Cum vero ille tiranus impius tantam nunc Exerceat truculentiam, vt aliquis vnquam audiuit, precipue Cum filium suum maiorem natu in aulam Turcici imperatoris misit, palatiumque preclarum edificet constantinopolj, ita ut omnes pro certo dicent terram velle ad turcicas manus tradere ne Ego alioquando Succedam, Et Sibi aliquas in Grecia possesiones vt tuto uiuat aquirere, necesse duxi Maiestati tue Suplicare vt Maiestas tua Ex Sua Singulari pietate Et clementia propter diuini et adorendi numinis gloriam ad liberandos illos miseros a faucibus draconis aliquem largiatur Exercitum etiam minimum (nam ferme nullus Est in tota illa terra Qui ad defendendum tyranum arma caperet) ne illud regnum penitus ad potestatem turcicam inpernicie totius Christianitatis tradat, et certe Maiestatis tue negocium eo modo nulla ratione procederet, sed si ita Deus vellet ut Ego regnum occuparem, Sicut Deus viuit Et omnia mea viuit Maiestas tua Sine ulla dificultate Sceptra g (sic) caperet. Spero quod de ïs Spectabilis et magnificus Lasky lacius Maiestati tue scribet, propter hoc Maiestatis tue negocium debemus 4 aprilis bartphe aliquos pios conuenire quin eo 161 aderunt tempore, Maiestas tua quidquid Conclusum fuerit sciet. Quod residuum est Maiestatem tuam Deo patri Domini nostri Jesu Christi Commendo, et me suplex oro vt Maiestas tua Gratia et fauore suo amplectatur, et saluo conducto muniat Contra infinitas mihi instructas insidias. Date Lauzonie Vltima Ma(r)tii anno Salutis 1560.

Sacre tue Regie Maiestatis minimus adque.

fidelis seruitor

Heraclides Jacobus Despotas, m. propria.

Aufschrift: Serenissimo principi et Domino domino Maximiliano Dei gratia Regi boemie archiduci austrie Duci burgundie etc. Domino suo Clementissimo ad manus sue Maiestatis proprias.

CCCXLIX.

1560, Scrisórea lui *Despot-Vodă* cătră Impĕratul *Ferdinand I.*, cerênd ajutor,
1 Aprilie. ca să alunge din ţară pe Alexandru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Inuictissime et Augustissime Imperator Salutem cum Imperij augustissimo incremento S. Maiestati Tuae, à Deo Opt. Max. Patre Luminum, ex toto corde precor.

Inuictissime ac Augustissime Imperator, per Clarissimum Virum Sigismundum Torda Sacrae Maiestatis tuae seruitorem fidelem, seriem totius negocij, quod ad Regnum Muldauiae attinet, significaui. Petitionem meam clementibus auribus Sacram Maiestatem tuam suscepisse credo, Praesertim cum omne id quod institui ab honestissimo et pio proficiscantur animo, Deinde cum omnia decreuerim, et ad gloriam et laudem Omnipotentis Dei, et ad salutem Christianae Reipublicae, Mouebit etiam Inuictissime Imperator Sacram Maiestatem tuam Impijssimi illius hominis, qui Dominium illud nullo iure possidet, omnibus seculis inaudita Tyrannis, quam in qualibet liberè pro suo placito exercet. Quis non dolendum putet? quod breui tempore nulla dicta et cognita causa, praeter omnem Justitiae administrationem, oculis nouem millia hominum priuauerit, praeter id tria millia tyrannicè neci dederit. Existens talis qui Deum nulla relligione colat, sed spraetis Christi filij Dei uiui praeceptis, sanctorum Apostolorum Patrumque traditionibus, et sanctissimorum consiliorum decretis, uitam Turcis non dissimilem ducat. Templa à pijs, multis ante annis aedificata diruit, Sacerdotes contra omne ius Christianorum, non exutos dignitate trucidat, quemadmodum nuper septem sacerdotes indicta causa, nullis auditis testibus ex sola suspitione, palis affixit. Et si Inuictissime Imperator pietas et Virtus, cuius gratia Dei semper studiosissimus fui, de inimico absente malé loqui prohibet, nihilominus mihi non inhonestum exstimaui, de tanto Tyranno Maiestatem tuam certiorem reddere, et obnixè rogare ut Maiestas tua, hoc Regnum quod Deus Maiestati tuae propter tuam insignem pietatem et erga Christum Iesum synceram dilectionem dignatus est sine ullius hominis morte, ad manus tradere, Sacra Maiestas tua id ne parui faciat, sed propter Christianam pietatem Maiestas tua me ad illud regnum, mihi iure pertinens, introducere dignetur. Habitura est Maiestas tua, praeter illa, quae Maiestati tuae iuramento promisi, me perpetuum et fidelem seruitorem, atque contra quemuis hostem Maiestatis tuae paratissimum. Per me (si sic fata uelint) Maiestas tua multa praestare poterit. Respiciat igitur me Maiestas tua clementer, et me auxilio suo in Regnum introducat, et hunc Tyrannum qui neque Deo, nec ulli unquam hominum praeter Turcis fidem praestitit, depellat. Praesertim cum maximé timendum sit, ne Terram Turcis tradat, et alibi in Graetia ut tutius uiuat possessiones aliquas arripiat, nam filium suum misit in Aulam Imperatoris Turcici, et Constantinopoli praeclarum palatium aedificat. Si ego Regnum affecto ex ambitione et proprio commodo, faxit Deus coram quo nullus falsa dicere potest, ut Maiestas tua mihi non ferat auxilium, si uero praeter priuatum meum commodum appeto, ut Reipublicae Christianae inseruiam, et uestigia meae priscae gentis, quae pro Republica Christiana et mortis pericula adire contempsit, sequar, ille qui cor Regis in sua manu tenet, clementem atque benignam Maiestatem tuam erga me reddat et uota mea impleat. Cupioque Maiestatem tuam certo scire quod nullus est in tota Muldauia, praeter ipsum cum affinibus et consanguineis suis, qui ad defensionem suam contra me arma moturus sit. Tot habet sibi fideles in

Regno suo, ut neminem illius Terrae in Legationibus mittere ausit, ad me plurimi eorum confugiunt, alij uero propter metum Tyrannidis ad ipsum nunquam reuertuntur. His Sacram Maiestatem tuam Deo commendo etc. Datum Leutschouiae 1. die Aprilis. No. 1560.

Sacratissimae tuae Caesareae Maiestati

minimus fidelisque seruitor

Heraclides Iacobus Despotas, m. ppa.

Aufschrift: Sacratissimae Caesareae semper Augustae, Regiae et Catholicae Maiestati etc. Domino suo clementissimo.

Ad manus suae Sacratissimae Maiestatis proprias.

CCCL.

Scrisórea lui *Albert de Lasko* către Regele *Maximilian*, stăruind să i se dee lui Despot-Vodă ajutor. 1560, 2 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex Domine Domine clementissime.

Post salutem et perpetuorum seruiciorum meorum in graciam Serenissimae Maiestatis Vestrae Regiae humilimam commendacionem etc. In negocio illo, de quo cum Serenissima Maiestate Vestra Regia Viennae coram locutus sum, ac per Egregium Sigismundum Tordam postea scripsi, omnem operam impendi. Versatur autem res in eo, quod de multorum piorum seu Euangelicorum et fidelium uoluntate nullo modo dubitandum sit Nam de eadem ipsorum uoluntate atque sentencia non solum nihil nihil (sic) immutatum esse, uerumeciam plus adhuc mea opera accessisse sciat. Certumque est illud, quod si auxilium aliquod Despotae praestitum fuerit ad occupandam terram suam, quod omnes pij (quibus idem Despota iurauit, se uelle Euangelium per totam Valaquiam doceri facere, et omnes exules propter sinceram religionem, cuiuscunque tandem racionis sint, in tutelam suam accipere, illisque de commoda ac honesta sustentacione prospicere) Maiestatem Vestram Serenissimam in Regem suum eligent, et hoc fieret procul dubio in proxima congregacione generali, ubi de eiusmodi negocio per regnicolas tractatus suscipi solent. Nam si haberent Despotam a partibus suis contra quemcunque casum, certe aduersarios et Maiestati Vestrae minus fauentes parum curarent. Ad quartum Aprilis debeo cum Despota Bartphae constitui, ibi aderunt ex Polonia aliquot praecipui, qui adhuc nobiscum aliqua de eodem negocio conferre cupiunt. Et nescio quid praeterea iuramenti ab eodem Despota postulent. Quicquid illud erit Maiestatem Vestram postea cerciorem reddam. De aduersa ualetudine Serenissimi Regis Poloniae adhuc constans fama est, quod morbus in dies fere grauius augeatur. Haec ex officio fidelis seruitoris Serenissimae Maiestati Vestrae Regiae, domino meo clementissimo hoc tempore humilime significare uolui, si quid postea aliud erit subiungendum, non negligam. Interea

me Serenissimae Maiestatis Vestrae Regiae Domini mei clementissimi graciae commendo. Quam Deus omnipotens perpetuo foelicem esse faciat. Datae ex arce Kesmarcensi 2. die Aprilis. Anno domini 1560.

Eiusdem Serenissimae Maiestatis Vestrae Regiae

humilimus ac perpetuus seruitor

Albertus a Lazko, manu ppa.

Aufschrift: Serenissimo principi Domino Domino Maximiliano Dei gracia Bohemiae Regi etc: Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Domino Domino meo clementissimo.

CCCLI.

1560, 9 Aprilie

Resoluţiunea, prin care Impĕratul *Ferdinand I.* confirmă privilegiile acordate de Carol V. lui *Despot-Vodă.*

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Responsum pro Iacobo Heraclide Despota.

Sacra Caesarea Maiestas dominus noster clementissimus benigne intellexit ea quae magnificus dominus Iacobus Basilicus Heraclides Despota ad Maiestatem suam Caesaream per egregium dominum Sigismundum Tordam, prouentuum regalium in superioribus regni Hungariae partibus perceptorem perferenda curauit, Et licet Caesarea eius Maiestas dictum dominum Despotam cum ob eius sincerum et optimum in rem Christianam studium tum etiam ob praeclara obsequia quae diuo quondam Imperatori Carolo quinto exhibuisse dicitur, singulari benignitate complectatur, et propensa sit ei gratiam et omnem fauorem praestare, in ijs quae ad eius honorem et commodum non tuendum modo sed etiam augendum spectare videntur. Haec tamen postulata ipsius dominj Iacobi Caesarea eius Maiestas animaduertit eius generis esse, quod eis hoc tempore locum dare ob grauissimas et legitimas quasdam causas non possit, et praesertim quod non sit dubitandum quin Turcarum Princeps, qui Moldauiam sibi subiectam esse praetendit neque modernum Vaiuodam auxilijs Maiestatis suae à quoquam oppugnari facile patietur, interpretaturus esset in ea re Maiestatem suam promissis suis de inducijs Maiestati suae cum eo intercedentibus sancte et inuiolabiliter obseruandis, nequaquam stetisse, quod sane minime consentaneum foret Maiestatis suae religioni et existimationi, quae nisi Turca ipsemet prior huiusmodi Jnducias violet, et causam capiendj contra eum arma praebeat, fidem suam non vellet in dubium Vocari.

Quod vero attinet ad priuilegia ipsi domino Heraclidj ab inuictissimo quondam Imperatore Carolo quinto concessa, per Maiestatem Caesaream nunc confirmanda et uberioribus quoque addidamentis locupletanda, poterit idem dominus Iacobus Despota ea indebita et authentica forma producere. Tunc Caesarea eius Maiestas sese desuper clementer resoluet. Id quod Maiestas sua Caesarea cum ad litteras ipsius tum ad illa quae praefatus Torda eius nomine Maiestati suae exposuit clementer respondere voluit. Decretum per Caesaream Maiestatem die nona Aprilis 1560.

CCCLII.

Scrisórea lui *Despot-Vodă* cătră Impěratul *Ferdinand I.* Il rógă să-ĭ acorde o pensiune şi să-l priméscă în óstea împěrătéscă. 1560, 4 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Caesarea semper Augusta Regia et Catholica Maiestas, Domine Domine clementissime.

Praemissa in graciam Sacrae Maiestatis Vestrae Caesareae Domini mei clementissimi humilima perpetuorum seruiciorum meorum commendacione. Etsi maxime cupiebam, Vt Maiestas Vestra aliquas exiguas concessisset copias ad occupandam terram meam, pro commodo ac bono totius Reipublicae Christianae, atque adeo Maiestatis Vestrae Sacrae seruicio. Tamen cum hoc superuenit, quod induciae cum Turcarum Imperatore firmatae, aliquid impedimenti adferant, (quamquam in hoc negocio nihil est commune cum Turca, nec ad illum haec causa pertinet, quicunque possideat Terram modo ipse accipiat Tributum) ego quoque eidem, eciamsi hostis et infidelis atque fidi fragus sit, fidem seruandam esse censeo. Cum itaque iuxta Sacrae Maiestatis Vestrae decretum, melior mihi commoditas expectanda sit, à Maiestate Vestra Sacra tanquam Principe pio ac Christiano, humiliter peto, Vt interea me miserum exulem in protectionem ac tutelam suam suscipere, commodaque aliqua ac honesta sustentacione Vsque ad tempus illud, quod Deus altissimus concedere dignabitur, clementer ac benigne prouidere velit. Nam me eidem totum trado. Potero autem, Deo dante, Sacrae Maiestati Vestrae in rebus militaribus castrensibus videlicet Vel campestribus (prout occasio et necessitas postulare videbitur) foeliciter atque vtiliter inseruire. In illis enim me exercui inde à puericia. Non dubito Sacram Maiestatem Vestram mei benignam racionem esse habituram. Certior quoque redditus sum per fautores meos ex Walachia Tyrannum illum mittere specialem Legatum ad Sacram Maiestatem Vestram, rogantem, ne Maiestas Vestra mihi copijs suis auxilio sit. Quo nomine proxime elapsis temporibus eciam misit ad Ducem Prussiae. Vnde Maiestas Vestra clementer elicere potest, quam Vehementer sibi timeat ipse, et quo animo atque Voluntate gens illa erga me affecta sit. Cumque Maiestas Vestra singulari à Deo sapientia alijsque eximijs donis et Virtutibus praedita sit, non dubito, quin eadem, dolum atque astuciam istius Tyranni calumniatoris liquide ac manifeste depraehendet, meque sibi de meliorj nota commendatum habitura sit. A qua et responsum benignum superinde humilime expecto. Datae ex arce Kesmarcensi 4. die May Anno domini 1560.

Sacratissimae tuae Caesareae Maiestatis

Servitor fidelis et minimus

Iacobus Heraclides Despotas, m. p.

Aufschrift: Sacrae Caesareae semper Augustae Regiae atque Catholicae Maiestati etc. Domino Domino clementissimo.

CCCLIII.

1560, 25 Iunie. Scrisórea lui *Despot-Vodă* către Impěratul *Ferdinand I.*, cerênd să-ĭ acorde privilegiĭ şi ajutor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar!

Heraclides Jacobus Basilicùs, Despotes Sami, Doridos, Pari, et caeterarúm Insúlarum, Princeps: Moldaúiae Terrarúmque Walachiae legitimús Dominús, ac Electus, Húmiliter supplicat Sacrae Caesareae Majestati Tuae, út ipsa dignetúr priúilegia à Diúo Carolo sibi concessa confirmare, illaque aúgere, et singúlas facúltates, qúas habet Palatinatús, plenioris formae in creandis nobilibus, concedendis armis, et múlta alia concedere.

Petitqúe húmilimè út Majestas Túa ipsúm Sacri Romani Imperij Principem et Consiliariúm, nec non inclytissimi Regni Vngariae Membrúm, út et est Moldaúiae Princeps, creet; fúerunt enim et ipsi olim Palatini Transylúaniae talia in eadem terra membra.

Deniqúe súpplicat út Majestatis Túae aúxilio in Regnum constitúatúr: perpetúum feúdum, obedientiam et fidelitatem Sacrae Majestati Tuae iúrat et pollicetúr, Júsqúe búod aliqúando Diúi Vngariae Reges Majestatis Tuae praedecessores in Walachiam habebant, hoc últro tanquam Domino feúdi Sacrae Majestati Tuae cognoscere úúlt. Et qúalemcúnque in principio Turcarum Principi obedientiam praestare cogetúr, se sine praeiudicio Majestatis Tuae Júriúm non (sic) facturum sacrosanctè et immaculatè iúrat.

Praeterea quod attinet ad familiae súae antiquitatem et súorum praedecessorúm praeclara gesta illustranda stúdiúmque qúod in inseruiendo Maiestati Tuae et toti Reipublicae Christianae habet, humilime petit út possit et úaleat singúlis annis dúos Eqúites aúratos creare, qúorúm cúilibet singúlis annis. Notariúm únúm creare liceat, habita ratione illius exilij, et serúitiorum qúae Domino Carolo praestitit.

Supplicat etiam út Majestas Túa eúm, donec in exilio fúerit, úbilibet Terrarúm Jndigenam faciat út in qúoúis Regno, Proúincia et Ciúitate, illis, qúibús indigenae priúilegijs frúúntúr, frúatúr et gaúdeat, sitque súorum, exúl existens, Judex ordinarius.

Qúae dona et gratias ad fidelitatis súae testimoniúm, qúod promittit et út omnes sui successores Majestati Tuae perpetuo adhaereant, súpplex orat, legitimo súo súccessori: qúem Deús concedere dignabitúr, haec concessa largiri.

Haec omnia húmilimè à Majestate Túa, si iústè et salúa Majestatis Tuae Dignitate concedi possúnt, sibi largiri flagitat, datúrús operam ut tam in serúiendo Majestati Tuae, totiqúe Reipúblicae Christianae qúam in rectè iúúendo gratúm et conformem ijs gratijs et priúilegijs exhibeat.

Iacobus Heraclides Despotas suplex orat, m. p.

CCCLIV.

Rĕspunsul dat din partea *Sultanului* la cererile făcute de fiiul lui *Zápolya*. 1560, 20 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Explorator secretus de 20 Decembris 1560.

La copia de la letera che scriue il Turcho al figliol di Re Giouan in risposta de la sua. (10 Dec.)

(Dapoi le salutationi). Sareti auisato come la vostra humil letera fu praesentata ala mia felice et excelsa porta dalli vostri Ambasciadori, per la qual cerchati che vi sia mandato un homo per il negocio deli confini. De piu il vostro Ambasciador ha narrato quelo che ha passato fra voi et il Re Ferdinando, come ditto Ferdinando voleua mandar l'essercito sopra di voi et ch'una parte desso essercito era allogiata apresso li vostri confini, et che ricerchati che debba scriuer li mei nobili commandamenti alli Beglerbegi mei schiaui che sono a queli confini che ui debbano prestar agiuto et fauor; tutto quelo haueti scritto et che ha narrato il vostro Ambasciador, ogni cosa la mia felice alteza ha benissimo intesa. Quanto al negocio deli confini, la mia alteza haueua commandato al Beglerbey de Themiswar mio schiavo che douesse veder tal negocio, et gia saria visto, s'il detto mio schiauo non fusse cambiato da quel gouerno. Hora la mia alteza commandara al Beglerbey nous che debba decider li detti confini. Alli Beglerbey mei schiani che sono à queli confini ho mandato li mei nobili commandamenti che se l'essercito nimico volesse entrar in Transsiluania che con tutte le loro forze senza alchun indusio debbano darui ogni agiuto et fauor accadendo. Et cosi detti mei schiavi accadendo non mancharanno de prestarui ogni fauor iuxta il mio nobil commandamento. Voi adonche stati alerta et guardattive bene cerchando et inuestigando bene et di continuo di saper l'animo et la deliberation del nimico et dapoiche da cio sarete benissimo informato se vi bisognara usar la simulation con Ferdinando, usatila. In summa usati tutto quelo vi sara possibile et che ricerchara la occasion con lui, acioche possiatti guardar il paese et possederlo pacificamente, in cio portative virilmente et prudentamente acioche il nimico non possa nocer al paëse de Transsilvania et à quelo che voi possedete et ali subditi vostri, ma vedeti de viuer in pace et posseder pacificamente, et secondo la Vestra solita fidelta non manchati de continuo auisar la mia felice alteza de tutto quelo che in quele parte occorrera alla giornata, cosi sapiate, al segno nobile prestareti fede. Data à Constantinopoli adj 10 de Decembre.

(Der Rest des Kundschaftsberichtes ist ohne Belang.)

. . (om) . . .

CCCLV.

1560, 25 Decem. Raportul lui *Francisc Zay* de Kemér cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre situaţiunea din Polonia şi despre atitudinea Poloniei faţă cu Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Imperatoria Maiestas, Domine, Domine Clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Sacrae Vestrae Maiestatis humillimam commendationem. Quemadmodum Sacra Vestra Maiestas antea mihi literis suis clementer commisit, Vt si quid de Practicis Polonorum intelligerem, Maiestati Vestrae humillimè significare deberem. Itaque Clementissime Imperator, proxime Venit ad Dominum Despotum homo domini Lazky pro certis eorum priuatis rebus, A quo Ego diligenter percunctatus sum de omnibus rebus polonicis. Ista intelligere potui. Quod factiones Polonorum quae in quattuor Partes diuisae sunt, inter se maximè tumultuantur. Quarum prima cum Rege est, in qua precipui sunt. Cancellarius Regni, Archiepiscopus Vinecensis, qui est primas, et alij plures ex Ecclesiastico ordine item Nicolaus à Synawa, Palatinus Rusciae, et huius fratres, Vnus Procopius Vocatur, qui est Dapifer Leopoliensis, Alter Verò Alexander, Custos Limitum, filij eiusdem Palatini, quorum Vnus est Succamerarius Camenecensis, alter est Centurio apud Regem Poloniae. Ztarowzky Castellanus Premisliensis. Stanislaus Tarló et Cecinowzky, hi duo seruicium habent apud filium Ioannis Regis. Preterea quidam Vapowzky, qui est Secretarius Terrae Sanacensis, Et Barsy Capitaneus Leopoliensis. De Terrestribus Vero Nuncijs qui sunt rectores omnium negociorum, quae ad Regni statum pertinent Rex a suis partibus nullos habet. Summus erat penes Regem Comes à Thencz, qui erat etiam Palatinus Cracouiensis, Eum fata non ita nuper sustulerunt, de cuius obitu Rex plurimum tristatur, et cum Videat se talj principalj Viro esse destitutum, eò magis cupit Tyrannum Moldauiensem esse a suis partibus, prout Tyrannus ille Regi iam promisit ea quae Rex Voluerit se esse libentissimè facturum, ac in eo Rex summam spem ponit, se opera ex auxilio Tyrannj fore compotem. Quem Rex hoc potissimum nomine ad suas pertrahit partes, Quod dicat se impediuisse Inimici illius, hoc est Despoti, in Moldauiam transitum. Habere itaque Rex posse dicitur Vota 250. Et armatorum cum quibusdam suis Aulicis 3000 ferme. Secundae factionis sunt, qui Ducis Prusciae filium Vel Nepotem in Regni Successorem Vellent adoptandum. hi sunt Comites a Zgürka Lucas et Andreas. Palatinus Marieburgensis cognomine. Czem, et huius frater Palatinus Pomeraniae. Item, omnes Dwnij, nec non Terrae Prusciae Nuncij, excepta Terra Twrwij. Hi tamen etiam omnes non multi sunt, et habent Vota cum armatis eodem ferè numero quo Rex. Tercia factio est à Partibus Principis Moscouiae. Vniuersi Nuncij Terrae Rusciae, et ferme tota Terra Podolyae, hoc est, Terra Leopoliensis, Premisliensis, Trebowlensis, Scalensis, Grodeciensis, Roatinensis, Haburcensis, Camenecensis etc. Hi quamuis Numero multi sint, tamen non magna penes eos est autoritas. Habent Vota fermè 4000. Armatorum 18000. Quartae autem factionis sunt, qui illarum nullj faueut, et Vellent Comitia differri in aliud commodius tempus, Hj Lasozky qui est primus Tribunus plebis in Regno Poloniae. Secundus Tribunus plebis Phylypowzky, Lakomyrzky, Olesmyzky, Saffrany, Stadnyzky, Segnyzky, Lazky, Pyasozky, Terra Cracouiensis, Sandomeriensis, Lensiciensis, Lubliniensis, Sanocensis, Ciuitatis Nouae, Maior pars Maioris Poloniae. Penes sunt hos exceptis prenotatis, fere omnes Terrestres Nuncij. Habent Vota 3000. Armatorum circiter 12000. hique cuperent Despotum in suum Regnum restituj, Vt eius auctoritate adiuuarentur, prout Rex modo sperat se per Tyrannum Moldauiensem adiuuarj ad consequendum animj sui Voluntatem Et cuius rei gracia Vrgeat Comitia celebrarj, antea copiose puto me Sacrae Maiestati Vestrae per literas meas humillime significasse. Armatos autem

illos intelligo nominari, quos talium factionum tempore prebent prouinciae siue Terrae, quarum Nuncij regunt ipsas factiones, prout habent autoritatem secundum plus minus. Moscus enim cum suis eo minus auctoritatis habere Videtur, quia eorum terrae in confinijs sunt et non in Precordijs Regni.

Postremo hoc etiam intellexi ex eodem homine. Quod quando huius domini Despoti aduentus in Moldauiam expectabatur, maximus inter omnes illius prouinciae homines fuit tumultus. Tyrannus habebat quidem Exercitum, sed nihil constantis animj inter milites suos Videbat Vt illis fidendum et se committendum crederet. Populus autem Vniuersus in maxima erat expectatione intra spem et metum, Vt eximeretur ab illius tyrannide, Ita Quod si Despotus saltem fines Moldauiae pertingere potuisset, Tyrannus aut relicto exercitu fuga salutem quesiuisset, aut actum certe de illius Vita fuisset. Ob id dicitur Tyrannus ille, ex consilio primorum quorundam Polonorum nunc esse missurus ad Vestram Sacram Maiestatem Nuncios, cum Muneribus fortassis et compromissis, Vt huius domini Despoti negocium interturbet, ab eoque animum Sacrae Vestrae Maiestatis reddat alienum. Vestra igitur Sacra Maiestas, pro suo prudentj consilio clementer considerabit, Si illj est fidendum, qui et nunc aduersae parti studet prodesse, Vel autem huic, cuius Multorum testimonio mihi Videtur esse fides perspecta, et cum sit Sacrae Vestrae Maiestati deuinctissimus, atque obligat se ad omnia mandata Sacrae Vestrae Maiestatis fore paratissimum ac speratur toti Christianitati Vtilissimus. Id Vestra Sacra Maiestas ea suo sapientissimo consilio facere dignabitur, quod Vestrae Sacrae Maiestatis clementj Voluntatj factu visum fuerit. Deus Optimus Maximns conseruet Sacram Maiestatem Vestram sanam et foelicem. Cassouiae Die Natalis domini 1560.

Vestrae Sacrae Maiestatis humillimus ac fidelis Seruitor

Franciscus Zay de chemer, m. p.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Regiae Maiestati etc. Domino Domino semper clementissimo.

CCCLVI.

Raportul lui *Francisc Zay* de Kemér către Impĕratul *Ferdinand I.* despre situaţiunea lui Despot-Vodă. 1560.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Von aussen:)

Humillima Francisci Zay Responsio ad mandatum Sacræ Maestatis Vestræ per quod ei M. V. S. commiserat, Vt ex Parte Despotis electi principis Moldauiæ, quæ haberet eandem Vestram Sacratissiman Majestatem Informaret.

(Von innen:)

Sacratissima Imperatoria et Catholica semper Augusta Maiestas.
Domine, Domine clementissime.

Quandoquidem Sacra Maiestas Vestra Cæsarea mihi in litteris suis quibus ad meas priores ex parte Spectabilis et Magnifici Domini Despotis electi Moldauiæ Prin-

cipis respondere dignata est iniungit etiam vt causam cur ipse Despotes ab ingressu in Moldauiam et a quo sit prohibitus; quanta etiam manu tentauerit ingressum, et quantam acceperit cladem; Deinceps vero per iter, et quo militum numero denuo se ingredi posse speret. Ad postemum etiam quid commodi ad Maiestatem Vestram Sacratissimam sit rediturum si Despotes petita a Sacratissima Maiestate Vestra pecunia adiutus sceptro Moldauiensi potiturus esset. Proinde quod ad causas impedita Ingressionis attinet, cum ab ipso Despotes tum maxime ab Hungaris qui cum eo fuerunt diligenter sciscitatus sum. in culpa ei fuit Dominus Laazky qui in Poloniam digressus domi vltra viginti dies demoratu sest: seque per Despotem expectari fecit: Haec mora praebuit occasionem aduersarijs Despotis, qui a Tyranno Moldauiensi largicionibus corrupti fuerunt, copias et exercitum conscribendi: et proficiscenti iam Despoto etiam sine Domino Laazky, qui se alioqui comitem itineris prebere debuerat, occurrendi resistendique: cum iam ad sexaginta duo milliaria processisset: cum Militibus in toto circiter octingentis et quadraginta: Quos equites potissimum ex Hungaris, pedites uero ex Polonis et paucis germanis collegerat, sumptibus maiori ex parte proprijs, quos Moldauiensis Nobilitas ei clam suppeditauit, et tum a Domino Lazky, tum etiam alijs amicis Polonis accepit. Ocurrit autem Despoto Palatinus Russiae cum suis Polonis, quos cum Pedites Poloni Despotis conspexissent: defecerunt ab eo; Nihilominus Despotus cum reliquis hungaris et peditibus Germanis Vi et ferro sibi uiam aperire uolebat: Sed Nobilium Polonorum eius Amicorum hortatu et precibus victus à Cristiano Sanguine fundendo abstinuit commodioremque ingressus sui in Maldauiam occasionem sibi offerri expectauit. Itaque relictis ibi peditibus Polonis, quia ab eo defecerant, cum equitibus hungaris et paucissimis Polonis fidelioribus se in hungariam recepit, et nonnullis germanis pedibus: Nullam autem suorum cladem accepit, quia nullum etiam praelium est commissum. Nec unquam sperauit quod Palatinus Russiae ei iter praeclusurus esset: quippe qui saepius ei securum iter per suam dicionem permiserat antea: Quem animum suum hinc mutasse existimat Despotes, quod Sororem quam habet Viduam Palatinus Ruzziae ipse Despotes propter aliquam suspicionem ducere in uxorem noluit: ipso Palatino vt hoc fieret multum laborante. Alioqui si animum Palatini Russiae ante praenoscere ei licuisset, et clam suis Moldauis intencionem eiusdem Palatini aperire potuissent qui in finibus Moldauiae eum cum quinque Millibus equitum expectarunt, nec a Despoto vltra aberant quam octo Milliaria: non modo retrocedere ei opus non fuisset, sed nec currus suos octo et ingenia parua quatuor ibi reliquisset: sed incolumis in suam prouinciam peruenire potuisset. Atque hec est summa et causae sunt haec impediti prioris conatus ipsius Despotis. Nunc autem si a Sacratissima Maiestate Vestra petita pecunia iuuabitur denuo Milites se conducturum ait Despotes: Et quia non indigere se magno aliquo militum numero arbitratur sed tantum Militibus circiter Mille trecentis. Neue Sacratissimae Maiestati Vestrae onerosus esse videatur optaret humiliter hoc pacto summam octo Millium florenorum sibi a Maiestate V. S. clementer accommodari: In paratis quinque Millia florenorum: reliqua tria millia in panno, et ingenijs Bellicis ac pixidibus et pulueribus: et id genus rebus necessarijs sibi computari. Conscriptionem autem militum siue aperte ei Sacratissima Maiestas Vestra permittere velit, siue vt clam conduceret: ad arbitrium Sacratissimae Maiestatis Vestrae in hoc quoque se accommodare vult : potest autem gentes dicto numero conscribere, quia confluunt ad eum equites et pedites a partibus rebelium: modo nunc aliqua ei summa occuretur in auxilium. Via autem qua tentare vult denuo ingressum, hec eft. Ex Cassouia ad Tyba habet sex Milliaria, ex Tyba ad Bortko milliaria quindecim. Ex Bortko ad Colomiam milliaria decem. Ex Colomia ad Cepenycze(1) milliaria duo, et hec Cepenicze est in finibus Moldauiae, et sunt omnino hinc a Cassouia milliaria Triginta tria. Eundum autem esset ei per dicionem Sacratisimae Maiestatis Vestrae milliaria quatuordecim. In Dicione vero fiiij Ioannis Regis milliaria quinque. Per metas dicionis Regis Poloniae milliaria quatuordecim. Quod iter totum hinc e Cassonia conficere posset sex aut ad summum septem diebus.

1) d. i. das heutige Schipenitz.

Caeterum duod ad vtilitates et commoda que ex ipsius in Moldauiam ingressu Sacratissimae Maiestatis Vestrae prouenire possunt, multa cum eodem Despoto tractaui. In primis autem quod ad arcendam filij Ioannis Regis expedicionem attinet, qua dicionem Sacratissimae Maiestatis Vestrae inuadere tentareque satagit. Dicit Despotus: Quod cum primum Prouinciae suae sceptro potiri poterit, nihil sibi prius, neque antequius futurum, quam ut Adolescentem Transiluanicum sibi reddat inimicum. Idque hac occasione. Primum omnium sollicitaturum se eundem Iuvenem filium scilicet Ioannis Regis, vt Arces duas, quas praedecessores eius in Transiluania habuerunt, et Ionnes Rex viuens adhuc eas occupaverat, et demoliri fecit: Ittem omnes prouentus bonorum ad illas Arces pertinentium, quas a toto occupacionis tempore Ioannes Rex et deinde filius eius in hec vsque tempora perceperunt de facto reddat et restituat, Arces etiam ipsas demolitas restituat in integrum et reaedificet prout antea erant, Jnterim autem donec restauracio arcium suarum perficietur, pro pignore in manus Despotis assignare debeat duas potissimas Transiluaniae Arces Wywar et eam que fuit francisci Kendy. Quod filius Ioannis Regis minime praestabit, nec si vellet posset: Non enim habet in paratis in sua potestate tantum ipse filius Ioannis Regis, vt tam longo tempore perceptos prouentus simul et semel reddere, arcesque restaurare eo quo fuerant splendore, possit: Dictas autem arces Wywar cum ea que fuerat francisci Kendy: in manus Despotis si daret id sibi manifestum exicium foret. Ob hoc itaque et sub hoc praetextu, si quando aliquid movere intenderet filius Ioannis Regis, sicuti iam incepit: a tergo Despotus in Transiluaniam irrupturum se ait, ibique tantum negocij facessunum transiluanis, vt ipse Juvenis foris bellum Gerere desinat, et domi ortum incendium reprimere cogatur. Quod si uero hoc nomine accusaretur apud Imperatorem Turcarum, habiturum se escusacionem firmam in promptu: Nempe se iniuria ab eo affectum esse, eo quod suas Arces non modo nollet reddere, et bonorum suorum perceptos fructus et prouentus refundere, verum etiam nunc in iniuriam suam etiamnum retineret et possideret: Idque in contemplum mandati Imperatoris Turcarum, qui non semel ei mandauit ut praedessoribus Despotis eas redderet; Ob quam ipsius Contumaciam eundem Juuenem, apud Imperatorem Turcarum in odium etiam se posse uocare speraret.

Si autem cum tempore Sacratissima Maiestas Vestra Transiluaniam recipere voluerit, magno se adiumento esse posse Sacratissima Maiestati Vestrae ex sua prouincia et velle etiam asserit:

Prosset enim propter Vicinitatem tam siculos quam Saxones tam diu vexare, donec sese omnino Sacratissimae Maiestati Vestrae subijcere necesse habeant. Idque non minus arte et per occultas practicas, quam etiam aperta vi (: si ita S. M. V. maluerit :) Imo posse se etiam efficere, vt intra Viginti aut circiter dies a suis eyciarur Adolescens Transiluanicus.

Saxones enim Sponte ad fidelitatem Maiestatis Vestrae Sacratissimae praestandam redire parati sunt: Siculi autem etiam Capitali odio, Iuuenem persequuntur. Hungaros non magno negocio reduci posse. Quod autem tantopere cupiat Transiluaniam Sacratissimae Maiestati Vestrae esse subiectam, id facit, quia dum illa Prouincia a Turcis dependet, eisque subiecta est, Stabile eius dominium haud futurum in Moldauia existimaret.

Iam itaque si fatis id concessum esset, vt Juuenis iste e Transiluania eijci posset. Velletque Vestra Sacratissima Maiestas aperto marte contra Turcas bellum mouere, ac Lyppa et Solmos cum Temeswar, et ablatis nuper per Turcas locis recuperare, tunc et ipse Despotes vellet suas Copias, copijs Sacratissimae Maiestatis Vestrae coniungere, atque id praestare quod posset maximum, Ita ut se promptum offerat, aut cum Sacratissima Maiestate Vestra vincere aut si vires Vestrae Sacratissimae Maiestatis periclitabuntur, quod deus auertere velit, ipse quoque vellet periclitari. Nam omnino cupit a se iugum Turcarum excutere.

Si denique Arcem Hüzth Vestra Sacratissima Maiestas obsideri facere cum tempore voluerit, tunc ipse auxilia sua exercitui Sacratissimae Maiestatis Vestrae mittere posse et velle ait, quod ipse posset commode facere propter loci Vicinitatem.

Et praeterea si in Prouincia sua constitueretur: quia in eligendo Rege Poloniae primus suam Sentenciam dicere Princeps Moldauiae consueuit, et alioqui plurimos ex Proceribus Poloniae sibi confederatos habeat, plurimum se prodesse posse ait, vt Serenissimorum filiorum Serenissimae Maiestatis Vestrae vnus imperium Poloniae adipiscatur.

In eo etiam se multum commodare Reipublicae Christianae posse asserit: Si quando Imperator Turcarum bellum aliquod generale in Hungariam uel alias Cristianas Naciones moueret, quandoquidem ipse Turca in Talem expedicionem, omnem militem cuscare et educere consueuit, paucissimus tantum pro custodia Ciuitatum et Arcium, Locorumque defensione et custodia indigencium in suis prouincijs relictis: Tunc ipse Despotes libere quidem permitteret Turcis suppellectilem suam Armamentariam, et Naues per prouinciam suam sursum vehere In danubio, qui per mediam prouinciam Moldauiae Labitur, propterea ne vim belli, ac Exercitus Turcici in se conuerteret primo impetu. At cum hic foris bello gerendo feruencius incumberet, essetque hic occupatissimus, nihil sibi retro post se timens: Tunc ipse Despotes, si modo Sacratissimam Maiestatem Vestram intelligeret, quod Iusto aliquo exercitu ipsi Turce obuiaret: Illico ex Moldauia Dicionem Turcicam ad Varnam vsque ferro et igne vastare vellet: Tantamque ex Improuiso turbam excitare in dicione Turcica, ut omissis exterioribus nacionibus ad suos subditos defendendos reuerti cogeretur. Quos tandem Sacratiissima Maiestas Vestra exercitus insequi redeuntes et adempta per eum recuperare et sibi quoque Despoti, auxilium tandem fere posset. Naues autem Turcicas in redeundo per Danubium in ipsa sua pro uincia non impedire modo, sed et capere et euertere cum omnibus Bellicis Instrumentis eorum se posse affirmat. Nec dubitare se ait quin Bulgaros et Rascianos, quia eadem religione vtuntur qua et Moldauienses, facile ad se pertrahere, et ad Rebellandum Turcis allicere se posse.

Quod autem Sacratissimae Maiestati Vestrae loco muneris se daturum obligauit sanctissime se id reipsa facturum probaturumque etiamnum promittit: Ac hos octo Mille florenorum mutui nomine postulatos si a Sacratissima Maiestate Vestra ei non denegabuntur, sine fraude cum primum in Moldauiam se recipere poterit, Sacratissimae Maiestati Vestrae restituet.

Praeterea ex quo interea donec occasio se se obtulerit, praemissa omnia exequendi, cogetur Tiranno Turcico obedienciam praestare: Dabit operam ut Consiliarios Secretiores ipsius Turcarum Imperatoris sibi ita deuinctos redeat, vt ab eis arcana Consilia Tyranni Intelligat, ea praesertim quae contra Sacratissimam Maiestatem Vestram eiusque dicionem inirentur: Ea fidelissime tandem Sacratissimae Maiestati Vestrae prout resciuisset aperturum se obstringit.

Quod si autem etiam id eueniret, quod tamen minime speraret, ut Juuenis ille Transiluanicus in Regem Poloniae eligeretur: et aliquam ultionem iniuriarum incipere vellet, Ipse ex Moldauia in gratiam Sacratissimae Maiestatis Vestrae tantum negocij ei daturus esset, vt ex Polonia minime possit in Hungariam exire ad Inuadendum dicionem Sacratissimae Maiestatis Vestrae.

In summa omnes suos conatus, omnem operam ei Industriam eo se velle intendere, Vt Sacrae Maiestati Vestrae et Reipublicae Christianae possit vtiliter seruire.

Haec sunt Domine clementissime, quae ego ad mandatum Sacratissimae Maiestatis Vestrae ex parte Despotis, tam ab ipsomet, quam etiam ab his, qui ei proximiores sunt expiscatus sum. Quae per hominem meum Mathiam Sayczlich Sacratissimae Maiestati Vestrae transmittere volui humillime. Quod Sacratissima Maiestas Vestra cum ipso Despote, hac in parte facere velit: Id stat in clementi arbitrio Sacratissimae Maiestatis Vestrae quam Altissimus incolumem diutissime seruare, Imperiumque eiusdem fortunatissimis successibus, perpetuo florentissimum reddere dignetur.

Sacratissimae Maiestatis Vestrae — Humillimus et fidelis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer, m. p.

CCCLVII.

Mai mulţi *boieri* în frunte cu *metropolitul din Moldova* cer de la Impĕratul *Ferdinand I.* ajutor, ca să ridice pe Despot-Vodă în scaunul ţĕriĭ. 1560.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Aufschrift:)
Sacritissimae ac potentissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati, Germanorum, Hungariae et Boëmiae Regi etc. Domino Patrono ac protectori nostro benignissimo.

(Von innen:)
Sacratissima ac potentisima Imperatoria Maiestas, Domine clementissime. Omnem optatam felicitatem à Deo, et nostri deuotissimam in gratiam Maiestatis Vestrae Sacratissimae commendationem.

Credimus constare Maiestati Vestrae Sacratissimae, quanta nos in calamitate versemur. Hunc praesentem Vayuodam Alexandrum nulla legitima electione in Dominum nostrum suscepimus, Sed armis Polonorum introductum hactenus sustinuimus, Et rustico genere natum scimus; et à familia atque cognatione principum huius terrae longe esse alienum. Qui postquam regnum occupauit, cito ab omni Virtute atque humanitate desciuit, et ad tantam tyrannidem euasit, qua immanior et truculentior vix est audita. Indies alijs oculos eruit, alios suspendio adficit, alios capite truncat, alios palis infigit, alios alijs generibus crudelitatis atque suplicij è medio tollit. Adeo, vt uereamur, ne nos omnes breui consumat. Alius metus accedit, ne hanc terram vniuersam in potestatem atque imperium Turcarum tradat. Quo nihil vnquam tristius nobis accidere posset. Terremur autem exemplo. Nam proxime Vaywoda Mirchia Valachiam Transalpinam, cum aliter regnare non posset, potestati Turcarum subiecit. Hunc quoque videmus in Turcas toto animo propendere. His causis moti et compulsi, de quaerendo vero et legitimo principum terrae nostrae haerede, ac regni successore consilium inter nos cepimus: et reperimus multorum Sanctorum metropolitarum atque episcoporum et aliorum Illustrium virorum fide dignis testimonijs, Serenissimum Dominum Iacobum Heraclidem, Despotam, Sami Insulae et Doridis Dominum. Eum itaque in principem nostrum verum ac Dominum paribus suffragariis, et unanimi consensu elegimus. Atque eo libentius ei voces nostras contulimus, quod cum insigni virtute et doctrina praeditum intelleximus, et bellicarum rerum non mediocri vsu pollere. Cum etiam sub Diuo Carolo Quinto Imperatore, fratre amantissimo Sacratissimae Maiestatis Vestrae eum per multos annos militavisse audiamus. Iam igitur eum non semel in regnum invitavimus, sicuti etiam inuitamus. Sed indiget copijs pedestribus et equestribus, quibus tuto ad regni fines accedat, non adeo magnis. Eius rei gratia ad Maiestatem Vestram Sacratissimam confugimus, spem Maiestatis Vestrae Sacratissimae suppliciter implorantes, dignetur Maiestas Vestra Sacratissima nostris stipendijs ei equites ac pedites adiungere, quibus comitatus huc perveniat, Vt iam tandem eius persona potiamur. Quod si fecerit, imprimis opus Deo gratum, et Christiano Imperatore dignum fecerit. Deinde nos singulos, et regnum hoc universum perpetuae obseruantiae ac subiectionis vinculo sibi deuinxerit. Eo autem commodius facere potest, quod Serenissimus Dominus noster Despotes, nunc sub iurisdictione Maiestatis Vestrae Sacritissimae in ciuitate Bartpha agit. Tanto vero nos malumus hoc beneficium à Maiestate Vestra Sacratissima, quàm ab alio quopiam principe accipere et agnoscere, quod et olim Diui Hungariae Reges huic regno principes dare consuerant (sic). Et Maiestatem

Vestram Sacratisimam Catholicae et Christianae religionis vnicum lumen esse cognouimus. Nam nos quoque Christianae Ecclesiae ac Reipublicae membra nos esse profitemur.

Conueniens autem Maiestati Vestrae Sacratissimae est ea pietas, vt nos à Turcarum iugo ac servitute liberet. Nos vero tam belli quam pacis temporibus omni fidelitate et subiectione, ad vsum commodum, et voluntatem Sacratissimae Maiestatis Vestrae nos alacriter accommodaturos pollicemur. Quam diu in terris viuere, et filiciter regnare optamus. Datae.

Sacratissimae Maiestatis Vestrae.

addictissimi et subiectissimi clientes ac Seruitores

Senatores terrae Moldaviae.

CCCLVIII.

1560. Acela-şi document, altă copie, după care urmează următoarea notă:

Aufschrift: Sacratissimae ac potentissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati. Germanorum Hungariae et Boëmiae Regi etc. Domino patrono ac protectori nostro benignissimo.

Eine mit Chiffern an seine Majestät geschriebener Brief, der italienisch wahrscheinlich auf amtlichen Befehl überschrieben wurde, aus Constantinopel von 15 Jänner 1562, gesendet von einem gewissen Czernowicz; enthält:

Confirmatio Despotae in Vaiuodatu Moldaviae.
Rumores de classe hispaniarum.
Negocia acta cum exploratore Persico.
Praesentata 25 february.

CCCLIX.

1560. Raportul lui *Francisc Zay* de Kemér către Impěratul *Ferdinand I.* despre situaţiunea lui Despot-Vodă şi despre bunele lui dispositiunĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Imperatoria et Catholica semper Augusta Maiestas,
Domine, domine clementissime.

(Tot documentul publicat sub numerul CCCLVI, altă copie).

CCCLX.

Raportul lui *Francisc Zay* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre aresta-rea şi punerea în libertate a unuĭ sol trimis din Moldova la Viena. 1561, 8 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Imperatoria Maiestas, Domine, Domine Clementissime.

Post fidelium Seruiciorum meorum in graciam Sacratissimae Vestrae Maiestatis humillimam commendationem. Allatae sunt mihi hac hora literae Sacrae Vestrae Caesareae Maiestatis, In quibus Sacra Caesarea Vestra Maiestas, clementer et expresse mihi mandare dignatur. Vt Juuenem Moldauum (quem Ioannes Baptista Galliciolus, de Moldauia secum adduxerat) simul cum rebus ab eo per me ablatis, liberum facerem. Itaque Sacratissima Vestra Maiestas clementer dignetur intelligere. Me huiusmodi miserorum hominum res nunquam concupiuisse. Sed cum eum bene examinarj fecissem (tamen absque tormentis) illeque omni sinistra suspicione liberatus fuisset, Eum liberum feci, et omnia quae sua fuerunt, Vsque ad Vnicum Quadrantem restitui, Ducatos 36. quibus plures non habuit nec Vnum quidem, qui apud eum fuissent eo tempore Duas Pecias Argentj quae non Valebant Vnum Talerum. Duas Pecias Panni Lewremberger, In quibus Singulis non Vltra quam duae Vlnae mensurales fuerunt. Ac duos Equos. Haec omnia ei restituere feci, Alias praeter has, eius reculas eum habuisse, non intellexj hisque omnibus suis rebus ad manus eius per me iussis et factis consignarj, ei liberam, tam ad Vestram Sacram Maiestatem Veniendj, quam domum redeundj (prout Voluerit) dedj facultatem, Prout Sacram Maiestatem Vestram clementer Velle humillime intellexj. Ille tamen hucusque apud dominum Despotem, et penes alios Valachos qui apud dominum Despotum (sic) sunt, libentissime remansit, habetque suum Stipendium a Domino Despota, cui cum tempore Vsui esse poterit. Pater enim istius Juuenis, est Iudex Ciuitatis Zochawa, et maxime infensus moderno Tyranno Moldauiensj.

Praeterea. Cum et in alijs literis meis, Sacratissime Vestrae Maiestati humillime significauerim, Aduersarios . . . . (Von der Verschanzung der Feinde . . . und dem Einfalle, den er in das feindliche Gebiet zu machen beschlossen hatte. Der eingeschobene Zettel enthält blos die Bestättigung des Früheren aus anderer Quelle). Hec humiliter Volui Sacrae Maiestatj Vestrae significare. Deus Optimus Maximus conseruet Sacram Maiestatem Vestram sanam et felicem. Cassouiae 8 februarij. 1561.

Vestrae Sacrae Maiestatis

humillimus Seruitor

Franciscus Zay de chemer, m. p.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, etc. Regiae Maiestati etc. Domino Domino Semper clementissimo.

CCCLXI.

1561, 9 Aprilie. Papa *Piu IV.* invită pe *Alexandru-Vodă* din Moldova să ĭee parte la conciliul din Trident, fie în persónă, fie printr'un plenipotențiar al sĕu.

(Din „Theiner", Vetera monumenta Poloniæ et Lithuaniæ. T. II. pag. 635. Nr. DCXCVIII).

Alexandro Moldaviae principi, ut oratores ad concilium Tridentinum mittat.

Dilecto filio Nobili viro Alexandro Terrae Moldaviae Domino.

Pius PP. IV. Dilecte fili, Nobilis vir, Salutem et Apostolicam benedictionems Ab ipso Pontificatus initio, ad quem omnipotenti Deo placuit sine nostris meritis nos vocare, non sine summa cordis amaritudine videntes Dominicum gregem fidei nostrae commissum miserabiliter esse dispersum propter haereses et schismata alia aliis in loci- exorta, etiam inveterata, pro pastoralis officii munere saluti eus. consulere volentes, consilia inire coepimus de iis, quae errarent, ovibus ad Sanctae Ecclesiae Catholicae ovilia reducendis. Cuius rei causa post maturam deliberationem praedecessorum nostrorum salubria exempla sequentes, invocato prius rite Sancti Spiritus auxilio oecumenicum et generale consilium indiximus in Urbe Tridento, quae in Italiae Germaniaeque confinio posita est, celebrandum. Quia vero mos hic a Romanis Pontificibus servari solet, ut invitent Reges et Principes omnes Christianos, hortenturque, ut si ipsi Conciliis interesse non possint, saltem mittere velint solemnes Oratores suos, qui eorum nomine intersint: Idcirco Nobilitatem quoque tuam, cui ut Principi Christiano minime dubitamus causam fidei ac Religionis curae perinde ac debet fore, certiorem de indicto a nobis Concilio faciendam duximus, eam sicut alios magnos Principes in Domino hortantes, requirentes et rogantes, ut mittere velit Oratores suos viros idoneos cum mandatis, sicut mos est, Tridentum ipsius nomine Concilio interfuturus, ut Dei auxilio, et tuo et caeterorum Principum favore tam sanctum ac salutare negocium ad optatum, sicut speramus, exitum adduci possit. Quod si feceris, ut de tuo in Catholicam Religionem studio praestantique prudentia confidimus, laudabili, pio et Deo admodum grato officio fungeris, teque vero Christianum Principem esse declarabis. Litterarum autem exemplum, per quas concilium a nobis indictum fuit, una cum his misimus ad Nobilitatem tuam, quam omnipotens Deus incolumem conservet atque custodiat. Dat. Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die nona Aprilis MDLXI. Anno Secundo.

(Ex Reg. orig. An. II. Brev. Tom. XI. ep. 55).

CCCLXII.

1561, Septemv. Extras din petițiunea lui *Mihail Gyulay*, solul trimis din Ardél la Pórtă, către *Sultanul*, cerênd în numele Domnului sĕu ajutor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

La copia dela supplica ch' ha fatto Giulay Mihail Ambassador dil Transsiluano in nome di detto Transsiluano al Turcho.

Il primo capitulo. Supplica dil Re Stephano alla Maiesta Vestra Imperial et felice supplica humilmente pregando la Maiesta Vestra mio signor che li confini siano

presto decisi et chiariti, perche l'Imperator de Romani ha fatto creder à tutto il mondo ch'il gran Turcho non vol dechiarar li confini, perche tutta la Transsiluania vol per se et tora la vita dil figliol di Re Giouanni anchora, per il che tutti gli prestano fede, et ha paura Re Stephano ch' un giorno non segua qualche gran scandalo.

Secondo. Il campo del Imperador di Romani ha depredato molti logi et ville et ha menato via da 3 M. animali grossi et fatto danno per l'amonter de 10 M. ducati et piu, per il che il figliol di Re Giouani vol vendicarsi di tal iniuria et vol andar in persona alli danni loro, per la qual cosa di nouo prega il gran Turcho che debba commandar al Bassa di Buda et al Beglerbey di Themeswar et alli Vaiuodi di Moldauia et Valachia che gli debbano prestar agiuto in persona.

Tertio. A questa felice porta se ha parlato contra la fidelta del Re Stephano, il che tutto è lontano dela verita, perche ditto Re Stephano mentre che viue è fidelissimo seruitor dil gran Turcho et la sua fidelta è tanto grande che sempre e prontissimo di probarla con spargimento dil suo sangue si ch' il gran Turcho non presti fede alle parole di maligni bugiardi.

Quarto. Prega humilmente che gli sia dato per confine, che sia suo tutto quelo se contiene fra li dua fiumi, cioe il fiume Tissa et Maros, et che sia leuato il Sangiako di Arad, et che per l'utilita che caua il Turcho di quel logo, il figliol di Re Giouanni s'obliga à dar ogn' anno X M. ducati de sale, ch'e molto piu de quelo che caua il gran Turcho dalli detti logi, ma cio fa il figliol di Re Giouanni acioche li Turchi non molestino li suoi subditi, et che sia liberato dele querele cotidiane, dandogli il gran Turcho al figliol di Re Giouanni ch' e suo seruitor, di nouo sara come suoi queli logi.

Et che li perdona il gran Turcho se non ha possuto mandar il tributo piu per tempo, la causa è stata che l'homeni che hora manda stauano parechiati di decider li confini, et per questo se ha tardato alquanto.

CCCLXIII.

Extras din rĕspunsul *Sultanului* la cererile făcute în numele Principelui din Ardél şi din doue scrisorĭ sosite din Moldova la Pórtă. 1561, Septemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Copio dela letera dil Turcho, qual mando al Transsiluano con suo homo nominato Bornemissa Lasslo.

(Dapoi la salutatione)

Le Vostre amorevol letere vi furno presentate ala mia felice porta et tutto quelo che scriuete la mia Maesta Imperial ha benissimo inteso, come hauendo piu volte la Maesta nostra Imperial commandatoui che mentre dela parte dil Imperador Ferdinando non sara stato fastidio alli logi vostri contra li capitoli, ne anchora voi darete fastidio alli logi del ditto Imperador, et che in questo dobiate essequir mio nobil commandamento et senza che voi habiati dati fastidio alli logi del Imperador Fernando (sic) in tempo dela pace, ditto Imp. Ferdinando ha mandato alli vostri confini un essercito il quale ha brusiato un nostro castello nominato Salka con molti soldati et hanno tagliate à pezzi da cento vostri homeni et alchuni altri fatti prigioni et menatogli via et che al

presente ditto essercito si troua apresso il fiume dela Tissa et tutta via va crescendo, et che anchora voi metessi le vostre forze in ordine per castigar li malfattori, et richiedeti il mio nobil commandamento ali Bassa de Buda et Themeswar, mei chiaui, et al Moldauo et Valacho. In summa tutto quelo narrati per le vostre letere la mia Maesta Imperial ha benissimo inteso. Sapreti adonque che secondo hauete supplicato, ho scritto et mandato il mio nobil commandamento, commandando espressamente alli Passa de Buda et Themiswar et al Moldauo et Valacho che se per caso sara necessario de darui agiuto quando voi lo richiedereti, che senza indusio con tutti li modi et vie vi debbano dar agiuto et fauor. Bisogna adonque che voi stiati alerta et che vi guardati dal nemicho et cerchati con tutti li modi et vie di saper quello che cercha l'inimico di fare, acioche dapoi che con la verita hauereti saputo, sapiate proveder à quelo che sara necessario et quando vedereti che contra li capitoli vi voglia dar fastidio alli castelli et subditi el al paese vostro, alora con l'agiuto del signor Iddio con tutti li modi et vie defendetive et cerchati de prohiber, acioche non sia inferite qualche danno al paese et ali subditi vostri. Di cio state alerta et non manchati à nissuna necessaria, bisogna che vi portati da valente caualloro, acioche non nasca qualche mancamento per negligentia, cosi sapiati, al segno nostro nobili prestareti fede.

1561, 9 Dec. Dipoi alli 29 di detto viene una letera dal Moldauo quale fu data à me per tradurla in Idioma Turchesco, ditta letera era era scritta in logo de Sugiaua adi 17 di Nouembre. Scriue ditto Moldauo come essendo comparso alli suoi confini il figliol di Despota con l'essercito datogli dela Caesara V. Maesta, ditto Moldauo gl'era andato contra et haueuano fatto giornata et che molti homeni erano stati ammazzati et ch'il Moldauo s'era retirato, et cosi scriue ditto Moldauo, s'il gran Turcho non gli manda agiuto presto, che ditto figliol dil Despota presto occupara tutta la Moldauia. Questa noua ha dispiaciuta molto al gran Turcho et subito furno spedite letere alli 4 Sanziachi et al Valacho che douesseno andarne in agiuto al Moldauo, Ne altro successo fina qui se ha inteso, ma s'aspetta auisi d'hora in hora . . . . Da Constantinopoli, adi 9 di Decembre, MDLXI.

1561, 23 Dec. Adi 9 de Decembre fu l'ultima mia. Dapoi viene noua come il figliol dil Despota haueua occupato tutta la Moldauia et s'haueua fermato in una terra nominata Aias, et haueua con se da 15 millia homeni fra Ongari et Todeschi et che li primati di Moldauia tutti erano andati per acetarlo et giurarli fedelta, li quali ditto Despota accettaua facendo bona ciera à cadaun di loro et li scriueua tutti nel suo libro et poi li mandaua cadauno à casa sua, perche non se fidaua de loro, ma commetteua ch'ogni uno stesse parechiato, et quando hauera bisogno di loro, gli fara saper a cadauno, hauendo inteso questo Alessandro, dubitandose che qualchun di suoi non s'amazzi per gratificarse al Despota, se ne ha fugito in una terra dil gran Turcho apresso al Danubio nominata Gili, doue hora se troua con la sua moglie et figlioli et con li suoi seguaci, Questo Despota scriue una letera ad un primato di Moldauia, quale letera è stata presa et l'hanno mandata al gran Turcho, io l'ho tradotto in Turcho et la copia è questa: (V. CCCXVI).

CCCLXIV.

Raportul lui *Augeriu Busbeck* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre sosirea la Pórtă a solilor cu tributul din Ardél. 1561, 4 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literarum domini Augerij a Busbecke de 4. Octobr. et 3. Nouembr. A. D. 1561.

Sacratissime Imperator, domine mi clementissime!

Paulò postquam postremas ad Caesaream Vestram Maiestatem literas dedi, uenit à Transyluano Orator cum tributo Iuly Michaël : literarum et mandatorum domini eius hanc ferè summam esse intelligo, causam serius allati tributi confert in damna à Caesareae Vestrae Maiestatis praefectis militaribus ditioni suae illata, quae decem ducatorum millibus aestimat, ait Caesaream Vestram Maiestatem per omnia illa loca dissipandum curauisse, hunc Principem non modo limites sibi non concessurum, sed et ditionem et uitam ipsam erepturum, quae cum à multis credantur, ne quid ex eo incommodi oriatur, necesse esse sibi limites concedi. Postulat quicquid est agri inter Tibiscum et Maros flumina, et pro sale annua decem ducatorum millia pollicetur, Quae quidem summa emolumentum quod hic Princeps singulis annis ex sale percipiat, multum excedat, sed hoc se facere, ne suae ditionis homines ulli à Turcis molestiae sint obnoxij. Ait praeterea Caesareae Vestrae Maiestatis copias indies augeri, sibi uerò esse in animo acceptam iniuriam uindicare, utraque de causa postulare, ut de suppeditandis auxilijs cum ad Passam Themesiensem et alios Sanziakos, tum uerò ad Moldauum et Valachum Vaiuodas mandata renouentur. Postremo scire se ait minus commodos de se maleuolorum quorundam sermones fuisse, quibus ne hic Princeps fidem adhibeat ei praestiturum. Intelligo praeterea eius Oratorem in sermonibus haec fermè iactare, esse rationi consentaneum dominum suum limites et auxilia que postulet impetrare, aut certè ab hoc Principe missum fieri, eoque nexu quo ei clientelae iure sit obstrictus liberari, ipsum rationibus suis per se posse consulere, ope uidelicet Polonorum, qui ei egregiè faueant, et quotidie ad eum uentitent operam suam deferentes. Vnum esse quod incitatum eorum studium inhibeat, quòd non facile ei se submittant qui sit Turcae cliens et tributarius. Hoc si absit, sibi nihil ad obtinenda Polonorum omnium suffragia defuturum. Itaque iustum esse aut hoc sibi remitti aut nihil eorum denegari, quae ab hoc Principe postulet. His artibus Transsyluanus istos aggreditur ipsius defectionem mirum in modum formidantes, nihilominus audio Hally Bassam sollicitanti responsum Oratori dixisse, nec ipsi nec mihi responsum posse dari, antequam Paiazethis negocium compositum esset. Hoc Haly Passae responsum Orator domino suo statim nunciauit, quod illi non nimis placiturum suspicor, sic enim rem in longum duci facilè animaduertet.

. . (om) . . .

. . . Ex Insula Principis IIII Octobris MDLXI.

Eiusdem Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae

Humilimus et fidelissimus seruitor

Augerius a Busbecke.

Sequuntur aliae literae de 3 Nouembris Anno 1561. (Diese enthalten jedoch nichts Erhebliches.)

. . . (om) . . .

CCCLXV.

1561, 25 Noem. Raportul lui *Augeriu Busbeck* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* în cestiunea ajutoarelor acordate fiiului lui Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Eiusdem ad eundem.

. . (om) .

Post scripta. Modo mihi significatum est ab ijs qui postremas literas Transyluani legerunt, illum nunciasse multos de suis à Caesareae Vestrae Maiestatis militibus interfectos, Maiestatem Vestram Caesaream copias cogere quibus sibi bellum inferat, propterea rogare ut ad Budensem et Themeswariensem, Moldauum et Valachum mandata dentur quibus ei opem ferre iubeantur, Item enixè obsecrare, ut ei confinia concedantur, alioqui de uita ipsius periclitari, ad quae isti responderunt, de limitibus se nihil posse statuere, donec ueniat quaestor Budensis, de reliquo scripserunt Moldauo et Walacho, item duobus Bassis, ut si uera essent quae nunciarentur à Transsyluanis, opem illi ferrent, sin minus, cauerent ne se quoque moueant.

Eiusdem Sacratissimae Caesareae Maiestatis

Humilimus et fidelissimus seruitor
Augerius à Busbecke.

. . (om) . . .

CCCLXVI.

1561, 30 Noem. Deosebite ştirĭ din Moldova, între care şi un ordin al lui *Despot-Vodă* cătră *Iacob Bolestarosti*, ca să urmăréscă pe Alexandru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Giouan Vaiuoda, per la Iddio gratia signor di Moldauia, manda salute à te Iacomo Bolestarosti, mio fidelissimo. Data che te sara la presente mia litera, subito senza indusio caualcarai con la tua gente alla riua del Danubio, et con la tua solita diligentia cercherai d'hauer nele mani quel tristo d'Alexandro et li suoi seguaci, et me lo mandarai ò viuo ò morto, et à te non manchara mia gratia, et conforta quel populo da parte mia. Se Dio omnipotente me sara adiutor, tutti trattaro bene li seguaci d'Alessandro, se veranno da me à humiliarse, à tutti perdonoro et gli riceuero nella mia gratia; ma si saranno pertinaci, de breue portaranno pena deli suoi errori; cosi saperai. Data de Ias adi 30 di Novembre 1561.

Inteso che hebbi il gran Turcho questa noua, gli dette gran fastidio perche questa cosa al' improuiso gli rompe il dissegno che faceua ch'il Tartaro insieme con il

suo exercito facesse l'impresa del paëse do Siruan, et hora per causa di questo non se puo seruir dil Tartaro à tal impresa, infinche non se quietano le cose di Moldavia, quale se crede que questo inuerno non se adatterano, anchora se dubita il gran Turcho che come il Persiano intendera questa nouita, che se ben ha qualche pensiero di dar Solthan Paiazet et gli suoi figlioli, se muti d'opinion et che comandara à farli guerra, contra il qual Persiano il gran Turcho non se potria mouer ne mandar tutto il suo exercito, non hauendo formato la pace con la Caesarea Vestra Maesta, et tanto piu ch'il Turcho crede che questo tumulto de Moldauia sia d'ordine dela Caesarea Vestra Maesta, se ben de cio non fa alchum moto, ma subito ordino ad Hali Bassa che debba trattar la confirmation dela pace con l'Ambassiador dela Caesarea Vestra Maesta. Il qual Bassa due volte chiamo l'Ambassiador dela Caesarea Vestra Maesta. Li ragionamenti che sono stati fra loro io non ho cerchato di saper sapendo che la Maesta Vestra dal Ambassiador suo sara particularmente auisata. Io spero in Dio ch'il gran Turcho concedera al Ambassiador dela Caesarea Vestra Maesta quelo che dimandara, stando le sue cose in questi termini se pero non prenderanno meglior camino, che Dio non voglia, Il Chiauss che fa guardia al Ambassiador dil Pérsiano è mio amico et piu volte sono stato doue è ditto Ambassiador et ho fatto amicitia con il nepote del ditto Ambassiador, persona veramente prudente, con il qual parlo sicuramente. Vltimamente mando un Giudeo per chiamarme, dal qual andai, me dimandò se la Caesarea Vestra Maesta hauena dato exercito al figliol del Despota, con il qual s'haueua impatronito de Moldauia. Io gli disse che cosi se teneua per certo, dale qual parole sentiua gran piacer, apresso me pregaua che gli dicesse se si intendeua che la Caeserea Vestra Maesta faceua qualche apparato di guerra contra il Turcho. Io gli disse che me tenesse secreto che gli diria tutto quelo intendo, dapoi che affirmo di farlo con giuramento, gli disse che si ha noue di certo che la Caesarea Vestra Maesta faceua gran prouision di guerra contra il Turcho et à tempo nouo sentireti cose grande et oltra la Caesarea Vestra Maesta il Re de Spagna fa per mar grandissima armata alli danni dil Turcho, apresso gli disse: questo era il tempo ch'il Persiano se moua contra il gran Turcho. Rispose, a la fede non so quelo che fara quando intendera queste noue, et noi qui portaremo la pena, ma tutti siamo contentissimi di morire per il nostro signor, et con questo animo siamo venuti in queste bande. Gli disse, quanto utile saria al Persiano che facesse una liga perpetua con la Caesarea Vestra Maesta, qual è capo di tutta la Christianita, teneriano il Turcho trauagliato per mar et per terra, che di breue il Persiano saria patron di tutta la Siria, et atorno questo gli disse molte ragione, me rispose ch'al Persiano questo saria caro, et quando sapesse che questo potesse ottenir, mandaria suo Ambassiador alla Caesarea Vestra Maesta. Io gli disse che di certo saria questo negocio abraciato dala Caesarea Vestra Maesta, perche saria utile et honoreuole da tutte dua parte, hebbe gran piacer l'huomo de sentir queste parole et me disse che l'Ambassiador suo zio haueria grandissimo piacer di parlar con me. Io gli risposi che con l'Ambassiador non m'è securo parlar, perchè, s'il Bassa lo sapesse, l'hauerebbe per mal, ma che con lui parlaro sempre securamente et lo lassai.

Il Turcho mando per le poste in Suria. per menar d'Alepo uno nominato Ionna che fu figliol d'un Stefano olim Vaiuoda di Moldauia, perche hauendo inteso il Turcho ch' Alexandro è mal vogliuto dal populo, se voria gratificar loro con darli altro signor, et pensa tirarli à questo modo dala deuotion dil figliol dil Despota et spera à questo gli sara piu facil hauer ditto Despota nelle mani, perche tal cosa multo desidera. Ha scritto à tutti li Sanziacki dela Grecia che debbano tutti andar a Selitra (Selistria?) et far massa, et de qui si parte il terzo Vesier nominato Pertan bassa con dua millia Caualli et va anchora il Beglerbeij di Grecia, detti se partiranno da qui fin à 15 giorni et al Valacho hanno scritto che debba mandar suo essercito, ha d'esser questo exercito de 50m. persone et andaranno tutti in Moldauia contra il Despota. Alli 20 di decembro il Turcho mando litere al Tartaro che douesse adunar il magior numero d'exercito che gli fosse possibile et ch'andasse alli danni dil Re di Polonia et che veda di farli il magior danno che sia possibile, S'il detto Re de Polonia non se guardara, gli faranno detti Tartari gran danno,

et questo fa il gran Turcho perche ditto Re di Polonia ha dato passo al gliol dil Despota. Il Turcha ha comenziato ad amalarse spesso et lo iudican di poca vita. Per l'armata anchora non fanno prouision alchuna. Hoggi viene un homo dal Sanziacko de Gili qual mando dua litere scritte alui, una dali primati di Moldauia et l'altra gli scriue il figliol dil Despota. Li primati gli scriueno come hanno accettato ditto Despota per esser aloro signor natural et pregano che deue procurar ditto Sanziacko ch'il gran Turcho manda inuestir ditto Despota perche mandara il tributo et sara al gran Turcho piu fidel et obediente di Alexandro. Questa e la copia dela litera che scriue ditto figliol dil Despota al Sanziacko de Gili:

CCCLXVII.

1561, 11 Decem. Scrisórea lui *Despot-Vodă* către *Sandjacul de Gili* (?) vestindu-l despre intrarea sa în Moldova, și alte știri din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Noi Giovan Vaivoda, per la Iddio gratia Signor di Moldauia, mando salute à voi magnifico come padre Signor Sanziacko de Gili. Sopra modo mi e stata chara la vostra litera, in la qual vostra signoria mi scriue che li mei homeni non diano fastidio alli poueri subditi dil felice Imperator. Sapia Vostra Signoria che io ho dato ordine per tutto che nissuno subdito del felice Imperator sia dannegiato ne che gli sia tolto un aspero, ma di nouo daro simil ordine per far honor alla litera et conseglio che mi da Vestra Sig.-a, qual conseglio io tegniro accaro ne di quelo mi partiro. Vestra Sig.-a sa bene come io sono signor hereditario di questo paëse et tutti li grandi et piccoli sono venuti per farmi riuerentia, et io viene da Polonia con poca gente, perche sapeua che tutti me accettariano come hanno fatto. E ben alla Signoria Vestra conosciuto come Alexandro ha ruinato questo paëse, à tutti communamente tagliendo la faculta, et la vita ad infiniti, cosa che io non faro per tutto l'oro dilmondo, per la qual cosa se la Signoria Vestra s'adoprara che facia che il felice Imperator me abbrazzi et che mi mandi la bandiera et la inuestitura, Io gli mandaro il tributo al tempo et gli saro piu fedele et obediente d'Alexandro et faro che la Signoria Vestra habbia honore di questo et ricognoscero Vestra Signoria di tal sorte che da me se laudara sempre. Data alli XI di Decembre (et non scriue donde).

1561, 23 Decem. Questa litera è sigillata con un gran sigillo, un castello con la testa di bo et sopra una aquila de dua teste et di sopra una corona ducale, à torno lettere latine: Iacobus Heraclida, Pari, Sami, M. V. S. B.

Non se sa che fara il Turcho, alchuni dicono che cio non fara per honor suo. Quelo che seguira, la Caesarea V. Maesta sara auisata. Altro non so dice. — — — Da Constantinopoli, adi 23 di decembre, MDLXI.

1562, 15 Ianuar. Sacra Caesarea Maesta. Alli 23 di Decembre fu l'ultima mia in la qual auisai la Caesarea V. Maesta di quelo ch'occoreua. D'apoi gionse un huomo del figliol di Despota con una litera al gran Turcho et un altra ad Halybassa, la qual io ho tradutto in Turchesco. La sustantia dela letera c'è questa, lui humilmente prega il gran Turcho che dappo ch'e stato chiamato dal populo et essendo disceso dali Despoti quali antica-

mente sono stati signori de la Moldauia, che se degna il gran Turcho di mandarli la sua bandiera et inuestitura di qual paëse, et se questo gli sara concesso, promitte di seruir al gran Turcho fidelmente, et d'esser amicho deli amici dil gran Turcho et inimicho deli inimici, appresso gli promette di pagar 20 M. ducati de piu dil solito al gran Turcho. Hebbe assai accara il gran Turcho tal noua et subito acetto il partito et scrisse al ditto Despota che lo acettaua anchora lui con quele conditione che lui offerisce ogni volta che gli voglia essequire, et che fra poco tempo gli mandara la bandiera con l'inuestitura, ma che in questo mezzo metta in ordine il tributo con li 20 M. ducati de piu acioche questi che portaranno alui la bandiera, possino portar indrieto il tributo, et subito fu rimesso l'essercito ch' ordinauano per Moldauia. Subito il gran Turcho mando litere alli confini di Persia, come il Despota gl' ha mandato l'Ambassiatore et come gli vol esser fidelissimo et come ha cresciuto 20 M. ducati de piu del tributo solito et come non accade piu mandar l'essercito in quele bande. Fece il gran Turcho quest spedition acioche tal noua venga ale orechie dil Persiano. Alli 26 di Decembre il Turcho scrisse ali Bassa de Buda et Themesuar che debbano procurar di saper con la verita, se questo Despota ha hauto passo et fauor dal Transsiluano o dela Maiesta vostra: Da Constantinopoli, adi 15 di Genaro, MDLXII.

Al Despota in Moldauia fu mandata la bandiera et la investitura, ma Alexandro 1562.
ha mandato una litera al gran Turcho d'esso Despota con il suo sigillo, la quale detto 13 Febr.
Despota mandai alli primi di Moldauia, la copia dela quale sara qui inclusa, qual litera custoro credono che sia stata finta d'Alexandro, et hanno mandato per menarlo qui, et se fa cativo iudicio deli casi suoi. Alli 10 de Febraró gionse qui un Agente dil Re di Polonia, un certo Armenio vechio qual serue à sua Maesta per interprete et ha portato litere d'esso Re di Polonia al Turcho. Se dice che cerca d'impedire il Despota che non sia admesso in Moldauia, et procura per Alexandro. Si questo è, non fara niente, perche custoro hanno in suspetto il Re di Polonia et credono che lui sia auctor dela venuta dil Despeta in parte, et che hora fa questo officio, acio che custoro sian certi che lui non s'habbia impedito ne che di cio consapeuole, ma è difficile che custoro credan tal cosa. . . . . Da Constantinopoli adi 13 di Febraro, M.D.LXII.

CCCLXVIII.

Scrisórea Regelui *Maximilian* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre 1562,
succesele luĭ Despot-Vodă. 5 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Aufschrift:)

Sacrae Romanorum Caesareae, ac Hungariae, Bohemiae, etc. Regiae Maiestatj, etc., Domino et genitorj meo colendissimo, etc. Ad manus proprias.

(Von innen:)

Sacra Caesarea Maiestas etc. Domine ac genitor obseruandissime, Caesareae Maiestatis Vestrae, etc. literas, processum, statumque ipsius Despotae concernentes, et

quae mihi hoc nomine iniunguntur submisse accepi. Rescripsissem autem dudum hac de re opinionem, votumque meum, nisi eandem et magnj momentj, et matura admodum egere consultatione cognoscerem. Ideoque cum Maiestatis Vestrae de Camerae Hungaricae Consiliarum Sigismundum Tordam, omnium ipsius Despotae consiliorum secretiorum conscium et participem sciam, eum ad hanc consultationem adhibendum necessarium duxj, et hoc negocij tantisper differendum ratus, donec is huc aduolaret, quem per me nudius quartus vocatum, infra paucos dies vel dispositis equis, vel curru velocj mihi adfuturum spero, ne hoc tantj ponderis negocium nimia celeritate praecipitaretur, sed ut omnibus eius circumstantijs accurate postea perpensis, et trutinatis, eo plenius consilium Maiestati Vestrae Caesareae perscribere queam. Eandem proinde submisse rogans, dignetur hanc exiguam moram benigno paternoque animo suscipere, Spero enim me illam eo maturiorj huiusce negocij discussione breuj repositurum. Quod ut Maiestas Vestra Caesarea interim nosset, eidem humilime significandum duxj. Datae Lyntzy die quinta mensis Ianuary. Anno à nato Christo Millesimo quingentesimo, sexagesimo secundo.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae

Filius obedientissimus

Maximilianus, m. p.

CCCLXIX.

1562, 3 Fevr.

Regele *Maximilian* felicitâ pe *Despot-Vodă* de succesele luĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Literae Maximiliani ad Despotam.

Maximilianus Dei gratia Rex Bohemiae, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, etc.

Illustris sincere nobis dilecte. Reddita fuerunt nobis in itinere, cum huc ad sacram Caesaream Maiestatem dominum et genitorem nostrum colendissimum proficisceremur, literae Dilectionis uestrae quas ex eppido uestro Ias ad nos dedit, quibus nimirum nos de prospero rerum suarum successu certiores fecit, neque potuimus sane huius modi Dilectionis Vestrae diligentiam quam adhibuit ne nos diu lateret ea quam Diligentiae Vestrae Deus optimus maximus concessit uictoria non nisi gratissimo et beneuolo animo à Dilectione uestra accipere, cum eam ob causam quod hoc sit egregium optimae eius erga nos uoluntatis argumentum, tum etiam quod cupiamus pro nostra Dilectionis Vestrae benevolentia omnia ex animi sententia succedere. De nostra quidem in Dilectionis Vestrae animi propensione sic uolumus Dilectionem Vestram sentire, quod eorum quae Dilectioni Vestrae quoquomodo usui et ornamento futura uidebuntur, omni loco ac tempore singularem curam adhibituri simus. Id quod ad memoratas literas Dilectionis Vestrae benigne respondere uoluimus. Et quod reliquum est, Dilectionem Vestram recte ualere et optatis rerum successibus diuinitus fortunari desideramus. Datum in Arce Regia Pragae die 3, mensis Februarij Anno Domini 1562. Regni nostri Bohemiae 14.

CCCLXX.

Raport despre memoriul lui *Sigismund de Torda* în cestiunea publicăriĭ celor 4 decade aluĭ Bonfiniu. 1562, 3 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Humillimum memoriale Sigismundi Tordae.

Nomen hominis qui mihi in mentem venit. Ioannes Belsius. Fuit secretarius R. D. Antonij Verantij et Francisci Zay Constantinopoli, omnia ipse cifris expediuit, et fuit in eo genere dexter. Habitat Eperiesij, parentibus natus germanis, hungaricum sermonem aeque callet ac germanicum, Et latine bene et scribit et loquitur, nisi quod nescio quam sit autenticus futurus, nollem temere in tanta re quemquam commendare. Si melioris potestas habendi negabitur, fortassis hic non male ad Valachos ibit, si principalis reperietur dexterior, secundae partes huic mandari peterunt.

Humillima autem supplicatio est Sigismundi Tordae, uti S. regia Maiestas dignetur pro literis et posteritate se clementer interponere apud Augustam imperatoriam Maiestatem, ad aeditionem quartae Decadis Bonfinij, uti cum priuilegio eius Maiestatis Caesareae ea fiat, ne quis alius laborum Typographi fructum, recudendo opere intercipiat. Eo uero priuilegio debent compraehendi et Epitome rerum Hungaricorum Petri Rangani, per Sambucum antea aedita, cuius archetypum exemplar apud me est, Et conciliorum tomus integer, quem habet Oporinus ex uetustissimis, ut ait, et membranaceis codicibus, si id commode fieri queat. Deinde vti Oporino immunitas concedatur uectigalium Ditionis Caesareae Basileae finitime, quae non ita pridem sunt constituta, praesertim in Brysaco et Biessisthaim, quam cum antea concessisset Sua Maiestas imperatoria, cum Nicephorum in membrana Oporinus excusum obtulisset, non acceptauit, ne beneficio amplissimo abuteretur, nunc autem uexatur ab exactoribus, cum libros suos hinc inde transfert, et si quas aliâs unà reculas uehit. Pollicetur Typographus se sic accomodaturum ad omnem voluntatem Sac. Caesareae et Serenisimae regiae celsitudinis, vt perpetuo gratissimus et subiectissimus seruitor agnoscatur.

CCCLXXI.

Regele *Maximilian* îl felicită pe *Despot-Vodă* cu ocasiunea urcăriĭ luĭ în scaun şi stăruie să rĕmâie credincios creştinătăţiĭ. 1562, 3 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus Dei gratia Rex Bohemiae, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc. etc.

Illustris sincerè nobis dilecte. Reditae fuerunt nobis in itinere, cum huc ad sacram Caesaream Maiestatem, dominum et genitorem nostrum colendissimum proficisceremur, literae Dilectionis Vestrae quas ex Oppido Vestro Jas ad nos dedistis, quibus

nimirum nos de prospero rerum suarum successu certiores fecit, neque potuimus sanè huiusmodi Dilectionis Vestrae diligentiam quam adhibuit, ne nos diu lateret ea quam Dilectioni Vestrae Deus optimus maximus concessit uictoria, non nisi gratissimo et beneuolo animo à Dilectione Vestra accipere, cum eam ob causam, quod hoc sit egregium optimae eius erga nos uoluntatis argumentum, tum etiam quod cupiamus pro nostra in Dilectionem Vestram benevolentia ei omnia ex animi sententia succedere. De nostra quidem in Dilectionem Vestram animi propensione sic uolumus Dilectionem Vestram sentire, quod eorum quae Dilectioni Vestrae quoquomodo usui et ornamento futura uidebuntur, omni loco ac tempore singularem curam habituri simus. Id quod ad memoratas literas Dilectionis Vestrae benignè respondere Voluimus. Et quod reliquum est Dilectionem Vestram rectè ualere et optatis rerum successibus diuinitus fortunari desideramus. Datum in Arce Regia Pragae die tertia mensis Februarij. Anno domini M D.LXII. Regni nostri Bohemicj XIIII°.

Aufschrift: Illustri sincerè nobis dilecto Jacobo Basilico Heraclidi Despotae Sami et Pari, ac Moldauiae Vaiuodae.

CCCLXXII.

1562, 6 Fevr. Instrucţiunĭ date din partea Regelui *Maximilian* lui *Ioan Belsius* şi lui *Martin Bergkovicz*, trimişĭ în solie la Despot-Vodă.

(Din Archiva ces reg. din Viena)

Instructio ad Despotam. — Maximilianus. etc.

Instructio pro fidelibus nobis dilectis Ioane Belsio et Martino Bergkowitz quid apud Illustrem sincere nobis dilectum Jacobum Basilicum Heraclidem Moldauiae Vaiuodam nomine sacrae Caesareae Maiestatis domini et genitoris nostri colendissimi ac nostro agere et exequi debebunt.

Primum quando ad eum peruenerint, redditis litteris nostris credentialibus ei verbis nostris benignam salutem dicant, fauoremque et beneuolentiam nostram regiam deferant.

Deinde ei exponant quod cum ex ipsius et aliorum literis ad praelibatam sacram Caesaream Maiestatem et nos relatum esset de duplici insigni Victoria, quam ipsi Deus optimus maximus contra hostem suum Alexandrum concessit, Maiestatem suam Caesaream ac nos singularem ex eo Voluptatem coepisse, ac vehementer desiderare, quod diuina Maiestas conatus eius in futurum quoque fortunare et ad optatum finem deducere dignetur, quandoquidem pro ea qua ipsum complectimur beneuolentia cupiamus ipsum in dies maioribus fortunarum ac dignitatis et honorum accessionibus ornari, Qua quidem in re sic ubi ipsi Despotae animum nostrum [a quo neque Caesarea Maiestas dissentiat] aliquibus fauoris et beneuolentiae studijs declarandj occasionem adepti fuerimus, nos eam minimè praetermissuros, sed negocia dignitatem statum et incolumitatem eius summae semper curae habituros, non dubitantes diuina benignitate aliquando futurum quod et ipse vestigijs in illa opulentissima Moldauiae prouincia firmiter fixis, Maiestati suae Caesareae ac nobis et Reipublicae Christianae, maximè vero afflicto et opresso

Hungariae Regno possit ac velit egregiam aliquam operam nauare, quemadmodum sanè iam antea saepius ad id sese promptissimum obtulit.

Vt autem ipsi de hac gratiosissima Caesareae Maiestatis et nostra voluntate certo constaret, visum fuisse Maiestati suae Caesareae ac nobis ut hosce nuncios nostros ad ipsum mitteremus, per quos et nos illi gratularemur, et ille quaecunque Maiestati suae Caesareae aut nobis subinde nuncianda haberet commodè nunciare posset, praesertim si qua illi occurreret commoditas rebus nostris intra vel extra Transsiluaniam consulendj, de qua Maiestatem suam Caesaream aut nos informari debere arbitraretur, quemadmodum certè eiuscemodj occasiones in horas emergere solent, Quamquidem ob causam iudicauerimus ex usu fore, quod idem Belsius penes ipsum maneat, alter vero Martinus Bergkowitz mox ad nos reuertatur.

Praeterea debebunt ijdem Nuncij nostri exhibitis litteris nostris credentialibus quas scripsimus ad magnificos ac egregios fideles nobis dilectos Albertum Lassko, Anthonium Zeckel et Ioannem Villey, eis nomine nostro significare Maiestatem suam Caesaream et nos audiuisse, quam fortiter sese in profligandis hostibus Despotae gesserint, idque Maiestati suae Caesareae ac nobis perquam iucundum accidisse, eaque propter Maiestatem suam et nos ipsorum fortitudinem magnopere laudare et commendare hortarique ut penes ipsum Despotam maneant, ac ei deinceps etiam strenuam et praeclaram operam nauare studeant, quoad res suas in Moldauia plane stabiliuerit, In eo facturos rem gratam Maiestati suae Caesareae ac nobis benigne recognoscendam.

Porrò in eo dictos Nuncyos nostros quam primum in Moldauiam peruenerint summam curam adhibere volumus ut omnem rerum statum illic quam fieri potuerit exactissime cognoscant, praesertim quae sit Despotae in rebus administrandis et gerendis gubernaculis ratio, quae populorum illorum in ipsum studia et inclinatio, quae Turcharum et aliorum finitimorum Principum et populorum in ipsum Voluntas, quibus nitatur praesidijs si summa rei manu armata defendenda sit, num aliqua spes sit firmi et constantis dominationis, et quid Maiestati suae Caesareae ac nobis ab illo expectandum videatur, qua ratione rebus nostris potissimum prodesse queat, et alia quee (sic) ut nobis innotescant digna iudicauerit.

Et quicquid eiusmodj initio ambo perscrutari poterunt, id alter eorum scilicet Martinus Bergkowitz ad nos rediens referat, alter vero illic maneat, et quae in praemissis ulterius investigauerit, et alias illic geri et fieri cognouerit creberrime per notas secretiores ad nos perscribat.

Postremo volumus utrumque Nuncium clementer et serio admonitum, ut haec omnia habeant et tractent secretissimè, et ita se gerant maximè in itinere, ne a quoque homine agnoscantur, adeoque hanc nostram Instructionem in ephippio vel alibi occultè recondant, ne quo sinistro casu intercipiatur, exequuntur in eo benegratam et expressam voluntatem nostram, clementer erga eos recognoscendam. Datum Pragae 6. februarij. 1562.

CCCLXXIII.

1562, 6 Fevr. Credenţionalul dat din partea Regelui *Maximilian* lui *Ioan Belsius* şi lui *Martin Bergkovicz*, trimişĭ în solie la Iaşĭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus etc.

Magnifice fidelis nobis dilecte, Commisimus his Nuncijs nostris fidelibus nobis dilectis Joanni Belsio et Martino Bergkouitz tibi nonnula uerbis nostris exponenda, sicuti ex eis coram cognosces. Itaque abste clementer postulamus, ut eis in his quae tibi nomine nostro dicturi sunt, plenam fidem praestes, Id quod erga te clementer recognoscemus. Datum Pragae 6. Februarij 1562.

In simili

Alberto Laskij.
Anthonio Zeckel.
Joanni Villey.

CCCLXXIV.

1562, 6 Fevr. Credenţional dat din partea Regelui *Maximilian* lui *Ioan Belsius* şi lui *Martin Bergkoricz*, trimişĭ în solie la Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum Credentialium literarum serenissimi Regis Bohemiae ad Moldauiam.

Maximilianus etc.

Illustrissime sincerè nobis dilecte. Commisimus his Nuncijs nostris fidelibus nobis dilectis Joanni Belsio et Martino Bergkouitz Dilectioni Vestrae nonnulla uerbis nostris exponenda, sicuti Dilectio Vestra ex eis coram intelliget, Itaque Dilectionem Vestram benignè hortamur ut eis in ijs quae nomine nostro dicturi sunt plenam fidem adhibeat. Factura in eo rem nobis gratissimam. Dilectioni Vestrae mutuae benignitate ac fauore rependendam. Datum Pragae 6. Februarij 1562.

CCCLXXV.

Impěratul *Ferdinand I.* însărcinéză pe *Augeriu de Busbeck* să se informeze despre lucrurile petrecute în Moldova. 1562, 15 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Oratori apud Turcham Augerio à Busbeck.

Ferdinandus etc. — Nobilis fidelis nobis dilecte.

. . . (om) . .

Porrò cum scribas plaerosque isthic nos auctores facere illorum tumultum quos excitauit in Moldauia Despota, existimamus opere praecium te quomodo sese res habeat informari, ut cum opus erit, obiectis respondere possis. Nos quidem non inficias ire possumus Despotam illum à certo tempore voluntate nostra in Regno nostro Hungariae liberè versatum esse, ut alij plures homines externi in eo et alijs Regnis atque prouincijs nostris versantur, neque enim habuimus iustam causam eum ex ditionibus nostris expellendi, cum nihil contra nos peccauerit, quinimò (quod tamen isthic palam facere non debes) de diuo quondam Imperatore Carolo V. augustae memoriae, fratre ac domino nostro charissimo, optime meritus esse ac Ditioni et Maiestati illius in diuersis expeditionibus bellicis strenuam ac fidelem operam nauasse perhibeatur, quod amplissima priuilegia ei concessa satis testantur. Qui si quid attentasset contra Inducias in perniciem Principis Turcharum et ditionis suae, pro ea sane voluntate quam habemus ad retinendam cum Serenitate eius amicitiam concordiam et bonam vicinitatem, id minimè tulissemus, sed quoniam inimicitiae illae quas exercuit cum Alexandro Moldauo profligato priuatae, tantum fuerunt, adeoque nec ad Principem Turcharum neque ad alios pertinuerunt, nemo certe in deteriorem partem rupere aut vitio nobis vertere debet, quod eiuscemodj priuatis controuersijs aut rixis nos non immiscuerimus, neque etiam meritus est Alexander de nobis Regisque et prouincijs nostris, quod de eius incolumitate valde soliciti essemus. Quod autem illum ad suscipiendum bellum contra inimicum suum cohartati fuerimus, aut quenquam praefectorum vel militum nostrorum cum illo in expeditionem proficisci iusserimus, id sanè demonstrari nunquam poterit. Horum vero omnium non volumus ut quicquam dicas vel respondeas nisi summa necessitate postulante, vel quatenus tu commodum existimaueris alioqui, quia malumus si fieri potest te rem omnem dissimulare ac silentio praeterire.

. . . (om) . . .

Datum Pragae 15 Februarij 1562.

CCCLXXVI.

1562, 3 Martie. Impărtăşirile făcute de Regele *Maximilian* Impĕratului *Ferdinand I.* despre felicitările şi solia trimise lui Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Von aussen:)

Der Römischen Khaiserlichen, Auch zu Hungern vnnd Behaimb etc. Khünig-lichen Majestaet meinen genedigisten liebsten herrn vnnd vatern.—Praag.

(Von innen:)

Aller durchleuchtigster grossmächtigster Römischer Khaiser, gnadigster lieb-ster Herr vnd vatter.

Eurer Mayestät Lateinisch schreiben, vom 26. tag jungstverschines Februarij, sambt den, eurer Mayestät von Constantinopl Zukhumbnen schrifftn, hab ich in aller gehorsame empfangen, den Inhalt nachlengs vernumen, vnd auf vorgeende bewögnus aller vmbstandt; Zu gehorsamer volziehung Eurer Mayestät gnadigstes beuelchs, was denen, welche solche schriften Eurer Mayestäts vberschukht, Zuantwortn, Zubeuelchen, vnd sunst in mer mög algemainem wösen zum pösten, meines errachtens furzunemen, Mein bedenkhen auf die mainung gestöllt, wie euer Majestät zu derselben glegenhait hernach vernemen werden . . . .

Also auch vermaine ich nit, das Eurer Majestät gehaimer Khuntschaffter me-rers zuantworten, dann das eur Majtt. seinen vleiss mit gnaden annemen, vnd Ine ver-monen, also fortzufaren, vnd was er in erfarung pringt, Eur Majtt jeder Zeit Zuerindern, In massen ers bissher zu eurer Maj. gnadigsten gfallen vnd beniegen gethan hat. Souil die persianisch Handlung betreff, wöllen Eur Majtt. demselben Orator allen beuelch göben.

Als auch Eur Majtt in mein bedenkhen stöllen, ob Rhatsamb vnd guet sein solle, das Ich dem Desspota Congratuliere, vmb das er in seinem Waywodat die Con-firmation vom Turggischen Khaiser erlangt, bewög Ich gehorsamlich, das solche Con-gratulation nit allain schrifftlich, sunder auch durch einen gsandten darneben wol zuthuen wäre. wo Ich nit allerlay verdacht, so Ime daraus volgen möchte besorgte, denselben aber zuuerhueten, vermainte Ichs durch ain schreiben Ausszurichten. Wöllen dann Eur Majtt. das ich aber diss mein bedenkhen einen gsandten zu Ime abferttigen solle, der die Congratulation neben ainer Credenz Munthlich thue, wil ich Im selben Eurer Majtt. beuelch auch nachkhumen. Zu denen vatterlichen Hulden vnd gnaden Ich mich Senlich vnd gehorsamblich Beuelchen thue. Geben zu Lintz den dritn tag Martij vmb funf vhr nachmittag. Anno Im Zway vnd sechzigsten etc.

Eur Röm. Khaiserlichen Majestaet

Gehorsamster Son

Maximilian m. p.

CCCLXXVII.

Scrisórea Impěratului *Ferdinand I.* cătră *Augeriu de Busóeck*, exprimându-şĭ părerea de bine pentru confirmarea în scaun alui Despot-Vodă. 1562, 14 Martie.

(Din Archiva ces. reg din Viena).

Ferdinandus etc.

Oratori apud Turcham, Augeris à Busbeck.

Nobilis fidelis nobis dilecte . . . .

. . . .

Porrò gratum quoque accidit nobis Despotam in Waiwodatu Moldauiae confirmatum esse, et facilè credimus non tam profuisse ei ad obtinendam eiuscemodi confirmationem praesentes rerum Turcicarum angustias, quam vel Jus successionis et studium optimatum, vel alia quae in literis enumerantur . . . .

. . . .

In quibus omnibus exequere benegratam et expressam voluntatem nostram erga te clementer recognoscendam, Datum Pragae, 14 Martii 1562.

CCCLXXVIII.

Credenţional dat din partea lui *Despot-Vodă* lui *Petru Russel* şi *Ioan Stroicĭ*, solilor sĕi trimişĭ la Impĕratul Ferdinand I. 1562, 27 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Von aussen:)
Potentissimo Imperatori Domino Domino clementissimo etc.

Sacratissimae ac Potentissimae Caesar, etc. etc. Domine Domine clementissimae (sic). Vitam longam, stabile jmperium, aduersus inimicos victoriam etc. Sacratissimae Maiestati vestrae Caesareae precatur.

Heraclides JAcobus Basilicus Dei gratia Despotas SAmi-ac REgni Moldauiae Princeps, etc.

In quibusdam arduis negociis quae spectant totius Reipublicae Christianae statum, ad sacratissimam Caesaream Maiestatem Vestram mittimus MAgnificos fideles nobis dilectos, PEtrum Roussel Equitem ordinis nostri, ac Capitaneum generalem custodie corporis nostri, Colonellumque super duo millia pixidiariorum nostrorum. Et Joannem Stroici Thesaurarium nostrum, quos vt SAcratissima Caesarea Maiestas vestra humaniter excipere, ac benigne audire dignetur, fidemque illis adhibere in omnibus, atque ipsi personae nostrae, etiam atque etiam petimus. minimeque dubitamus Sacratissimam

Caesaream Maiestatem vestram, pro humanitate sua, hac in parte se erga illos beneuole gessuram. Quod reliquum est cupimus Sacratissimam Caesaream Maiestatem vestram diu et foeliciter optimeque valere, officiaque nostra ac nostros oratores illi diligenter commendamus. Datum ex oppido nostro Chorlow, die XXVII. Marcii M. D. LXII.

Majestatis Vestre — Fidelis perpetuusque Seruitor

Despota.

Reuisae ab Custode sigillj.

Ge. de Reuelles: Secret. manu propria.

CCCLXXIX.

1562 8 Aprilie. Raportul lui *Belsius* şi alui *Bergkovicz* către Regele *Maximilian* despre urcarea în scaun alui Despot-Vodă, despre guvernarea lui şi despre relaţiunile lui cu Pórta şi cu Polonia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas.

Domine Domine Clementissime.

De rebus alijs, à Sacratissima Maiestate uestra nobis iniunctis, ita comperimus. Summam certe curam adhibentes, ut omnem rerum statum hic quam fieri posset exactissime cognosceremus. uerum aliter non, nisi longiore usu, Diligentiaque accurata explorari plura possunt.

Imprimis ratio Despotae in rebus administrandis et gerendis gubernaculis haec est pronunc. Summa pro Iniustitia et Tyrannide Alexandri, summam pronunciat, et manutenent Justitiam, et erga omne hominum genus, quod hic uarium, et multifarium est, et recte, ut ille inquit, multorum capitum. Armenos, Judeos, Grecos, Flaccos Seruianos, Saxones etc. ipse in Theatro Dictat iura, mutilationes membrorum ab eo nondum comperimus, nisi plagas, quum Tamen Totum hoc regnum, regnum monoculorum, exoculatorum, mancorum, et mutilatorum Dici possit, quorum magnam Cateruam contra Alexandrum ad Turcarum principem misit. Gubernatorum nomina nondum assequuti sumus, Sunt autem Metropolitae Tres, quos Wladicas uocant, In secularibus ordines plurimi. De quibus aliquando exactissime Declarabimus. Quae populorum in ipsum studia et inclinatio? Certe omnibus est amor et Delitiae, precipue ex Saxonum genere. Omnes enim Alexander ui et nefande ad Baptismum Flaccicum suum redegerat, quibus hic suam iterum cessit religionem. De Boyaris (ij enim sese non Declarant) subdubitamus. Nunquam enim et nullj Vaiuodae hi fideles fuerunt. Caeteri Deum iudicant. Quae Thurcarum erga eum uoluntas? Decima sexta Die mensis Marcij, ante aduentum nostrum (quem non in nos reijcimus tardiorem, et magnopere Dolemus) appulit Orator Thurcae in oppidum Jaswahar, germanis saxonibus, quorum maxima hic est in oppidis copia Jasmarkth nuncupatum, Ferhath Agha nomine, unus è quinque, Tot enim sunt, et precipuus Kapuchiarum, Apparatu, quo nunquam in hoc Moldauiae regno, summo atque maximo, hominum 150 Camelorum 46. mularum onerariarum 18. Is nulla interposita mora, statim

uexillum Imperatoris Turcici, Zanziakum uocant, Despotae Detulit, uestibusque Turcae iuuestiuit, magnacum uocum iubilatione. Munera addidit. Camelos 6. mulas totidem, Equos insignes 3. Vestes aureas 3, Annulos gemmeas 3. Pathiolatumque in campo cristatum imposuit. Sarculas (1) Ianicericas Duas, et plura alia quae qualia sint signa Maiestas Vestra Consiberabit, Despotes recompensauit noningenta asperarum milia, facit summa Duc. (2) Equos centum. quorum quinquaginta Orator remisit, Vestimenta aurea 18. panni pecias (3) optimi 40. sericum et multa alia. Quae omnia in singulos seruitores Diuisa uenerunt in sortem Ducati Centum quinque. Juramento deinde eum Turcae adstrinxit, De quo nunc plura non hausimus. Tributum annuum aureorum Triginta milia numerato pendit, cum muneribus, quinquaginta facit millium. Transalpinus autem octuaginta millia. Sic cum ad integros Dies octo coniunxissent, concomitatum ad leucam (4) mediam osculo dimisit. Habito uexillo, quod uidimus, et quo carere non potuit tanquam firmamento Despotes. uellus iam obtinuit aureum, et nodum dissecuit Gordium, statimque imprimis Tartaro nunciaiut, Datum sibi Dominandi munus, et ut secum pacifice Degat. Cui solita etiam Tributa abrenunciauit praeter mellis barillas Duas. Deinde a Polonis. Datis breui Tenore litteris ad Palatinum Russiae Nicolaum Arsinoua. Georgium Jasloueczkij, Capitaneum Chinigradiensem, Ioannem Glogowczky Castellanum Halichiensem, machinas Maiestatum Vestrarum et suas reddendas requisiuit. Quam ob causam missus est huc ab eis Procopius Arsinoua cum responso, Orator frater Palatini facturos se id breui cum consensu Regis Poloniae. Habet tamen is aliquid etiam aliud clandestinum, et nostram conversationem, sed malè mittet hamum. Desiderare est visus. Joannis filio ad suas rescripsit. Se eo esse, et aetate, et sapientia, rerumque gubernandarum bello et pace, Dominioque naturali maiore, praestantiorem, nec esse quod ipsum Doceat, quid et quantum parere debeat Turcicum Principem Doctorem se tunc euasisse quam Alexandrum Deuicit. Et haec ex ore Despotae vobis referimus. Significandum etiam Maiestati Vestrae Sacratissimae Duximus, esse hic Oratorem Transalpinum Armaga nomine, et Baiazethis Turcae Junioris filij nuncium. Quorum quum ille prima, is tertia Aprilis appulerint, secreta nondum emerserunt.

Quid? De Dominio an sit constans? Plurimi affirmant, Iam enim et effigiem suam Turca habuit, et Diuinitus Dominio Tam fortiter manu parua restitutum asserit. Alexandrum Canem ignauum increpans, qui Prusias reiectus affirmatur. Hic collegium extructurum se Dixit, firmaturumque Ciuitatem unam, quum omnes pateant, muro, Castella etiam pauimentis ornaturum. Armenus tamen quidam nuper Dixit prouerbialiter, Duraturum tam diu, quam graculus Sepi insidet. De eius erga Maiestates uoluntate, et quid ab eo expectandum sit, ex uerbis eius quae referendae per Marcum iussit Maiestates Vestrae intelligent. Caetera indies indagaturj. Herj tamen uespere pro Conclusione cum Marcum dimitteret dixit: Se semper 40000 Equites et 60000 Equites (5) habere in suo Regno posse. modo arma et pulueres sibi mittantur.

Maiestas Vestra Serenissima, humilime supplico, clementer mei memoriam retinere Dignetur, et subinde aliquem Tabellarium ad me mittere, quem Tamen esse uelim, ut non sit illiteratus. Talis enim homo omnino mortuus est, et mallem mihi quoque melius à Maiestatibus, atque clementius prouiderj. Huc enim ablegatus non nisi mediam Trecentorum florenorum partem ego Belsius leuaui, alteram aequaliter, quod ferendum mihi erat, Marcus accepit. Equus praetereaa in Itinere unus mihi fatigio concidit. Comparaui alterum. Tertius uix ossibus haeret. Supplico etiam Maiestati Vestrae Serenissimae, ut Committat Capitaneo Cassouiensi, ne rarus sit in mittendis ad me litteris. Item

---

1) Sarculum oder Sarculus, eine Hake.

2) Die Summe ist ausgelassen.

3) *pecia*, Stük, (pièce).

4) *leuca*, ae, eine Meile.

5) wahrscheinlich Pedites; dieser Fehler ist schon bei der Ubertragung der Schrift aus Chiffern im Briefe selbst bemerkt worden.

Francisco Pesthiensi, Administratori Maiestatum uestrarum ut, bona Venia obsecro, Domum et familiam meam in Eperies à militum, si qui Venerint in Hungariam Iniurijs eximat. Proquo, fidem et sinceritatem meam perpetuam, et Vita Durantem in Testem uocabo. De reliquis Marco Commisi, ut Depingat Cahortem istius Principis. quid ualeat, et quibus constet. Consilium autem meum humilime appono. Vt Maiestas Vestra Serenissima ingentem curam adhibeat in Moldauia et Despota atqne Alberto Lasky obseruandis. Quibus scribere Dignabitur, ut Equites Vngaricos, qui sunt Tantum 130. a se non Dimittat, ita enim facilius Maiestates Vestrae contra Turcam et filium Regis Joannis in regna ipsorum aditum habere poterunt. pedites Germanici 14 Praefectus autem Janizarorum christianonae (sic), uel antiquae farinae ad 300 Et Timendum est ne boiaris absorbeamur. Quamprimum enim Orator Turcae recessit, Dimissi sunt Pixidarij Rowssellij et limis nos iam tuentur oculis Turcarum et Incolarum remunt practicae. Quod humilime significandum Maiestati Serenissimae Duxi. Alijs Diligentius Declaraturus. Post incendium enim, ut referet Marcus, haec uix suffucandi habui locum. Maiestatem Vestram Serenissimam Deus optimus maximus tueatur. Datae in Horlo Moldauiae 8. Aprilis An. 1562.

Eiusdem Serenissimae Maiestatis — Humilimi Seruitores

Joannes Belsius et
Marcus Berkowith.

Aufschrift: Serenissimo Domino Domino Maximiliano Regi Bohemiae etc. Austriae Archiduci etc. Domino Domino Regi Principi nostro clementissimo.

CCCLXXX.

1562, 13 Aprilie. Raportul lui *Ioan Belsius* cătră Impěratul *Ferdinand I.* despre situaţiunea şi dispositiunile lui Despot-Vodă.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas.

Domine Domine clementissime.

Die Aprilis decimo mouit Despota ex Herlo ad Oppidum Zeplak miliarijs duobus, quorsum appulit tabellarius Turcae, inde ad Schkeua oppidum ad fluuium zereth, duodecima tandem ad Romanuarasch oppidum populosum, ubi cum serò in domum ex theatro Despotae intro comitatus fuissem, statium omnibus relictis in conclaue penitius me seduxit, iussitque ut haec Maiestatibus Vestris nomine suo scriberem: De Turcis, appulisse in oppidum Zeplak, tabellarium Turcarum Principismet. tandummodo quintum cum litteris, rursumque conquestum de se filium Regis Joannis, omnino malum esse Despotam, dominari, causamque suae quoque à nostris acceptae cladis esse maximam, eò quod dum eum metueret, atque hinc malum suspicaretur, copias minores coegerit. Quic-

quid autem erit uides, inquit Despota ad me, Tu quoque, ego uix cubitò (1) bello me cariturum diu posse cum Turca, scribas itaque quid esset si Maiestates Vestrae Reipublicae Christianae causa 1000 circiter scloppos (2) easque nudas, seu si dicerem non rotatas compararent atque ad se mitterent, quod enim ad se attinet colligere semper se posse 4000 Equitum 60000 peditum sed inermes omnes, tamen corpulentos, ualidos et robustos, certe uia nimirum, qua nuper de puluere annuimus, uel Polonica uel quacunque Maiestates circumspicerent commodiore. quod enim hic regno potiatur, nulli sane nisi Maiestatibus Vestris, Deo imprimis, adscribere atque referre summas semper gratias. Deinde de Tartaris: uidisti, inquit, hodie, quomodo prostrati pacem implovauerint, adductis atque exhibitis muneribus more eorum honorarijs, equum unum, flagella duo, et frameam (3), deprecari quoque Principem eorum, quod nuper cladem ei intulerint, cum sine suo uelle nonnulli Villas 15 diripuissent, omniaque iam restituisse direpta, desiderari pausa, de quibus scire se uelle quid debeat. De Regis Joannis filio : nihil se metuere unquam, semperque se ei minaturum, pacifice uiuunt et agunt uicina, ut uides, mei omnes: solus Turca mihi rem facesset: quae, si non procedet, mitius et placidius omnino tributum unà cum pace abrenunciabo. haec scribe, et postea indomum regressi affuit sacerdotalis quidam forte cum recedere uellem, me reuocauit, haec quoque scribere iussit, quod quoniam Alexander Moldauus omnis generis nationibus religione genuina adempta in flaccicam et rebaptizatione et habitu coegisset, constituisse se Episcopum nationis Saxonicae et Hungaricae, qui et templa ablata restauret, et animas in fide confirmet, huic nomen est Joani Lusenio natione Polonus, Archiepiscopum quoque mutaturum cuius locus est Sochauua. Est enim suspectus de Alexandro, Collegium autem post conflagrationem in Horolouua Katnar, ubi nuper Solacij causa erat, Leuçam mediam translaturum proposuisse. Haec ex ore eius memoriae meae diligentissime, impressaque scriberem nomine Despotae iussus. habui *suscadalia* (4) data uenia progressurus. Summa indies certe cura adhibita Statum Despotae exactissime cognoscere laboro, et admodum etiam reliqua, hoc autem nunc emersit noui, die 11 instantis, eques huc Despotae appulit, turma 600 militum circiter comitatus et primum templum petijt Euangelia de more exosculans deinde à metropolita et Boiaris honorificentissime tractatus, in curiam reductus est, tempore nocturno proditor, qui eum sobrie obseruabat, gladio euaginato sub pallio depraehensus est, nomine Voyna unus ex Husarellijs, quorum sunt 12, singuli uias Despotae obseruantes et praeeuntes, is cum diu insidiatus fuisset, Despotae in Hungaria, Transsyluania, decima suctis capitibus hic quoque Despotam interficere ab Alexandro Moldauo conductus tentauit duodecima deinde mane capite plexus, circum ductitatus hamonaribus implicitus filo subinde repetendo in uia, ego fui proditor Domini Vayuodae et poenas patior iustas, quicunque idem tentauerit, tale sumet praemium, Vespere deinde ea mecum egit, quae supra recensui, timuere sibiipsis Boiari plurimi. quod ad praeces nihil, nisi renuerit Despota, tacitus et nulla uoce adiuncta, missis insuper Boyaris 4 ad Albertum Laskij, ut eos carcere concludat strictissime, quibus ex signis quid de firmitudine imperij sui colligant, Maiestatum Vestrarum est iudicium. Consultissimum sane esset Maiestatibus Vestris res nunc esse, uti sunt, intentissimas, populares enim et Despota nihil deesse in eis patientur, et Germanos exoptant simul cum Siculis, praesertim si filius Regis Joannis iterum, uti audimus, est caesus, ad Regem Poloniae et Moschum Nuncium misit. Demetrium grecum Aulae suae familiarum multis apud Maiestates Vestras notum, praesertim *Tordae*. Turcarum Principis et Tartarorum nuncij detinentur data opera à Despota, dequibus alias, mihi quoque meliorem Marco mitti, nam quisquis tamen erit, non tardandus est à Maiestatibus Vestris, quas Deus

1) wahrscheinlich: dubito.
2) *scloppus*, Handgewehr, Feldflinte.
3) Schwert.
4) wahrscheinlich: sandalia.

conseruet saluas et incolumes, Suppliciter rogans, si in quibusdam desum, clementer ueniam mihi dari summa semper prosecuturus fide et diligentia ore hiante quaecunque assequi potero. Datae 13 Aprilis in Oppido Romanuasar Anno 1562 ad ipsum fluuium Moldauam.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Serenissimae.

Humilis seruitor

Ioannes Belsius

Nuncius in Moldauia.

Postscripta. Aduenit Orator Vayodae Transalpinensis isque est tertius, curae sit Tabellario Maiestatum Vestrarum ne tardet Marcus, uel melior aliquis, et ne equites et pedites Despotae dimittantur, equos hodie quoque nescio cur, et heri Boyaros lustrauit. Vaiuoda Transalpinensis à Despota pro fratre habetur.

Kanzlei Aufschrift: Belsij literae XIII Aprilis datae.

CCCLXXXI.

1562, 19 Aprilie. Raportul lui *Ioan Belsius* cătră Impěratul *Ferdinand I.* despre relațiunile lui Despot-Vodă cu Pórta.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas. Domine domine clementissime.

(In einem ganz gleichlautendem Concepte findet sich ausser dem aus der Abschrift genommenenen Berichte pag. 412, noch folgendes im Concepte: Der Anfang dieses Berichtes ist pag. 411, beginnend mit den Worten: Tarnocii etc).

Andreco quidam sub processione Conservationis Cereris a nostris inuasus iussu Despotae multis uulneribus bombardaeque ictu tandem lancea transfixus est, is Vayuoda tum non clam Sed iam apertè contra Despotam *addectare* uidebatur. homo forma excellentissimus, Alexandrj quondam Dapifer, res uniuersa militibus praeda Cessit opulentissimae prosecutae sunt necem eius uoces populj plures adhuc madida(1) morte ad generum Cereris Mittj (quod certè optaret) ut bene Despota regno potiretur. Et mirum quod paruae huic admodum turmae ad 600 hominum, multitudo ne gri uel uerbo uel manu Contra dixerit. Ex his populorum in Despotam inclinatio et quomodo gubernet, et quam constanter firmet imperium. Iam de turcarum uoluntate. festo Philippi Iacobi posteaque cum Tartaro et Vayuodae Transalpinensis oratoribus Despota transegisset à meridie in theatrum prodit. Turca quidam solitatarius cum Greco uno et litteras primò unas passarum, ut uidebatur porrexit, subdiditque deinde et plures, perlectis aliquod lineis statim Despotes machinas laetitiae et ouantis signa (non tamen feliciter nec sine sanguine) eiacularj coram iussit. Quo modo is id et quid attulerit ille, nescio. Hoc tamen intellexj, sonasse ad uniuersos Moldauiae boiaros, mirarj passas extra omnes mundj quas sciunt prouincias, solam esse Moldauiam quae Vayuodas tam multos breuj dominandj tempore è medio uel ueneno uel framea tollat uel eijciat, et tum uocibus semper acquiescere apud

---

1) *madidus*, feucht, nass.

Principem eorum, et singulos semper approbare, et laudare. quare cum et huic bona ferant suffragia Turcam Principem mandare, ita eum foueant, uti quo amisso uel sublato, postremum fore hunc ipsis Vayuodam, Intelligant Deinceps quae cum Zan Zaccos utpote regno quod sit Suum et Begos Singulis arcibus et oppidis praeficere decreui 13 è qua re Boiari non parum sauciatj bis una die habuerunt suos congressus redditque ipsos Despota quotidie macilentiores (1) et magis tetricos. (2) De quo nuncio Maiestates Vestrae debebunt in hanc prouinciam esse oculatissimi (3) dum est Dei beneficio occasio Capillata, haec enim à Secretario uno et Cubiculario altero clam habeo, et sunt oraculo ueriora, haec que est ouationis Despotae causa. ad Cetera quae attuljt penitius cognoscenda, ex his elicientur quae eodem uespere ac cito ad se, omnibus e conclauj dimissis, mihi ex scheda in pugillares semper collaterales excipienda dictauit. Vadit cum toto exercitu à Natoliae cum 5000 Ianicharis et 3000 Spahijs et 400 machinis leuioribus contra persam, si filius non restituetur, et praeest exercitui persarum passa (quem ego Belsius humiliter referendo nouj) et unus Agha Spahia Kezzalay contra Maiestates Vestras, et Mustapha passa cum omnj exercitu Romeliae, et cum Zanziaccis et 5000 Janichris et 3000 Spahijs et multa tormenta, Vayuoda Transalpinus cum 100.000 et Despotes cum 80.000. Haec ex ore suo, nullo uerbo mutato: quaesiui an hoc statim fieret, et num propterea hic respiret, respondit non paulo post et subiecit consultum sibj uiderj ut duos haberem cursores quorum unus iret alter rediret, tam sibj quam Maiestatibus Vestris, de quorum fide magna hic est penuria, prouidebo tamen. His absolutis praetactum Turcam ingredientem ad Despotam obuiam nocte habui, ab eo tempore euanuit, nec erat ubi iacerem ei hamum, hoc tamen in Despota considero supplicantibus mercatoribus Turcicis uel quicquid hic rej tractantibus difficiles praebere aures, imò et multum, non uulgares autem tractet humanius. Haec secundum tenorem Instructionis Maiestatum Vestrarum mihi iniunctae ut cognoscantur omnia et de Despota et de Boiaris et de populo et de uicinorum confederationibus debita diligentia semper transcribam fusius, non nescius ea Maiestates Vestras breuius animo Complectj et latius, tamen considerare humilimé hoc quoque subijciens, me ex articulo uno cum hodie interrogasse (punctum enim est maximum et saepe ei repetam) cuius tenor quid Maiestas Caesarea et Vestrae Maiestates Serenissimae ab eo expectant, cum sic eo tempore quo auxilia sua Turcico exercitu unacum Vayuoda Transalpino sibj confederato fratre coniuncturus esset qua ratione rebus Maiestatem Vestrarum tunc potissimum prodesset quiret. (4) Respondit, Se tunc Maiestatibus Vestris statim aliquid significaturum, Curabo itaque ego ut in procinctu habeam cursorem bene interim sale et mensa probatum, et hic defectus ex celeritate mihi accessit atque male diuisa est ad hanc rem pecunia. Ceterum Maiestas Vestra in hac re non erit immemor uerborum in litteris de data 18 Aprilis insertorum, fore se inimicum propicium, nec dubito ut ex prora usque ad caput. Jnterim etiam dum hi moliuntur Deus optimus Maximus deducat rem transyluanicam ad optatissimum Maiestatum Vestrarum finem, hoc denique Commonendum erat, Despotam expetiturum hinc Baronum suorum quendam ad Transilvanicum Vayuodam magnopere esset maturandum ut litterae Maiestatis Vestrae apud Franc. Zay huc sonantes Comprehenderentur, et ego edocerer quin mihi agendum, Si contra nostrum exercitum Despotes proficisceretur: contra Tartaros enim etiam non edoctus rem tentassem ita postulante et usu et tempore, Maiestatem Vestram Serenissimam Deus Saluam tueatur. datae in Iazzuar 19 April. 1562.

Despotes iam per hunc tabellarium ad Fr. Zay 50 tantum equites et pedites 75 desiderat, cum ei exposuerim Maiestates Vestras gentibus carere non posse.

Ioannes Belsius.

(Das nachfolgende gehört voran: vor das Andreco quidam etc.)

1) *macilentus*, Kastenspeisenartig, mager;
2) *tetricus*, ernst, traurig;
3) *oculatus*, sehend, weitsehend.
4) queret (queo).

Tarnocij ex relacione Despotae ab Fr. Zay rediens et itinere interceptus una cum litteris et rebus omnibus ad Palatinum Russiae (qui et nobis in Halich, sed frustra minabatur) deductus excusationes legationis apud Despotam dedit, in eius locum nunc mittitur Valentinus prae postuarij, si mutata uestitura transire uopiam poterit, usque ad Fr. Zay, per hunc de his Maiestatem Vestram Serenissimam certiorem facere uoluj, cum ne literae illae binae interirent, tum ut dehinc actum subiungerem.

Quae de Turcarum et aliorum finitimorum principum erga Despotam pro nunc uoluntas hinc commentabitur, de Transalpinis ultimo die mensis Aprilis inter horam 8 et 9, habita omnium boiaronum congregatione, ad latus Despotae introijt teatrum postremus ille, Orator Vayuodae Transpini (sic), breuique admodum facta oratione produxit literas iuramentj patentes quas nomine petrj Vayuodae Transalpinj Despotae tradidit, is scribae publicè legendas porrexit, quibus ad horam usque mediam perlectis, assurrexit deinde et Despotes cum Boiaris suis Cancellario praecedente, Subsequentibus reliquis, iuramento praelato (de more) cruce aurea, et Euangelijs Sacris Similj sese non ad uicinitatis solum et amicitiae adiunctis et liberis, uerum ad fraternitatis quoque Sacratissimum uinculum unanimiter obstrinxerunt. Vnde donarijs dimissj die altero licentia ad eum Vaiuodam à Despota hora simili publice habita, relicto tamen hic Armagha quasj praedae, recesserunt, paulo post Tartarj quoque legatj interrogatj quomodo se haberent, tandem honoris causa, hydromelle humj potatj culullis (1) duobus dimissj sunt. Illa re praesens et porrecta fronte nimium laetatus sum. Virtus enim adunirj mihi uidebatur. Cum Despota Maiestatibus Vestris. Qua Ceremonia transacta Despotam sedulo deduxj, conuersusque se iam pacem fecisse subridens dixit Volluisse tamen fecisse rem Oppiperatius. Caeterum et haec Tartarica cena non minus habet in se utilitatis, cum multum animj. filio Regis Iohannis deroget Tartarorum de pace oratio. De Polono, is quoque interceperat istorum mercimonia ut pelles Zebellinas, ebora etc. omnia restituturus esse fertur reiecta in suspicionem excusacione, quod perlatum fuisset Agham vexilliferum à Turca cum 3000 Ianizarorum et Spahiorum uenire specie porrigendj vexillis Sub qua reduceretur regno Alexander et inuasiones minarentur in suas ditiones, eò quod Despotes transitum concessisset. De Turca dicam postea, nunc quae populorum erga Despotam uoluntas? post eas quas 18. Lippae dedj comprehensus est seruitor quidam Alexandrj explorator à Constantinopolj ubj haeret qui uoce populj ueru confixus est protestatus facinus in foro publico, eodem die ablegati sunt hinc Chuzzarones numeratos 15. nescientibus ullo Boiaronum Socrauam, quam Cosmographis ossauiam, quo cum oppulisset festo Georgij.

Aufschrift der Kanzlei: Literae Ioannis Belsij XIX. Aprilis 1562 Cum ijs quas postremo dedit.

— ——

1) *culla* oder *cuculla*, eine Art Kleidung des Mittelalters, Oberkleid.

CCCLXXXII.

Raportul lui *Ioan Belsius* către Regele *Maximilian* despre relațiunile lui Despot-Vodă cu vecinii sĕi și despre o încercare de a-l ucide. 1562, 19 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas Domine domine clementissime.

Ab eo tempore, quo Collega meus recessit, Despota Tartariam uersus se dedit, cum multitudinis suae causa, tum maximè ut Tartaris dormitare non uideretur, uenimusque nunc trans Nester fluuium et Moldauam ad Barla in Oppidum Vaslo nuncupatum, hic quieti dabit septimanas tres circiter, inde ulterius Danubium uersus mouebimus, reuerteturque ad soccauam. hic ista sunt acta 16°. Orator Vayuodae Transalpinensis. tertius de quo in prioribus audientiam hora nona habuit, ubi pompa simili exceptus, et fortassis minori quam nos non enim assurexit orantibus pacem et uicinitatem postulauit Hungaris nonnullis nobis adlatus praesentibus remotis omnibus praeter Boiaros summos qui sunt a consilijs. Ea pax humiliter sanè offertur et se fratrem Despotae Vayuoda Transalpinensis denunciat foris et extra terminos, quibuscunque amicus fuerit amicum, se quoque fore inimicis inimicum seu Principi Turcarum, seu Romanorum Imperatoriae Maiestati, idque sub protestatione omnium diuorum et sanctorum Apostolorum Despotes grauius cum eis uultu sermone tamen lenius uti subintelligi potuit, egit, pacem accepit, uelle tamen se dixit, ut ad festum diui Georgij limites utriusque Prouinciae reuideantur maioris securitatis et Vicinitatis conseruandae causa : haec tunc acta sunt, quae tamen in Romanuashar mihi in penitiori dixit, multum elicio, quod forte idem Orator de Connubio Despotae tractet cum compromissione Regni cuiusdam hereditarij, de quo clarius intelligendum mihi est, dixit ibidem de Polono, multa sane peracerbe denique conclusit, dum Villulam quandam suam combussisse, ipse uerò e contra commisit, ut usque ad Castellum Snetrin per tria milliaria incendiarij sui iam emissi flamma grassentur, de quo inter duos litigantes Maiestatum Vestrarum esto iudicium : subsequente hora, egresso Despota, superuenerunt Turcae, et praesentatis litteris discesserunt, se nihil aliud nunc habere dictitantes. Tertio uenit et homo Ibraini Dragomani mihi in Turcia adhuc notus, is litteris exhibitis munera quoque exhibuit, puluinaria(1) duo maius et minus, utrumque rubrum auro intectum, parte altera uiridi ueluto, tegmen unum laboris eiusdem, addito in scatula confectuario quodam macrama seo linteolo tectum.

Insuper equum idem Dragomanus misit unum, qui non satis laudi suae habitus est in Curia Despotae. Transactis his quies habita est cum Transalpino, Secundus tamen orator assiduus est Despotae et uidetur homo non malignus tanquam futurus affinis. Similiter cum Turca (quod pene praeterieram) in colofone(2) questionem is mouerat, quonam scire uelle, Turcarum Princeps dissipasset tesauros Alexandri inuentos, certò enim constat in Lebusna quae est patria Alexandri, aureorum 20000 repertos, scutellas(3) quas uidi 22. Marcis singulae 18. Crux etiam aurea Cibinij esse fertur ducatorum 7000 inuentae sunt auri fodinae, quas Alexander neglectui habet. Despotes autem monetam cudere nouam praesumet ad florenum unum Moldauicum, qui est asperarum 12. item duorum 3. et 4. nec non et masguros. Respondit Despotes se siquid etiam inuenisset, non reperisse se, sed uicisse et uictoribus in congiaria(4) erogauisse, nec esse his paruis tanto Principi insistendum. De rebus alijs: hodie iterum compraehensus est quidam ma-

1) pulvinarium, Speisesopha.
2) *in colofone*, schliesslich.
3) *scutella*, Trinkschale.
4) *congius* ein Mass; *congiarium*, ein Massgeschirr.

leficus Vauryn ab Alexandro subordinatus, cuius capiti prece Boiarorum indultum est. Carceri tantum unà cum fratre traditus est, superuenit et Thezaurius quidam Alexandri, gratiam per Boiaros impetrans, statimque Socrauam per me ad Albertum Laskij, quae(1) scripsit (caret enim secretarijs, eo quod infirmentur) ut custodiae carcerum(2) obseruentur, sunt enim inclusi in socraua Boiari 3. in Hotiarde 4.

Haec Maiestati Vestrae Serenissimae de die in diem quae agantur scribo, et dedi binas saltem per Berkonitium de data 8. die, item 13. instantis et istas nunc, ut ex his quam sit firmum hoc dominum Maiestates Vestrae ad speculum reuideant, et ad unguem colligant, Nec deerit ex hoc quoque coniectura de uoluntate eius erga Maiestates Vestras.

Hodie interrogaui modeste, quid Maiestatibus Vestris uoui scribere possim suo nomine, respondit nihil aliud, nisi uelle Turcas ut sim Maistatibus Vestris inimicus: Ero tamen inquit, inimicus propitius, et ut dicebat propitius, quod adhuc non intelligo, Oculis enim conniuebat, et ingenio adhuc opus est.

Caeterum humilime ac subiectissimè intimo, Maiestates Vestrae dignentur iniungere Oratori in Turcia, ut ex Jbraino Dragomano de Despotae dominio, eiusque firmamento subintelligat, ab eo enim scribas quoque hic Despotes suos mutuauit, quorum unus triduo uiuis excessit. Vt autem sit firmum Imperium inclusit Boiaros, emendat omnia passim, struit omnia heroicè ingenio et natura Principis, Expediuit quoque hodie seruitorem suum Nicolaum Zabo ad Franciscum Zay et Anthonium Zekel datis literis manu mea scriptis nomine suo, de quo iterum ueniam peto, ut circumspiciat ei de Equitibus leuis armaturae 100. et peditibus 150, addito stipendio numerato in mensem unum quod si Maiestates Vestrae urgebunt ex usu (bona uenia humilime supplicata) erit, et inuigilabunt pone(3) pedetentim, quid et hic et in Transsyluania agendum sit deinceps, hoc tamen affirmare collega quoque meus possit, nos in Via Polonica coarctatos fuisse in Oppido Alich, non licere cuiquam transire sine Palatini schedulis, nos tamen mane elapsi sumus, item in Pago, ubi dictum est exisse edictum à Polono, ut nulli Germanici uel cuiuscunque gentis milites in Moldauiam transmittantur, sed omnes trucidentur, de quo Maiestatum Vestrarum esto iudicium, isti tamen quoque, qui hic sunt, malè tractantur et pené dilabuntur.

De me denique humilime atque subiectissimé habeo quod scribam: Ab ipso principio, Maiestatum Vestrarum respectu debito atque legitimo tractor honore, uerum Boiari me nimium obseruare caeperunt limis oculis, uereorque sane de Veneno. Cum nunc quoque duo eius Secretarij laborare caeperunt in dubium usque, Verum quicquid erit superandum est ferendo, ut sit ex usu Maiestatum Vestrarum. Humilime hoc quoque subijciens, obseruetur num Despotes in Curia Maiestatum Vestrarum clam aliquem alat praecipuè de quodam Antonio More Hispano, de quo nuper interrogabat, num hominem nossem, et suum hic habuit, nuncium Maiestatum Vestrarum quoque maturet supplex oro, et mallem ut Cassouiae aliquis inueniretur modus: Vni enim postae iter hoc longum est, et hic non sunt agendae feriae. Denique quicquid emerget indies seduló subijciam, et omnia cum nunc quiescemus hic, calculo notabo fidelissimo. Maiestatem Vestram Serenissimam Deus tueatur. Datae in oppido Vuschlo(4) 19 Aprilis Anno Milesimo Quingentesimo sexagesimo secundo.

Aufschrift: Belsij litterae XIX Aprilis datae.

---

1) qui.
2) incarcere (carcere in?).
3) *pone*, hinten, hintennach.
4) wahrscheinlich: Waslui.

CCCLXXXIII.

Raportul lui *Augeriu de Busbeck* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* stăruind să închee armistiţiu cu Ardélul. 1562, 29 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

. . . (om.) . . .

Hoc etiam non me pigebit adscribere, quando mihi in mentem uenit non futurum à salute Moldaui alienum, si Caesara Maiestatas ad trimestre tantum, aut ad summum ad quatuor menses arma suspenderet contra Trassyluanum, quo tempore literae pacis confirmatoriae huc ferri ac referri debereant, isti enim ueriti foitasse ne nihil concluderetur, ac Maiestas Caesarea Moldauum defendendum susciperet, interea nihil contra eum tentare auderent, Quo spacio ille rebus suis melius consulere posset; Transsyluanus quoque cum à Caesarea Maiestate metuere cogeretur, non eam fortassis haberet facultatem exitus illius intercludendi aut se apertum hostem illi declarare non auderet. Ego haec cogito qui illum saluum uellem, sed tamen ne nostro quidem negocio incommodum esset quam breuissimum tempus Induciarum Transsyluano dari dum negocium concluderetur, et literae pacis confirmatoriae ferrentur ac referrentur, nam eo isti magis astringerentur, ad brevem ac certum nagocij exitum, modo tamen id Passa Budensis fieri pateretur.

Ejusdem D[tis] Vestrae.

Humilimus et fidelissimus servitor

Augerius à Busbecke.

. . . (om.) . .

Datae Constantinopoli, 29. Aprilis 1562.

CCCLXXXIV.

Ioan Belsius încredinţéză pe Regele *Maximilian*, că póte să conteze pe Despot-Vodă în expediţiunea sa contra Ungariei. 1562, 9 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas.

Domine Domine clementissime.

Ne et hunc Tabellarium praetercam, hodie rumore perlatum est, isque apud Despotam solum et secretarium eius permansit suffocatus, Maiestatem Vestram Serenissimam in Hungaria magna cum gentium multitudine mouisse, iamque Cassouiam appulisse, inter quas memorantur Cataphractorum nigre (si licet.) legionis 15000 simulque

filius Regis Ioannis uiuis excessisse hoc an sic se habeat missus est à Despota e uestigio stephanns Horuuath peditum hic Hungaricorum primipilaris monoculus, sed fidus, in Transsyluania ad Procopium qui illuc hac Intemensem (1) transijt uerbis tantum nudis et sine litteris expeditus, ne interciperentur per montana, ut recognita certo, statim Turcarum Principi assentandi credo causa, ut aliquid recuperandi ergo significare posset, quae utraque uehementer ex usu Regni afflictissima futura Dei benignitate auguranda sunt, illud enim si ita est terrorem Turcae injiciet panicum (de quo prioribus meis de data huius 4 May) nutantem Transsyluaniam propendiem Maiestatibus Vestris restitutam uidebimus, et ab istius prouinciae populis Deo et Despota Duce obuias habebunt Maiestatibus Vestris ulnas, ita hic gentem comperi; sin minus ita se habet. et Maiestas Vestra, quod humili uenia supplicata dico, istic descenderit, elicitur tamen hinc eandem magnas et non imperitas aliquas Hungariae summississe copias Regias ac principe dignas quae ut fortiter agant et fœliciter et procedit faxit altisimus ad nominis sui satisfactionem et Maiestatum Vestrarum perpetuum fortunarum cum salute nostrà incrementum.

Ceterum hoc de filio Regis Ioannis, quamuis mortalis erat. uereor confictum (2) ut simili Despote suos et quosuis eludat stratagemate, dum gentes Turcae habere possit, uel elapsum esse regno in Poloniam utinam ad extremos garamantes iamque tandem Bufo ille maternus fax multorum regnorum crepuisset. Caeterum de ijs quae expecteret praesidijs in superioribus de 4 datis, si forte non appulissent in uerba Despotae mihi ut Maiestatibus Vestris scriberem dictata repetam. Vadit Beglerbegus Asiae, cum toto exerçitu Anatoliae, et cum 5000 Ianitzeris, et 3000 spahis, et 400 machinis leuioribus, contra Persam si filius non restituetur, et praeest exercitui Perthan Passa, et unus Aga Spahiarum Kezzalay, contra Maiestates Vestras Beglerbegus Graeciae et Muztapha Passa cum toto eius exercitu Romeliae, et cum Zanzachis, et 5000 Ianitzeris et 3000 Spahis, et multa turmenta. Vayoda Transalpinensis cum 10000, et Despota cum 80000 non tamen nunc, sed inuigilandus Maiestatibus Vestris. haec non parui essent momenti, de suis auxiliaribus mihi tamen quamuis impossibilia hisce denuo referenda duxi Maiestati Vestrae. Eandem Deus prosperet. Datae nona May. Niazuasar (3) Sexagesimo secundo.

Eiusdem Serenissimae Maiestatis.

Humilimus Seruitor

Ioannes Belsius

Talis semper.

Aufschrift: Serenissimo Domino Domino Maximiliano Regi Hungariae etc. Archiduci Austriae etc. Domino Domino et Principi clementissimo.

1) *intermentum*, ein mit fester Eisdeke überzogener Fluss.
2) confictum, erdichtet.
3) wahrscheinlicht Niamtz.

CCCLXXXV.

Raportul Regelui *Maximilian* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre ceaușii turcești sosiți la Comorn. 1562. 19 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ad Caesarem de Chyauzo Turcico.

Maximilianus etc.

Sacratissime Caesar, Domine ac Genitor mihi observandisime. Lator praesentium Gaspar Literatus, adducto secum è Constantinopolj Chiauzo quodam Comaronium usque, inde per celeres dispositos equos nudius tertius huc appulit, allatis, ab Augerio de Busbek his, unà cum scriptis adiunctis literis, quarum translatarum Maiestati Vestrae Caesareae exemplum mitto. Binas quoque Turcicas unà redditas transferrj iussj, quarum alteris saluum conductum pro Nuncio Maiestatis Vestrae Caesareae Constantinopolim ablegando continerj uidebit.

Exhibuitis (sic) quoque ab eodem praesentes Maiestati Vestrae Caesareae scriptas: Verum quia eas ciphris notatas putabam, resignare nolebam, sed easdem clausas transmitto.

Caeterum cum praefatum Chyauzum Viennam iam appulisse arbitror, commisillicò Regimini, ut eundem unà cum suis adiunctis, ijsque quos Viennam usque conducjtores habuit, e uestigio Pragam uersus ad Maiestatem Vestram Caesaream ablegare, ipsique quendam idoneum et authoritatis alicuius uirum qui eum tutò deducat adhibere, atque efficere debeant, ut omnibus in locis quà transeundum erit, optimè tractetur et gratis sine ullis impensis suis passim uiuat.

Rursus quum in praefatis Augerij literis, ut Despotae maximae struuntur uitae insidiae, mentio fiat, per Capitaneum Cassouiensem Franciscum Zay eundem hac de re idque cautissimè admonerj curauj.

Postremò transmitto quoque Albertj de Wys ad me datas literas, quibus contractj mutuj solutionem et pro futura sustentatione pecuniam petit. Eapropter Caesaream Maiestatem Vestram summissè moneandam duxi, ut eidem de praefata solutione maturè prospicere dignetur. His Eiusdem gratiae et fauorj paterno me obsequenter commendans. Lyntzij 19 May 1562.

CCCLXXXVI.

Deosebite știri privitóre la urcarea 'n scaun a lui Despot-Vodă. 1562. Fevruarie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Giouan Despot, per la Iddio gratia Signor di Moldauia, à Ginasprisci et alli altri Bogliari honorati manda salute. Dapoi siati auisati tutti comunamente ch'il mio desiderio non è altro che liberar questo mio paëse dalle tirannie et ridurlo in buon stato,

come gia fu in tempo delli mei Illustrissimi genitori. Vi ho liberato dal gran tiranno et ignobile Vaiuoda, il quale non se satiua di sparger vostro sangue, et d'appropiarse à se le vostre facultade er hicri redutti tutti suoi schiaui con le vostre moglie et figlioli. Io son lontan dela opinion di dominar à questo modo. Prima io sono vostro signor hereditario et non sono ignobile et vi amo come figlioli et fratelli, Et li vostri figlioli et le faculta vostre io voglio che da nissuno non vi sian molestate, Sono Christiano, mai hauero piacer di sparger sangue de Christiani, non voglio che pagati tributo à nissuno, ne mancho consentiro mai che siate angarizati d'alchuno, Da voi non voglio altro, se non che me siate fidelissimi et obedienti, et questo sara la vostra salute, perche mio intento non è altro se non far ch'il Danubio sia confin dil mio paëse di Moldauia, et di guerigiar di et notte con li infideli et maledetti Turchi, doue spero nela Maiesta diuina mediante l'intercession de tutti santi et deli angeli et archangeli con voi valenti homeni et gente bellicosa discesi dali valorosi Romani, quali hano fatto tremer il mondo, alli qualli non ha manchato, ne manchara mai l'animo di far ogni impresa gloriosa, ma solamente è stato diffetto per non hauer vostro signor natural qual vi guidasse alle honorate, imprese, Hora, figlioli et fratelli charissimi, nostro signor Iddio s'ha ricordato di noi et me ha posto nel stato deli mei genitori de doue con voi, come dico, et con l'agiuto et fauor ch' hauero dal inuittissimo Imperator Ferdinando, mio signor clementissimo, spero in breue tempo d'aquistar li logi dela mia Moldauia quali possede il pagano, cioe la riuiera dil Danubio, et non solo queli, ma la Valachia et poi tutta la Grecia, ne c'è alchun dubio che non siamo per hauer agiuto et fauor da tutti li Principi Christiani per mar et per terra contra il commun inimico, et sempre con l'agiuto di Dio haueremo vittoria contra di loro con continuo spargimento dil loro sangue. Et à questo se faremo cognoscer à tutto il mondo li veri Romani et discesi da queli, et il nome nostro sara immortale et conergeremo l'imagine di nostri padri quali s'hanno lassato in preda dil lupo con tanta vergogna di tutto il mondo. Questo è quanto vi ho vogliuto dire et quanto desidero da voi alli parenti et seruitori d'Alexandro Vaiuoda perdono à tutti ogni volta che veranno à seruirme fidelmente. Cosi sapiate.

Il Despota m. p.

5 Martie. Adi 13 di Febraro fu l'ultima mia, in la quale auisai la Caesarea Vestra Maiesta di quelo ch'occorreua et come l'Interprete dil Re di Polonia era venuto per disturbar ch'il Despota non fosse accetatto dal gran Turcho, ma non ha possuto far niente, perche custoro se ben non se fidano d'esso Despota et se lo potessero far morir, lo fariano voluntieri, ma aspettano che mandi il tributo et dapoi se potranno, non mancharanno de leuarli la vita. Creden custoro ch'il Re di Polonia sia mosso di far questo ufficio contra ditto Despota, acioch' il gran Turcho non creda ch'il Re di Polonia hebbe fauoregito ditto Despota. . . . . . Dal Despota viene noua come 10 M. Tartari haueuano corso in Moldauia et ch' haueuano depredato 20 vilagij et menato via tute le anime, mille Moldaui l'erano andati dietro à cauallo et venuti alle mani queli Moldaui haueuano hauto la pegior et pochi d'essi ne sono scampati. Il gran Turcho mando al Tartaro che debba castigar li malfattori et render la preda alli detti Moldaui. Ditto Despota mando una litera qua al gran Turcho, la qual litera seriue Alexandro, olim Vaiuoda di Moldauia, alla Caesarea Vestra Maiesta, et dice, se la Caesarea Vestra Maiesta lo vora fauorir et far cosi ch'il Despota se parta di Moldauia, s'obliga di pagar ogn'ano 30 M. Ducati et oltra questo fa mille proferte. Custoro l'hanno hauto per male ad Alexandro, ma fina qui non l'hanno fatto alchun motto di cio. Lo tengano qui con le guardie et attendano questi Bassà et altri à pelarlo, fin a qui gl'hano cauato dele mani da 20 M. ducati, et come gli caueranno dale mani quelo che ha, o lo faranno morire, ouoero la confinaranno in qualche logo nel' Asia, per quelo che se iudica. Da Constantinopoli adi 5 di Marzo, MDLXII.

De piu scriue ditto Transsiluano ch'il Despota è intrato in Moldauia con il con- 1562,
seglio et agiuto di Vestra Caesarea Maiesta, et che ditto Despota ha promesso d'esser 25 Martie.
fidelissimo alla detta Caesarea Vestra Maiesta in vita sua, et ch'ogni volta che s'appresenti una occasion cosi contra il gran Turcho, come contra il Transsiluano, che la Caesarea Vestra Maiesta habbia bisogno delle forze sue, s'ha obligato de prestargli ogni agiuto et fauor voluntieri, et oltra questo dice che ditto Despota di continuo non mancha d'essortar cosi li Baroni come li altri primi di Transsiluania che debbano tegnir la parte dela Caesarea Vestra Maiesta, per il che dice ditto Transsiluano che se dubita molto d'esso Despota ch'anchora lui con le sue forze non gli venga adosso, et in fauor dela Caesarea Vestra Maiesta con protesto di volerlo agiutar, per il che saria bene caziarlo di quel gouerno, perche non è venuto li per nissun bene, et che non si debba prestar fede alle sue belle parole, perche sono false, et che sara bene à dar quel gouerno à qualche seruitor dil gran Turcho, perche quanto piu sta ditto Despota in Moldauia, tanto è fidato peggio et piu difficile de caziarlo de li, Et nela litera che scriue il Transsiluano ad Hali Bassa, lo prega che gli debba mandar un par de boni et belli caualli per la sua persona. Subito fu fatta la risposta dal gran Turcho al Transsiluano. L'essorta che non gli manchi l'animo et che se deffenda virilmente, et che ha commandato alli Bassa di Buda et di Themeswar che gli debbano prestar agiuto, quali non mancharanno d'essequir suo commandamento, et ch'è mal informato dali detti Bassa di Buda et Themeswar, perche loro non desiderano altro ch'obedir al gran Turcho, et che mai detti dua Bassa hanno scritto mal de lui, ma sempre hanno laudato la sua fidelita, et hanno scritto bene di lui. Et circa li confini dice, ch'adesso non è tempo, ma come sara, mandara à veder et compiacera à lui et à quel populo di sorte che se contentaranno. Circha il Despota gli scriue ch'ha mandato uno deli suoi Camarieri per inuestirlo di quel paëse, come torna il detto Cameriero, intendera gli suoi portamenti et poi fara le prouision debite, Et ch'adesso gl'ha scritto che debba star in pace et che non facia catiui ufficij in Transsiluania, altrimente gli fara tor la vita. Halij Bassa gli scriue che fra pochi giorni gli mandara Ferhatbey Dragomano Vngaro con li caualli che ha richiesto. Questo Dragomanno è di nation Vngaro, et è astuta persona et molte volte è stato in Transsiluania, et il figliol di re Giouani se fida molto di lui. Lo mandano à posta, che debba ben spiar quel paëse, et discoprir piu che potra l'animo dil Transsiluano et deli altri Baroni et populi dela Transsiluania. Anchora ditto Dragomanno non è partito, ma fina cinque giorni partira. Il gran Turcho di nouo ha scritto alli Bassa de Buda et di Themeswar che debano prestar ogni agiuto al Transsiluano, ma tutta via gli ricorda che se moueno prudentamente, acioche non siano trapolati . . . . Se parti de qui l'Interprete dil Re di Polonia, qual ha ditto da parte dil Re di Polonia, com' il Despota è molto affectionato ala Caesarea Vestra Maiesta et che s'il gran Turcho non prouede à bon hora da quela banda, gli potra nascer danno d'importanzia, per il che l'auisa comme fidel amico. Da Constantinopoli adi 25 di Marzo, MDLXII.

Il Camarier dil gran Turcho qual ando in Moldauia per inuestir il Despota di 1562,
quel dominio, scriue che il Despota non se fida et che non ha vogliuto venir priuata- 15 Aprilie.
mente in campagna per vestirse dela vesta et riceuer la bandiera secondo il solito, ma ha fatto vista d'amalarse et ha vogliuto ch'il Camariero vadi in un castello doue era lui, et l'hanno vestito gli et datogli la bandiera. Da Constantinopoli adi 15 d'Aprile MDLXII.

Il Despota ha scritto come Vestra Maiesta Caesarea parechia grand' essercito 1562,
per mandarlo in Transsiluania, pero s'il gran Turcho gli commandara, lui mettera in 18 Iunie.
ordine un brauissimo essercito, et andara in agiuto dil figliol di Re Giouanni. Il gran Turcho dubitandose che non sia qualche nouo tratto del ditto Despota, gl'ha commesso che debba star in pace et che non se moui dil suo logo. Da Constantinoopoli adi 18 de Gugno, MDLXII.

1563, 18 Fevr. Il Despota di Moldauia manda un Alemano in ferri per nome Wolffgango Schreiber, il qual Wolffgango per che sia stato mandato de uno Giouan Vngnad personagio d'Alemagna per exhortarlo che se mariti et che sia fidel alla Caesarea Vestra Maiesta. Ditto Despota ha fatto ch'il detto Wolffgango gli dia in scrittura tutto quelo gli ha à dir per nome di quelo che l'ha mandato, et cosi detto Wolffgango ha fatto una scrittura et l'ha datta al Despota hauuta che l'ha, ha posto in ferri ditto Wolffgango et l'ha mandato qui insieme con la ditta scrittura, la copia della quale io l'ho hauuta et la mando qui inclusa alla Caesarea Vestra Maiesta. Ditto Despota pare che habrà fatto questo tratto per mostrarse fidelissimo al gran Turcho, ma ha fatto male per se, perche il Turcho è intrato in magior suspetto de lui di quelo ch'haueua per auanti, et per quelo ch'io ho inteso da bon logo, ha ditto il gran Turcho: «busogna leuar questo can di quel gouerno», et alchuni practici hanno per opinion, che questa estate il gran Turcho ordinara all' improuista un essercito et lo mandara in Moldauia a prender ditto Despota; fina qui pero non se fa altro. Al ditto Wolffgango fu dato marturio(1) che dicesse quelo che sapeua, ma non ha ditto altro se non ch'una persona religiosa d'Alemagna, la quale cognosceua ditto Despota per il passato, l'haueua mandato con una littera et à dirle quelo ch'ha ditto a bocca et poi in scrittura, et cosi ditto Wolffgango è stato posto al remo. Da Constantinopoli adi 18 di febraro.

1563, 13 Maiü. Ha scritto il Transsiluano al gran Turcho et ad Halijbassa, supplicando che sia leuato il Despota dal gouerno di Moldauia et che sia rimesso Alexandro et dice ch'il detto Despota è traditor dil gran Turcho, et che tiene li suoi Agenti apresso la Caesarea Vestra Maiesta et apresso il Serenissimo Re di Romani, et che ultimamente ha mandato à donar al Serenissimo Re di Romani 6 millia leoni et che ruinato il paëse di Moldauia et ch'ogni di manda messi et littere à Balassa Melchior, et che ditto Despota sta alla obedientia della Caesarea Vestra Maiesta et dil Serenissimo Re di Romani et farà tutto quelo gli sara commesso dale Maiestade Vestre, perche la Caesarea Vestra Maiesta ha prouisto uno stato in Alemagna al ditto Despotta ogni volta che sara cacciato di Moldauia, et che ditto Despotta batte ogni sorte di moneta à suo nome et fa far artelliarie et fortezze, tutto cose mai usate in quel paëse, cose che sono contra l'honor et in preiudicio dil gran Turcho, et che bisogna ch'il detto Transsiluano tenga sempre exercito in ordine per paura d'esso Despota. Oltra questo scriue che debanno far prouision che habia Zathmar et Bagne, et che gli siano dati li confini, quali da tanto tempo in qua dimanda, et de più narra come ha inteso per bona via che la Caesarea Vestra Maiesta non mandara mai quel dono che ha promesso di mandar al gran Turcho et che va indugiando, et à Cassouia se racoglieua l'essercito della Caesarea V. Maiesta et non se sapeua a che fin, ma lui non puo'l credere che sia per altro se non che sia per far danno a lui. L'huomo del Transsiluano nominato Gaspar ha promesso à donar ad Hallibassa 10 millia ducati per parte dil Transsiluano et à Mehmethbassa ducati 5 millia, et alli altri tre Bassa dua millia ducati per cadauno di loro, se li ottegniranno dal gran Turcho quelo che dimanda, et si crede che tutta questa spesa se fara da Alexandro olim Vaiuoda di Moldauia, se lo faranno ritornar; et pero se fatiga il Transsiluano che con la spesa d'Alexandro potesse anchora lui auanzar qualche cosa di quelo che dimanda. Se crede che, come il Despota manda al gran Turcho li 60 millia ducati che gli deue dar, computando il tributo di quest' anno et li 30 millia ducati ch'ha promesso à donar alli Bassa, cioè à tutti per la sua confirmation, come hauera satisfatto il gran Turcho, procurara che sia morto, et li Bassa faranno auctori per lor pei dinari anche d'Alexandro, et per dubio ch'hanno del ditto Despota. Questa è la opinion de molti. Da Constantinopoli, alli 13 maggio.

---

1) d. i. Tortur.

CCCLXXXVII.

Scrisórea luĭ *Despot-Vodă* cătră *Sigismund Ioan Zápolya*, promiţându-ĭ că-l va ajuta în toate împregiurările. 1562, 13 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Serenissima Regia Maiestas Domine domine clementissime.

(Derselbe Brief ddo 20. Mai 1562, der im Original mit Chiffern geschrieben ist, findet sich auch in gleichzeitiger dechiffrirten Abschrift mit nachfolgenden zwei Schreiben als abschriftlicher Beilage:)

Heraclides Iacobus Basilicus Dei gratia Despotas Sami, Doridos, pari etc. Princeps regni Moldauiae. Palatinus Valachiae gentis Vtriusque dominus et haeres etc. Serenissime Princeps Domine amice uicineque nobis charissime, Salutem et nostri commendacionem. Accepimus litteram Imperatoris potentissimi Domini nostri clementissimi in causa Celsitudinis Tuae, uidelicet quod si quipiam graue (quod absit.) accideret quauis in re Celsitudini Tuae, auxilio nostro tum illi adesse nobis mandat quodsi id à nobis cuperet eadem, quamobrem et respectu amicitiae bonaeque uicinitatis mandatis potentissimi Imperatoris Domini nostri clementissimi satisfacere studebimus. Maiestati Tuae ideo nostrum auxilium amicè et beneuolè offerimus uti prae ante quoque Celsitudini Tuae obtulimus, solum restat, ut necessitatis tempore mature certifaciamur, nusquam illi operam nostram recusabimus, imo officio debito praesto illi aderimus pluraque refert fidelis noster dilectus Nicolaus Duuornik praesentium exhibitor, fidem illi creditam adhibere uelit, quam bene foeliciterque ualere cupimus. Datae 17 calendas Junias ex oppido nostro Jassensi anno Millesimo etc.

Inscriptio: Serenissimo Principi Domino Joanni Secundo Dei gratia Regi Electo amico uicinoque nobis syncere dilecto.

CCCLXXXVIII.

Raportul lu *Belsius* cătră *Regele Maximilian* despre stăruinţele luĭ Despot-Vodă ca Zápolya să-ĭ restituiască castelele din Ardél, pentru-ca amêndoi să pótă trăĭ în amicie. 1562, 20 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Serenissima Regia Maiestas etc.

Postscripta. In primo congressu meo cum Despota fecit mentionem debiti sui Maiestatibus Vestris, tunc quidem ne eius animum in limine primo ad nauseam erga me permouerem, respondi: me de eo nihil habere in commissis, at nunc scribi iussit se satisfacturam addita excusatione tributi magnitudine quod misit Per Stircem et Armagam ducatorum Turcarum Principi 50000 si 30000 non fuerit contentus adiunctis equis 100

praeterea quae Passis de quo debito quid Maiestas Vestra Serenissima uelit statuat, ceterum refricauit quoque peticionem suam de requirendo Joanne Villey, instruxitque qua forma pro eo beneficio ad Boiaros scriberet, De eo autem Maiestati Vestrae melius, Hoc significandum erat adhuc, Despotem ita nuncios suos misisse ad iuramentum pacis ut omnia sua restituat sibi, non arces modo, uerum et Gazas nonnullas quas Alexander Moldauus in Saxonicis Ciuitatibus reliquit, Cibinij catenam auream cum cruce dependente margaritis et lapidibus praeciosis ualore ducatorum 2000. Brassauij Pugiones 4 demeski ferri optimi uaginis ex piscinis ossibus, gemmatis megyessis cuta d'elaboratissima ducatorum 11000. croci hincinde, multarumque rerum copiam quae filius Regis Ioannis egre restituet Ciuitatesque arestabuntur et concordia uix procedet. De Bistricio dixi num et illud repetat, respondit nunc non, modo illa habeam, de isto agam. deinde secum ita ut uelit nolit Joannis filius, si itaque Maiestatibus Vestris haec futura displicet concordia, intendant rei per Tabellarios hinc, illinc totus denique mundus est diligens, modo collega meus tardat et ego Maiestatis Vestrae hic cifra nudiorsum praeter id quod me uidet Princeps et Maiestatibus Vestris uelit nolit fauere mentione assidua cogo. Superuenitque quoque nunc Transalpinus iuuenis qui sororem habet eius puellae quam ducet is cum munere equorum duorum Arabicorum, ueste aurea uirginis quae denuo forma cristis compactis gemmis et Sacco aureae argenteaeque monetae ad ducatorum 24000 qui quaenam in commissis habeat nondum explanauit. Datae ut supra etc.

Idem Belsius.

CCCLXXXIX.

1562, 20 Maiŭ. Raportul lui *Belsius* cătră *Regele Maximilian* despre pregătirile făcute de Despot-Vodă, ca să recâştige posesiunile din Ardél.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine clementissime.

Literas ego has inclusas uento commisi uia alia copiosius intra breue Spacium, quibus addo Despotae exercitui apparatis tum cum copijs Equitibus magnis uti dicit 50000 et peditibus 40000 in auxilium filij Regis Ioannis et hodie proclamatum est hic ut omnes uiritim ad Secundum edictum in armis sint. missae etiam litterae ad Albertum Laskij et urbes Despotae omnes, quid ab eo expectandum sit ex nonnullis meis intelligent, mihi uidetur Sua eum persecuturum, hoc est Chichou et Kikelleu, de quibus nunc copiosius non possum etiam exemplaria enim haec in promptu conseruam expediui hinc coriceum (1) meum Bistriciam qui ubi redierit Maiastati Vestrae humilime de omnibus scribam, quam Deus conseruet summa semper in incolumitate et prosperitate Regni. sunt enim hic uarij rumores. Datae in Jazuasar 20 Maij.

Eiusdem Serenissimae Maiestatis Vestrae — Humilimus Seruitor

Ioannes Belsius.

Aufschrift: Serenissimo Domino Domino Maximiliano Regi Hungariae etc. Archiduci Austriae etc. Domino Domino et Principi clementissimo.

---

1) warscheinlich: corierum.

CCCXC.

Scrisórea luĭ *Despot-Vodă* cătră *Sigismund Ioan Zápolya*, declarând că-i va fi amic, dacă-i va restituí posesiunile din Ardél și va revoca pările făcute la Pórtă asupra luĭ. 1562, 20 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ioanni secundo etc. Ioannes (1) Dei gratia Moldauiae Princeps. Intelleximus ex nuncio nostro Ioanne Vranchich Celsitudinis Vestrae abundam beneuolentiam de qua nobis semper persuasimus, et quod litteras nomine Tuae Maiestatis ad Turcarum Principem contra nos scriptas attinet, si nescit utue esse factas, nos quoque animaduertimus, nam pro toto orbe terrarum hoc non fecisset, cum est contra officium Christiani Principis tantum restat ut ad Turcarum Principem litteras commendatorias et fauoris scribat, quas nos per proprium Nuncium nostrum ad Turcarum Principem mittemus, pro pace uero confirmanda ex integra amicitia mittimus Magnificos fideles nobis dilectos Andream Capitaneum Prouinciae nostrae Roman et Thomam Granam magnum Pitarium, Consiliarios nostros, atque generosum fidelem nobis dilectum Ioannem Vranchich, qui nomine et authoritate nostra ac procerum nostrorum cum pacem perpetuam tranquilitatem et ueram uicinitatem concludant atque confirment. quibus fidem adhiberi in omnibus optemus. caeterum persuasum esse cupimus non uerbis nudis aut lingua diserta, sed corde toto, aut ut decet Principem Christianum et cultum cum colam pacem et quemadmodum nunquam fidem et uerbum meum uiolaui alicui, ita neque Celsitudini Tuae uiolabo, hoc tantum restat ut Celsitudo Tua nobis ea quae a diuis Regibus praedecessoribus atque ab eisdem nostris Praedecessoribus multa empta libenter beneuolè atque amicè nobis concedat, nec maioris faciat exigua illa bona, quam nostram amicitiam habituros nos Celsitudini Tuae contra inimicos suos paratissimos. Datae in Jazuasar oppido nostro Vigesima Maij Anno etc.

CCCXCI.

Despot-Vodă iĭ promite luĭ *Zápolya*, că-i va trimite un ajutor de 28,000 călăreți contra sĕcuilor resculați. 1562, 23 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas Domine amice et Vicine nobis obseruandissime et beneuolentissime nostrum affectum. Ex nuncio nostro reuertente a Celsitudine Vestra ac circumiacentibus nostris uicinis, intelleximus qualiter rebellarint ac insurrexerint contra eam Ziculi omnes, scitui damus Maiestati Vestrae nos aliquot mille circiter 28 promptos equites in armis habere paratos. quâ causâ, si bene uisum est, nos eos paratos nostros milites (respectu quò mandatis Turcarum Principis satisfaciamus, ac pro maiore uicinitatis ineunde amicitia) in auxilium Maiestatis Vestrae quamprimum mittere prompti sumus, aut uero si itaque necesse uidebitur, maiori potentia ipsemet hostes Maiestatis Vestrae unà ex parte agredi minime tardabimus. singulis enim horis, partem regni nostri mediam in armis habemus atque intertenemus. quamobrem nihil aliud restat, solum nos per suos quamprimum certificet. Boiarones autem nostros quo se mitti postulauit gratia iusiurandae uicinitatis et amicitiae, uidelicet breui missuri sumus, interim de auxilio mittendo semetipsa deliberet, nosque quamprimum certiorem reddat quam bene et feliciter etc. Datae in Jazuasar oppido nostro uigesima tertia Maij Anno etc.

---

1) soll heissen: Iacobus (Despota), welcher damals in Iassy Woiwoda war.

CCCXCII.

1562, 23 Maiŭ. Scrisórea Impĕratului *Ferdinand I.* cătră *Regele Maximilian*, aprobând atât buna primire făcută céuşului turcesc, cât şi admoniţiunea trimisă lui Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus etc.

. . . (om) . . .

Quod autem Dilectio Vestra Regimini nostro Viennensi iniunxerit, ut Chiaussum rectà huc adducendum curet, quodque per supradictum Franciscum Zay admoneri fecerit Despotam de insidijs, quae ei struuntur, fecit Dilectio Vestra secundum benignam et paternam uoluntatem nostram.

. . . (om) . . .

. . . Datum in Arce nostra regia Pragae Die XXIII mensis May, Anno Dom. MDLXII, Regnorum nostrorum Romani XXXII, aliorum uero XXXVI.

Ferdinandus, m. p.

Ad mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium

M. Singkhmoser, m. p.

Vt. Seld.

A tergo: Serenissimo Principi Domino Maximiliano Regi Bohemiae, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae et Silesiae pro Marchioni Morauiae ac Lusatiae etc. Comiti Tirolis etc. filio nostro charissimo.

Kanzleiannerkung: (Responsum 26 May 1562).

CCCXCIII.

1562. Ordinul *Sultanului* cătră *Despot-Vodă*, încredinţându-l, că va primí ceea ce i se cuvine, dacă-i va da ajutor luí Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Turcarum Princeps ad Despotam.

Damus scitui de nostra Porta cum mandatis quod si uenerint, uisis illis nostrum mandatum adimplere cures, nam intelleximus causa Stephani Regis Transsyluaniae quod ipsum quidam Barones prodidissent infideliter magnumque Exercitum contra eum haberent. Stephanus Rex itidem contra suos rebelles Exercitum congregauit, sunt tecum aliquot, hi non sinunt te ad auxilium filij Regis Ioannis libenter rebelles suos compesceret, ad interim timet ne regnum suum tu occupares. haec nobis filius Regis Ioannes

Transsyluaniae, regnum nostrum ita esse scias, nam illud gladio nostro accepimus et astringimus. ex gratia nostra dedimus filio Regis Ioannis ut ibidem regat dominus. tu idcirco, quod si nobis fidelis es, et portae nostrae excelsae, bene considera haec filium Regis Ioannis nec eius regnum minime ledas, alias te penitebit facti, imo quod si illi Transsyluano quid graue accideret teque in auxilium sibi inuocauit, illud fac, quod si uerò à quibusdam uelles habere consilium eorum qui te nollent illi dare auxilium id facturus nobis ad gratiam non uenires, nec facturus uoluntatem nostram, sed fideliter nobis et portae nostrae excelsae pareas. hinc tibi bene erit gratia nostra copiosa et honor, ille enim cogetur etiam eaque tibi erunt in Regno Transsyluaniae ut integre restituat omnia quae te concernunt. Datae etc.

CCCXCIV.

Raportul luĭ *Belsius* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre relaţiunile luĭ Despot-Vodă cu Turcii şi cu Zápolya şi despre pretensiunile luĭ. 1562, 6 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine clementissime.

In Parasceue Pentecostes uespere admodum à Despota accitus haec ab eo habui. exercitum nostrum ita profligatum ut et Zay cum duobus quibusdam magnificis in captiuitatem et in praedam omnia deuenerint, immo et totam siculiam in armis esse contra quem tamen se nescire, expediui itaque, rumore hoc percitus, ea nocte addito summis precibus praecio Ioannem Olahum leuis armaturae militem minaequae summo dimisi Bistriciam usque uersus, ut de utroque tam de nostrorum fortuna et statu quam quid sibi siculorum congregatio uelit accurate clam intelligeret, ut nimirum hunc si quidem si cesset ad illud inducerem quid ab eo nunc nunc Maiestatibus Vestris expectandum esset, Princeps quoque hic Nicolaum Lugasyth ut in Tatros oppido Siculiam uersus maneret expediuit, instructum, ut rei intendat atque inuigilet statimque uexillis 20 praeparandis materiam distribuit ignarus quonam u. essent Siculi, Veredarius[1] ille meus si hoc triduo mihi adhuc expectandus erit, tum interceptum puto, nullas autem secum habuit litteras praeter fictitias quasdam, caeterum quod ad utrunque nouum attinet, dies (quae quandòque parens quandòque nouerca mihi fuit, ita hic intra spem et metum uariebantur rumores) tercius discussit, quo idem Despota quid sibi pro Mustuluk seu bonis nouitatibus darem, interrogauit, omnes enim Transsyluanicae Vrbes à filio Regis defecisse et totam Siculiam eas gentes in dictum filium Regis Ioannis conuertisse, Nicolaus itaque Duornik Valachus et Hungarice peritus ad eum celerrimè expeditus cum litteris quarum exemplar his inclusi signo errante, additis simul parijs mandatis signo, quod à Turca duo sui Boiarones qui uexilli adductorem ad Portam usque concomitati fuerant die 14 instantis reuersi Despotae exhibuerunt cum litteris Zahmuti Dragomani qui de ueneno quo Alexandrum tolleret sese frustra obtulit, nam disuasi et hominem qualis sit depinxi, praesens tunc in conclaue quo duo illi soli Despotae plura exposuerunt, Alexandrnm autem in Iconium Halepum quae olim Antiochia traiectum ut ex Ibraini intellexit cum Ephemeri 60 asperorum et solam cognatam cum liberis (huius

---

1) veredarius, Staatsbote, Currier.

apud Passas Impetratu) non abductam, sed Constantinopoli domi eorum quam illic habent detentam cum Ephemeri duorum filiorum (filiabus enim nulla est prouisio) 30 asperorum è iaculationibus tormentorum congratulatus est, et eo uespere me assumpto quod solet quidem saepe (idque addo ut Maiestatis uestrae rationem se habere etiam summam omnes hic iam non clam intelligant) in naui cenam habuit, confirmatis his die insequente à domini comercatore Galatino qui cum litteris Ibraimi et Turcarum Principis ad Regem Poloniae proficiscebatur, is sicubi obseruabatur Viennae uel uspiam homo ruffus est uertice tersitico et acuminatissimo, rasus omnia vafer latine italice Turcicae et Valachice linguarum peritus fuitque apud hunc et antea discedens hanc amicorum in porta seriem Despote reliquit italice o dabassy del gran signor item chiauss bassi Turcarum Princeps muztapha chelebi del filiolo di Principe mercadante Ioseph Onazy Ebreo del Sultan Selim mediante Ibraino bego quos et Augerius si quid proderint obseruare debebit, ad eliciendam animi ex illa quoque specula propensionem Turcarum Principis erga hunc Despotam et e contra praesertim de auxilijs, si quando, prout binis meis scripsi per hanc prouinciam mittentur filio Regis Ioannis in extremam certe conclamationem. caeterum ut ad rem redeam, animus Despotae ex literarum suaram parijs et Turcae erga Transsyluanum satis quidem conspicitur, sed liquidius ex his nouissimis signo III quas postea quam nuncius suus Ioannes Vranchich iam ante multos menses apud filium Regis Ioannis detentus 23 huius reuersus esset nudis cum credentialibus atque ita subito non pacem solum uerum cum restitutione arcium Chicho et Kikelleu auxilium implorans cum compromissione confederationis tali quam habet cum Vayuoda Transalpinensi per bolam quendam die eodem quo ille redijt misit, nunc de animo suo erga Maiestates uestras certe ita uafer erat nunc Despota et bona uenia serpente laboriosior, quamuis summa animi apud nos est, ut post infinitas meas non captiones tantum uerum re ita sane tunc in tot aparatibus apertas etiam questiones quid certi scribam Maiestati Vestrae Serenissimae uix habeam et humilime supplico ut ex his subsequentibus quae dietim secum egi et calendis meis inseruit clementer aliquid elicere atque colligere dignetur. si quae ago puerilius ueniam subiectissime mihi porrigi suplico, animi tamen mei iudicium postremo subiungam. Octenas iam uarijs uijs ad Maiestatem Vestram dedi litteras, quibus singulis omnem sui erga Maiestates Vestras significaui gratitudinem et animi promptitudinem, haec deinde sunt acta 12. die May, quam primum perlatum ad se est, nouum de profligato Exercitu nostro triduo mane quotidie egrediens dixit mihi: profligati estis et quidem miser summoperèque se dolere calamitatem Zay nunciaturum, se tamen haec Turcae, quum his nouis Moldauus, Transalpinus et filius Regis Ioannis apud Turcarum Principem auram captare certatim ille pro colore alter pro solito tertius pro officio studeant, habitis etiam nouis 18. de rebellatione Saxonum gaudebat et siculorum conatibus oblectatus est, nihil etiam subolui nouorum motuum ex eo quod decima quarta mandatum illud allatum fuerat de adiuuando filio Regis Ioannis, denique ubi noua contrariari Dei beneficio ceperunt et turcas pro nostris cesos proflligatos Passamque quendam cum plurimis captum intellexisset, ex speculatore suo Serotino admodum tempore me acciuit festine communicauitque hilariter et auxit hoc gaudium (eramus enim omnino perculsi). Turcarum ex Galatz usque quod in Danubio ripa meridiem uersus, in Moldauia finibus suum est oppidum cui Rhen oppositum est intersecante utrumque ex altera parte fluuio pruth ex eo conflictu profugum qui deinde confictis tanquam Acason Passa litteris 19 May comparuerunt, sed Agnita fraude emendicandi munus statim inanes dimissi sunt et admoniti, ne post hac falsis se tentarent litteris, se enim nullas Acasone in exilio ut refert unquam habuisse litteras multoque minus eum sibi nosse sanguine iunctum, die insequenti cum solitario in grabatulo meridiante multa disserui nactus occasionem à Zay tot in re militari Dei gratia unius anni successibus cum et statum celsitudinis suae ad commissiones Maiestatis Vestrae Serenissimae in optatum sibi finem deduxerit, etiam uictoriarum insuper nouarum bonos sortitum euentus quorum parti et ego nonnihil interfui urgendo subinde quam mirabili Dei beneficio parua cum manu quam ipsam à Maiestatibus uestris habuisset regno potiatur, sanitatem simul, uicinitatem pacatam,

fauorem populi, nouas denique sponsaliciorum oblationes et ambitus mirabar subiunxique tanta securitate et felicitate non contemnendum aliquid Maiestates Vestras de eo sentire atque expectare. respondit pro solito : se Deo et Maiestati Vestrae id referre saepenumero qui suis inculcare Boiaronibus Turcas mordendo quid et quantum sit Vestra Vnacum Sacratissima Maiestate Imperatoria Maiestas quam bene sibi ita toti reipublicae christianae uelle et fore sub cuius seculo stella nobis elucescat, tum ex unica sua uictoria totam cum ipsa Constantinopoli, (quod non negant) Turciam contremuisse nuper cognouerint, uerum quomodo solus ego Maiestatibus ipsorum ex usu esse possem? cur non inquit Serenissimus Rex Maximilianus, Dominus meus clementissimus munusculi nonnihil meorum quibusdam mittit? aut quid si mitteret nonne ad beneuolentiam maiorem (ignoti enim paruam adhuc habent isti cupidinem et gaudent inescari simulque affectate gloriantur) ineundam aliquid conferret? et cum quererem quibus? metropolitas duos nominauit Socrauiensem et Iazzoiensem, hi enim semper sibi lateri haerent Damascum singulis nigram et horologium minusculum. tertius magnus locum fet (1). Quartus supremus campi Ductor et Vicerex. Quintus Moczok. sextus Spanchiok, Septimus conseruator Sigilli maioris regni singuli cupam paruam. Octauus Abraham Cubicularius supremus uestem unam ex Damasco à Maiestatibus uestris haberent asitis (2) ad quenque litteris ut Christianae Reipublicae in qua nati sunt sient memores eorumque amicitiae fauerent et fortunam prosequerentur qui sunt Principes christiani. haec bis repetens me ad Maiestatem Vestram Sacratissimam perscribere iussit simulque summopere eandem rogare ut quoniam in uictoria Sua bona regni omnia pene que Alexander Moldauus secum habuisset conciderint desiderarique coronam diadema regni sui inferioris, duae enim sunt, altera regni Principes, crucem item que in coronatione applicari solet, quam stemma uocat et uestem regiam auro contextam quae omnia apud Ioannem Villeij de quo multum et grauiter questus, quod plus prede in bello suo quam uictoriae anhelauerit, reperirentur, pro quibus multum se persoluturum (quamuis coronae loco nouam iam 24. aprilis capiti impresserit) si Maiestas Vestra dicto Ioanni Villeij iniunxerit. regni enim eas Gazas (3) esse et non opes priuatas, nec eum in predam sed in tutelam et uirtutem (qua in re extollebat Anthonius Zekel à Maiestatibus uestris sibi adiunctum fuisse quae quidem si bene considerentur non esset iniustum restituere modo tamen quo isti omnes cum Principe unà Maiestatibus Vestris pro hoc beneficio aliquid promitterent. immo ad nonnullos articulos sancte sese obligarent, quod dubio procul facerent, nam et Suleymanus, cum hanc occupasset prouinciam omnia isthec integre in Sochauia restituit eoque facto beneuolentiam istorum sub seruitute restrinxit. maiori sane cum laude et stupore utrasque Valachias Maiestates Vestrae principes christianissimi ad perpetuum amorem et fidem haberent deuinctissimas, iudicium tamen Maiestatum Vestrarum esto de utroque hoc negocio quod tunc mihi proposuit. ego si quid extra instructionem egi uehementer veniam rogo, uideretur tamen non ab re mitti istis munera idque nunc non importune nuptiarum tempore confieret, ita enim et speciem res haberet magni erga eos secundum Despotam fauoris et beneuolentiae atque Turca minus istum hamum suboleret. extenuaciora tamen deberent esse munera metropolite, singulo horologio uenerarentur abunde et multum in eis consistit Lodofet, homo semper sibi similis subdole grauis cum silentio raro, de Maiestatibus Vestris et alijs mentionem nisi rogatus faciens poculo alliceretur, talis et campiductor Bernozkij sed curiosior et Dorophagus si itaque invitabitur, erit commodus Ioannes Moczok Capitaneus miles alexandrinorum strenuissimus, hunc aride manus hic amans homo grauis et Maiestatibus Vestris per Despotam deuinctus, tantundem mereretur itidem et capitaneus Spanchiok, duo postremi ueste unica singuli ornarentur, satis uellorica simplici. haec dum ita aguntur et in bono eum haberem cardine 23[ia] appulit dictus Ioanes Vranchich ex Transsyluania de quo supra filius Regis

1) forsan fert, wahrscheinlich : magnus Logophet.

2) wahrscheinlich: additis.

3) *Gaza*, Schatzkammer, Schaz.

Ioannis auxilia petere et libenter restiturum sua, imo Boiaros ad se mitti ambire qui feciales sint Siculis se habere domi Saxones quae inimicos foris Maiestates Vestras, in memoriam itaque reuocare iubet mandatum Suleymani uictos iam esse Budenses, restare ut se eiciant exercitus Germanici statim die insequente secunda hic ad bellum proclamacio mane admodum cum praeparatione uictualium ad hebdomades 12 lustrantur suo iussu per me pedites Hungarici, die altero leguntur milites, numerantur Ianizeri à ducibus macinae et tormenta reficiuntur, denique feruet opus quae dum mihi ambiguam mouissent mentem, hinc expeditio tabellarij ad filium Regis Ioannis tam benigna cum Signo et altera cum illinc non minus subitanea quam seuerissima belli tuba imo tempestas uerbis suis contrariari uiderentur, omnem moui lapidem ut seuerius ab eo extorquerem, quando moueret in auxilium et quantis copijs, respondit se omni die mouere posse, enumeratis omnibus oppidis quae hi pro comitatibus habent, et quantum quisque parata semper manu ualeat, atque ita una propositione utramque questionem compraehendens addidit. deesse sibi uexilla tympana buxos etc. simulque querere ex me quomodo tam paucis timpanis tantae legiones suae ad 80 circiter hominum milia diuidi possent, me interea intimante consideratione siluarum quas trans Silesi in Saxoniam uellet multa se habere debere palantibus pone militibus timpana, imo dixit sclopporum tunc utendum erit sonitu seu signo, haec omnia diligentissime ardentissimeque apparare uidebatur Despotes nocte dieque animo inquietissimo. verum superuenit interea Orator Transalpinus interrogatum ab hoc quum sint iam manus mutue num danda auxilia quae ipsi ad 10 tantum millia. hi autem 80000 inter se decreuissent, dixit se nihil aliud respondisse legato, nisi ut quiescant et rem differant. interea Moczok etiam cum Abrahamo in Transalpinam pro uirgine oratores cum Jcone Sponsae anuloque uirgineo qui est turcae sinus reuersus est alteroque die, quamuis ante mensem pene subinde letus inculcaret se Maiestatem Vestram propediem nuptijs inuitaturum modumque Maiestatibus usitatum quesiuit, ipse tamen suo se usurum dixit moldauico uel per Albertum Lasky quem adhuc non uidi hic uel Valachum quendam suum Orros nomine quae nuptiae erunt 15. Augusti inuitabitque Sacratissimam Maiestatem Imperatoriam. Regem Hispaniarum diui caroli quinti causa. Maiestatem Vestram et ex Hungaris Reuerendissimum Nicolaum Olahum. Nadasdinum et Franciscum Zay. Polonum. Prutenum et filium Regis Ioannis. Turcam omnino non uult per eum itaque quem missurus est plura atque iti simulanter cum auxiliaribus tardat, reuocatis ad quietem omnibus, donec ibi rem interea nostri conficiant, hinc Saxones et Siculi, illinc copiae Maiestatum Vestrarum cum et filium Regis Ioannis morbus accedat quem ex litteris doctoris eius ad hunc tribus eum horarum spacio pulsus motu atque omni sensu destitutum ulnis decubuisse intellexi, restat iudicium meum humilimum qu. ad humilime à me subiectum clementer a Maiestate Vestra accipi obsecro. iste Despotes cum uideat se multum (quod res est loci respectu) et prodesse et obesse posse utrique et Turcae et Christianis ex Turcarum subinde legationibus insolescere cepit. ita enim timetur ut omnem in eum effundat gratiam Turca. allatae sunt et hoc triduo literae Turcarum Principis cum adiunctis quas Polono et Tartaro Dibafo inuoluntas mittat in sua causa ut uterque machinas restituat et omnia quae ablata aliquando ab hoc fuissent sub graui indignatione Turcae fauent ei et Passae, itaque cum iam non labascere tantum, uerum iam quasi remouere eum uellent à fauore erga Maiestates uestras, cautè agendum est secum praeueniendo saepeque comonefaciando quod feci sedulo et nisi reminisset apparatum suum tantum non promissionis oblationisue nude, uerum obligationis iuramentique admonendus fuisset, cum mihi illud de uerbo sit notissimum utpote qui e me Tursone illud leutschouiae conscripseram, de quo cum neminem istic Principum magis amet, curam habere non dedignabitur maximaeque commoditate Tabellarij sui ad Maiestatem Vestram proprij. uideor autem multum mihi effecisse suggillatiunculis meis atque praesentia, quin in auxilium hic proruperit, mandati enim tenor durus est, ad hos dicam quod attinet semper sunt promptissimi, in reditu enim praedas tantum agunt ex Siculis, et cum nuper commemorasset: uides enumeratis sigulis quam pacifice undique mecum sint uicini, respondi: restare itaque ut Maiestates uestras se

omnino quietem ageret populorum quae alioqui inexercitatorum desidiam aleret exerceretque, impericiam adiuuaret atque quo diu expectant iam iam declararet, haec humilime Maiestati Vestrae Serenissimae Domino meo clementissimo Scripsi, similiter ueniam depraecando si quid sum molestus, caeterum et illud addo, magna mecum deliberatione nuper quo die nuncios ad Transsylvaniam misit ab eo quesiuisse, cum iuramenti cuius inclusi formam ex Valachica rudissime uersam aliaque consideranissem in litteris suis puncta, gratam procul dubio Maiestatibus Vestris esse cum Vayuoda Transalpino confoederationem et ex usu Reipublicae. uerum cum hoc filio Regis Ioannis quae futura est concordia atque coniunctionum non discordiam apud Maiestates Vestras pareret? respondit: immo non obfuturum si omnibus potiatur affebat(1) simul se ex Agriam habere uelle unde facilius Turcis rem facessat sperareque filium Regis Ioannis aliquando ex regno extorrem ad se fore profugam, communicauitque et nouum istud Moscouitam profligato Poloniam Kiouiam obsedisse nec Lituani ferunt suppetias. dixi hoc non satis esse letum imo letissimum. ille, quicquid enim Moscus affinis meus interceperit à Polono eo Maiestatem Vestram potituram seque diu hoc Maiestati uestrae conflare commodi. mirum enim quam uirulenter Polonum oderit, et ut concludam nunquam non est memor Maiestatis Vestrae Serenissimae benignissimae atque perofficiosissimae. curandum modo est ne a Maiestatibus Vestris pusillanimior per Turcas reffatur(2), auelli enim eum totaliter nunquam posse puto et haec est mea de animi sui erga Maiestates uestras uoluntate opinio quam ut constanter retineat nunccius Maiestatis Vestrae, praesentia sua quotidie ei refricat, confertque ea die non parum plures etiam ob respectus si nuptijs his aliquem idoneum et sagacem quales Maiestates Vestrae habent plurimos admiserit, uerum et de uicinorum erga eum uoluntate obiter praeter id quod undique pacem habet, Bistricienses quoque 28. May cum oppido Radna cuppa eleganti munere oblata amicitiam eius obsecrati sunt. hos subditos suos esse dicit duplici nomine, et quia sint haereditarij et à Stefano auo quondam suo armis reoccupatam atque cum nuper Paulus Scalich, nunc exvl christi in litteris suis dominum Bistriciae se inscripsisset, omnes reliquos titulos pertulit, hunc autem se non concessurum, simulque genealogiam affinitatis miratus est, de quo iudicium esto. litterae autem de Chicho et Kikeleu à me manifestae perlectae sunt, arbitrorque propediem Paulum Zekell nunc Sochauiensem officialem a Maiestatibus Vestris commendatum, eam possessionem ingressurum, Brassouiensis etiam quidam Petrus Armpruster heri appulit negocijs uti dicit in priuatis, obseruandus tamen mihi erit an sit uerus Orator uel explorator, quantum enim in me situm est, omni labore studioque nunquam deero, modo ut Maiestas Vestra Serenissima litterarum suarum quas hic adhuc nunquam uidi, Vnicam ostendere Dignetur tanquam Lijciscae(3) micam(4), De quo humilime supplico Subiectamque supplicam ex me clementer exaudire Dignetur etc. quoniam subitanea insperataque uocatione in negocio Maiestatum uestrarum Moldauico ad mandatum ea lundem(5) emissus, ex ipsis duae castris comini (sic) Zay ad Arce Hadad uictoriose positis expeditus omnibus sane meis Domestisis miserabiliter ualedixi, consorte totaque re familiari tristi admodum rerum facie relicta. Non ignarus tamen, omnia esse regum, publicisque priuata hominis semper postponenda, uehementerque enitendum, ut uirtus usu elucescat, ea imprimis, quae si à pueris emicuit, in Virili aetate robore, suo palmae Jnstar enitatur, sursumque euergat(6), quare cum Maiestatem Vestram Serenissimam omnino sciam idoneum aliquem ad sponsitia Despotae missurum, qui et uidit et uidere cupit plurimi, Supplico ut quisquis tandem ille fuerit, sive hic perseuerare, seu statim redire instructus à Maiestate Vestra Serenissima fuerit liceat mihi (humilime peto) domum ad mensem unicum uel medium saltem repedare measque res confirmatius relin-

1) fehlerhaft, statt: affabatur.
2) reffare, (mittelalterich) abziehen, wegziehen.
3) *lycisca*, Wolfshund.
4) *mica*, æ, Krumme, Bisschen.
5) earundem.
6) evergo, ere, herabfliessen lassen.

quere ex consideratione istius loci. mortales enim cum simus, magnum fortassis ex incuria hac mea posteris relinquerem damnum atque perpetuum incommodum. confestim profecto uel ad modernam conditionem humilime reuersurus, uel si Maiestati Vestrae Serenissimae uisum fuerit humilimè quae hic hausi intellexi atque cognoui ad eandem relaturus, satis iam expositurus morum gentis huius, situum regni, quem exacte Depictum unacum congressu se proelio Despotae habeo. curiae Denique huius (si quid Interest) tota series, officiaque ac munia pene perspecta. Fiat itaque clementissima Maiestatis Vestrae Serenissimae uoluntas, Liceatque hac parua ab oficio uacandi a rebus meis subuenire. Pro qua clementissima Maiestatis Vestrae gratia, humilima moderna, et perpetua futura mea seruitia offero. Benignam et gratiosam De hoc quoque humilime expecto per hominem Maiestatis Vestrae relationem ut quoniam iniqua nimium facta est diuisio inter me et Marcum collegam meum, geometrica sane, immo supplantatoria Jlle enim cum magna sumptuum parte, nihil curarum uspiam gerens, Triumphator redijt, ego autem hic (impossibile enim est solis se lactare Despotae praebendiculis) omnibus pene iam exhaustis hereo opus habiturus uestimentorum quoque cultu ratione Maiestatum uestrarum nuptialiore. Jmo ad idem muneribus porrigendis praeparatum me, priuata etiam in persona oportebit. Quicquid Jtaque Maiestas Vestra missura est, uel multum, uel parum sumptuum Quantumue panni pro me, Sericei, omne id ex clementissima sua gratia humilime amplectar. De quo utroque iterum atque iterum humilime supplico. Equorum Jacturam nihil commemoro. Sed Domestici mei, quam patiantur mei causa penuriam, Maiestatis Vestrae Serenissimae Dignetur clementissima atque gratiosissima esse meditatio, De quo humilime supplico. Quam anxie Denique atque suspiciose mecum momento quolibet conqueror, quod Maiestatis Vestrae tardet cursor et Zay quoque intermiserit, Deus nouit, ita enim si erit, frustra mea ad Maiestatem Vestram sunt scripta et inuanum Statio haec mihi deputata est officiumque sine fruge impositum, Optimum itaque mihi uideretur (bona uenia) si apud Maiestatem Vestram Serenissimam in ordine mise praesens (modo sim ad hanc harenam sufficiens), omnia disponerem et cursorem mihi eligerem, quorum hic tanta est Inopia, imo nulla fides, ut hoc rerum cursu maximè expetente ad Zay nullum expedire potuerim, quos autem expediui unacum expensis nescio ubi morantur, intercepti ne uel occisi, De qua re humilime Maiestatem uestram Serenissimam commonefaciendam, supplicandamque Duxi, ne non significasse insignem hunc defectum uiderer, persuasum enim habeat Maiestas Vestra Serenissima hanc speculam non debere esse inanem atque stultam, sed in omnes partes defixam et intentam, multumque obseruatio prouinciae huius quam Maiestatum Vestrarum pene esse arbitror toti christianitati et prodesse et (si reiecerimus) obesse poterit, Quod Maiestatis Vestrae Serenissimae prudentissimis pensitationibus tam capillata occasione ob insufficientiam meam relinquo, eandem semper foelicitate incolumitati coniuncta Deus tueatur atque conseruet. Datae sexta Iunij. Anno Sexagesimo secundo in Jazuasar Moldauiae Oppido.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Serenissimae

Humilimus semperque Seruitor

Talis Ioannes Belsius.

Aufschrift: Serenissimo Domino Domino Maximiliano Regi Bohemiae etc. Archiduci Austriae etc. Domino Domino clementissimo. — Ad proprias manus.

CCCXCV.

Raportul lui *Belsius* către *Regele Maximilian* despre dispoziţiunile lui Despot-Vodă şi despre căsătoria lui cu fiica Domnului din Muntenia. 1562, 7 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas Domine Domine clementissime.

Quam Maiestati Vestrae Serenissimae non sit ignotum, Turcarum Principem suos ubique quidem gentium non exploratores solum emittere, uerum proditores quoque alere, maximè autem tales, aulam Maiestatum uestrarum tanquam caput petentes sectantur, insusurrauit mihi Despota ut ad Maiestatem Vestram Serenissimam simulque communicari iussit Imperatori Sacratissimo scriberem Turcarum Principem in aula Maiestatum uestrarum Dalmatam quendam subordinasse, qui istinc omnia ad se perscriberet, scripta autem talia ad Despotam mitti iussit huicque mandauit, ut confestim per cursores ad portam transmitteret, promisit itaque se tale hominis scriptum non ad portam sed ad Maiestatem Vestram remissurum, quàmprimum habuerit, nomen exploratoris et formam effingere mihi non potuit, quia nescit, rescietur autem inquit ex primis suis litteris, obseruari tamen istic iussit. horrendum sanè isti aliquid moliuntur quo in hunc (meo iudicio) fabam cudant et explorator ille hoc imprimis puto habet in commissis ut obseruet an Maiestates Vestrae Despotae faueant et scriptis uel nuncijs inter sese agant, si itaque uideretur ut ego hinc ex mandato Maiestatis Vestrae Serenissimae ablicenciarer et istuc me conferrem, ut negocium hic in Moldauia apud hunc melius ordinaremus, praesertim cum in praesentia à Maiestate Vestra Serenissima non sim satis instructus nisi à cumine proprio, in reliquis procedens, quo utinam Maiestati Vestrae Serenissimae placeat, si enim modo alio non agemus, modus iste medius fidius, non erit diuturnus et durabilis, si itaque (bona et humilima uenia Dictum) uideretur auocabit me ad Maiestatem Vestram quàm primum negocium nostri cum Transsyluanis confecerint suos si habuerint Maiestatis Vestrae in manibus utendum erit nunciamentis nonnullis ad Transalpinos quoque cum huic sint coniunctissimi cum adhortatione simili qua ad hos Boiarones contra fauorem erga Turcas, cetera Deo altissimo et tempori commissuri, si denique placeret, hic in ipsis nuptijs litteras Petro si aderit Vauodam quem annum agentem decimum quintum filiam Nicolai Cherepousky decem octennem ambire accepi offerremus, admonendo hunc Despotam ut partes Maiestatum Vestrarum ignotis commendaret et sic hûc se Maiestates Vestrae firmarent apud Moldauos, Transalpinos et fortassis per hunc etiam Tartaros, ut Turcam scrupulus urgere tandem aliquis inciperet. De quibus omnibus si Maiestas Vestra Serenissima praesentem me informari curare dignaretur, magno me emolumento tanquam seruitor humilime offero si modo auocarer et informatus maturè remitterer, donec enim homo Maiestatis Vestrae ad nuptias has prorepere, multas occasiones comodas incommodè amittemus, cum dies 15. mutatus sit (puto ut nuptiae unae alteris combinentur, ideoque aduenisse affinem uirginis) in 14. octobris, quamuis ad Maiestates Vestras Decimus sextus Denunciatus sit. His subijciente colophone quo quoniam hic Despotes suum cuique tribuit restituendo etiam Hungaris templa sua et habentur conciones cum missa Eucharistica publicè contra edictum Alexandri tiranitum fora, impetrauimus enim nos pauci Hungari Judices Opidorum Hungaricos qui antea supressi erant afiaccionis. nunc nouam (sed non laudo) monetam cudi iussit ad ualorem aspere cursurus etiam alias ad maiores et minores ualores. De quo alias non enim adhuc in usu est. huius inscriptio talis eamque solus Maiestati Vestrae mittendam porrexit una *῾ΗΡΑΚΛΙ΄ΔΗΣ ῎ΙΑΚΟΒΟΣ ΒΑ΄ΣΥΛΕΥΣ ΔΕΣΠΟΤΗΣ ΣΑΜΟΥ ΜΟΛΔΑΥΙ΄ΗΣ ΒΑΣΥΛΕΥΣ* . . . altera illud homeri *ὀκ ἄγαθον πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.* Quod ut feliciter Maiestati quoque Vestrae Serenissimae subiecta Transsyluania coniunctis

multis subinde prouincijs faueat Deus optimus eandemque, humilima suplicatione mea graciose et clementer exaudita, conseruet et tueatur. Datae septimo Junij in Jazuasar. Anno Sexagesimo secundo.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Serenissimae Humilimus Servitor

Ioannes Belsius.

Post scripta.

Excusari se apud Maiestates Vestras summopere rogat Despota quod in titulis scribendisque literis est restrictior, immo in inuitatione quoque nuptiarum, se non per Stroyz suum sed per alium commodiorem apud Maiestates Vestras agere desiderauisse, sed quoniam destituitur tali hominum genere, proposuisse se dum ab Augusto ad Octobrem usque producuntur, adhuc semel inuitari curare meque quasi innuebat, ambire enim se ut Statum Regni sui Maiestati Vestrae quam imprimis grata memoria recolit et caetera aulae suae praeconia referrem uti uidi iam, sed hoc omnino praeterire non possum, sitque postremum in eodem colloquio cubiculari ualde submissa uoce omnibusque remotis, cum multis de rebus militaribus et regnorum uestrorum ruinis disseruisset, modum se dixit inuenisse et habere iam quendam quo Maiestates Vestras Buda Pesto Nandoralba et pluribus enumeratis potiri facere posset, idque sine uestro labore et sine sumptu seque hunc modum terrae petendo nulli unquam mortalium dixisse neque certe dicturum, quam Abrahamo cubiculario suo, mirabar sed dixit talem se hominem habere debere ad manus qualem in suo regno uix reperire posset, praeter unicum qui nisi senior esset nonnihil confectus celeritate et linguarum peritia satis valeret, nominauitque uice Capitanium Opidi sui Rhen. hoc quid sibi uelit non assequor meditando, quod autem nomen uiri specificat et celeritatem postulat uidetur se id pro ditione (1) aut conspiratione elaborare uelle, quod autem Rhen nominat uidetur ex eo et ex Galaz barilam ad Danubium et nester albam cum Degiene ex oppido Chreberche ad fluuium Nester et Kiliam primum omnium eludere uelle. Haec omnia sunt faciliora sed Budam non intelligo aliter nisi si in Zolnok haberet aliquem uel in Themesuaro. caeterum haec à consilijs Maiestatum uestrarum melius discutere debebunt, et (nulli enim quam Maiestati Vestrae Serenissimae id aperiet) Maiestas Vestra scribere Dignabitur de hoc me Paragrapho, maturandum autem est cum hoc uiro. Siquidem non essem Jmportunus, iterum me offero humilime ut si modum mihi Maiestas Vestra Serenissima quam primis literis mihi ostenderet istuc me conferendi et deinde ad nuptiarum tempus coniuncta mihi nobili aliqua quae ipsi grata esset persona rediremus remque aggrederemur Maiestatibus Vestris commodam quas Deus conseruet.

Dum haec aguntur, apulerunt nuncij totius Regni Siculorum porrectis credentialibus me interpraete Despotam rogant ut apud filium Regis Ioannis eos reconcilient et scriptis rem agent. de responsis ita agam ut per postam adhuc cras coniungantur istis.

Aufschrift: Serenissimo Domino Domino Maximiliano Regi Bohemiae etc. Archiduci Austriae etc. Domino Domino clementissimo. — Ad proprias manus.

---

1) proditione?

CCCXCVI.

Raportul lui *Belsius* către *Regele Maximilian*, despre situaţiunea lui Zápolya şi despre pregătirile de rĕsboiŭ. 1562, 13 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Belsii literae.

Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine clementissime.

De Nuncijs Siculorum qui heri aduenerunt, ita actum est, supplicationis summa erat. Quoniam non contra filium Regis Ioannis arma sed contra dicatores [1] arma iusta sumpserint iusta, iniuste eos dici haberique rebelles, quare mediatore Despote apud filium Regis Ioannis reconciliationem optare, saluis deinceps atque integris iuribus eorum pristinis neue ullam erroris huius memoriam renouaret; filius Regis Ioannis statim Baronibus proposuit domino Alb. Lasky accito in senatorium: non sum et ipse remotus; cui ita Despotes: Baronum meorum de supplicatione Siculorum hec est sententia, Siculorum regno facile potiri nunc posses, imprimis armis, dum ex castris redire te ad sua non uacaret, deinde quoniam ita sese desperatione moti certe commendare uidentur, ut quasi in regnum accerserent ultro, si tutelam suscipere uelles, uerum sine Turcarum nutu id si feceris, dicet, ecce nonne uerus erat Moldauus Alexander uates? nonne uera uerba despotem omnia sibi pedetentim pedetentim uel astu allecturum, uel harpiam manifestè futurum? itaque de hoc abstine: sunt enim tributarij Turcae, quod autem ut mediator sis attinet, id quidem facere potes, faciesque gratum Turcae qui sub dictos suos conciliasset, non auges eorum rebellionem quam Ferdinandus auidissime a te quoque nunc imprimis optaret. Ad haec Albertus Lasky: Illustrissime domine, mallem quidem toto pectore non Siculiae solum, sed multarum etiam aliarum prouinciarum fore, uerum non mala est eorum ratio, idque pluribus, ac denique conclusum utrinque est ut Boiarus unus Orzos dictus ad compositionem mitteretur. Perculit hoc saxum illico in animum uicimssimeque (sic) astans Despote sedentibus illis octo dixi paucis, si illuc facere non posset, hoc quoque inscio Turca minime licere, immo utrobique primum mittendi nuncij illinc qui animum Siculorum Turcae deferret et expectandus donec quid referat hinc qui desiderium eorundem exponerent ut sua uenia si placeret esset intercessor, dum Boiari inter se mussant. Despotes subolet quo interea Exercitus rem conficiat, donec currunt internuncij, Albertus Lasky etiam oculum intorsit, expeditus est utique Boiarus unus Orheu cum literis ad Ioannis filium, ut respondeat, num uelit intercedi sua uenia pro Siculis suplicantibus an non? solutumque est ita consilium; remansit Albertus Lasky solum cum Despote iunctaque illi manu (pridie enim aduenerunt) salutationem et animi beneuolentiam paucis replicaui, meque habere quod deinde exponam, ad Despotem autem etiam dormienti regnum a Deo obtrudi meritoque eum talem esse debere ut more (uenia tamen petita, eo etiam letiore existente) gallinarum ouo enixo uno plura eniti ac quirere quae sibi regna gaudeat ille dormienti quidem sed tamen cogitanti malleque ut sua esset etiam tota Polonia, Italia etc. uerum illam sane alteri parari. Nunc itaque, inquam, esset tempus quo celsitudo sua in memoriam reuocaret propositionum mearum maximas, unam qua sese defert negocia, dignitatem, statum, incolumitatem, denique eius summae semper curae habituram, quod quidem non est paruum, alteram ut ipse uiceuersa si qua occurrere commoditas intra uel extra Transsiluaniam rebus Maiestatum Vestrarum consulendi

---

1) *dicator* s. v. a. exactor, Steuereintreiber; *dicare*, exigere.

eas informet, en nunc emersit occasio, et credat Caesarea Vestra Siculos non ex animo optare, nec uelle nec posse concordiam filius Regis Ioannis utpote qui medio anno omnes penè nobiles ob id conficeret, uti conficere solet iniuriarum usus, uerum cum iam ab multo tempore sint castris defatigati et per Mailadi perfidiam capitaneo frustrati, ad Ioannis filium ituros, immo dixisse mihi nuncios quod si 300, uel 200 tantum milites ad eos transire possent, omnia esse regis nostri praecipuamque causam desperationis esse dicunt Caesaris Vestrae exercitum ad Tatros positum capitaneo Nicolao Lugasit cum 700 hominibus et belli proclamationes atque apparatus hic feruentissimos quae omnia ipsis centuplo uidebantur maiora metum quae Turcarum per Transalpinam et hinc, quid ergo uis faciam? inquit: ego possum eos adiuuare, qui quo inceperunt non procedunt, nonne ab eo tempore modum inuenire debuisset exercitus uester quo se cum Siculis et Saxonibus iungerent? immo nunc esset tempus ut Imperator uester ex una parte, ego ex altera insurgeremus, ego unum regnum (hoc tamen uespere dixit) capere potui manu Maiestatum suarum tam parua ipsi apud arcem unam herent tam diu? Jmperator quoque Turcarum nunc est in Agone, octobrem enim à suis non emensurum pronosticatur. Hoc tamen tandem ut faceret commodi rogaui, primo ut quietos redderet Siculos a pauore tum sui exercitus tum Turcici, si hac transire uellet; respondit, se hoc facturum copiose et libenter, quod autem ad Turcarum transitum, certe in Siculiam per suum regnum nunquàm concessurum, imo neque per Transalpinam, cum sint et sanguine et fidei iuramento coniuncti, animaturumque Siculos contra 3000 hostium cum 60000 suorum, frustraque secum qui semel caudam serpentis abscidit reconciliari promissurum, tamen se mediatorem futurum, uerum uideant ne postea penitentes culpam in se coniciant, cum christianus ipse christianorum Siculorum malis preuenire pocius quam author esse malet, minimeque gentium Turcam eum interea transmissurum, sicque a prandio Boiaronibus presentibus eos me interprete dimisit. Ego satis me profecisse quidem putubam, sed vespere coram Albertus Lasky ulterius progressi sumus. Ita dixit, se libenter uelle mittere Lascium cum subsidiarijs ad exercitum Maiestatum vestrarum, uerum hoc fieri non posse sine suspicione, per Poloniam autem non concedi, hoc tamen facturum quod etiam si Siculi nunc reciderint ad Ioannis filium, tamen quam primum reuersis nuncijs suis missurus est Paulum Zekely nunc per Sochauiensen officialem ad possidenda sua tractaturum, ut Siculos sibi semper alliciat aut fingat Paulus, se mihi esse rebellem et ui ocupet Siculiam. Haec quid in se habeant, Maiestas Vestra consideret, mane deinde Siculos absoluet ita per me *primo* ut eant, et suis omnibus dicant ac predicent, nullum eis exercitum, nullum discrimen hinc imminere, imo si mouendum esset ad mandatum Turcae nullum laesurum dato iuramento, *secundo* nullum se Turcarum hoc transitum daturum, nec nunc, nec vnquam; *3io* Transalpino confederato idem commissurum, pugnent itaque puto, Immo mirari quod hactenus 60000 ut fertis milia uestrum 3000 non inuaserint, *4o* se interea filium Ioannis requisiturum, an liceat ei mediatorem agere sine data venia tum a Turca tum ab ipso, *5o* Videant tamen, ne si hoc male ipsius cedat, in se culpam reijciant, et dicant (: verbis suis vtar :) in nomine diaboli intercessisse, impossibile enim et Ioannis filium iniuriam non simulaturum in Bebeko et alijs, *6o* Quod quoniam nihil cum eis hinc agat hostile, illinc autem reconciliationem eis curet, admonens ut quod se in regem amplectantur, quandocunqne Ioannis filius regno excucietur aut quem ipse uoluerit, adiunctoque uiatico utrumque remisit, ego autem quoniam uterque et Matias Nagy et Tomasi Franciscus agiles sunt à me bene tractati, magnam spem mihi reliquerunt se turbaturos omnia, ne intercessionem expectent, sed firmati ab isto, qui nec mouebit, nec si moueret cederet, nec Turcae ui pertimebant utraque pugnam uicta iam perfidia Mailadi et animum pristinum exequantur. Haec, Serenissime Rex, hic aguntur, edocui de his et capitaneum Franciscum Zay, nuncque tempus esset omnem mouendi lapidem, nec his plura, nisi mirari (: me autem omnino contabescere merore :) Despotem et Albertum Lasky, quod ne uerbum quidem à Maiestate Vestra habeamus omnino, cum res sit in extremo ac Ali uel amittendi in perpetuum Transiluaniam uel pociendi. Ego ero sine omni culpa et mallem ibi interesse cum fruge, quam hic ore

hiante frustra quid agam expectare, et jam aliquocies ad aperta castra me contulissem si ex hac statione cedere auderem, timens ne quid veniret me absente in comissis. Det Deus ut agantur omnia bene et Maiestas Vestra sit incolumis. Datae in Jasuuasar decima tertia Iunij.

Belsius, m. p.

A terg: Serenissimo Regi Bohemiae Domino semper clementissimo.

CCCXCVII.

Regele *Maximilian* întrébă pe Impěratul *Ferdinand I.*, ce měsuri are să iee în cestiunea ajutórelor cerute de Despot-Vodă. 1562, 25 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine ac genitor mihi obseruandissime. Petrus Roussellus reuersus ex Moldauia praesentes mihi a Despota exhibuit litteras, quibus postea etiam subiecit adpositum Memoriale Gallicum, exponens unà sibi ab eodem commissum esse aliquot Principes Christianos, praesertim Daniae et Suetiae, Reges adire, ipsorumque opem, atque potissimum instrumenta bellica contra Tartaros requirere: Deinceps quoque Regem Galliae et Hispaniarum, conferendi subsidij nomine pro exoluendis quater Centenis Millibus Ducatorum, quos Turcarum Principi breui restituere, aut tribus locis munitis cedere debeat.

Principe itaque loco, quód hanc susceptam profectionem ad Christianos Principes concernit, arbitror Despotam, suspicionem qua prius apud Turcarum Principem laborat, magis aucturum, parumque utilitatis consecuturum: Id quod praefato Roussello ad partem quoque sincere aperueram. Verum cum mandatum sibi fuerat Maiestatem Vestram Caesaream primo loco conuenire, ad eandem illum hac de re quoque remisi, ut Maiestatis etiam Vestrae sententiam animumque intelligere, et iuxta illius normam se suumque propositum deinceps dirigere debeat.

Quod Captiuum, pro quo Despotas deprecatur, meas quoque partes interponendas obtuli, submissè rogans, ut Maiestas Vestra Caesarea ei hac in re, quoad eius commodè fieri possit, morem gerere uelit.

Quam deinceps petit sibi superioribus annis decretam quingentorum florenorum annuam pensionem, in posterum dicto Roussello largiri: Vbi Maiestati Vestrae Caesareae, eam pensionem ipsi Despotae diutius numerandam esse uideretur, fieri mea quidem sententia sine incommodo posset, ut illa in hunc Roussellum eo casu transferretur.

Caeterum quod ad postulatum ipso Memoriali compraehensum et bellica instrumenta quae summoperè desiderat, attinet: Eius plane iam sum animi, ut prius, nempè quadoquidem Despotae imperium non usque adeò certum sit, neque radices egerit, dubito num ex usu sit futurum, eò terrarum, quae Turcae quodammodo subsunt, huiusmodi instrumenta bellica mittere. Nam etiamsi eas Regiones Despota sibi subiectas se superstite retineret: Incertum tamen est, quid ipso uita functo de ijs ageretur, fierique, sane possit, quòd ea arma tunc in Maiestatis Vestrae Caesareae subditos conuerterentur, Cum tamen praefatum Despotam non ita praetereundum, sed potius beneuolentia complectendum omnique studio fouendum censeam, non abs re futurum putarem, ut

Maiestas Vestra Caesarea illi aliqua in parte gratificaretur, et pro suo clementi arbitratu certum numerum, unde parum incommodi maneret, armorum permitteret.

Postremò quo ad certam pecuniae summam, quam ultimo loco pro comparandis quibusdam rebus necessarijs et itinere perficiendo sibi mutuari petit, quam deinde oretenus ad duo, tria, uel quatuor Millia florenorum limitabat, Responsum hac de re in eius à Maiestate Vestra Caesarea reditum distuli. Quod ut nosset, eidem significandum censui. His gratiae et fauori Maiestatis Vestrae Caesareae paterno me quàm obsequenter commendo. Datae Lyntzij die Vigesima quinta mensis Iunij. Anno etc. Sexagesimo secundo.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Caesareae.

Obedientissimus filius

Maximilianus.

Aufschrift: Sacrae Romanorum Caesareae ac Hungariae Bohemiae etc. Regiae Maiestati etc. Domino ac genitori meo colendissimo.

(Ämtliche Anmerkungen der Kanzlei oder vielmehr kurzer Auszug aus obigem Berichte:)

Rex Bohemiae. Despota Moldauiensis.

1. Non placet, quod Moldauus subsidium pecuniarium et Principibus Christianis vult petere. Remittit tamen hoc Maiestatis Suae arbitrio.

2. Suadet ut Maiestas Sua ad intercessionem Despotae liberet quendam notatum Augustum, qui in Boemia Captiuus detinerj dicitur.

3. Et ut pensio 500 fn. quae fuerat decreta ipsi Despotae in Ruossellum transferatur.

4. Vt Maiestas Sua illj gratificetur in aliqua parte bellicorum instrumentorum quae desiderat.

5. Remittit Maiestatis Suae arbitrio an aliquam summam pecuniariam ipsi Ruosello mutuare uelit.

CCCXCVIII.

1562, 30 Iunie. Raportul lui *Belsius* către Regele *Maximilian* despre alianţa încheiată între Alexandru-Vodă şi Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas etc.

Literis meis de data 9. Iunij binis abundantissime scriptis exposui potissimum de voluntate Despotae erga Maiestatem Vestram et apparatu auxilioque bellico coniuncta confederatione cum Ioannis filio, Inclusis parijs literarum non paucis, quamue consultum esset oportunitate motuum Saxonicorum et Siculorum frui; submisi deinde per postam

alias, si coniunctae sunt illis prioribus nescio, quibus quid Siculorum nuncij proposuerint responsoque quo hinc dimissi sint à Despote exposui. Verum dum ista luditur comedia et letior à Despota M. Vestrarum rerum expectaretur euentus, cum et ipse promitteret tantum et non praestaret Ioannis filio auxilia per internuncios immo nec conciliaret, sed perseuerare et instare iuberet Siculiam totam suo respooso. Conuersa est res in tragediam (uel fortassis nescio) inexpectatam, inopinatumque euentum, de quo hec fuerunt Alexandri Moldaqui uerba: Nonne ego ex animo semper uerba tecum communicaui tibi desideratissima? Nonne omnem inieci auxiliorum simulatis promulgationibus belli remoram? Nonne dixi nunc esse tempus et oportunitatem potiundi Caes. M. Sacratissim., Transsiluania, Immo ut ille ex una, ex altera ego insurgeremus copijs mutuis? Nonne denique eo dimisi responso Siculorum nuncios, quo ipse coram optabas maxime? Ecce iam et uestrae reciprocauerunt copiae iussu Imperatoris Sacratissimi saluis Inducijs cum Turcae, et Siculi castris dimissis redierunt ad sua; quomodo iam agetur cum miseris Siculis qui ea qua lactabantur spe frustrata humi conciderunt? Redijt interea et Nicolaus Duornic cum literis a Ioannis fillo, qua ipsa adhuc aderant Siculi, petens auxilia 4000 militum, Dieque tertio cum promissione ad eum remissus, Siculis at iam discedentibus non mutauit responsum, sed addito benigne viatico ijsdem quibus antea confirmatis promissis dimisit, iturum se quidem, sed non laesurum, itaque pro nunc status hic talis est: mouimus ex Iazuasar et uenimus ad Romanuasar 28. instantis, ubi et die eodem Spanchiok capitaneus cum 7000 suorum, quibus cum auxilio missus à Despote ad Ioannis filium fuerat simulanter, ex ipsis finibus redijt, et simul superuenit et Tabellarius meus Valentinus Prepostuari quem communi opera Despotis ad Zay miseram. Jlle redijt, quod non opus sit iam auxiliaribus; iste literas M. Vestrarum per manus meas exhibuit, et miror quod non ocultè, sed omnibus Baronibus presentibus eas exceperit, idque vultu hilari amplexatus esse apud M. Vestras suaque cum Incolumitate omnia curae esse intelligere, Franciscus Zay paria literarum M. Vestrarum suis incluserat, Quibus de sui accurata custodia premoueretur etc. Eas ego ex zytra non uerti quae eis est comunis, certae in tempore hoc euenit, subiunxique benevolentiae summa hec esse signa, nec nisi ex summo loco esse profecta, immo admonui ut pauimenta superiora obseruaret, monnunquam exemplo Serenissimi Regis Hispaniarum, quod eum non latebat. Quod ad reliquam literarum Francisci Zay partem, de eodem maxime admonebat, et profecto admonitioni, adhesit, immo etiam stupens constitit et mecum copiosius collocutus etc. De quibus nunc esse breuior cogor, uia enim haec leopoliensis non est tuta; milites qui adducti sunt numero pedites 150. equites talis uites (?) 80 circiter, qui maromarusiensibus non transmissi, vi, armis ferroque per alpes uiam fecerunt, occisis maromarusiensibus uon paucis, rutheno uno Ioane nobilem et secundo capto aducto, preter computum prede quam egerunt, placuitque hoc augurio res Despotae summopere. Quid Ioannis filius ad hec et Palatinus Russiae cum Polono, nondum scio. Eos autem statim ex Sochauia accerssiri iussit, relictis illic tribus qui ex eo proelio sauciati quietem agant. Ceterum de summa omnium nationis nostrae militum stipendiariorum praeter Valacos et Janizeros primis meis scribam ubi illi aduenerint, totus autem exercitus baronum nobiscum semper mouet, sed filius Ioannis auxilia iam non postulat, Lasky autem in auxilium Polono contra Moscos mittitur, legatione praedecente, num Indigeat opera sua. Hoc omnino non praetereo, Franciscum Zay scripsisse in consilijs nonnulis suis ut Despotes alat cum Ioannis filio pacem, et cum Polono similiter concordiam, quod an ex mandato Maiestatum Vestrarum sit nescio. Ego tamen quoniam nullas adhuc et nunc cum opus esset maxime, accepi hic literas instructionis, discordiam inter illum seminaui. Inter hunc uero pacem malim, illud ratione Transsyluaniae à nostris occupande, hoc quod ex usu uidebatur. Quid itaque mihi agendum sit, humilime et suppliciter cognoscere desidero. Iam enim alia mihi ad portum nauigatione proposita, uela quoque diuersa danda erunt, et remiges ita aptandi, prout M. V. instruxerit. Iste nec auxilia nec bellum urgebit, sed hinc recta ad Nemz arcem usque Moldauiam et Sochauiam mouebit, atque ibidem nuncios suos ex Transiluania expectans conquiescet, unde ubi de suis

minus benignum retulerint responsum, ui aget et Siculos sibi assciscet. Tartario (sic) Nicolao Lugasith ex arce Soroka 6000 à 3000 profligati sunt grauiter, et multi huc adducti. Maiestati Vestrae Sac. humilime seruitijs meis comendatis nouam per literas informationem suppliciter peto, eandem superi seruent. Datae in Romanuasar. vltima die Iunij Anno sexagesimo secundo.

Humilimus Maiestatis Vestrae Serenissimae seruitor

Ioanes Belsius.

P. S. Ex ipso strato me aduocat Despotes, cum eo uespere uterque nuncius et Nicolaus Duornic seu Nikita et Orhenus, de quibus utrisque antea iam significaueram Maiestati Vestrae, redijssent. Magno animi merore exposuit se ab exploratore suo intellexisse proditiones esse in Gyula. Et miratus est cum ei exponerem, Franciscum Zay preter omnium commilitonum uoluntatem cum hamzabeko colloquium piuatum celebrauisse. Quamuis uterque sit callidus, tamen notus est mihi hamzabekus, quod sit nihil aliud quam mala mens, malus animus, qui tunc etiam cum Comaronium littus transiret et alterum pedem in naui, alterum in rippa haberet, dixit, se iam esse in terra Turcae et non in M. Vestrarum uel oratorum suorum potestate, hoc Franciscus Zay bene recordari potest, ideo Gyulae inuigilandum erit totius Hungariae cum commodo; scripsit etiam literas Ladislaus Kerecheni, sed nihil in eis mali inueni exhibente mihi Desp.; hoc quoque Maiestati Vestrae Serenissimae significo, iamiam appulisse milites illos ex Hungaria, statimque etiam non condescentes à Desp. lustrati, atque animo hilari persoluti. Quo autem animo sint Boiarones Valacici, ex uultu non possunt dissimulare et mirentur stupentes hoc nouum militis genus, unde tam de repente populus certe à nemine salutem Despotae et libertatem omnium pendere dicit nisi ex milite Hungaro, nec quiquam potuisse M. Vestram magis Regium huc contulisse. Vnum restat, ut hic Maiestatis Vestrae Serenissimae mandato detineantur et obstringantur, nec curent difficultates asperarum quae hic multum monetis nostris derogant.

A tergo: Serenissimo Domino Domino Maximiliano Regi Bohemiae etc. Archiduci Austriae, Domino Domino Principi clementissimo etc.

CCCXCIX.

1562, Iunie. Instrucţiunile date de *Despot-Vodă* lui *Pierre Roussel*, trimis în solie la Regele Maximilian.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Copie des points Principaux de la commission de Roussel.

Premierement, apres les deuces salutacions et seruices, fere les excuses envers la mageste Imperiale Touchant largent que le Prince Despot, auoit promis Luy envoyer. La cause est les grand frais quil a supourté a payer son armée, et le tribut du turcq que Luy a esté augmente de beaucoup plus qua son predecesseur, lequel aussi

se est enfuy auec le tresort du pays, Touteffois auec le temps Il ne fauldra de tenir sa promesse.

Remonstre que les Tartares luy ont predé cest yver dix sept villages, combien que les Valacs en ont deffait cinq mil a la Retraite.

Le Vaiuoda de Transsurvanie a beaucop nuyt au Prince, car Il a envoyer par trois fois au turcq pour emposcher Lestandart, aleguant touiours quil estoit Seruiteur de la maison dautriche.

Mais voyant qui ne proffitoit Rien, Il envoya son ambassadeur pour auoir amytié, ce qué lé Prince ne fera que premierement Il ne Luy Restitue tout ce que luy soulait apartenir en transsurvanie.

Le turcq a donné a entendre au Prince qui lenuoyera en quelque voiage, et pence que ce sera deuant agria, si sera ainsi Il ne fauldra den auiser sa mageste de bonne heure. Aussi si lenvoyera au secours du Transsurvan Il ne fauldra di aler avec soixante mil hommes, mais se sera a son dommaige.

Le Tiran pensant estre Remis en son premier estat promis de mettre entre les mains du turcq vng fort chasteau et deux villes sur la frontiere qui a faillu que le Prince Rachetat pour quatre cens mil Ducatz qui fault qui paye deuent noel prochain.

Le Prince soffre de fere seruice a sa magesté et a toute la Crestienté aduenant les occasions, Les occasions sont, si le Turcq fesoit ung voiage en Perce, ou bien se mouroit, ou que ses ensfans entrassent en querelle les vngs contre les aultres pour le Royaulme.

A ceste occasion, pour auoir meilleur moyen de fere ledit seruice, Il supplie sa magesté Luy vouloir ayder de quelques armes, a sauoir harquebuses, corseletz, morions, picques, quelque piece dartillerie et pouldre.

Il peult metre soixante mil cheuaulx en campagne et quarante mil pietons, mais desarmez.

Quant Il vouldra Il gardera bien de sortir le turcq de constantinoble pour fere guere ce qui souffre fere volontier toutes et quanteffois quil en sera Raysonnablement Requis par les Princes crestiens.

Il a grande Intelligence avec le patriarche de Constantinople et plusieurs grecz.

Il espouse pour sa legitime femme la scur du Vayvoda de Transalpine.

Le Prince promet de tant fere que le Roy sera esleu en pologne, et si sera quelques vngs qui vouldront contredire, Il ne tauldra y amployer ses forces, et sasscuré destre le plus fort.

Touchant Ioannes Stroichtz tresorier du Prince Lequel a esté detenu a Craçouia par le chancelier de Pologne.

Pour la deliurance dung nommé Augusta Lequel est prisonnier passé douze ans en Boheme.

Touchant puelque somme dargent pour demander a sa majeste Royale, au nom du Prince Tant pour Luy acheter certaines choses, come pour survenir a la necessité dudit Roussel pour son voiage. Laquelle Il Rendra en briefz.

Plaise a sa majesté se souuenir dudit Roussel touchant Les cinq cens florins de pencion.

Pierre Roussel m. p.

Aufschrift: Les pointz Principaulx de Linstruction de Roussel.

CCCC.

1562, 18 Iulie. Raportul lui *Francisc Zay* către Regele *Maximilian*, propuind pe Martin Gotthardt, numit şi Literatus ca cel mai potrivit om spre a fi trimis în solie la Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Regia Maiestas, domine domine clementissime.

Post fidelium Seruiciorum Meorum In graciam Sacratissimae Maiestatis vestre humilimam Mei Subieccionem. Quod hactenus Maiestati vestre Sacratissime de Nominandis Aliquibus Idoneis personis In Moldauiam In locum Ioannis Belsij delegandis Siue constituendis, Nihil Scripseram, hec fuit causa, quod Ego Rem hanc Non Ita festinandam fore, Vt Iam Ex Litteris, Et Mandato Maiestatis vestre Sacratissime clarius Intellexi, Existimabam, Et preterea quod In Inquirendis Eciam huiusmodi personis, Atque Sciscitandis qui huic Muneri, Magis quam Ioannes Belsius, Utcumque Nescio per quem Sacratissime Casareae Et vestre Regie Maiestatibus Comendatus, Sufficiens esse videretur, Tanto Tempore Expectaui, Quare Cum diligencia qua maiori fieri patuit Adhibita has Infrascriptas personas, qui In hijs partibus Ad hoc officium Inuenirii possent, video, Qui magis Idonei Atque Magis Sufficientes, qui et Solliciti Atque Industrij, Et linguarum pro more gentis prouincie Illius, Latine germanice hungarice periti essent, Tales enim hoc officium propter Naturam walacorum Et Aliarum Nacionum prouincie Illius, qui et practicus, et Sobrius Sit, Exquirit, qui omnibus occasionibus Inuigilare, Atque Eciam ipsum dominum despotam Interdum Admonere, Sciret; hos Inuenio Mathiam Sayzlych, qui hactenus domino Magochy In dandis Apud Cameram hungaricam Racionibus Inseruiuit. At Iam Nunc finitis Racionibus, Vt Intelligo, liber, Ab omnium Seruicijs et obligamine domini Resideth, Baltasar Zwla Seruitor Reuerendissimi domini Agriensis, quo ipse dominus Agriensis facile Carere potest Si A Maiestatibus Vestris Sacratissimis Requisitus fuerit, Stephanus Litteratus de kewleseer, Nunc Cassouie Residens, Scriba olim Cancellarie hungarice, Et franciscus Vrsinus, Contrascriba Tricesime Cassouiensis. Isti omnes prouinciatus Linquas optime Sciunt, et Aliqui Istorum Linguam quoque Bohemicam Siue Sclauam periti sunt. Sed horum omnium Melior Et Apcior Atque qui facilius Ad hoc Seruicium Induci potest, Videtur mihi franciscus Vrsinus. Qui Alioqui Seruitor Maiestatum Vestrarum est, Quem Si Maiestas Vestra Sacratissimu Eo deligere (1) dignabitur, Scribendum erit Tantum domino francisco pestiensi Vt loco eius Ad officium Contrascribe Querat Alium, Et hunc Ad Mandata Maiestatum Vestrarum Sacratissimarum Expediat. Cum Necessarijs Expensis et Insttuccione Vel Si Maiestati Vestre Sacratissime Ex hijs quatuor, Alter Melior fore Videbitur Stat In clementi Voluntate Sacratissime Maiestatis Vestre. Ego preter hos quatuor, In hijs partibus magis Idoneos Non Reperio Et Vestram Sacratissimam Maiestatem deus Altissimus Saluam Et Incolumem Nobis Et Regno Conseruare dignetur, Cassouie 18 die Julij Anno domini 1562.

Eiusdem Vestre Sacratissime Maiestatis

fidelis et humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer m. p.

Aufschrift: Sacratissime Bohemorum Regie Maiestati Archiduci Austrie duci Burgundie etc. domino Meo Clementissimo.

---

1) delegare.

CCCCI.

Scrisórea lui *Despot-Vodă* cătră Regele *Maximilian*, rugându-l să-i trimiţă drept sol pe Belsius. 1562, 21 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Rex domine clementissime.

Pro quibusdam arduis negociis duxi maiestatis vestre fidelissimum seruum Ioanne Belsio Expedire cui in omnibus fidem adibere dignabitur, ac per eundem responsum dare optamus, est enim vir cui quiuis tut (1) possit committere queuis, et cum maxime necesse sit hic aliquem semper esse a maiestate vestra nos nullum alium optamus. est enim non modo nobis sed omnibus nostris proceribus gratissimus, is maiestatem vestram feliciter valere ab eterno patre opto. Ex nostra mitropoli Sozaua die Iulii 21.

Vestre Maiestatis dedititissimus

Despotas.

Aufschrift: Serenissimo Principi et domino domino, Maximiliano dei gratia Regi Boemiae, Archiduci Austriae, duci Burgundiae etc. domino domino clementissimo.

CCCCII.

Rcrisórea Regelui *Maximilian* cătră Impĕratul *Ferdinand I.*, propunând, ca să fie trimis drept sol pentru nunta lui Despot-Vodă, pe Martin Literatus. 1562, August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine, Domine ac genitor mihi obseruandissime, Rescripsit mihi praesentes Franciscus Zay quibus aliquot personas in locum Ioannis Belsij, Nuncij in Moldauia agentis surrogandas nominat; quod me eidem iniunxisse Maiestati Vestrae Caesareae nuper significaueram. Quas quoque cognoscendas Consiliarijs Hungaris exhibueram, qui etsi Mathiam seitzlich reliquis nominatis praeferant: tamen nec eum omnibus numeris absolutum, atque ad id muneris satis Idoneum arbitrabantur. Ideoque Martinum Literatum seruitorem meum (quem Maiestas Vestra Caesarea dubio procul optimè nouit) tanquam ad hanc prouinciam aptum nominarunt. Quanquàm autem ignorem, num is ad eam obeundam sufficiens sit, tamen neque ego inter eos qui nominati sunt, aptiorem, magisque idoneum noui, Proinde, nisi Maiestas Vestra Caesarea quemquam dexteriorem seu aptiorem habeat, hunc prae reliquis sufficiendum, atque in locum Belsij eò ablegandum censerem, et ut Maiestas Vestra Caesarea de sumptibus quoque ordinandis, quandoquidem quo pacto Belsium aluerit, seu intertenuerit, mihi non satis constat, benignè decerneret. Quo constituto, Belsius quod petiuit reuocandus, et

---

1) tute.

hic Martinus Literatus maturè eò ablegandus esset, ut tempus Nuptijs Despotae praestitum praeuertere, ijsque Vestrae Caesareae Maiestatis et mêo nomine tunc interesse possit, Quod tamen Maiestatis Vestrae Caesareae exactissimo iudicio humilimè submitto, me Eiusdem gratiae, et fauori paterno, obsequenti studio commendans. Datae Lyntzij die duodecima mensis Augusti Anno etc. Sexagesimo secundo.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Caesareae

Obedientissimus filius

Maximilianus.

Post-scripta: Quum Maiestas Vestra Caesarea, et ego à praefato Despota ad eius Nuptias quod benignè nouit, inuitati simus, Eandem Obsequenter monendam duxi, an et quid honorij Nuptialis loco eidem decernere uelit. Datae ut supra.

Aufschrift: Sacrae Romanorum Imperatoriae ac Hungariae Bohemiae Regiae Maiestatj etc. Domino ac Genitori meo colendissimo.

CCCCIII.

1562, 25 August. Scrisórea Impĕratului *Ferdinand I.* cătră *Despot-Vodă*, pe care-l felicită de căsătoria lui şi-l vesteşte că-i trimite în solie pe Martin Literatus.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ferdinandus diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus etc.

Illustris fidelis nobis dilecte. Literas tuas pridie nonas Iunij datas quibus nos certiores reddisdisti de matrimonio inito cum filia Illustris Vaiuodae Transalpini, et pro tua in nos obseruantia et sincera fide ad nuptias obsequenter inuitasti, accepimus, Idque tuum consilium magnoperè sanè probauimus, quin etiam desideramus hanc futuram coniunctionem à Deo optimo maximo sic fortunari, ut tibi perpetuo sit ornamento atque praesidio, Et quia pro ea qua te complectimur gratia et beneuolentia, ad gratificandum tibi perquàm propensi sumus, haud grauatim nuptias illas tuas, ut petis, repraesentatione personae nostrae Caesareae condecorare et ornare statuimus, nostrasque uices ad exequendum id huic Egregio fideli nobis dilecto Martino Literato seruitori aulico Serenissimi Principis domini Maximiliani Regis Bohemiae etc. filij nostri charissimi, qui tibi has literas nostras dedit demandauimus, eumque etiam loco Ioannis Belsij apud te commorari iussimus. Quare abs te benignè postulamus, ut illi non modo nunc, uerum etiam posthac in quibuslibet negocijs nostris, quae nostro et praefati Serenissimi filij nomine tecum acturus est, plenam fidem praestes. Quod reliquum est uolumus te unà cum sponsa tua uestrisque propinquis et coniunctis omnem à nobis benignitatem atque

fauorem quoquo loco et tempore expectare. Datum in arce nostra Regia Pragae die XXVta mensis Augusti, Anno Domini M.D.L.XIJ. Regnorum nostrorum Romani XXXIJ aliorum uero XXXVJ.

Ferdinand m. p.

Ad mandatum sacrae Caesareae Maiestatis proprium

M. Singkhmoser.

Vt Seld.

Aufschrift: Ilustri fideli nobis dilecto Iacobo Basilico Heraclidi Vaiuodae Moldauiae ac Despotae Sami et Pari etc.

CCCCIV.

Scrisórea Regelui *Maximilian* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre doue rapórte primite de la Belsius. 1562, 25 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domne ac Genitor mihi obseruandissime. Accepi paucis antè diebus hasce binas, mihi per Ioannem Belsium scriptas literas, quas notis erutas (sic) Caesareae Vestrae Maiestati hisce iniectas mitto. Quibus potissimùm, quae inter Despotam et Siculos acta fuerint, eiusque in Maiestatem Vestram Caesaream studium et animus recensentur, licet ipse Belsius in rebus gestis aperiendis, more suo perturbatè agat, et affectato dicendi genere utatur. Quorum tamen ut Caesarea Maiestas Vestra notitiam aliquam haberet, eidem quoque communicanda duxj.

Caeterum è Maiestatis Vestrae Caesareae literis submissè intellexi, sibi benignè probari seruitorem meum Martinum Literatum in locum dicti Belsij surrogari. Eum itaque huc accersam, atque iuxta Maiestatis Vestrae Caesareae sententiam, quàmprimum hinc in Moldauiam ablegabo. Quibus Eiusdem gratiae et fauori paterno me studio obsequenti commendo. Datae Lyntzij die vigesima quinta mensis Augusti, Anno sexagesimo secundo.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Caesareae

Obedientissimus filius

Maximilianus, m. p.

A tergo: Sacrae Romanorum Imperatoriae ac Hungariae, Bohemiae etc. Regiae Maiestati etc. Domino ac Genitorj meo colendissimo. Prag.

CCCCV.

1562, 2 Octom. Credenţional adresat lui *Despot-Vodă* din partea Regelui *Maximilian* pentru solul Martin Gotthard, numit şi Literatus.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Despotae. — Maximilianus.

Illustris sincere nobis dilecte. Cum Sacra Caesarea Maiestas dominus et genitor noster colendissimus hunc seruitorem nostrum aulicum egregium fidelem nobis dilectum Martinum Gotthardt ad Dominationem Vestram expediuerit. propter causas illas quas Dominatio Vestra ex ipso intelliget, pro singulari beneuolentia et fauore quo Dominationem vestram complectimur, noluimus eum ad Dominationem Vestram sine his nostris venire, quibus Dominationem Vestram benignè inuiseremus, eique de inito matrimonio gratularemur, ut Dominatio Vestra de propensa nostra in eam voluntate indies maigs et magis certior reddatur, Qua de re dedimus etiam in mandatis eidem Martino ut cum Dominatione Vestra latius loquatur, Quare Dominationem Vestram benignè hortamur atque requirimus ut ipsi Nuncio in his quae nomine nostro dicturus est plenam fidem habeat, ac desuper ita se gerat, sicuti ab eius praeclaro erga nos studio expectamus, factura in eo rem nobis gratissimam Dominationi Vestrae Regia nostra benignitate rependendam. Quae bene valeat. Datum in arce nostra Regia Pragae secunda mensis Octobris 1562.

Aufschrift: Illustri sincerè nobis dilecto Jacobo Basilico Heraclidj Despotae Sami et Pari ac Vaiuodae Moldauiae.

CCCCVI.

1562, 3 Octom. Raportul Regelui *Maximilian* către Impĕratul *Ferdinand I.* despre modul, cum crede de cuviinţă a-l recompensa pe Belsius pentru serviciile lui ca sol în Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Allerdurchlauchtigster Grosmechtigister Römischer Kayser, gnedigister liebster Herr vnnd Vatter.

Zaiger diz, Iohannes Belsius, Gesandter aus der Moldaw, ist hieher zu mir khomben, Vnnd anzaigt. Eur Khay. Majt. die hetten Ihne auf mich gewisen. Nuhn halt Ich nicht darfür, das dem also seye. Nichtdestoweniger aber, damit Eur. Khaÿ. Majt. seiner abkhommen mügen. So wölle Eur. Khay. Mayt. genedigiste Verordnung thuen. Damit Er abgeferttiget werde vnd anhaims ziehen möge derweil nunmer der martinus literatus an sein schtat zum Despot deputiert ist, wiebol dieser belsius gern bai disem ambt beliwe, sed non est sufficiens. Vnnd thue mich Eur. Khay. Mayt. gehorsamblich bevelhen. Geben Schlan, den Dritten Tag Octobris Anno D. im Zwayvundsechtzigissten

Eur Rom. Khay. Mayt. Gehorsamer Son

Maximilian.

Aufschrift: Der Römischen Kaiserlichen auch zu Hungern vnnd Behaim etc. Khönigclichen Maiestät etc. meinem gnedigisten liebsten Herrn vnd Vattern.

CCCCVII.

Credenţional dat la adresa lui *Despot-Vodă* din partea Impĕratului *Ferdinand I.* pentru Martin Gotthardt, numit şi Literatus. 1562, 3 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Despotae credentiales. — Ferdinandus etc.

Illustris fidelis nobis dilecte. Expediuimus ad te hunc egregium fidelem nobis dilectum Martinum Gotthardt Serenissimi Principis domini Maximiliani Regis Bohemiae filij nostri charissimi seruitorem aulicum, propter causas quas ex ipso coram intelliges. Quae cum de mente ac voluntate nostra procedant, te benignè hortamur atque requirimus, ut ipsi plenam et indubiam fidem praestes in omnibus quae verbis nostris tecum acturus est, non modo in primo suo isthuc aduentu sed postea etiam quandiu isthic permanserit, et desuper eum te exhibeas quem nos pro ea quam geris erga nos singulari obseruantia, et eximio in Rempublicam Christianam studio futurum maxime confidimus. Id quod erga te omni fauore et benignitate Caesarea oblata occasione recognituri sumus. Datum Pragae 3 Octobris 1562.

CCCCVIII.

Instrucţiuni date din partea Imoĕratului *Ferdinand I.* lui *Martin Literatus*, solului trimis la Despot-Vodă. 1562, 3 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Instructio ad Despotam. — Ferdinandue etc.

Instructio pro egregio fidele nobis dilecto Martino Gotthardt alias Literato seruitore aulico serenissimi Principis dominj Maximiliani Regis Bohemiae et filij nostri charissimi de ijs quae nostro atque iam dicti serenissimi filij nostrj nomine apud Illustrem fidelem nobis dilectum Iacobum Basilicum Heraclidem Moldauiae Vaiuodam ac Despotam Sami et Pari agere et exequi debebit.

Primum quando ipse Martinus ad dictum Despotam peruenerit, redditis litteris nostris credentialibus ei verbis nostris benignam salutem dicat, ac tauorem et gratiam nostram Caesaream deferat.

Deinde ulterius ei exponat, nos ex ijs litteris quas praeterita aestate ad nos dedit intellexisse ipsum matrimonium contraxisse cum filia Illustris Vaiuodae Transalpini et quod magnopere optauerit nuptias quas hoc mense Octobri esset celebraturus, personae nostrae repraesentatione ornari et condecorari. Ex ea autem re nos et antedictum filium nostrum pro eximià benignitate qua eum complectimur, singularem voluptatem coepisse eique etiam atque etiam gratulari et desiderare, et huiuscemodj noua coniunctio ipsi perpetuo sit ornamento atque praesidio.

Fuisse quoque nobis in animo hunc nuncium nostrum ita tempestiuè ad ipsum

mittere, quod potuisset nostro et eiusdem serenissimi filij nostri nomine nuptijs illis interesse, Sed posteaquam considerauimus ei facilè inde periculum creari posse, quando nimirum maleuoli eius id intellecturi essent ut qui nunquam desinunt ipsum in porta Principis Turcharum in suspitionem, odium et inuidiam vocare, asserentes ipsum nobiscum et cum filio nostro charissimo Bohemiae Rege clandestina consilia agitare, maxime vero filius Regis Ioannis, et Alexander Vaiuoda, satius visum esse ab expeditione eiusdem Nuncij nostri aliquantisper supersedere.

Verum enimuero ubicunque cum nos ipsi tum et filius noster eidem Despotae et sponsae eius ac utriusque propinquis et coniunctis gratificari ac beneuolentiam et fauorem nostrum praestare et quae ibi usui et ornamento futura sint promouere poterimus, ibi nobis neque voluntatem neque studium unquam defuturum esse, siquidem ex animo cupiamus ipsum Moldauiensem Vaiuodam indies maioribus fortunarum ac dignitatis honorumque accessionibus augeri et locupletari, non dubitantes, quando idem Vaiuoda occasionem nactus fuerit, nobis et Reipublicae Christianae, maximè uero afflicto et oppresso Hungariae Regno egregiam aliquam operam nauandj, quin ad id sese promptissimum quoquo loco et tempore exhibiturus sit.

Vltra hoc dictus Nuncius noster Martinus Literatus exponat ipsi Despotae quod cum superioribus mensibus operae precium iudicauissemus apud ipsum Vaiuodam continuè habere fidum hominem, per quem idem Vaiuoda subinde non solum certior fieret de optimo Maiestatis suae Caesareae ac nostro (1) in ipsum animo, verum etiam in dies posset ipse admonerj de ijs quae scire eum oporteat, tum et nos informari quae quotidie isthic occurrunt digna ut ad nostram noticiam deducantur, quo sic instituta istiusmodj mutua intelligentia et correspondentia alterutra pars eo rectius alterius rebus commodare posset. Homo vero ille nunc ab ipso Despota ad nos remissus praetendat priuatas quasdam rei familiaris difficultates propter quas optat se onere illuc redeundj leuari. Ideo ipsum Martinum Literatum in mandatis accepisse, ut penes ipsum Despotam maneat, quo facilius atque commodius opera et medio ipsius quaecunque necessaria fuerint inter nos hinc inde conferri et communicari queant.

Itaque eidem Martino Literato Nuncio nostro curae esse debebit, ut nos quam fieri poterit creberrime et exactissime secretioribus notis scribendas (2) certiores faciat de rerum Moldauiensium statu, deque gubernio et administratione Despotae, de populo Moldauiensi et eius studio et inclinatione, Jtem quomodo ipsi cum Transsiluano et alijs vicinis et praesertim Turcis couueniat, et numquid commodj nobis ab ipso expectandum sit, et qua potissimum ratione rebus nostris prodesse queat.

Caeterum debebit saepedictus Nuncius noster admonitus esse, ut haec omnia habeat et tractet secretissimè, et ita se gerat, maximè in itinere, ne à quoquam homine agnoscatur.

In quibus omnibus exequetur idem Nuncius noster benegratam et expressam voluntatem nostram erga eum omni clementia recognoscendam. Datum Pragae 3. Octobris 1562.

Articulus inserendus Instructioni ad Despotam.

Praeterea dicat idem Nuncius noster nos clementer intellexisse quae ipse Vaiuoda Moldauiae nobis nunciauerit per Ioannem Belsium de sua ad suscipiendum contra Turchas bellum animi promptitudine, et alacritate, ac quibus in rebus ipse cupiat conatus suos ad beneficium Reipublicae Christianae tendentes per nos et alios Christiani orbis Reges Potentatus ac Principes adiuuari et promoueri, Eam vero tam praeclaram voluntatem atque in rem Christianam studium nos merito magnis laudibus extollere, modo

---

1) Der Concipient hat vergessen dass er auf Geheiss Ferdinands, nicht Maximilians schreibe.

2) irrthümlich statt: scribendis.

tam ardua prouintia commodo et opportuno tempore suscipiatur, et arridens aliqua expectetur occasio, quae nunc nulla sit, siquidem Despotam ipsum celare nolimus auxilium Regum ac Principum Christianorum sine quo ipsemet agnoscit eiuscemodj ingentem expeditionem sibi nimis grauem et onerosam fore non ita fore in promptu, ut id quoque tempore habiturus sit paratum, quoniam multi sint Reges Potentatus ac Principes Christiani quibus sive perpetua sive longissimi temporis pax cum Turcharum Principe intercedit, qui non facile patienter sibi persuaderi, ut eam anticipitis belli expeditione permutare velint, alias autem alijs distineri curis atque occupationibus, ita quod longis et multis tractatibus opus sit, quò in huiusmodj belli societatem perducantur. Sic etiam nobismet impraesentiarum non esse integrum salua existimatione nostra quicquam hostiliter contra Turcham moliri, quoniam ad nos allatum sit Turcharum Principem octennales Jnducias cum Oratore nostro in porta eius existente firmasse, Qua de re certum nuncium atque adeo Oratorem ipsum nostrum in 6 horas expectemus. Et in euentum quo firmatas esse cognouerimus, eas sane pro nostra parte inuiolatas seruaturos. Itaque nostro iudicio meliorem expectandam fore occasionem, nam ubi ea affulserit, vel tempore Induciarum elapso, vel ijs ex parte Turcharum violatis, tunc nos ipsi et prouintiae isti neque milite neque instrumentis bellicis, nec alio auxilij genere, in quantum unquam fieri poterit, defuturos, sed apud ceteros quoque Reges Potentatus et Principes ut idem unà nobiscum praestent, sedulò elaboraturos esse, neque enim ignorare nos quod salus et incolumitas Moldauiae cum aliorum quoque vicinorum Regnorum et prouintiarum securitate et tranquillitate coniuncta sit, Interim velit simulationibus uti ac pacem cum hoc praepotenti hoste colere omnesque illius actiones et consilia diligenter obseruare, ne ex improuiso et ante tempus ei aliquid damni adferat.

CCCCIX.

Scrisórea unui anume *Wolfgang Schreiber* despre motivele purtării sale faţă cu Despot-Vodă în cestiunea tipăririi bibliei în românește. 1562.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

A° 562. Zu Aurach. Inn Wirttenbergerlandt.

Der Vngnaden brieff An desspott (geht aus, vmb das endt Iuly) hats selbs vnderschriben. Vnd der gantz Inhalt ist nichts anders Allein, wie dass er die welt verlassen hat, vnd Allein Gott dient, wird daz Ewangelium In die welt auszubraitten, sich bemuett. Derhalben hat er In disem schreiben, den despott gepetten, vnd Cristlich vermandt (dieweil Er auch für Ainen Cristlichen Fursten wird beruembt). Vnd Ime, Gott der Herr, vnder sein landt hatt geholffen, das er Auch wolle, daz wortt Gottes, In seinem landt predigen, vnd daz Ewangelium in die Walachische sprach lassen druckhen. welle Ers In Teutschem landt lassen druckhen, so welle Er Herr Vngnad. der es sonst In Andere sprachen Als Windisch, mit lateinischen Puchstaben, Crobatisch, vnd Sirfisch, mit Iren Aigenen Puchstaben vnd Caractern, hat druckhen lassen. dauon Er Jme dan von Ieder sprach, Exemplaria hatt zu Ainem Musster vnnd gezeugnuss seines werckhs vnd bemueung bey mir geschickht Ime dar Jnnen mit Allem vleiss diennen. Er solle Allain gelerte personen zu Ime schickhen. die khunten die sprachen In dass Walachisch Transferiern. Wolte Aber Er Despott, Ain Aigne Druckherey In sein landt haben, Sol

Er Ainen diener mit gelt zu Ime herrn Ungnaden schicken. so wölle Er solche Druckherey, Aufs Pesst bekhumen, Vnd hinein den Despot schickhen. dass Ist die gantz supstanz seines Vngnadens schreibens. vnd schreibt Ime, Anders von nichten wegen: Ich waiss, dann Ich den brief gelesen.

Das Sendtschreiben von meinen genedigsten Herrn Khunig, Maximilian, hatt Ir khu. Mt. selb vnderschriben. Secretary lindeggen hats gefertigt, vd auch vnderschriben. ist lateinisch geschriben, vnd ist darinnen nichts specifice von khainen handlung geschriben. Sonder Allain An furschrifft In genere. vngeverlich, wie Ichs hab behalten Auf dissen weiss.

Max. etc. etc. Caepit Iter ad Vestram dilectionem Wolfg. Schreyber. quinqueecclesiensis. fidelis noster dilectus. in quibusdam negocijs, sicut Vestra Dilectio ex ipso latius cognoscet. Et si Substantia rej per se amplectenda et fauenda sit. tamen Vestram Dilectionem maiorem in modum requirimus et rogamus, Vt ipsum Wolfgangum. non tantum benigne admittere, audire et rei tractationes sibi Curae esse. Sed et ipsum referentem, tum nostri, tum sui ipsius Causa, bene Comendatum habere, et cum primis ad nos remittere Velit. Quod Vestram dilectionem sua ope facturam minime dubitamus. Et si fortunam eiusdem Vlla Racione Iuuare possemus, haud denegate nos facturos, Certo sibi persuadeat etc. Datae Pragae 29. Septembris A° 562.

Der khuniglich Passprieff. ist Auch lateinisch ist durch die khu. Mt. vnd Se. Lindegg vnderschriben. Ich khann mich nit gar gewiss erinnern, ob dise 2 khunigkhliche brief, Aigentlich sein den 29. Septembris datiert. Aber es fellt vber 2 tag nit, dann es war gleich zu zeit des Aufbruchs auf frankfort. vnd die khu. Mt. zu Behemb. Max ist den 3. Vnd die Rö. kay. Mt. den 5. Octobris von Prag verraist.

Souil nun dise gantze handlung. darumben Ich bin zum Despott khumen belanngt, Ist hie lautter Verzaichent. Vnd hab mit Ime von nichts Anderm geredt. Allain dass Ich mich Aller handlung halben, In des herr Vngnaden schreiben, Vnd In der khu. Mt. darauff gerickte vnd gestelte furschrifft hab gelendet vnd dirigiert, Vnd hab darauff Anttwort begert. Darauf hatt mir der Despott geanttwortt. Er wolle mir Anttwortt darauffgeben. Nun hat Er mir khain Andere Anttwort nit geben, oder khain Wortt weitter hernach mit mir geredtt. Allain dass Er auch hatt lassen fangen. Vnd hieher geschickhen. Gott Erparmbs.

Es sein Aber ettliche seine Diener vnd sonderlich sein Doctor, zu mir khomen. vnd vill mit mir geredt. Ich solt dem Fursten Ratthen, dass Er solte sich vnder die Cristlichen fursten, Verheyraten die khundten Ime In der Nott hellffen. Dann Ir khainer durffte es Ime Antzaigen.

Darauff hab Ich gesprochen. wolle Er Ain Furstin begern. Aus Teutschem landt. Vnd Alda freundtschaft machen. Ich wölle Ime gern darinnen dienen, sofer ers begert. Das hatt man Ime Angetzaigt, demnach hatt Er mir lassen Antzaigen vnd beuelchen. Ich solt solch mein guetbedunikhen verzaichnen. Vnd Ime schickhen. Er wolle sich darüber bedenckhen, Vnd mir guette Abfertigung geben. Auff solch seinen beuelch. hab Ich Aus Cristlichem treuem gemuett Ime auf dise Articl gesuadiert. Aber Allain von mir selb. Vnd Aus Niemands beuelch oder Anlaittung. Allain seiner aignen dienner:

Erstlich, dass Er Als Ain Cristlicher Fürst. Al sein sachen Auf das Euangelium wölle pauen.

2. Dass Er die Rö. khay. vnd khu. Mt als die höchsten heupter der Cristenheit wölle vor Augen halten. vnd Irer Mt. gnad vnd gunst zuerhalten sich befleissen.

3. Dass Er wölle vmb Ain Cristliche Fuerstin. Ime zu Ainen gemächel trachten.

4. Dass Er sein Person, mit guetter Guardia wölle huetten lassen. Dass Vergüntt man Ime wol.

5. Dieweil mein genedigster Herr. khunig Maximilian: zum Römischen Khunig seye worden. wierdt Ir Mjt. an Zweifl Ainen Reichstag halten. Daselbst wierdt dass Reich Irer khu. Mjt. gelt vnd volckh zuhilff bewilligen. vnd Auf die gräntzen schickhen,

Dahin In den Reichstag Solte Er Als Ain Cristlicher furst sein potschafft schickhen. Vnd freundschaft machen, so wierdt Er mögen zur zeit der Nott hilff von danen erlangen. Darinnen hab Ich mich angepotten. Auf seinen beuelch zudienen. Das ist die gantze handlung, was Ich mit dem Despott hab gehandlt. Vnd gar nichts merers.

CCCCX.

Raportul lui *Martin Literatus* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre situaţiunea din Moldova. 1563, 8 Ianuar.

(Din Archiva ces reg. din Viena)

Sacratissima Caesarea Maiestas, Domine Domine semper clementissime.

Maiestati uestrae sacratissime humilime notum facio, me gratia domini dei huc in Moldauiam sanum et incolumem peruenisse, et ipsum quoque principem sanum pariter et incolumem inuenisse. Qui gratia Maiestatis uestre ipsi per me obligata, magnopere est gauisus, scit enim et agnoscit ea spe et promotum et etiamnum stare, ac inposterum quoque se in ea post deum spem et fiduçiam omnem habere. Quantum ad res eius attinet, hactenus satis in bono statu sunt, subditos habet optime erga se affectos, et ut ipse putat, etiam fideles, quibus etiam se et sua omnia audet credere de futuris, et an eius res firma sit futura, et stabilis sit, diuinari non potest, tamen sicut preter multorum hominum opinionem, auspicijs Maiestatis Sacratissime uestre ad hec euectus est, ita etiam sperandum est, ipsum pro commodo Christianae Reipublicae diuinitus seruatum iri. Turcas hoc tempore non timet, Supremum Passam sibi fauere putat, non tamen sine certis rationibus, à Tartaris etiam timetur, cum Transalpinis ipsi pax est promissa, ipsi annuo tributo quinque aureorum millia, puellam tamen antea promissam nescio ob quam causam non reddiderunt hostem maiorem perfido Transalpino non habet qui non solum apud Turcarum Principem ipsum deferre et accusare non desinit, sed etiam suis litteris subditorum eius et maxime Hungarorum qui hic sunt ab eo alienare et abstrahere conatur eius malitiam Maiestatem Vestram ferre posse miratur, cum sit ueluti serpens mordens calcaneum Maiestatis Vestrae, imo proditor totius Christianae Reipublicae. Huc porro uenit ultima Decembris Wolff Schreiber (1) quem iste Princeps necessarij de causis coactus est Constantinopolim ad Portam Principis Turcarum mittere, nam ipse Praga discedens tempore discessus Maiestatis Vestrae in Frankfort uolens in Moldauiam proficisci Cracouiam est profectus, illincque non in Moldauiam sed in Transsyluaniam ad Transsyluanum properauit, apud quem etiam plures dies immoratus fuit. Cuius facti sui nullam ueram laetificarem rationem reddere potuit, et insuper ubique se per Transsyluaniam et Moldauiam pro magno Oratore qui ueniret à Maiestate Vestra et etiam ab alijs Imperij Principibus huc ad hunc Principem cum magnis muneribus se gessit, suo rumore Transsyluaniam et Moldauiam impleuerat. Sed praeter caetera clarius cognitum est eius malum propositum nam praeter alias eius practicas et Ciffras inuenimus etiam Ciffram eius cum Cyaky Cancellario Transsyluani qua sine dubio Vtebatur, veluti proposuerat in nullum bonum finem, uidetur itaque miserandus homo iustas mali imo execrandi sui propositi poenas luere. Mihi porro domine clementissime hic hoc in-

---

1) Nämlich: er ist gefangen eingebracht worden.

commodi est, quod non semper cum ego cuperem et deberem, possum ad Maiestatem Vestram literas mittere, sed nacta solum tabellarij commoditate, non aliud nisi ut dominus Deus Sacratissimam Maiestatem Vestram ad multos nouos annos una cum tota inclita Austrie domo felicissime conseruet, orare non desinam. Ex Zochauia Octaua Ianuarij Anno domini supra Millesimum Quingentesimo Sexagesimo tertio.

Eiusdem Vestrae Sacratissimae Maiestatis

Fidelis et Humilimus

Martinus Gotthardt.

Nachschrift: Fuissetque ipse Wolff Schreiber eo etiam per Transiluanum missus sicuti huic certo ab Exploratoribus alatum erat, quod sibi multo periculosius fore uidebatur, maluit itaque ipse prior mittere quàm ut ab eo mitteretur, nam et certarum literarum Maiestatis Vestrae exemplar unà cum exemplari literarum commendatitiarum Maiestatis Regiae, quae ipse dederat Transsyluano omnia una cum exemplo mandati principis Turcharum quo mandabatur, ut cum in Transsyluaniam ad Transsyluanum redierit, statim Constantinopolim mitti debeat. promiserat autem certo se ad Transsyluanum rediturum, propterea ibi equos et alias res suas reliquerat.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Caesareae Maiestati etc. Domino et Domino meo semper clementissimo.

CCCCXI.

1563, 8 Ianuar. Raportul lui *Martin Literatus* cătră Regele *Maximilian* despre situaţiunea lui Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine semper clementissime.

Notum facio Maiestati Vestrae humilime me gratia Domini Dei huc in Moldauiam sanum et incolumem peruenisse et ipsum Principem pariter sanum et incolumem inuenisse, qui gratia Maiestatum Vestrarum magnopere gaudet, Cui etiam se omnia debere fatetur, seque non sui alicuius commodi sui sed causa Meiestatum uestrarum et communis Christianae Reipublicae maximè laborare, in quo putat se Maiestatibus uestris plurimum inseruire et prodesse posse, modo ipsi auxilio esse dignentur, sed queritur sui admodum paruam haberi rationem, sibi etiam parua petenti negari, sicut nescio quas bombardas manuarias et pro quatuor millibus ducatorum sibi in in illis partibus exulanti nomine Maiestatum Vestrarum datorum dicit sibi Franciscum Zay ualde esse molestum cum ipse sit paratus non solum omnes spes sed etiam totum regnum et etiam uitam pro Maiestatibus Vestris exponere, pecuniam sibi hactenus deesse propter maximas expensas quas pro hoc primo anno facere est coactus, tum etiam quod solicitus sit pro futuris necessitatibus, uidetur enim nescio quid in animo habere idque cum alias tum contra Transsyluanum maxime quem merito capitali odio prosequitur, ipse enim eum non solum apud Principem Turcharum assidue accusare non desinit sed etiam huc subditis

huius literas misit eorumque animos uarie ab eo abstrahere studet, sicuti et Hungaros qui hic sunt uarijs modis et rationibus abalienare ac seducere conatur. In rebus eius mihi praeter alia displicet, quod homines externarum nationum paulatim à se dimisit et se ac sua omnia suis credere cepit, Propterea ut arbitror quod iam de illorum fide non dubitat, et quod minoribus stipendijs quam externi possunt contentari. Turcas hoc tempore non timet, Supremum Passam sibi fauere putat, Tartaros quoque ut se longe inferiores non magnifacit. Res eius an durabilis sit futura difficile est diuinare. Sperandum tamen est ipsum diuinitus pro commodo Maiestatum Vestrarum et Christianae Reipublicae seruatum iri. Sciat porro Maiestas Vestra Wolff Schreiber huc ultima Decembris uenisse, quem Princeps iste necessarijs de causis coactus est Constantinopolim mittere nam ipse Praga à Maiestatibas Vestris discedens Cracouiam est profectus ac illinc non in Moldauiam sed in Transsyluaniam ad Transsyluanum properauit, cuius sui facti nullam certam et efficacem rationem reddere potuit et se insuper ubique per Transsyluaniam et Moldauiam pro magno Oratore gessit, asserrens ae cum magnis muneribus à Maiestatibus Vestris et alijs Imperij Principibus ad Despotam esse missum, cuius malitiam et detestandum proditionis propositum melius cognouimus, uisis et perspectis rebus et maxime eius Ciffris quas cum Cyakij Cancellario Transsyluani communes habuit, quas etiam inspiciendas curabimus Maiestatem Vestram quamprimum fieri commode poterit eius literis fidem nullam habeat Maiestas Vestra. Sexto porro huius mensis die hic Princeps cum maximis huius gentis ceremonijs ex arce pedes usque ad fluuium Aochua (1) ad spacium unius stadij est profectus preferendo ipsi sceptrum, coronam, gladium et duos baculos aureos, ubi ipse imposito capiti diademate sacerdotes aquam in memoriam Baptismatis Domini rite orationibus pro incolumitate eius felici regimine dictis, equo conscenso domum redit portans coronam. Quod super est praecor ut Dominus Deus Maiestatem Vestram unà cum suis hominibus sanam et incolumem felicissime conseruet et ei det hunc adhuc recentem annum pariter cum sacri Romani Imperij auspicijs faustum et per omnia foelicissimum. Ex Zochauia octaua Ianuarij Anno Dominj supra Millesimum Quingentesimum Sexagesimo tertio.

Eiusdem Vestrae Sacratissimae Maiestatis

Fidelis et humilimus Seruitor

Martinus Gothart.

Praeterea Domine clementissime cum ipse miserandus Wolff Schreiber ita exciderit et Dominus Deus eius malum propositum per me et Ioannem Belsium sit detegere dignatus, Maiestati Vestre supplicamus, ut res eius si quae alibi inueniri poterunt, nobis propter notam infidelitatis conferre clementer dignetur.

Misi insuper Maiestati Vestrae ex Ducatis quos iste Princeps facit cudere saltem ut quales sint uideat.

Fuissetque ipse Wolff Schreiber eo etiam per Transsyluanum missus quam primum eo redijsset, promiserat, enim se quamprimum eo riditurum, propterea equos et alias res suas ibidem reliquerat, sicuti huic per exploratores relatum erat, exemplar quoque literarum commendatitiarum quamprimum ad Transsyluanum uenerat cum quodam alio Caesarea Maiestas ei dederat que statim erant Constantinopolim missa ac huc quarto huius die una cum exemplari mandati ad Transsyluanum dati quo mandabatur, ut istum Oratorem Ferdinandi quam primum ad Despotam redierit, eum statim mittere debeat relata omnia hoc modo huc erant, propterea petit iste Princeps ne Maiestates Vestrae

---

1) wahrscheinlich statt: Suochaua.

cuiquam literas commendatatias dare nec quicquam ad eum scribere sed si quid ipse mandare fuerint digna (1) id ad me solum perscribere dignentur ut eiusmodi fraudibus omnis uia in posterum praecludatur.

Aufschrift: Serenissimae Romanorum Hungariae et Bohemiae Regiae Maiestati etc. Domino et Domino meo semper clementissimo.

CCCCXII.

1563, 3 Ianuar. Scrisoarea lui *Zápolya* cătră *Sultanul Suleiman*, în cestiunea castelelor pretinse de Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Exemplum literarum Transsiluani ad Solymanum quae allatae fuerunt 30. Ianuarij.

Potentissime Imperator, domine clementissime, post oscula pedum Maiestatis Vestrae. Maiestas Vestra clementer recordare dignetur, quando per fraudem Ferdinandi ex Transsiluania eiectus extra regnum fueram, tunc Maiestas Vestra pro immensa sua erga me clementia Regnum aduersarijs concedere noluit, sed nos reuocauit et in regnum clementer restituit, ac Alexandro Vaiuodae Moldauiensi serio mandauit ut nos in omnibus occurrentijs fideliter iuuaret, ob quam ego gratiam in perpetuum cum omni fidelitate usque ad sanguinis effusionem Maiestati Vestrae seruire conabor. Dictus Alexander Vaiuoda iuxta mandata Maiestatis Vestrae cum omni promptitudine nobis presto semper fuit, qua de causa in finibus regni nostri quaedam bona illi benignè concessimus, quarum possessionem illius praedecessores nunquan habuerant, sed postquam Moldaui insolentiores facti bona subditorum nostrorum inuadere et diripere caepissent, ita ut regnicolae nostri unanimiter arma capere et iniuriam depellere cogerentur, Alexander euitandi huius motus et conseruandae nobiscum amicitiae causa praefata bona beneuolo animo sua sponte nobis restituit. Ex eo tempore nos cum Moldauis pacifice uiximus, et subditi nostri tranquillam uitam agentes pro salute et foelicitate Maiestatis Vestrae continuo deum orant, at Despota iste nouus eadem bona nunc à nobis repetit et ad Moldauiam pertinere affirmat. Cum uero Maiestas Vestra clementissime nobis regnum concesserit, confidimus quod non permittet, ut denuo pereamus, quoniam semel statutum est nobis potius una cum omnibus nostris regnicolis in acie occumbere, quàm bona ista dicto Despotae reddere, quod cum ita sit Maiestatem Vestram vehementer oro, ut Despotae serio iniungat, ne ullam nobis uiolentiam faciat; hoc certum est, quod Despota multa fraudulenta et insidiosa machinatur consilia, et si diutius in Moldauia permanserit, magnum nobis et regno nostro ab eo periculum imminebit, nisi Maiestas Vestra in tempore prouiderit. Quandoquidem omnem pecuniam quam extorquere potest, clam in Germaniam mittit, fortassis Maiestas Vestra fidem nobis non adhibebit, sed cognoscet suo temporo haec omnia ueraciter et fideliter praenunciasse.

Datum Albae Juliae 3. die Januarij 1563.

Ioannes Electus Rex Transyluaniae

et cetera.

---

1) statt: fuerit dignum.

CCCCXIII.

Raportul lui *Martin Gothardt*, numit şi Literatus, despre starea lucrului în ceea ce priveşte pe Wolf Schreiber. 1563, Ianuarie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Negocium Wolff Sraybar hoc modo actum est.

Vltima Die Decembris anni elapsi peruenit Zohauiam, rebus suis potioribus cum vno seruitore In Transyluania cibini (nescitur qua de causa) relictis, cum quinque seruitoribus in reda Brassouinsi Exhibito Vbique saluo conducto filij Ioannis Regis quem in spetie Maiestati Vestrae mitimus, ad quod oppidum antequam peruenit premisit quedam Joannem Srenn germanum ad Rossel et Horatium Secretarium Principis Vt Diceret uenire a Maiestatibus Vestris et a toto Imperio magnum quendam oratorem cum Muneribus ad Hunc Principem, sicuti etiam antea Cracouia per Poloniam, Rusciam et totam Transsyluaniam ac Moldauiam, qua transierat, Vbique fecerat, idque palam omnibus. Rossel itaque et Horatius nuncio hoc accepto apud Principem statim detulerunt, qui continuo iussit, ut ei Hospitium et alia necessaria ordinentur. Et ei Rossel obuiam ire honoris gratia et ad Hospitium deducere iussit, quibus omnibus eo modo peractis.

Die sequenti qui primus fuit huius noui anni, nos nostri Debiti seruicij causa Venimus in Curiam ac salutato Principe et ut ei annus faelix sit precati, a Principe egressi ipsum in anticamera conspeximus vbi Dextra leuiter iuncta nos eum nosse dissimulauimus. Venerat autem non vocatus cum Rosell contra huius Curiae morem, quo non nisi Vocatis Huiusmodi extraneis hominibus Venire licet, Nos post parum temporis iterum ad Principem ingressi eum adesse significauimus, quem licet moleste ferret quod per Transsyluaniam sibi inimicam Venisset accersire tamen confestim iussit, cui primum Dextra coram nobis Data, Audientiam inde secretam soli quam longam ipse Voluit libenter prebuit. Vbi quid egerit nos nescimus. Audientia ea finita Princeps in Templum est profectus. Vbi parum moratus redijt et negocium hoc Baronibus suis consiliarijs Ecclesiasticis et Secularibus proposuit nobis ignorantibus. Postea et Prandium est profectus nobisque Iussit ut sumpto prandio Statim redire deberemus. Ad quem cum reuersi efuissemus, Cepit ad nos pluribus verbis de eo loqui, se scrire non posse quid Sibi haec legatio Vellet, nullis fundata rationibus, simul et Audatiam hominis mirari magnopere. Vt qui et venire tam inconsulte et loqui tam multa temere varia et nihil coherentia non solum Nomine Maiestatum Vestrarum, sed etiam aliorum Imperij Principium et de Coniugio etiam Principis pro mitendo nescio que, miscere etiam Polonica et Transyluanica ac Thurcarum etiam negotia, cum nullas haberet a quoquam litteras credentiales Preter vnas litteras Maiestatis Vestrae commendatitias. Que onmia sibi magnopere displicere, hominem sibi esse suspectum cepit dicere, seque iam hoc negocium Consiliarijs suis proposuisse quorum si ea sententia fuerit se eum ad Portam Imperatoris Thurcarum mitere Velle, Quo audito nos fere obstupuimus rogantes modis omnibus ne id faceret, quoniam multa ex eo consequi possent. Quibus auditis iussit nos Vna cum Paulo Zekelly Arcis sue Zochwa prefecto eum adire et ex eo serio Principis nomine querere num aliam aliquam legationem haberet praeter eam quam ei coram retulisset, que firmi praeter ea nihil continebat, quam quod diceret se de negotio Tygraphiae (1) cum certis hominibus Vtitembergae et alibi egisse, Vt artem eam Imprimendi Characteres linguae Sclauonicae seu seruiano quibus hic vtuntur huc introducere vellet cuius etiam Duos libelles Tübingae impressos atulerat. Atque hanc aduentus sui causam potissimum fuisse. Quod idem et nobis multis verbis narrauit. Deinde qua ratione motus per Transsyluanium Venire

1) Wahrscheinlich: Typographie.

voluerit et cur tam diu apud illum Principem sibi et Maiestatibus Vestris inimicum manserit. Ad quod respondit se id fecisse suasu Domini Lazky, cum intelligeret Capitaneum Cassouiensem Tibiscum Transire uelle, contra quem filius Joannis Regis Thurcas esset evocaturus uti praeterita aestate fecerat, quos motus ut componeret sicuti dicit se aliquando etiam ante fecisse se fuisse ad Transsyluanum Principem profectum, quod etiam opera sua perfectum sit, quod nisi fecisset, actum erat de Zathmar Capitaneo Cassoviensi Melchiore Balassa et de hoc quoque Principe, quibus palam ita nobis Dictis asserens se alias rationes non habere nos eo relicto Discessimus. Vbi Domo Egressi paulum Zekelly seorsum paululum Abducens ei in aurem Dixit se habere adhuc alia et Etiam De Matrimonio que cum solo Principe loqui optaret, cum quibus nos reuersi ad Principem ei eo modo omnia retulimus, Que audita ipse aeque ac sibi antea narrata omnia pro dubijs confictis et suspectis habuit, asserens non sui officij fuisse negotia Typographiae tractare, cum non desint Mercatores et Bibliopolae per quos si sit opus ipse possit Talia sibi curare, et aliud sit Typographum aliud Oratorem se appellare, Et Iter quoque suum in Transsyluaniam omni ratione carere, Cum non sit priuatae alicuius Persona officium qualis ipse Vel Lazky fuisset, sine mandato et expressa Instructione Pacem componere, nec sit cuiquam hoc possibile praesertim nec rationem nec authoritatem habenti, pluraque in hanc sententiam est locutus, iussitque Paulo Zekelly ut ad eum denuo rediret eique diceret ut ea que se adhuc Dicenda diceret aut per ipsum Nunciaret aut perseriberet, omnia quecunque haberet et vellet, diem itaque sequentem in perscribendis his consumpsit. Ipse quoque Princeps secundo de eo consilium habuit cui et Paulus Zekelly interfuit, in quo et prior Sententia comprobata de eo mitendo et denuo penitus conclusum, nobis omnibus quibus potuimus rationibus dissuadentibus. Tertia Die Scriptum illud remisit Principi, in quo omnia que antea locutus fuit continebantur et de Matrimonio addiderat quedam sed ambigua et nihil certinertia (?). Tum hortabatur eum, ut gratiam Maiestatum Vestrarum quereret et conseruare studeret in quibus rebus Volebat ut Princeps sua et non alicuius opera Vteretur, se enim habere Bonum modum ea Exsequendi, que omnia aeque ac superiora Princeps pro uanis ac suspectis habuit, putans eum hoc omnino agere quo habere aliquid certi ab eo posset quo Transsyluano gratificari posset.

Quarto postea die Exemplar litterarum Maiestatis Vestrae Commendatitiarum cum litteris Transsyluani ad Imperatorem Turcharum Datis et pari mandati ad eum dati de mitendo eo relatum ad Principem, quod causam eius et alioqui malam reddidit etiam Deteriorem. Accusabat enim Transsyluanus hunc apud Imperatorem grauissime Proditionis ut qui Nuncios Maiestatum Vestrarum apud se haberet et alios et Hunc nunc eo profectum esse talem et talem, qui etiam ad eum in Transsyluaniam denuo esset reuersurus, ad quam accusationem ei responsum et mandatum fuit, ut quam primum rediret in Transsyluaniam ad eum, mitere eum statim Constantinopolim deberet. Que omnia Princeps nobis legenda dedit, Dicens omnia que nos hactenus cellauimus, per Hunc prodita esse nec se vllo modo aliud facere posse quam ut mitat, asserens se hoc vno suo facto multas Transsyluaniae querelas refellere posse, al oqui sibi certum Vita discrimen imminere. Quinto itaque Die huius Mensis, frustra nobis ne id faceret orantibus, Collaudata solum nostra in ea re Diligentia, eum ad Oppidum Bohlo Dictum misit cum mandato ut ibi in vincula coniciatur, et ea que apud se haberet adimantur, que omnia eo modo peracta sunt ac demum octaua die ea pue apud eum inuenta sunt praeter Vestes et Pecuniam ad Principem sunt relata. Quibus perspectis inuenit cyphram eius cum saluo Conducto Transsyluani ac Cyphram statim nobis inquirendam dedit, quam assequi non erat magnus labor. Vbi cum inter alias suas cyphras etiam cyphram eius cum Chyaky Cancellario ipsius Transsyluani et Practicam in Tokay inuenissemus, nobis non omnino culpa Vacare immo magis etiam quam antea suspectus visus est, atque ideo licet iam abductus fuisset, misit tamen Princeps alium nuncium qui perquireret, si adhuc aliquid apud eum posset inuenirj, sed nihil est inuentum, nisi quod Dixerit Hungarico prouerbio, me miserum, inquit, Spinam volens pedi alieno infigere meo ipsius Pediinfixi.

His itaque rationibus motus Princeps siue fatis eius siue imprudentia siue malo hominis proposito ita ferentibus, eum eo misit, Vbi que hominis Conditio sit Futura et quo tandem res hoc euadet scrire non possum, doleo autem esse factum Vehementissime, Immo et ipse Princeps dolet, atque utinam illi nunquam in mentem hoc tam infaustum Iter uenisset. Hoc nos cum Ioane Belsio eo quo acta sunt modo Maiestati Vestrae (ut Debemus) fideliter omnia perscripsimus cum quibus et cyphram eius et propriam et cum Chaky communem in Spetiae Maiestati Vestrae mitimus, Supplicantes humilime quo operam nostram in meliorem partem Vt solet pro sua clementia interpretari et acceptare clementer Dignetur.

CCCCXIV.

Memorial lui *Wolfgang Schreiber* către *Despot-Vodă*, îndemnându-l să ţie cu credinţă la crestinĕtate. 1563, Ianuarie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ditto in serittura che da Wolffango Schreiber al Despota et lui lo manda al gran Turcho.

Serenissimo Principe, hauendome commandato la Serenità Vestra ch'io debba metter in scrittura tutto il negoçio per il quale sono venuto et cosi lo facio, il qual negocio ha da partorir beneficio alla Serenità Vestra et ampliara et grandira suo stato, et questo fa il mio signor solamente per la fradellanza dela fede et io me offerisco fin ch'io vivo, esser fidel seruitor dela Serenità Vestra, et con fedeltà gli narraro le sottoscritte cose, si come mio signor m'ha commesso pregando la Serenità Vestra che per amor dela fede voglia acettar questo fraternal conseglio ch'il mio signor gli da con tanta amorevolezza et che la Serenità Vestra debba ascoltar gratiosamente ogni cosa, perche Dio m'e testimonio che tutto quelo çh'io sinceramente alla Serenità Vestra diro, sara per suo beneficio.

Prima se la Serenità Vestra vol che gli suoi negocij habiano buon fine, bu(sic)sogna che'l fundamento sia il vero santo et sacro Euangelio di Jesu Christo à gloria et honor del omnipotente Iddio. Lo secondo bu(sic)sogna che la Serenità Vestra sia fidelissima et sincerissima et insieme concionta al serenissimo Imperador Romano et alla Maiestà dil Re de Romani, perche loro sono capi di tutta la Christianita, et bisogna che non faciate mai cosa che sia contra li commandamenti loro, anci che li accettate sempre acioche anchora le lor Maeste secondo la consuetudine loro debbiano hauer suo risguardo gratioso sopra la serenità Vestra; à questo modo non vi manchara la loro gratia. La tertia acioche li subditi et li seruitori dela Serenità Vestra possino goder il suo et viuer sempre pacificamente et che resti la haeredità legitima dapoi la Serenità Vestra, acioche il suo dominio non vadi in man de stranieri, busogna (sic) che la Serenita Vestra s'accompagni çon un suo paro, et questo la facia piu presto che gli sara possibile, et se dio omnipotente vora che la Serenità Vestra acetta questo conseglio, gli prometto che questa cosa honorata sara causa che tutti li negocij dela Serenità Vestra prenderano buon camino et haueranno ottimo fine et riposaranno li suoi vasalli et seruitori, et io seruirò alla Serenità Vestra di tal sorte che se laudara dal suo seruitor. Li trouaro un paro che sara à proposito dela Serenità Vestra cosi in belleza come in ogni altra

condition, et sara de stirpe regia atalche la Serenità Vestrà se potra molto ben contentar. Perilche essendo questo negocio di tanto grande importantia, prego la Serenità Vestra che la me conceda gratia ch'io gli possa parlar in secreto, et spero in Dio che come hauera inteso quelo che gli dira suo seruitor, non gli dispiacera, anzi abbraciara questo mio conseglio. Io ho seruito à molti princjpi et sono cognosciuto da molti Re, li quali amano la Serenità Vestra et gli desiderano ogni bene per le sue rare virtu, et sano come lei osserua il sacrosanto Euangelio. Et di nouo prego la Serenità Vestra che me dia audientia in suo secreto, acioche nissuna altra persona possa saper presto negocio. Quarto busogna (sic), che la Serenità Vestra ui guardi bene la sua persona propria, perche questo importa sopra ogni altra cosa, questo tal conseglio vi danno molti amici d'importantia quali vi amano di cuore et vi pregano che lo debbiate esseguir, questi tali sono persone degne et prudente, etc. necessario acettar li conseglij che vi danno. Quinto. Dapoi ch'il mio signor il Re Maximiliano per la gratia de Dio et con la ellettion deli principi Elettori è stato eletto meritamente serenissimo Re de Romani de doue ha da succeder felicemente al Imperio Romano, Iddio omnipotente sia per sempre ringratiato, sapia la Serenità Vestra che fra poco tempo senza fallar alchuno, ditto Serenissimo Re con li altri Re principi et Ducchi del Imperio hanno di far una grande dieta et consulto insieme, et per quelo ch'io ho inteso d'alchuni grandi principi del Imperio, se fara la dieta per dar agiuto al Serenissimo Re di Romani et per proueder de danari acioche possa far l'essercito contra l'inimici et faranno anche, che à queli confini stia di continuo un grosso essercito, et non solamente per tre o quatro mesi, ma che stia fermo per molti anni, et che sia pagato del Imperio, perilche prego la Serenità Vestra che debba acettar questo mio conseglio perche sara suo grande beneficio et che deba di continuo trattar et conseruar l'amicitia con queli grandj principi del Imperio, et sopra tutto che debba osseruar li Serenissimi Re de Romani et li Arciduchi d'Austria et con loro familiari, et per hauer loro amicitia busogna (sic) in prima l'agiuto de Dio et poi il fauor et megio dil mio Signor Re Massimiiiano et con il suo mezo se fara senza alchun fallo Et dapoi che la Serenità Vestra hauera loro amicitia et sara unita con loro et ch' habiate buona intelligentia insieme, ogni volta che haureti bisogno di loro agiuto et che lo dimandarete, certissimo, haureti quelo che dimandarete da loro, et come sara stabilita questa amicitia, sareti fuori di pericolo deli vostri inimici et non haureti tanto spauento de queli mali, che vi possono venir dala banda de Turchi. Io so anchora molti secreti deli quali puol nascer gran beneficio alla Serenità Vestra, et se la vora essequir li mei secreti con fidel conseglio che gli daro, gli prometto che questo negocio cosi grande hauera tanto buon fine che non se potra desiderar magior, con il mezzo pero dil mio Signor et dela Caesarea Maiestà et del serenissimo Re de Romani et con li grandj principi del Imperio, apresso li quali io seruiro fidelmente ala Serenità Vestra. Ne ho de mancar di tutto quello me sara possibile; come dico ho amicitia de molti grandj principi quali alla Serenità Vestra vogliono bene et l'amano molto, et se me commandarete, gli diro i nomi et cognomi de tutti particolarmente, et se la Serenità Vestra dapoiche hauera auscoltato suo seruitor in secreto et che si degna di acettar suo fidel conseglio et essequirlo si come merita cosi grande negocio, sia certa la Serenità Vestra che frà poco tempo tutti li suoi negocij haverano buon fine si come la desidera, perche io so guidar molto bene tutti questi negocij et sono pronto et parecchiato à dirgli ogni cosa et mentre ch'io vivo me offerisco per (sic) fidel seruitor della Serenità Vestra.

CCCCXV.

Raportul lui *Martin Gotthardt* către *Regele Maximilian* despre conflictul iscat între Despot-Vodă şi Albert Lasky. 1563, 2 Fevruar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Regia Maiestas, domine, domine semper clementissime.

Hospitio Alberti Lasky tempore exilij sui hunc Principem et in recuperando dominio suo auxilio usum fuisse, notius est Maiestatibus Vestris quam ut à me scribi debeat, qui hoc nomine sanè et laude bonorum et ipsius gratitudine dignus uideri poterat, nisi ipse praua quadam ingenii sui leuitate abuti his totius quam recto iudicio uti maluisset mutando melioris animi sui propositum in execrandum. Oblitus siquidem omnis humani diuinique iuris, phas omne et ius subuertere Principique huic nocere modis omnibus constituit iniciumque non aliunde quam Maiestatibus Vestris obstricta sumendo, quorum ore non tantum Poloniam et alias hic vicinas regiones inpleuit, sed etiam exemplum iuramenti Maiestatibus Vestris praestiti perfido Transsyluano misit, Constantinopolim continuo mittendum, unde quanti labores, pericula et expensae huic immineant Maiestatibus Vestris pro sua clementia expendendum clementer relinquitur. Ipse quidem et his et alijs omnibus post Deum spem omnem in Maiestatum Vestrarum gratia habet, quae ne isti desit, Maiestati Vestrae domino meo clementissimo humilime supplico, et meo et ipsius etiam nomine. Ut autem certius constet Maiestatibus Vestris omnis inter ipsos dati et accepti, rationem hic mitto, ex qua facilè est uidere hunc uacare culpa, illum uero et praestiti officij rationem sustulisse et futuri uiam omnem praecludere statuisse facinusque planè detestandum et à Maiestatibus Vestris merito puniendum animo concepisse, dominium hoc etiam ob eam causam ipsi ademit quod eum proditione maligni intellexerat. Crastina die sumus hinc discessuri, profecturi ad confinia Tartarorum aedificaturi ibi certum castellum, et si quis hostis pugnaturi etiam non aliud solum, ut Dominus Deus Maiestatem Vestram felicissime conseruet orare nunquam desinam. Ex Aoehauia Moldauie (sic), secunda Februarij, Anno supra Mille Quingentesimum Sexagesimo tertio.

Vereor ne hec res in apertum bellum inter eos erumpat Demetrio à quadam parte Alberto Lasky fauente.

Maiestatis Vestrae Sacratissimae Fidelis seruitor

Martin Gothart.

CCCCXVI.

Raportul lui *Martin Gotthardt* către *Regele Maximilian* despre conflictul iscat între Despot-Vodă şi Albert Lasky. 1563, 2 Fevruar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Caesarea Maiestas Domine Domine semper clementissime.

Hospicio Alberti Lasky tempore exilij sui hunc Principem et in recuperando Dominio suo auxilio usum fuisse sine dubio et iure optime constat, pro quibus neque laus neque gratitudo ipsi Alberto Lasky erat defutura, si his uti potius quam ea quae

bene ceperat denigrare et futura gratitudini, si quid ad accepta beneficia deerat, uiam omnem praecludere maluisset; ea est hominis ingenij leuitas et inconstantia, nam ipse nulla certa causa motus constituit huic Principi modis quibus fieri possit omnibus nocere, initio huius maligni sui propositi inde a Maiestate Vestra sumpto, propalando inprimis fidelitatem eius Maiestati Vestrae promissam et ut eum plane perdere posset, etiam exemplum iuramenti Maiestati Vestrae praestiti misit perfido Transsyluano continuo Imperatori Turcharum mittendum proinde huic quanti labores, pericula et expensae immineant, facile est cogitare, quarum rerum ut Maiestas Vestra pro sua clementia rationem habere ipsumque in his, qua meliori uia et ratione fieri possit, iuuare clementer dignetur, nomine ipsius et meo etiam Maiestati Vestrae humilime supplico. Ut autem certius cognoscat et uideat, qualis inter ipsos datorum et acceptorum ratio officiorum fuerit, etiam hic mitto ex qua palam est hunc omni culpa uacare, illum vero boni initij finem execrando facinore claudere contra phas et ius animo concepisse in damnum et manifestum praeiudicium Maiestatis Vestrae et totius Christianae Reipublicae, facinus merito etiam à Maiestate Vestra puniendum uereor etiam ne in aperta bella ruant. Quod superest precor ut Dominus Deus Maiestatem Vestram foelicissime conseruet. Ex Aochauia Secunda Februarij Anno Tertio supra Mille. Quingentesimam et Sexagesimam.

Maiestatis Vestrae Sacratissimae — Fidelis seruitor

Martin Gothart.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Caesareae Maiestati etc. Domino et Domino meo semper clementissimo.

CCCCXVII.

1563, 4 Fevruar. Raportul lui *Belsius* către *Regele Maximilian* despre conflictul iscat între Despot-Vodă şi Albert Lasky.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissima Maiestas Domine Domine Clementissime.

Significaueram Maiestati Vestrae Serenissimae humilimis literis meis, me sponsionis meae, Debito respectu habito, ad Despotam reuersurum. Non enim unquam Seruitiorum Maiestatum Vestrarum generibus subducendus mihi est animus. Ubi quae et Emersura essent, Donec Martinus ille superueniret, annotatus me humilime proposui, quae ut clementer in bonam partem annotata accipiantur, humilime supplico, perpetua Seruitiorum meorum fidelitate commendata.

Toto eo tempore, Serenissime Rex, quo apud Maiestatem Vestram, missione Despotae coactus, fui, praeter Zelynij Turcae filij unum Oratorem nullus superuenit, Ramasan Chacoz nomine, quem ad Principem illum cum commendatione sui tam patri, quam filio, remuneratum Dimisit. Tractauit is in Transsyluaniam deinde profectus. pro Concordia inter Ioannis filium et Despotham. Sed uisus est maiores inter Vtrumque scrupulos Iniecisse. Nullus enim affectus amiciciae apparet. Immo percontatus est a Paulo Zekell, Sochauiae praefecto, similiter et Petro Zekell, alijsque quos ad se recepit, an possent medio alicuius Siculorum animos contra Ioannis filium concitare. Quod cum facile effecturum puto. Percitus ea potissimum re Despothas, quod Mense Octobri motus nonulli in Transalpina orti fuerant, unde Thurcae ab Alexandro Conduchcij (?) Despotam

inuadere moliebantur. Contra quas Bolyam Barronem parua manu expediuit ac non solum profligauit uerum 20. Die Octobris ad Tributum redegit florenorum Quinquemillium. Interea Dum insergunt motus hi, Transyluanus qui nunquam fauet, iam adesse temporis oportunitatem putans, quo Despotes quateretur, foras collegit copias nonnullas. Hanc causam, quamuis accedat arcis Chichow et Kykellew retentio, ipse mihi Princeps asseruit, aspondi inter eos odij futuram mutuo demonstrans actutum Diem ex Ephimeridibus suis Transalpinorum Tributarium. Quod quam Durabile futurum esse possit, non intelligo satis, quum et Virgo adhuc Indies fide promittatur. Ab eo, Serenissime Rex, Tempore Internuncij nulli superuenerunt. Nisi quod Wolffschreijberij quoque casus mirabiliter accidit. Cui nullo omninò pacto mederi potuimus, De quo Despothae facinore, quid Maiestas Vestra Serenissima eliciet, nos summam compatientiam fratris nostri gerentes, nescimus, admirantes quid sibi noua Zyphrarum constitutio uoluerit facinorosorum hominum plenissima.

Humiliter Maiestati Vestrae Serenissimae hoc quoque necessario significandum Duxi, cum Martino Tabellarius tam cito non suppetat, ne forte peccarem, si in tempore non significarem, quamuis sciam isthic esse hominem Domini Lazkij. Decimo Ianuarij Die Despotas Sochauia mouerat, nobis omnino Ignorantibus, quid sibi uellet, quod gentes Triginta quinque circiter millia sex Dierum spacie contraxisset. Arbitramur tamen eum (Talis enim erat praetextus) usque ad Hallych, Russiae oppidum, igni grassaturum, ut sua sibi à Polono restituerentur. Sed Deinde actum est tale nihil. Verum occupata Arce Hothyn Decima quarta Die gentes Dimisit, constitutis in Castellanos Walachis Duobus, Abrahamo, De quo bene sentio, quia erat Cubicularius, et altero Mohylla, ob fratrem, qui est Locofettus Summus, peioris apud bonos fidei, seu notae adiunctis pro custodia quadraginta peditibus hungaricis. De hoc quoque erga Lazkium facinore maxime admirati sumus. Eius tamen causas, in Coena nobis habitis, perstrinxit, quas Martino curae fuisse arbitror, cum sui sit otficij, et timeo ne et hic peccauerim, quia tamen res erat periculosa, significari uel à quovis opere pracium Duxi. Diuerti enim ad Lazkium, qui in Russiae Leopoli gentes subito colligit, adiuncto sibi Demetrio Wisnoweizky, qui quod aggreditur, strenuus exequitur, et Zokoll Boiaro Transalpino, Iuuene et Temerario, atque uti fertur sponso puellae Transalpinae. Exhibitisque omnibus Despothae manupropria scriptis Iuramentis, Dixit exacerbatus Lazky, Quod sicuti Despotam collocauit, Ita quoque ejiciet regno, et alium sufficiet. Multa praeterea De hac re questus, aperuit se litteras quasdam Despothae ad Thurcarum Principem sonantes habuisse. De quibus ego sentio, humilime Deliberatione Maiestati Vestrae Serenissimae concessa, esse fictitias, ut se non adherere Maiestatibus Vestris Turcae persuaderet. Simulat enim atque Dissimulat Despothas omnia. Cataphractos quos Viginti quinque habuit Dimissit, eos Lazky retinuit, et contra Despotam trahit, nihil omittens quod ad bellum attinet, per Poloniam ubique Tubas emittendo. Immo et in Transalpina concitat fauores. Subordinauit tamen Despotas Procopium, qui à Transsyluani seruitio nuper illûc iteregit, ut rem componeret facta sponsione, se, quae Inuadauit redempturum omnia, summa florenorum Septuaginta millium, tantumdemque Dono, uti frater fratri, superadditurus. Quia Denique et Rosell à Despotha recedit, alterque Capitaneorum hungaricorum, in Tartarorum limitibus militans, pro Licentia Laborat, et hi Duo Litigabunt, Maiestas Vestra Serenissima consyderabit hoc Inde subsequiturum, ut Tertius gaudeat. Et quid utrique committendum sit, Maiestatis Vestrae Serenissimae est Judicium. De quibus omnibus humilime Veniam supplico, plura etiam ad Maiestatem Vestram paulo post Daturus ubi ad Franciscum Zay Descendero. Maiestatem Vestram Serenissimam Deus saluam et fortunatam Tueatur. Datae Epperyes quarta Februarij. Anno Domini 1563.

Maiestatis Vestrae Serenissimae

Humilimus Seruitor
Ioannes Belsius

Aufschrift: Serenissimo Domino Domino Maximiliano Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Regi, Domino Domino semper clementissimo.

58

CCCCXVIII.

1563. 4 Februar. Raportul lui *Francisc Zay* către *Regele Maximilian* despre planul lui Lasky de a-l resturnà pe Despot-Vodă în unire cu Turcii, cu Polonia și cu Domnul Munteniei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Regia Maiestas, domine domine clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Sacratissimae Maiestatis Vestrae humilliman meam subieccionem. Ioannes Belsius quem Maiestates Vstrae Sacratissimae, Anno elapso in Moldauian Nunctium ad Despotum mittere dignatae fuerant: qui non ita pridem, cum Praga reuersus fuisset, iterum in Moldauiam nescio qua ratione intrauerat: nunc primum reuersus est, attulitque has Martini litterati Nunctij Maiestatis Vestrae Sacratissimae litteras presentibus annexas, quas Sacratissimae Maiestati Vestrae mitto. Cum autem inter Cetera intellexissem, nunc cercius, quam antea dum seruitor domini Laczkij ad Maiestatem Vestram Sacratissimam profectus fuit: dominum Laczky omnino proposuisse, atque ad hoc se gentibus quoque quibus potuit, instruxisse, ut aut'moriatur, aut iniuriam sibi per dominum despotam illatam (prout ipse existimat, propter ademptam sibi Hothin) vindicare, et Eum Regno eicere atque alium in locum suum substituere. Sed quoniam hoc res si inchoabitur, non sine maxima iactura Christianitatis et praesertim, Transiluaniae, ac deinde huic etiam reliquiae, huius afflicti Regui hungariae futurum fore. Nam si hoc Turca praesenserit, quemadmodum etiam sine dubio mox senciet: non pacietur tot aduersas et Varias illius prouinciae mutationes, in despectum quasi ipsius, (ne forte ab ipso abalienaretur) fini demandari: quin potius Verendum est, ne missis suis Copijs, utrique litiganti, eripiat, et pro se realiter usurpet. Quod si contingeret, actum esset, non solum de Transiluania et Transalpina, Verumetiam polonia, hungariaque. Signaque non exigua huius futuri mali visuntur et ostenduntur. Nam filius Ioannis Regis quascunque gentes in Hungaria Varadini Videlicet et in alijs locis, ubicunque conducere poterit, Omnes in Transiluaniam intrare iubet, quas nulla alia necessitate cogente, inducere opinor, nisi ut ipse quoque a latere, Cum Illinc Laczky, hinc Transalpini, inde et ipse aggrediatur; praesertim cum et practica ipsa ob cuius suspitionem Wolffgangus Scrayber ad portam principis Turcarum missus est ostendebat.

Quare Sacratissime Rex, domine clementissime, uideretur michi, ut haec dissensio e medio ipsorum tolleretur, ne maiori malo et periculo ansa et occasio ingens praeberetur. Et si Sacratissimae Maestati Vestrae, et Eius sapientissimo Consilio ita clementer uideretur: non abs re esset, ut Idem seruitor domini Laczky ad suum dominum remitteretur, atque eidem Comitteretur, ne tam dubiam atque periculosam rem, et sibi perniciosissimam totique Reipublicae Christianae damnosam tentare uellet: sed supersederet tamdiu, donec Maiestas Vestra Sacratissima per hominem suum, uel autem litteras Maiestatis Vestrae Sacratissimae hanc dissensionem e medio ipsorum dirimeret, atque Eosdem in pristinam amiciciam reduceret: Quod facile (si dominus Laczky induci posset) futurum fore non dubitarem. Nam dominus despotus Arcem Hothin non ob aliam causam ipsi ademit, nisi ut suspitionem quam apud Principem Turcarum haberet, hoc pacto euitare posset. Alioqui se et amicissimum illi fore, et Eum de omnibus debitio a(fehlt) oblatis, breui ut michi dicitur, contentum uelle reddere. Mitto autem cum hijs meis Maiestati Vestrae Sacratissimae et litteras.

Ipsius depotae (1) *et Joannis quoque Belsy.*

Caeterum non dubito Maiestates Vestras Sacratissimas Jam ex diuersis litteris ad Sacratissimas Maiestates Vestras datis clementer intellexisse, Relictam olim domini

1) An der Seite steht das Wort «despotae» sich beziehende Anmerkung von einer dritten Hand: «Non vidj.»

Sigismundi Balassae e vivis in festo diuj Blasij post meridiem hora circiter tercia excessisse, quae Arcem dyosgeor post mortem suam ita ut debebat Vestris Maiestatibus reliquit. quam Arcem nunc seruitores ipsius domine, Cum ipsius affinibus in manibus habent, qua ratione, uel intencione teneant nondum Certo scio, licet iam ad expiscandum animum illorum ad Eos hominem meum expeduiuj. Et licet sciam ipsos servitores atque affines praefatae domine ad Maiestates Vestras Sacratissimas et litteras suas et hominem expediuisse. Nichilonimus, si quid Maiestates Vestrae Sacratissimae de ea faciendum constituerint, meque informare uoluerint, quid michi cum eisdem seruitoribus et affinibus agere uel tractare oporteat, dignetur Maestas Vestra Sacratissima tempestiune gratiose informare. Vestram Sacratissimam Maiestatem deus altissimus Saluam et incolumem diutissime, pro statu Reipublicae Christianae Conseruare dignetur. Ex Nagymihal. 4 die Februarij. Anno 1563.

Sacratissimae Regiae Maiestatis Vestrae — Fidelis et humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer.

Fama est secreto, filium Joannis Regis cum Turcis et Transalpinis tractare ut despotam e Regno eiciant, atque Alexandrum iterum in Regnum restituant, sicque ista tria Regna, Moldauiam videlicet, Transalpinam et Transiluaniam tali confederatione, mutuo sibi in perpetuam amiciam iungant, omnibusque aduersarijs Vnanimiter de cetero resistant. Et statim si eorum uoluntati successerit, eiecto despoto: filius Joannis Regis ad Sacram Caesaream Maiestatem solenes Oratores suos mittat ac expediat, per quos Ea, quae sibi Anno praeterito armis adempta sunt repetere et sibi reddi facere curet. Quod si sua Maiestas Sacratissima Ipsi ex gratia sua quae petiturus est restituere voluerit, puta Riuulum dominarum, Zakmar Nemethi konazs ac ommes Comitatus ademptos, bene quidem, sin minus ut iunctis Vnanimiter harum trium prouinciarum Copijs, adhibitis ad hanc expeditionem etiam Turcis, armis Ea ipsi recuperare tentent atque Conentur. Ad quam eorum intentionem (si haec vera fuerint) accedit Conatus domini Laczkij, Vnde tanto maior occasio et ansa mali dabitur: si et Ipse huic Consilio ipsorum accesserit. Est autem signum huius intencionis filij Joannis Regis, sicut Maiestati Vestrae Sacratissimae superius significauj, Ex conductione gentis, ac inductione Eorundem in Transiluaniam. haec Maiestati Vestrae Sacratissimae humilime significare uoluj.

Aufschrift: Sacrae Romanorum et Bohemia Regiae Maiestati: domino domino clementissimo.

CCCCXIX.

Wolfgang Schreiber, arĕtând motivele călĕtoriei sale-'n Moldova, se rógă să fie eliberat din robia turcéscă. 1563. 4 Fevruar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dominus Ioannes Vngnad. misit me ex prouincia Wirtembergensi ex Ciuitate Vrako. ad Waywodam Moldauiae, cum aliquot libellis, impressis, et dedit simul literas suas ad ipsum dominum Waywodam, vt faceret ipse fidem Christianam, ad linguam Walacham imprimere. in eo. obtulit ipse dominus Vngnad operam suam, se Velle eam Impressuram diligenter fierj curare. Scripsit propterea, Serenissimo Regi Maximiliano. domino meo clementissimo etc., pro securo Itinere, et pro Commendacione talis impres

sure. deinde dedit secretarius Regie Maiestatis etc. michi literas Regis. cum istis literis. Venj ad dominum Waywodam Moldauie. propterea: Magnifici domini. Supplico dominacionibus Vestris Magnificis. Pro Amore Jesu christi, dignentur, pro eliberatione mea aput potentissimum Imperatorem, et passam Illustrissimum graciose intercedere, et me miserum Captiuum Nuncium ex mea Captiuitate eliberare.

Genediger Herr. Alberte. der Rö. Khay. Mt. u. vnsers Allergenedigsten Herrn u. Potschaft alhie zu Constantinopl. Ich Armer gefangener Pott bin der Rö. Khay. Mt. Armer Dienner vnd hab von dem herrn Grafen Vngnaden, ein brieff. vnd ettliche gedructe puechl, vnsers Cristlichen glaubens, dem Woywoda in die Moldau gebracht, das Er solt den Cristlichen glauben in die Walachisch sprach lassen druckhen, darzue wolle Er herr Vngnad gern verhelfen. Zur befurderung desselben Walachischen Drucks hatt mein genedigster herr kunig Maximilian. Aut des Herrn Vngnaden schreiben vn̄d bitten mir Ain passprieff, vnd Ain befurderungs schreiben desselben Walachischen druckhs, An den Waywoda Despott. Verschafft. Vnd als Ich die Prieff vnd Puechl hab Ime vberanttwortt, vnd vmb genedigen beschaidt Angehalten hatt Er mich den 4-ten tag Ianuary wegkh lassen furen. vnd gefangener Nächten hieher geschickht. bitt E. G. Vmb Gottes willen, Vnd Vnseren Allergenedigsten herrn Khay. Vnd Khu. Mjt. wegen. wölle mich wider erledigen.

Wolff Schreiber,
von funf khirchen. Armer gefangner.

CCCCXX.

1563, 5 Fevruar. Raportul căpitanului *Blasiu Kuan* către *Archiducele Carol* despre robia lui Wolfgang Péchy (Schreiber).

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime Princeps, domine domine clementissime.

Post fidelissimorum Seruiciorum Meorum In graciam Vestre Serenissime Maiestatis perpetuam commendacionem. Iam post Scripta litterarum Vestre Serenissime Maiestatis Superuenerunt littere cuiusdam precipui domini qui cito perscripsit. Oratorem Serenissimi Principis domini clementissimi domini Maximilianj Regis romanorum Wolfgangum pechy Moldauiam ad dezpotum Missum, per Eundem dezpotum capituum ad portam Imperatoris Turcarum Missum esse. hec Vestre Serenissime Maiestati pro mea fidelitate Vestre Maiestati debita Volui perscribere. Reliquum est Vestram Maiestatem deus altissimus ad vota conseruare dignetur. datum cassouie 5 die februarij Anno 1563.

Eiusdem Vestre Serenissime Maiestatis

Seruitor fidelis
Blasius Kuan,
Vicecapitaneus cassouiensis.

Aufschrift: Serenissimo Principi Domino domino Carolo archiducj Austrie duci Burgundie etc. domino domino gratiosissimo Atque clementissimo.

CCCCXXI.

Raportul lui *Francisc Pestiensis* către *Impĕratul Ferdinand I.*, stăruind să i se asigneze lui Belsius o sumă oare-care, pentru-ca să nu fie întreţinut numai de Despot-Vodă. 1563. 9 Februar

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Romarorum Imperatoria Regiaque Maiestas, Domine Domine clementissime.

Fidelitatis perpetuorum seruiciorum meorum in graciam Sacratissimae Maiestatis vestrae humillimam subiectionem. Litteras Sacratissimae Maiestatis vestrae tercia die proxime praeteriti mensis Ianuarij ex Çiuitate Fryburgo Brosgoiae ad me graciose datas, quinta die huius mensis februarij humillima cum mei submissione accepi, cum quibus Sacratissima Maiestas vestra litteras Ioannis Belsij Sacrae Romanorum Regiae Maiestati domino meo clementissimo pro remuneracione damnorum suorum humiliter porrectas, et per eius Regiam Maiestatem ad Sacratissimam Maiestatem uestram Caesaream datas, michi clementer mittere, ac penes eas iniungere dignata est, ut quas sumptus Ipsi Ioanni Belsio per Sacratissimam Maiestatem uestram in moldauiam ablegato tribuerim: et qua gracia ulteriori eum dignum esse Censeam, cum humillima mea opinione Sacratissimae Maiestati vestrae prescribere deberem.

Quam humillime igitur Sacratissimae Maiestati vestrae significare uolui me Anno proxime elapso cum Idem Ioannes Belsius unacum Marco Berkowyth Sacratissimae Maiestati vestrae aulico Moldauiam intraret, pro sumptibus Viaticis Quinquaginta talleros ad Expensas uero quottidianas quibus integro anno uti debuisset, Centum et Quinquaginta Talleros suppeditaui, Quos quidem, quoniam solummodo tribus mensibus in moldauia egit: non exposuit. certo enim cognoui ipsum Serenissimi Domini Despotis seu Principis Moldawiae sumptibus eo sub tempore esse alitum, atque eiusdem Despotis sumptibus reuersum. Tandem, cum iter Pragam versus continuasset Dedi eidem Talleros triginta duos. Quod uero idem Ioannes Belsius Damnum aliquod eo in Itinere passus fuisset, michi non constat, sed hoc scio quod duos equos ex moldavia adductos Pragae Dicitur uendidisse. Attamen quoniam non solum hoc in negocio, uerum etiam antea fidelia sua erga Sacratissimam Maiestatem vestram exhibuit seruitia, atque imposterum exhibere studebit, mea exigua opinione uidetur sufficere, si Sacratissimae Maiestates vestrae ipsi Ioanni Belsis pro sustentacione domus suae vel Triginta duos cubulos frumenti et ad futuram Vindemiam duo Vasa Vini dari facere dignarentur, quibus in presenti usque ulteriorem Sacratissimarum Maiestatum vestrarum contentus esse poterit, Quod sacratissimae Maiestati vestrae exigua mea opinione submisse duxi prescribere. Ceterum, Procul dubio Sacratissimae Maiestati vestrae Constare scio, Generosam ac Magnificam Dominam Barbaram fanchij, relictam Viduam Magnifici olim Sigismundi Balassa de gyarmath tercia die huius mensis februarij è Viuis excessisse, et quia memini eam nuperrime Transactionem cum Sacratissima Maiestate vestra inijsse, ut donec superviveret, Arce Dyosgyewr ac eius attinentijs et prouentibus frueretur, Ipsa vero mortua Non solum arx, uerum etiam pecuniae et aliae rex ipsuis Viduae iam mortuae in Sacratissimam Maiestatem vestram tanquam legittimum Dominum et principium (1) suum clementissimum condescenderent, Tales autem Ipsam Viduam in Arce Dyosgyewr reliquisse intelligo officiales, Qui nec facultates neque haereditates habent, et custodiae arcis rerumque ac pecuniarum relictarum praesunt, nescitur quam in partem eorum mentes possunt Duci. Mea igitur Exigua opinione pro commodo Sacratissimae Maiestatis vest-

1) fehlerhaft, statt principem.

rae fore videtur ut statim certos suos Commissarios ad occupandam arcem Dyosgyewr expediret, qui omnes res et pecunias (quarum partem fortassis iam dissipatam esse credo) per Iuramenta inquirant et annotent. Digneturque Sacratissima Maiestas vestra aliquem fidelem subditum suum Virum grauem atque rei militaris exercitum in eandem arcem Dyosgyewr substituere, qui habita de omnibus eiusdem Arcis et Pertinenciarum suarum prouentibus optima racione, custodiae arcis ac eius praesidio praeforet. Et quoniam non haesito, perplures esse fore né qui dictam arcem Dyosgyewr a Sacra Maiestate vestra, pro summa aliqua seu inscripcione, aut alio quouis modo impetrare tentabunt eiusdemque arcis et pertinenciarum prouentus (quo ipsam facilius acquirere valeabant) paucissimos esse Sacratissimae Maiestati vestrae proponent, Eidem Sacratissimae Maiestati vestrae domino et Imperatori clementissimo supplico humillime, dignetur iam dictam arcem Dyosgyewr pro se seruare, certum enim est, quod in hys Regni partibus superioribus, Excepta Agria nulla arx est, quae ampliores proventus haberet, quam ista Dyosgyewr praesertim in Vino habet, ita ut non solum Milites pro custodia eiusdem loci necessarij debito modo ex ipsis prouentibus contentari, verum etiam non exigua eorum pars quottannis ad fiscum Sacratissimae Maiestatis vestrae colligi et conuerti possent, sollummodo fidelem et diligentem administratorem habeant. Quod Sacratissimae Maiestati vestrae pro fide et fidelitate mea humillime Duxi significandum. Deus gloriossus seruet Sacratissimam Maiestatem ustram in profectam tocius Christianitatis diu saluam et Incolumen. Ex Eperies 9 die Februarij. Anno Domini MDLXIII.

Eiusdem Sacratissimae Maiestatis vestrae — Fidelis et humilis subditus

Franciscus Pestyensis, m. p.

Aufschrift: Sacratissimae et Catholicae Romanorum Imperatoriae Regiaeque Maiestati etc. Domino Domino meo clementissimo. Ad manus proprias.

CCCCXXII.

1563. 17 Febr. Raportul *ambasadorului din Constantinopol* către *Impěratul Ferdinand I.* despre mişcările trupelor turceşti şi despre réua credinţă alui Despot-Vodă faţă cu Wolfgang Schreiber. (Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex, Domine clementissime.

Cum Nuncium haberem qui Venetias proficisceretur, praetermittere nolui, quin Maiestati Vestrae significarem, quod Secundo Februarij die adductis sit Vuolfgangus Schreiber Quinque Ecclesiensis, quem Dominus Ioannes Vngenad miserat ad Despotam in Moldauiam cum libellis quibusdam, fidem nostram Christianam continentibus, ut illic in lingua Vualaca imprimerentur; habuit saluum conductum Maiestatis Vestrae pro securitate intineris, et literas fiduciarias, tractandi nescio quae negocia. Has literas et libellos cum Despotae in Moldauia reddidisset, et Legationis suae causas exposuisset, perhumaniter fuit exceptus, et in diuersorium deductus, post uarios deinde Sermones cum Despotae ministris, ultró citróque habitos, rogatus ab ijs, ut Despotae cousultor esse vellet, faciendae amicitiae cum Principibus Christianis et contrahendi matrimonij, cum

alicuius magni Principis filia, ad ipsorum instantiam, articulos quosdam scripto comprehendit et exhibuit, quemadmodum ex adiacenti ipsius Schedula Maiestas Vestra latius intelliget. Hoc cum proposuisset et de dimissione solicitaret, quarto Ianuarij comprehensus et compedibus reuinctus, cum literis et proprio suo spripto Constantinopolim uersus ablegatus fuit, tertia die, sub noctem coram Hally Bassa comparuit, atque inde in Chiaussij cuiusdam custodiam traditus fuit. Literae Maiestatis Vestrae uná cum ipsius Vuolphgangi Scripto, sexto Februarij, in Diuano publico fuerunt exhibitae: Postridie ad Hally Bassam euocatus, in ipsius praesentia haec omnia fuerunt recitata, quae cum uera et sua esse fateretur, ad Turcarum Imperatorem, Statim fuerunt transmissa. Sequenti nocte rursus accersitus, et per tormenta de omnibus, quae in mandatis habuit, et de nonnullis alijs suspectis machinationibus interrogatus, nihil aliud, qu'am quod scripto comprehenderat, profiteri uoluit. Postea ad chiaussium suum redijt, unde Septimo praesentis mensis deductus fuit ad captiuitatem Galatensem, qua custodiuntur mancipia christiana, terrestribus et maritimis laboribus destinata. Non possum non mirari qua ratione inductus Moldauus, miserum hominem huc itá miserit. Si literae displicuissent, potuisset eas reijcere, et nuncium remittere: Verum, nulla alia de causa fecit, nisi ut gratiam, confutatis, suspicionibus, retineret: Hoc exemplo declarare uolens, qu'am constanter in fide atque obedientia permaneat, quantoque Turcarum Imperatoris aduersarios prosequatur odio, multoties enim ad hanc portam delatus fuit, quod cum Mtte Vestra occultam haberet, intelligentiam: et hoc solum machinaretur, ut Mtis Vrae subsidijs adiutus, Vayuodam ditione pelleret. Hinc est uidere, quam Mti Vrae parum ex animo Despota faueat, sed quia origine Cretensem esse audio, cretensi more fecit. Ipsemet Hally Bassy ualdé miratur Despotae malignitatem, quod homo Christianus, Christinae professionis, hominem hunc, tanquam in macellum miserit. Ego hisce temporibus apud Bassas loqui non audeo, tum quia propter diuturnam Ebraijmi Beghi absentiam, Induciae certitudinem nullam habeant, tum quia propter huius Nuncij Sermones et tractatus apud Despotam habitos, iam dubitare incipiant, amicitiam initam ex parte non obseruatam iri. Sunt enim Turcae ualde suspitiosi, qui omnia Christianorum dicta et facta in suam perniciem institui credunt, at post allatum à Caes. Maiestate Responsum, et firmitatem induciarum, ego hac de causa Bassas conuenire et pro hominis libertate intercedere non dubitabo.

Si aliquando cum Despota Mtas Vtra expostulauerit, maiorem in modum oro, ne mei mentionem faciat, sed ex ipsa Moldauia uel aliunde haec ad se perlata esse dicat, Posset enim Despota mihi apud Turcarum Principem creare maximum periculum, propterea quod omnia quae hic gerantur, in secreto ad Mtem Vtam perscribam. Turcae enim omnes suas actiones me caelare student, cum alioquin nihil sit, ita occultum, quod per fidos exploratóres non reueletur.

Noui praetereá nihil habeo, nisi quod Classis hic reficiatur, sed frigidius solito. Aiunt supra quinquaginta triremes non egressuras ad maris Ægei custodiam. Discedent hinc propediem octo triremes, ad Sirae atque Ægipti tuenda litora. Heri sub noctem uenit Constantinopolim Legatus quidam Regis Persarum, simul atque apud Turcarum Principem et Bassas fuerit, omnia Mti Vrae latius perscribam. Maiestati Vestrae cum omni obsequentia me supplicem commendo. Constantinopoli, Decimo septimo mensis Februarij. 1563.

CCCCXXIII.

1563, 17 Februar. Raportul lui *Martin Gotthardt* către *Regele Maximilian* despre resolvarea conflictului iscat între Despot-Vodă şi Lasky.

(Din Archiva cos. reg. din Viena.)

Serenissima Regia Maiestas, Domine Domine semper clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Sacratissimae Maiestatis Vestrae debitam subiectionem.

Bellum ad quod nos proficisci proxime Maiestati Vestrae Serenissimae scripseram iam a nobis peractum est idque sine vllo sanguine. Nam quam primum Venimus Ad Hotin locum Regni Poloniae finitimum, alatum est Albertum Lazky et Demetrium Visnouoczkij gentes quas contra Hunc conscribere coeperant omnes Dimisisse, quod et Regijs literis quae Peterconia erant alatae Declarabatur que etiam essecurabant, Huic ab illis partibus hoc tempore nihil hostile timendum esse. Dimisit itaque et ipse suas copias, habebat autem iam in Armis supra Quadraginta hominum milia qui omnes in Spatio quatuordecim dierum confluxerant, eorum a me ad Viginti milia visa sunt lustrata in Campo Hotimensi, alij nondum peruenerant et ad rippam Prut fluvij ad Viginti Quinque milia esse certo asserebatur, cuius in Vndatione remorabantur nam niuibus solutis glacieque perfracta plurimum exercuerat, Atque hij magna ex parte Equites pedites pauci, Equos non magnos habent sed satis commodos. Robusta hominum et Bello non inepta corpora, Frigoris inaediae ac laboris ipsi non minus quam Equi eorum pacientes paruoque Thurcarum more contenti. Amor ad Haec erga Principem et obedientia maxima. Qualis Vbique in Thurcica Tyrrannica Monarchia conspicitur neque quicquam Dubitari debet ipsum oblata Bona occasione Res Maiestatum Vestrarum iuuare plurimum posse, Homines eius ante triduum a Constantinopoli redierunt, qui dicunt Imperatorem esse sanum ac mandasse Transsxluano serio ut Bona istius habita in Transyluania iam sine aliqua Vlteriori mora restituere Debeat. minatum quoque fuisse proxime Zelymo filio suo ni Bonus sit ipsum quoque se non minus ac fratres eius necaturam, Pacatis itaque hic rebus Hinc hodie sumus Discessuri ad interiores Regni partes ad oppidum Jazvasar ipsis Dictum ibique hac Quadragesima mansuri, si quis nouus motus hoc propositum non perturbauerit. Non aliud nisi ut Dominus Deus Maiestatem Vestram Vna cum suis omnibus sanam et incolumem foelicissime conseruet orare quam diu vixero non Desinam. ex Hotin 17. Februarij Anno 1563.

Eiusdem Maiestatis Vestrae Serenissimae

Fidelis Seruitor

Martin Zenthgotharty.

Aufschrift: Serenissimae Romanorum Hungarorum et Bohemiae Regiae Maiestati etc. Domino et Domino meo semper clementissimo.

CCCCXXIV.

Scrisórea lui *Francisc Zay* cătră *Regele Maximilian*, căruia ii trimite doue scrisori din Moldova. 1563, 28 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Sacra Regia Maiestas domine domine clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Sacrae Maiestatis Vestrae, humilimam mei Commendacionem. Allatae sunt michi hesterno vespere binae litterae ex Moldauia, quarum una Sacratissimae Caesareae Maiestati domino meo clementissime, altèra vero Sacratissimae Maiestati Vestrae sonant. quas hic Maiestatibus Vestris Sacratissimis praesentibus inclusas mittere curauj. Et opto ut deus omnipotens Sacram Maiestatem Vestram multum diuque foelicissimam Conseruare dignetur. Cassouiae 28. februarij. Anno 1563.

Eiusdem Vestrae Sacratissimae Maiestatis fidelis et humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer.

Aufschrift : Sacratissimae Romanorum et Bohemiae Regiae Maiestati domino, domino clementissimo. — Ad manus proprias Sacratissimae Regiae Maiestati.

CCCCXXV.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* în cestiunea posessiunilor pretinse de Despot-Vodă în Ardél. 1563, 2 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

. . . (om.) . . .

Heri in diuano expeditus fuit Gasparus Bachaz, responsum habuit à Bassis, Bebecki negocium hoc tempore tractari non posse, propterea quod Princeps Turcharum Ibrahim Interpretum quotidie expectat ut de Iudnciarum firmitate certitudinem habeat et quod contra pacis conditiones initas nihil facere constituerit. Iniunctum est etiam Transsyluano ut loca quaedam quae Alexander Waivoda profuqus possederat, Despotae Moldauiae Waivodae restituat, et ut cum eo bonam vicinitatem colat. Crastina die ablegabitur cum praefato Gasparo quidam Chiaussius cum literis ad Despotham, quibus eidem mandatur ut pacifice uiuat ne transsyluani subditis ullam iniuriam ferat. Haec Caesareae Maiestati Vestrae paucis significare volui, cui me cum omni obsequentia supplicem commendo. Constantinopoli, secundo Martij 1563.

Caesareae Maiestatis Vestrae Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wys m. p.

CCCCXXVI.

1563. 3 Martij. Raportul unui esplorator cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre situaţiunea lui Alexandru-Vodă si despre uneltirile Ardelenilor contra lui Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Explorator secretus alla Secra Caesarea Maiesta.

. . . (om) . . .

. . . Sono venuti l'Ambassadori, die Transsiluano et hanno portato il tributo solito et se lamentano molto del Despota, dicendo ch'e catiuo vicino a loro et poco fidel'al gram Turcho, et procurano molto per Alessandro, perilche Haly bassa fece gran rebuffo (1) alli detti Ambassadori dil Transsiluano, dicendole queste formal parole: «Il figliol di Re Giouan e giouane e senza esperientia e non me marauiglio da lui, ma me marauiglio bene delli soi conseglieri quali se tienne per prudenti e sono de cosi poca memoria, non sanno che tante fiate hanno scritto al gran Signor come Alexandro è poco fidele et mille mali hanno scritto de lui. Adesso scriuono ch'Allexandro è fidelissimo e prega che sia rimesso in quel governo. Oltra di questo si falicito a scriuer ogni busia, a tal che semo redutti à non crederli n'anche la verita tal volta, se prima non toccamo con la mano, et fra l'artre busie ne scrisse quando il Despota intro in Moldauia, ch'haueua 12 m. archibugieri et altri tanti caualli, e dela Caesaera Vestra Maiestra quante cose ha scritto, tutto contra la verita, et che, tutto hauemo trouato esser altramente, pero come volete che vi se creda nissuna noua.» L'Ambassadori se scusauano al meglio che poteuano dicendo ch'il figliol di Re Giouanni scriveva sempre quelo ch'intendeua, ma Halij bassa non accettaua loro scuse, et dapoi gli disse: perche il figliol di Re Giuanni ha datto logi et fauor à quel Wolffgango Schreiber che douesse andar al Despota senza hauer avisato à questa porta?» L'Ambassadori hanno risposo che quelo veniua per le cose dela fede et non per mal alchuno. Haly bassa: «et come sapete voi che venendo lui mandato dalli inimici dil gran Signor che sotto pretesto della fede non venisse à machinar altre cose? Per il che se vede ch'il Despota s'ha portato piu fidelmente dil figliol di Re Giouanni, per hauer mandato detto huomo qui, il qual pouero è posto alla catena doue se trouan altri Christiani prigioni condennati al remo.» S'intende ch'il Turcho vol mandar un Chlauss al Transsiluano acioche renda al Despot alhuni logi che tiene che sono de la Jurisdiction di Moldauia, anchora pero non e partito.

. . . (om) . . .

Da Constantinopoli alli 3 di Marzo 1563.

---

1) Rabuffo=Verweis, Ausscheltung.

CCCCXXVII.

Raportul exploratorului secret cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre restituirea cătră Despot-Vodă a posesiunilor din Ardél şi despre conflictul iscat între Despot-Vodă şi Polonia. 1563. 18 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Explorator secretus.

Turca laborat podagra. — Expectatur Ebrahimus. — Expectatur Orator Persae. — Bellum inter Demetrium et Despotam. — Chiaussius ad transsiluanum missus de restitutione Quorundam locorum.

Sacratissima Caesarea Maiesta.

. . . (om) . . .

. . . E venuta noua come Dimitrascio insieme con Lasky se veniva da Polonia allj danni dil Despota, per la qual cosa ditto Despota ha domandato agiuto al gran Turcho et gl'hanno dato 4 Sanziacki, che se cio è vero che gli debbano prestar agiuto.

In Transsiluania ando il Chiaus con letere dil Turcho et d'Hallij bassa al Transsyluano che subito debba restituir al Moldavo alchuni logi che gli tiene occupato, et che cio facia senza fallo, non so quelo che fara.

. . . (om) . . .

CCCCXXVIII.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre solia sosită din Ardél la Pórtă. 1563. 28 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss de Constantinopoli.

Relatio eorum quae egit apud principem Turcharum et Halij passam post reditum Ebrahimi in negocijs sibi demandatis. — Item quae in dies adhuc ibi moliantur Nuncij Transsiluani. — San Petrus Corsus etiannum isthic delitescit. — Aduentus oratoris Persici.

Sacratissime Imperator, Domine clementissime!

. . . (om.) . . .

Ipsis Calendis Aprilis Franciscus Literatus fuit apud Halij Passam et de Bebecki negocio resolutionem petijt, sed responsum habuit, non esse quod amplius eius

rei mentionem faciat, Pacem cum Maiestate Vestra esse factam, quam Princeps Turcharum obseruare constituit, In praesentia Principem Turcharum aliud nihil iubere, nisi ut ad Transsyluanum reuertatur, illique renunciet ut iuxta priora Principis Turcarum mandata, uitam suam instituat, et pacem colat, atque ita 14. die Aprilis sub noctem dictus Franciscus Literatus hinc discessit. Postero uero die Bachas ille Gaspar, qui tertio Martij hinc abierat, iterum aduolauit et literas attulit à Transsyluano ad Principem Turcharum atque Halij Passam scriptas, quibus more suo denuo calumniatur Maiestatem Vestram, Inducias initas non obseruaturam, accusat Melchiorem Balassam quod superioribus diebus in ipsius ditionem incursionem fecerit et ex agris magnam praedam abegerit. Accusat etiam graviter Despotam Moldauiae tanquan Maiestati Vestrae foedere coniunctum, hoc uero ex eo constare dicit, quod Maiestatis Vestrae Oratores in Despotae aula uersentur. Postulat praeterea Georgium Bebeckum sibi donari quo liberato ipsius castella interfectis per insidias Maiestatis Vestrae praesidijs facile recuperari posse affirmat, sed confido ita undique prospectum esse, ut ab insidijs nihil sit amplius metuendum.

. . . (om) . . .

CCCCXXIX.

1563. 6 Maiŭ. Scrisórea lui *Wolfgang Schreiber* cătră *Regele Maximilian* despre réua credinţă alui Despot-Vodă, care l'a trimis rob la Pórtă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Allerdurchleuchtigister Grossmechtigister Römischer Khunig, Eur. Ro. Khu. Mjst. seyen meine Allervunderthenigste diemuettigiste Treue Diennst mit höchstem Vleiss zuuoran Jederzeit Allergehorsamist berait. Allergenedigister Herr E. Rö. Khu. Mjt. Als meinen Allergenedigisten Khunig vund Herrn Bitt Ich in Allervnnderthenigkeit, E. Khu. Mjt. geruehen ditz mein Ainfaltig vnnd diemuetigist schreiben, mir Allergenedigist zuuerzeihen, Vnd von mir Alten Treuen Dienner, in gnaden An vnd Aufzunemen. Dann Gott der Allmechtig erkhent mein Hertz, das Ichs Aus schuldiger pflicht thue, vnd solches so In sich halt, mit Allem Treuen zum pessten Mainne Inmassen dann E. Khu. Mt. An mir Bisscheer, Gott lob. Allergenedigist haben erfunden. Vnnd bitt Auch Allervnnderthenigist, E. khu. Mt. wöllen mir dise terminos. Allergenedigist verzeihen, Dann E. Khu. Mjt. werden dieselben, sambt Iren Circumstancijs. Aus Irem khunigelichen hochen Verstanndt ex praecedentibus, Allergenedigist vnnd genuegsamblichen mögen vernemen. Vnnd wolt Gott Ich hett Ain Ziffer bey mir gehabt, So wolt Ich damit, E. Khu. Mjt. merers haben vnnderthenigist geschriben, welches Ich dieserzeit einstellen muess, zu Mundtlicher vnnderthenigister Relation.

Erstlicher bin Ich vnnderthenigister vnd trostlicher Hoffnung, E. R. Khu. Mt. haben mein Jungstes, Alhie den verschinnen 20ten tag February An E. Khu. Mt. Ausganngen Allerdiemuetigistes schreiben, Welches Ich, der Rö. Khay- vnnd khu. Mtet. Legato Allhie: Herrn Alberto von Wiss, u. hab vberanntworten lassen, Allergenedigist emphanngen, vnnd daraus nachlenngs vernommen. Wie vnd Auf wass strassen Ich zu dem Despotten bin Anckhomen. Vnd was mir vnder wegens ist Zuegestanden: Dergleichen was Ich meiner Aufrichtungen halber hab, E. khu. Mt. beyleuffig, vnndertheni-

gist zuruckh geschriben. Daneben Wie der Despott mich den 6-ten Januarij verschinnen, Ohn Alle meine Verschuldung Hatt plundern, vnnd fahen lassen, vnnd volgennts den 2. Februarij In Eysen verschmitte, sambt E. Khu. Mt. genedigisten schreiben, dem Turckhischen Khayser. (Emparmbs Gott) Auff die fleischpanckh Alheer geschickht Darzue, der Johannes Literatus de Eperies, oder Belsius genanndt: welcher zu Prag so offt molestiert. E. Khu. Mt. (wie mir dann derselb hat Angezaigt, der mich gefanngen hatt,) Ain Anschiffter seye gewesst. Dann derselb Belsius mir auch Aufrupfet. Wie Er von E. Khu. Mt. Auf sein Supplicieren vnd vilfeltig Anhalten, nit Allain Abschlegigen beschaidt hette erlanngt, sondern E. Khu. Mt. Hetten Ime Auch sein gethane Zerung zubezallen Abgeslagen. Solch obgemelt mein schreiben, wil Jetzo widerumb, In Allen Irem Inhalt vnd puncten vnderthenigist widerhollen. Vnd hette E. khu. Mt. darinnen gern noch merers in Vnderthenigkeit geschriben, Ich mueste Aber dasselb forchthalber vnnderlassen. Dann der Moldisch Amistat der mich hieheer hat gebracht, hat mich Imertzue mit dem geschreckht, Er werde mich wider, seinem Herrn Zuruckh fuern. Weill Aber Allergenedigister Khunig. Der höchstgedachten Röm. Khay. und E. Khu. Mt. Legatus, der Wolgedacht Herr von Wiss: sich so genedigklich hatt vmb mich Angenommen, vnd wie Ich berichtt, bey dem Herrn Alywascha dem obristen Vesir von wegen meiner erledigung schon hat Angelanngt. Hoff Ich derselhen gefahr, mit Gottes vnnd E. Rö. Khu. Mt. Allergenedigisten Hilff, vberhebt zusein. Darumb schreib Ich hiemit E. khu. Mt. Aus Allervnnderthenigistem Vertrauen, vnd Aus schuldiger Trew, Jetzo vmb souil lautterer, vnnd warhaftig. was mir derselb des despotten Amistat (mit Namen Lollia Husther genanndt.) Hatt vertrautter Maynung Angetzaigt. Was der Despott hatt, bey Ime. neben obgemelter E. khu. Mt. furtschrift, Alheer empotten, vnd befolchen Antzutzaigen. Daran Aber, zum fördersten E. Rö. Khu. Mt. vnd dann Auch mir Vnschuldigen Armen gefanngen, von dem Despotten gar Vnrecht ist bescheehen. Dann E. Khu. Mt. haben mir dasselb, noch ettwas Anders, mit khainem Ainigem Wortt nit befolchen. dass Ich Ime, von E. khu. Mt. wegen solte Antzaigen. So wisst Gott, dass Ichs Auch fur mich selbs nie hab gedacht, vill weniger mit Ainem Ainigen wordt nie gemelt, noch geredtt: hatt mich Auch hoch befrembt, was Ihn darzue hatt Vervrsacht. Aber weill sein Secretarj der von Reuelles, zu mir Sprach. wie dass Er Aus seines Herrn befelch hette, E. Khu. Mjt. vnd Auch dem Herrn Say. Ain Solche Anntwortt geschriben daran E. Khu. Mjt. nit halbs werden Zufriden sein. Vnd gar schimpflich Redet von E. khu. Mjt. vnd Auch von der Rö. Khay. Mt. (welche Ich Aber Alda mit höchstem vleys treulichen hab veranttwortt.) muess Ich Ime vicium ingratitudinis zuemessen. der halben Ihn dann, Gott vnd die wellt wirdt straffen. Amen. Dann So sprach der Amistat.

Also: Mein Herr der Despott Hatt mir befolchen, Ich solt An der Portten des Kaysers Antzaigen.

Nachdem der Sibenburgisch Furst, meinen Herrn Villfeltig hatt bey dem Grossmechtigen Khayser Angeben vnd verclagt. wie das der Cristlich Khayser, vnd sein Son khunig Maximilian: haben meinem herrn geholffen, das Er vnnder dass Lanndt ist khomen, und den Alexander Waywodam, des khaysers Treuen Dienner, hatt daraus verjagt. vnnd dass mein Herr derhalben, dem Teutschen Anhengig seye. So will mein Herr hiemit sein vnschuldt beweisen, dass nit mein Herr, Sonnder der Sibenburgisch Furst denn Teutschen Anhenngig sey. Dann mein herr wisse gar woll, das khunig Maximilian, dem Sibenburgischen Herrn. Jetzo bey dir Auch hatt, haimblich brieff geschickht, vnd dass Er mit dem Teutschen Ain haimblichen verstanndt haltt.

Das Aber mein herr dem Grossmechtigen Kayser Trew sey. dass wolle Er Auch, mit dem beweisen. Nachdem dass khunig Maximilian meinem herrn hatt bey dir gegeschriben, vnd Auch empotten. Das Er den Friden den der Türkisch khayser, mit seinem Vattern den Cristlichen Khayser hat gemacht, nit wolle halten, Sonnder hatt An meinen herrn begehrt; Er solte dem khunig, den Pass. durch sein Lanndt geben: So wolle Khunig Maximilian mit Viermallhundert Tausent Mann durch die Moldaw, In

die Türkhey ziehen. Dann der gemacht fridt lauttet nur Auf dass Vngarlanndt. So hab Auch khunig Maximilian, meinen herrn: darzue geraizt, vnd gepetten, Er wolt Auch zu solchem Zug helffen. Derhalben schickhe dich mein herr, vnd Auch des khunig Maximilians briefl den du Ime hast gebracht, dem Khayser. Daraus Er meines herrn Trew möge lautter erckhenen, dass Er der Teutschen Veindt seye. Vnd dass der Sibenburgisch herr, mit den Teutschen halte. Dann Er hatt dir auch Ross vnd wagen geben lassen, Als Ainem Teutschen. Mein herr Aber schickh dich dem Kayser gefangen. Solches hatt mir der obgemelt Amistat, mit grossem mitleiden zw mehrmallen angetzaigt Vnnd So Er Ain lediger wer gewesen, wolt Er mich hinaus haben gefurt In die Cristenhait.

Als Mich obgemelter Amistat hatt dem Alywascha. Im Namen de Khaysers presentiert. Hatt mich der Wascha in der guette Examiniert Wie uolgt.

Nachdem Er Nachlenngs hett Aussgeforscht, die vrsachen meiner Raiss. vnd von wann, von wemb, vnd woheer Ich seye khommen.

Fraget Er volgents mit Allem Vleiss. E. Ro. khu. Mjt. person halben. De Aetate: Sanitate: Religione, Prudentia, Autthoritate et Potentia: Vnnd Ob die Teutschen Fürsten, vndereinander Ainig seint, Vnnd E. khu. Mt. zu Irem khunig, gern lieb hetten, Vnd ob Sie mit Irer hilff, E. khu. Mjt. gehorsamb werden sein.

Darauf Hab Ich Ime Alle seine fragstuchh. Wie Ainem Treuen Dienner geburt, nach pestem Vleiss, in meliorj forma. verannttwortt. Vnd wolt Gott E. khu. Mjt. weren Inuisibilis gegenwerttig gewesen vnd hettens gehört.

Ferrer fragt Er, wie es zwischen khunig Phillippen, vnnd Franckhreich stuendt. Vnd ob nit Etliche Teutsche Fursten, noch guett frantzosisch weren wie bey Khayser Karls Zeitten.

Darauff hab Ich geanntwortt; Das Es in der gantzen Christenhait Ain gemains geschray seye, das Hispania vnd Franckhreich, durch die Heyrat seyen miteinander verainigt worden. Das khunig Phillipp, des khunigs Zu Franckhreich Tochter hatt genomen. So hörtt Mann Jetzo von khainem Teutschen Fursten nit der frantzosisch were, Sonnder Sie Alle, seint miteinander Ainig. vnnd der Rö. Khay. vnd E. khu. Mt. Als Iren Ordenlichen Heuptern, samentlich gehorsamb.

So seye auch khunig Phillipps, Als vom Namen, Ain Ertzhertzog von Österreich, vnd vetter. Der Ro. khay. vnd E. khu. Mt. mit Aller seiner Macht. Darzue die ganntze Pundttnuss der Schweitzer, vnnd Andere Cristlichen Pottentaten Zuegethan, vnnd mit Pundtnuss verwanndt.

Volgents fragt Er: was fur Ain gross khriegsvolckh E. Rö. khu. Mt. beyeinannder hett, vnd wo dasselb wehre. Vnd wo Sie damit hin wolten Ziehen. Da viell mir des obgenanndten Amistaten Antzaigen ein. Vnnd Annttwortet Also. Dass Ich von khainem solchen khriegshör weder wiste noch hette gehört, das E. khu. Mjt. diserzeit beyeinannder hetten. Dann Es were Im Teutschen Lanndt lauttmärrig, wie der Turckhisch Khayser An Ansehliche Potschaft hette, zu dem Ro. khay. Mt. vmb Ainen Friden hinaus geschickht.

Darauff fragt Er weitter, Ob E. khu. Mjt. wurden den Friden halten den dise zwen khayser miteinander macheten. Darauff Anntwortet Ich. Ich wisste nit, was furhabens die grossen herrn wahren, Ich seye Ain Armer briefftrager.

Fragt weytter, wieuil volckhs E. khu. Mt. mochten Ins Veld zusamenbringen, wan Sie khriegen wolten.

Darauff hab Ich gesprochen gar vill. Fragt Er, wieuil Reutter. (Also hat Er die gerussten pferdt genenndt.) Darauff Sprach Ich. Wann E. Ro. khu. Mt. khriegen wollen, So mögen Sie, bey diser Ainigkeit, vnd gehorsamb der Teutschen Fursten, In dreyen Monaten, Allain Aus Teutschen Lanndt, vber 100000 gerusste pferdt, deren Jeder zu 4. vnnd 5 pupen furtt. Item. gar leicht 200000 gerusste Fuessvolckh, Vnnd vber 100000 Hacknschutzen wie Ire Janitschern seint, mit lanngen Roren. Ausserhalb Annderm khriegsvolck. mit Andern Wehren. Ohne das. Was Eur khn. Mt. Aus Hispania: Italia: Hun-

gern: Vnnd Andern khunigkhreichen mögen haben. Zusamen bringen, dann die ganntz Cristenhait ist E. khu. Mt. hold vnd willig.

Auff solche mein Annttwort, Redet der Wascha mit des khaysers schreiber, der bey Ime sass, vnnd Alles Aufschrib gar guettig und Ernstlich. Vnnd Ich merckhet, das Mann Auf E. khu. Mjt. sorg hatt.

Volgents khamb Er mit Irer Religion An mich, vnnd disputiert lang mit mir, vnd versuecht mich vasst damit, da Ich Aber vnnser Cristliche Religion so starckh defendiret liess Er Ab. Vnnd fraget: Ob der Wayda haimblich hinaus Practicierte. vnd ob Ich Ime hette. von E. khu. Mt. brieff gebracht. Vnd wie Ich seye durch Sibenburgen, In die Moldau khomen.

Darauff hab Ich Ime geanttwortt. dass E. Ko. khu. Mt. dem Weyda, bey mir weder geschriben, noch dass wenigist nit empotten, noch gewust hetten, dass Ich durch Sibenburgen wurde Raisen. Ich seye Aber fur mich selbs durch das Sibenburgisch gepurg geraist, vmb pesten bequemlickheit willen, In hoffnung Ich wolle daselbst Am Sichersten In die Moldau khomen, dann durch Reussen khundt Ich gar nit sicher zum Despotten khomen.

Das mich aber der Weyda hette durchs lanndt lassen passiern, vnd mir mit der fur die Hilff gethann. Das hatt Er Allain zu befurderung vnsers Cristlichen glaubens, Als Ain Cristlicher Furst gethan. Dann Ich hab vor Ime mit meinem Aydt beteurt, das Ich bey dem Despotten Anders nichts hette zuthun, Allain dass Er solte vnsern Cristlichen glauben In die Walachische sprachen druckhen lassen. So hette Ich Auch bey dem Despotten Anders nichts gehandelt, Allain Ich hette. Auf des herrn hannsen Vngnaden schreiben, So Ich Ime hett gebracht sambt 7. Puechln. vmb Anntwort Angehalten.

Das aber der Despott E. khu. Mt. genedigiste furschrifft, widerwerttig Auflegt, vnd Angibt. Darinnen Irre Er sich vast. Dann E. khu. Mt. haben Ime solches schreiben, von khainem Anndern sachen wegen lassen schreiben, Allain zu befurderung meiner Raiss, zu erlangung des obgemelten walachischen druckhs. Zu Aufnemung vnsers Cristlichen glaubens. Welches dann Aus obangeregten des herrn Vngnaden Sendtschreiben vnd geschickhten buechern clarlichen mag erckhent werden.

Nachmals fragt Er weitter. Ob mich der Despott nit Allain zu Ainen schein hab heer geschickht, vnnd dennocht haimbliche Practicken hette mit der Rö. khay. Mt. vnd E. Rö. khu. Mt.: Aus diesem Verdacht hab Ich denn Despott mit meiner erlittnen martter entschuldigt, vnd veranntwortt. Dann nach solcher guettlicher Examination, hatt mich der khayser lassen Marttern. Darinnen mir dem heillig geist ist beygestanden, dass Ich In Aller Martter, In vnd Auf meiner guetigen Aussag bin. (Gott lob.) verharrt. Vnnd Nach solcher Martter, hatt mich der Wascha, den 16. February. Allheer In diese gefenckhnuss gen Sandt Pauls, zu Galatha. Zu Andere gefanngen Cristen lassen einlegen. Doch nit vnnder des khaysers Andere gefanngen einschreiben. Sunder wie mir der Schreiber vber die gefanngen hatt Angezaigt. nur Zubehalten Auf seinen ferrern beschaidt. Da lig Ich layder Gott erparmbs, vnnd wardt mit geduldt. Auf E. Rho. khu. Mt. Allergenedigisten hilff zu meiner erledigung. dass verleih mir der Allmechtig Gott zu khurtz. Amen.

Notae. Nun wollen E. Rö. khu. Mt. Alhie Allergenedigist hinder sich gedennckhen: Was Ich in der Vassten zway Jar vergangngen, hab E. khu. Mt. zu Wien, Neben vnd zur Zeit der Vberanntworttung der Contrafraktur. Allervnnderthenigist Angetzaigt. Dergleichen, Was E. khu. Mt. mir verschinnes Jars, da Sie mich gen Lintz erforderten, Alergenedigist haben In der Camer furgehalten. Dasselb Alles hab Ich mit guetter gelegenhait (Gott lob.) Ins werkh gebracht. Vnd hoff, nach vnd zu E. khu. Mt. genedigisten wolgefallen Ausgericht. Dann der Principal selb ist genaigt vnd ergiltig zu volgen. So ist der Tscha: souil er vermag willig. Dann Ich Ime die Iufel etc. hab furgehalten: vnnd souil Hoffnung geben, das er darob zufriden. Hab Auch vernomen, das In khurtz werde

derselben sachen halben, Ain Amissat Aus Poln: Zu E. khu. Mt. Anckhomen. Vnnd vermerkh. das die sachen Numehr will Ins werckh gebracht werden. Wie Ich dann derhalben E. khu. Mt. nach meiner erledigung, Allerdings, vnderthenigist will berichten. Daran E. khu. Mt. hoff Ich, Ain genedigistes wolgefallen werden haben. So hab Ich E. khu. Mt zum thaill die Substanz der sachen. bey dem Gilg Currier, der von Franckhfortt ist Ausgeschickht worden, vnnd Auch zuuor durch mein vnderthenigist schreiben, welches Ich durch den Herrn Say. hab E. khu. Mt. cum consensu Zuegeschickht. vnderthenigist geschriben. das die sachen in bonis terminis seint. Dann zu Ainem warzaichen Erinnder Ich, E. khu. Mt. Auf volgende Wortt. die Im 60-ten Jar sollen bescheechen sein. Namblich. Arbor non cadit vno ictu, praesertim si magna fuerit, propterea tamen ne cesset, sed instet usque ad finem. Ego sibi non deero.

Ferner. Allergenedigister Herr. thue E. Ro. khu. Mt. Ich Allervndethenigist berichten. das Ich den Weyda meiner gefenckhnuss halben de necessario hab muessen berichten, vnd vmb sein hilff Anlanngen Dieweill Ich von seinetwegen auch, so Jamerlichen bin gemartert worden, Vnnd Ich Ihne des vorangetzaigten verdachts halben hab veranttwortt vnnd entschuldigt. Derhalben bitt E. Ro. khu. Mt. Ich Allevnderthenigist die geruehen mir solches Allergenedigist zuuerzeichen. Dann Ich hoff zu Gott. vnd E. khu. Mt. die werden meiner Trew Allergenedigist Ingedenckh sein. vnd mir dasselb zum pesten Allergenedigist vergunen. Das Ich pald erledigt werde Aus diesem Jamer. Amen. Ich habs vons pesten wegen gethan dass ers wiss.

Beschliesslichen. Wiewoll Ich der Allervnnderthenigisten tröstlichen hoffnung bin, dass E. Ro. khu. Mt. Auff das vorig mein diemuetigist schreiben vnd Anrueffen haben genedigiste verordnung gethan mich zuerledigen. So ist Jetzo Abermals mein Allervnnderthenigist diemuetigist Anrueffen An E. khu. Mt. Als meinen allergenedigisten Herrn, die wollen der Ro. khay. vnd Eu. khu. Mt. Legato Alhie, genedigisten befelch geben, vmb mich zuhandlen, vnd mich zuerledigen. Solche Barmbhertzigkeit wirdt Gott der herr, gegen E. khu. Mt. genedigklichen vergelten. Vnd Ich wils mein lebenlanng vmb E. Ro. khu. Mt. meinen Allergenedigisten khunig vnd herrn mit darstreckhung leibs vnd lebens Allervnderthenigist verdiennen. Dann E. khu. Mt. mögen mich mit Ainem Anigen Anlanngen erledigen. Dann Ich mags E. khu. Mt. mit Warhait schreiben, das der Gross Alywascha. Da Er mein vnschuldt hatt vernomen, sich darob In Ain Finger hatt gepissen, vnd wider den Despotten gar zornig ist gewesst, dass Er mich so vnschuldigen hatt hieheer geschickht. welche mein Vnschuldt dem Khayser Auch Angetzaigt ist worden. Derhalben ist es Nur vmb Ain wortt zuthun, so gibt mich der Wascha, E. khu. Mt. ledig. Damit thue E. Ro. khu. Mt. Ich mich zu gnaden Allerdiemuetigist beuelhen. Datum In des Turckhischen Khaysers gefenckhnuss zu Sanndt Pauls. Zu Galattha den 6. tag May. Im 1563 Jar.

Ewr: Rö. khu. Mt.

Allervnnderthenigister Diemuetigister Dienner

Wolff Schreyber, m. p.

Armer gefanngner.

Posst scripta: Allergenedigister Khunig. Der Alywascha hatt darfur gehalten das E. Rö. Khu. Mt. des Khunig Ludwigen Son seye. Dann da Er E. khu. Mt. brieff lanng besach. liess Er mirs vberannttwortten, obs der Recht brieff wer den Ich hett dem Despotten von E. khu. Mt. gebracht. Vnd fraget ferner Ob E. Khu. Mt. khunig Ludwigen Son were.

Darauff hab Ich Im geannttwortt, E. Khu. Mt. seyen der Rö Khay. Mt. Eltister Son vnnd Angeunder Römischer Khayser. Vnnd fragt ferner mit folchen wortten. Also. Wie wirdt dein Herr: khunig Maximilian mit dem Despotten darumben zufriden sein. Das er des khunigs brieff, mit sambt dier hat hieheer zu vnns Turckhen geschickht.

Darauff Anttwortet Ich. Ich bin Ain Armer briefftrager. mein Allergenedigister khunig hat vill solch briefftrager als Ich bin. Vnnd wirdt wenig Auf Ainen solchen Armen Menschen gehalten, vnnserer person wegen. Aber E. G. wöllens bey sich bedennckhen, Wann Ain Turckhischer Herr, E. G. vmb Ain Furschrift vnd Ainen Tschauschen Anlannget, in seiner hanndlung, zu Ainem Anndern. Vnnd das derselb denselben E. G. Dienner oder Tschauschen fienng. vnd sambt E. G. furschrifft. In seines Veindts Hennde schikhen wurde. wie es E. G. gefiell. nit von wegen des Dienners, sonnder von E. G. Reputation wegen. Also mochte Auch mein Allergenedigister Khunig von Irer khuniglichen Reputation wegen gedennckhen: Dann mich hatt Herr Hanns Vngnad von Irer khu. Mt. zu dieser Raiss Aufgepetten, dergleichen auch dieselbe furschrifft. Allain zu erlanngung des walachischen Druckhs. Auff diese mein Anntwortt gab der wascha dem Despotten gar Vnrecht. Vnd ward zornig Auf Ihn. Dann Er vermeldet daneben, wie dass sein khaiser Ain Potschafft hette vmb Ainen friden zu der Rö. kh. Mt. geschickht: vnd derselb wer noch draussen Im Teutschen lanndt. Vmb souil mer zurnet Er über den Despotten.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Regiae Maiestati etc. Domino meo Clementissimo.

CCCCXXX.

Raportul căpeteniilor celor *trei națiuni din Ardél* către *Sultanul* despre starea țěrii după mórtea regelui Ioan Zápolya. 1563, 12 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literum procerum et uniuersi populi Transiluaniae ad Turkarum Principem allatarum decima die Octobris.

Potentissime atque invictissime Imperator. Recordamur quotidie immensam gratiam quam Maiestas Vestra erga nos miseros subditos semper declaravit ab eo tempore quo Serenissimus rex Johannes sub Maiestatis Vestrae clientela regnum Hungariae et Transiluaniae administrare coepit, post mortem quoque memorati regis reginam viduam et filium eius orphanum, dominum nostrum clementissimum, in suam tutelam accepit, de qua clementia Maiestatis Vestrae non solum ingentes gratias agimus, verum etiam deum omnipotentem noctes atque dies praecamur, vt Maiestati Vestrae quam longissimam et foelicissimam vitam concedere dignetur. Respicientes vero ad fragilem huius mundi statum, et quam omnia praetereant et ad destinatam omnibus mortalibus finem tendant, considerantes etiam coelibatum et parum firmam valitudinem principis nostri clementissimi, coacti fuimus mittere ad excelsam Maiestis Vestrae portam hosce legatos, amicos et consanguineos nostros, suplicantes vt, si casu Dominum nostrum clementissimum e vita decedere contingeret, regni huius Transiluaniae et regnicolarum clementissime misereatur, quia Ferdinandus et filii eius in hoc omne (?) studio elaborant, ut regnum hoc à Maiestate Vestra alienent et sibi subiiciant. Quapropter Maiestatem Vestram humillime oramus, vt in tali casu, (quem tamen deus altissimus auertat), nobis clementissime concedere dignetur, sicuti etiam aliis provintiis christianorum Maiestati Vestrae subditis et uectigalibus

non denegatur, ut ex magnatibus probum aliquem et iustitia insignem uirum in principem eligere possimus, sub cuius fide atque obedientia et Maiestatis Vestrae patrocinio cum solutione ordinariorum annuorum censoom permanere valeamus, de qua re si literas priuilegiales uotis nostris congruas apud Maiestatem Vestram obtinuerimus, nos et posteri nostri cum omni fidelitate seruiemus Maiestati Vestrae, ac pro eiusdem diuturna atque foelici uita deum altissimum absque intermissione rogabimus. A Maiestate Vestra benignam relationem expectamus. Datum Tordae in conuentu prouinciali, duodecima die Iunij, Anno domini 1563.

Magnates hungari et tres nationes regni Transiluaniae Nobiles, Saxones et Siculi.

CCCCXXXI.

1563, 14 Iulie. Scrisórea lui *Zápolya* cătră *Sultanul* în cestiunea învinovăţirilor făcute de Impĕratul contra lui.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

(Albertus de Wyss, ddo 10 Aug. mittit).

Exemplum literarum Transsyluani ad Principem Turcharum allatarum tertia die Augusti, ddo 14 Iulii 1563.

Potentissime et Inuictissime Imperator, domine et benefactor clementissime. Postquam seria mandata Maiestatis Vestrae ad nos peruenerunt, omnia humiliter intelleximus. Cognouimus enim iniustas querelas quas Ferdinandus contra me orphanum et Maiestatis Vestrae pupillum proposuit, quod Capitaneus noster Tokaiensis sub ista conclusa pace unum claustrum eiusdem depredasset et homines in eodem interfecisset. Supplico Maiestati Vestra humiliter, ne talibus eius falsis querelis fidem adhibeat, quoniam sub ista conclusa pace nulla prorsus contrarietas accidit, nisi si fortassis de praeteritis recordetur, quod tertio iam anno praeterito Capitaneus eius Cassouiensis duo nostra castra occupauit, uidelicet castrum Zeten et Kouoesd, et cum aliam arcem Zerenchi oppugnasset, à Capitaneo nostro Francisco Nemethi fuerunt profligati, ista autem non sunt contra conclusam pacem, quoniam ante tres annos contigerunt. Caeterum Maiestas Vestra nobis firmiter mandat, ut omnia noua uerè et iustè Maiestati Vestrae significemus. Igitur haec uolo Maiestati Vestrae humiliter indicare, quod Ferdinandus nunc iterum unum comitatum nostrum Moromaros quem ex clementia Maiestatis Vestrae possidemus à nobis uult abalienare, in quo comitatu Ferdinandus nunquam ullam habuit potestatem, neque nunc habet, ad cuius rei ueritatem literas ipsius Ferdinandi in specie ad Moromarosenses scriptas Maiestati Vestrae mittimus, ex quibus facilè intelliget quidnam Ferdinandus sub ista conclusa pace moliatur, uult enim filium suum Maximilianum in Regem Hungariae coronare et sub ista occasione totam Hungariam occupare, Supplico igitur Maiestati Vestrae, ne ipsius querelis fidem adhibeat, nec à me promissam suam clementiam abstrahat. Nam post Deum altissimum omnem spem in Maiestate Vestra habeo positam, cui et fideliter cum sanguinis effusione in perpetuum seruire constitui, nec concedat Maiestas Vestra ut me miserum orphanum perdant. Hoc unum Maiestas Vestra credat, quod Ferdinandus non ob aliam causam Inducias conclusit nisi ut sub ista amicitia filium suum in Regem Hungariae coronare, et bona quae Melchior Balassa

per proditionem occupauit, possidere ac totam Hungariam deinceps occupare et me miserum expellere possit. Hoc sciat Maiestas Vestra, quod Ferdinandus clam magnam fraudem Maiestati Vestrae faciet; illud etiam Maiestati Vestrae significo, quod Despota Moldauiae omnem pecuniam quam in Regno Moldauiae colligere potest, ad Ferdinandum et ad eiusdem filium mittit, rogans ut pro ea pecunia milites in auxilium mittere dignentur. Similiter cum Capitaneo Cassouiense et cum Balassa proditore mutuam intelligentiam habet. nos uerò propediem Oratores nostros cum tributo ad Maiestatis Vestrae excelsam portam expediemus, reliqua omnia Maiestas Vestra ab Egregio fideli nobis dilecto Gasparo Bachas latius intelliget, cuius uerbis fidem adhibere dignetur. Deus optimus maximus Maiestatem Vestram in longos annos incolumem seruare dignetur. Datae in Ciuitate nostra Alba Julia 14. die mensis Iulij 1563.

CCCCXXXII.

Raportul luĭ *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre sosirea la Pórtă a tributuluĭ din Moldova. 1563, 21 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss de Constantinopoli.

Respondet literis Caesareae Maiestatis de 14 Iunij 1563. — Acceptat oblatum munus oratorium. — Visitavit nouum Passam et monet eius haberi rationem in remuneratione. — Facta fuit ei spes liberandi Crusitij et Bebecki. — Turcae mirantur moram quae interponitur expeditioni munerum. — Allatum tributum e Moldauia. — Zernouiz breui discedet Constantinopolj.

Sacratissime Imperator, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

15 Julij uenit Constantinopolim Orator Despotae Moldauiae cum tributo, quod deindè vigesima die in publico diuano Bassis Visirijs consignauit. Fuerunt de Despotae machinationibus uarij disseminati rumores, quasi uerba tantum daret, et promissam obedientiam nunquam praestaret, sed nunc ipsa re demonstrauit, se memorem esse fidei et officij quod Principi Turcharum debet . . . .

. . . (om) . . .

Constantinopoli, XXI. Iulij 1563.

CCCCXXXIII

1563. 21 Iulie. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre dispoziţiunile Porţii faţă cu Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator Domine clementissime.

(*Weil der anfängliche Inhalt dieses Briefes unsern Gegenstand gar nicht berührt, so folgt nur die an der Rückseite desselben Briefes beigefügte ämtliche Anmerkung.*)

Albertus de Wyss 21 Iulij 1563. (de Costantinopoli) Respondet litteris Caesareae Maiestatis de 14. Iunij 1563.

Acceptat oblatum munus Oratorium.

Visitauit nouum Passam et monet eius haberi rationem in remuneratione.

Facta fuit ej spes liberandj Crushitij et Bebecki.

Turcae mirantur moram quae interponitur expeditioni munerum.

(Nun folgt unsern Gegenstand betreffender Text):

15. Iulij uenit Constantinopolim Orator Despotae Moldauiae cum tributo, quod deindè Vigesima die in publico diuano Bassis Visirijs consignauit, fuerunt de Despotae machinationibus uarij disseminati rumores, quasi uerba tantum daret, et promissam obedientiam nunquam praestaret, sed nunc ipsa re demonstrauit se memorem esse fidei et officij quod Principi Turcharum debet.

(Amtliche Anmerkung.)

Zernouiz Breui discedet Constantinopoli.

Zernouitz contendet in Germaniam militesque Caesareae Maiestati vestrae, me cum omni obsequentia supplicem comendo, Constantinopoli XXI Iulij 1563.

Caesareae Maiestatis Vestrae — Obedientissimus Seruitor.

Albertus de Wyss.

Aufschrift: Sacratissimae Caesarea Maiestati, Domino meo clementissimo.

CCCCXXXIV.

1563, 31 Iulie. Scrisórea *Impĕratului Ferdinand I.* cătră *Albert de Wyss* despre însinuările făcute la Pórtă în ceea ce priveşte intenţiunile sale.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Alberto de Wyss. — Ferdinandus etc.

Nobilis fidelis nobis dilecte etc. Demonstratum est nobis non obscuris auctori bus, Despotam immemorem beneficiorum à nobis acceptorum Graeca quadam fide isthic in

porta Principis Turcharum nos et serenissimum filium nostrum Romanorum Regem diversis calumnijs traducere, quo Turcharum principem contra nos irritare queat, detractisque sigillis à literis nostris et filij nostri Regis Romanorum effictaque manu fingere literas, quasi à nobis ad eum scriptae fuissent, in ijsque mira conscribere figmenta, cuius rei cum nostri et filij nostri intersit certam noticiam assequi, tibi proinde gratiosè iniungimus, ut secreto omnibus vijs et modis indagare studeas, num se res ita habeat, et cuiusmodj sint illae calumniae, quas in talibus literis fictis complecti et principi Turcharum ac Passis eius obtrudere solet, atque nos, postmodum quicquid compereris, summa celeritate certiores reddas, exequuturus in eo benegratam et expressam voluntatem nostram. Dat. Viennae ultima Iulij 1563.

CCCCXXXV.

Scrisórea lui *Zápolya* către *Sultanul* despre turburările din Moldova. 1563, 13 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literarum Transiluani ad Turcam, ex turcico in latinum sermonem traductarum.

Potentissime Imperator, domine et benefactor clementissime. Post seruiciorum meorum perpetuam commendacionem. Negotia Despotae Moldauiae sepissime ad Maiestatem Vestram perscripsi, et nisi deus illum castigasset et in fas miserias coniecisset, procul dubio in futura hieme contra me et subditos meos exercitum movisset, quoniam cum Ferdinando in occulto mutuam intelligentiam habuit, qui illi auxilium dare constituerat. Sed superis gratia, ipsius negotium in eo versatur statu, ut nihil amplius sit pertimescendum, hanc foelicitatem concessit deus ex sua benignitate Maiestati Vestrae, ut eiusdem inimici diu stare non possint portae, quam ille. Despota in arce Chuchiava est inclusus. Moldauienses à me auxilia postularunt, in oppugnando castello ipsis paerto(1) essem, quandoquidem ego, dum vita manebit, Maiestati Vestrae fideliter seruire teneor, non potui in tali casu Moldauiensibus deesse, misi itaque quadringentos soldatos et trecentos pixidarios, et si maiori auxilio opus habuerint, plures milites et lombardas subministrare non desinam, modo Maiestas Vestra benigniter concedat de cuius uoluntate clementem remationem(2) exspecto. Moldavienses hactenus ad Maiestatem Vestram libenter legatos misissent, qui eandem de iniuriis et damnis toti provinciae illatis certiorem reddidissent, sed timuerunt ne Maiestatem Vestrae offenderent et sibimet ipsis periculum crearent; propterea miserunt ad nos homines cum literis per quas de Despota et isto nouo domino Thoma grauiter quaeruntur et summopere rogarunt, ut infoelicem statum Moldauiae Maiestati Vestrae significarem. Literas Moldauiensium ad me scriptas ad Maiestatem Vestram transmitto, ex quibus rem omnem latius intelliget. Quod nisi Maiestas

---

1) Wahrscheinlich: praesto.
2) Soll wahrscheinlich bedeuten: Anleitung, Lenkung.

Vestra in tempore prouiderit, et alium Vaivodam constituerit, tota provintia peribit et desolabitur, quam ob rem Maiestas Vestra illius patroricinium suscipiat eumque sub umbra alarum suarum protegat, ut afflicti incolae tranquillam uitam ducere et pro salute Maiestatis Vestrae deum altissimum rogare possint. Datum in civitate nostra Alba Iulia, decima tertia die mensis septembris, Anno domini 1563.

CCCCXXXVI.

1563, 29 Sept. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre turburările din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Orator Constantinopoli.

Quod princeps Turcharum graviter ferat, non fuisse munus honorarium integrè missum. — De liberatione captivorum nunc nullam fieri posse mentionem. — Vrgebit ut recipiant munera et promittet affuturas pecunias intra 6 menses a receptis literis. — Adventus Oratoris Persici. — Rumores Moldauienses. — Discessus Michaelis Zernouich.

Sacratissime Imperator, Domine clementissime.

. . . (om.) . . .

De Moldauia aliud nihil noui habemus, nisi quod Despota in arce Chuchaua adhuc teneatur obsessus; ablegati sunt Chiaussy, qui obsidionem urgeant et siquidem Despotam vivum habere potuerint, ad hanc portam vinctum deducant. Dicitur Dimitrius ille qui ex Polonia in Moldauiam irruperat et amisso milite in Moldauiensium potestatem deuenerat, iam esse in intinere ut ad Principem Turcarum deducatur; audio in opprobrium nasum illi esse abscisum. Commoratur hic Alexander Vaiuoda profugus, in hoc ex Anatolia reuocatus ut in prouintiam cum Imperio restituatur. Thomas autem ille, huius per Moldauiam seditionis author, per suos internuncios sibi prouinciam concedi postulat, cui etiam Princeps Turcharum bona uerba dare fertur, ut eò alacrius progrediatur et Despotam obsessum ad deditionem compellat, sed in occulto decretum esse intelligo ut Alexander reducatur. Haec omnia ab exitu spectabuntur.

. . . (om.) . . .

Datum Constaninopolj, 29. Mensis Septembris 1563.

Albertus de Wyss.

CCCCXXXVII.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impĕratul Ferdinand I.* despre confirmarea lui Alexandru-Vodă în scaunul Moldovii. 1563, 12 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Rex, Domine clementissime.

. . . (om.) . . .

Alexander ille Vayuoda, pro quo Transiluanus intercessit, uigesima quarta die Octobris denuo confirmatus fuit in Vaiuodam Moldauiae; consignarunt illi Turkarum equum, gladium et vexillum, discessit hinc prima nouembris cum ducentis circiter equitibus, ductore Achomet Aga, quondam Ladislai mori nobilis Vngari, qui factus fuit turca, filio, supremo ianitore Turkarum. Coniungent se cum illo silistriensis et reliqui per Bulgariam Saniacchi, ut armata manu in Moldauia restituatur.

. . . (om.) . . .

Costantinopoli, 12. die Nouembris, Anno 1563.

Regiae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

CCCCXXXVIII.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impĕratul Ferdinand I.* despre uciderea mai multor turci pe la hotarele Ungariei. 1563, 12 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss, Constantinopoli.

Sacratissime Rex, Domine clementissime.

. . . (om.) . . .

P. S. Promiserat Haly Bassa se demissurum Wolffgangum Schreiber, Sed hodie uenerunt litere à Saniachis ex confinijs Hungariae, quae libertatem hominis impediuerunt, ijs perscriptum fuerat, multos Turcas in confinijs passim fuisse captos, partim trucidatos, fuit in diuano alteratio magna, nichilominus ego sedata tempestate omni conatu urgebo ut libertati restituatur et mihi consignetur. Deus noster Altissimus Regiam Maiestatem Vestram in omni felicitate quam diutissime conseruet. Datum ut in literis. Constantinopolj, 13 die Nouembris. Anno 1563.

CCCCXXXIX.

1563, 16 Noem. Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impĕratul Ferdinand I.* despre mórtea lui Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss.

Mittit scriptum quaerelarum Turcicarum sibi ab Haly passa communicatum. — De morte Despotae.

Sacratissime Imperator, Domine clementissime!

. . . (om) . . .

In hoc etiam instanti allatus fuit Nuncius, Despotam Moldauiae in arce Chuchaua à proprijs militibus fuisse interfectum et castrum Thomsae Vaiuodae per manus traditum, Albertum uero Lasky occupasse in Moldauia arcem quandam Hothin nuncupatam. Passae sunt in ea opinione ut credant, eum Maiestatis Vestrae et Sacratissimi Rom. Regis auxilio fultum talia moliri, nam Rex Poloniae in hac porta per literas se excusauit, quod neque pecuniam neque milites praefato Lasky subministret, neque etiam eum pro suo subdito agnoscat. Hinc fit, ut Turcae suspicentur, Maiestatem Vestram subornasse Laskum, ut Moldauiam molestet, quod est Inducijs plane contrarium. Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo. Constantinopolj, 16. die Nouembris Anno 1563.

Caesareae Maiestatis Vestrae — Obedientissimus seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

Praesent. 11. Januar. 1564.

A tergo: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati, Domino meo clementissimo.

CCCCXL.

1563, 19 Noem. Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impĕratul Ferdinand I.* despre uciderea luí Despot-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Eiusdem ad eundem.

Discessus Paulj de Palyna. — De rebus Moldauiensibus. — Obitus Passae Budensis.— Orator Portugallensis nondum expeditus.

Sacratissime Imperator, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

Fama de morte Despotae etiamnum confirmatur, à proprijs militibus fuisse trucidatum. Discessit hinc ante paucos dies Alexander Vaiuoda, ut provintiam occupet,

auxilia subministrante principe Turcharum. Thomas ille, huius per Moldauiam seditionis author, qui Dimitrium et Pisosky huc ad laniam miserat, uocatus est per literas, ut ad hanc portam accedat, fore ut fidelium seruitiorum suorum premia ferat et Sanziachatum aliquem consequatur; si sapit, cauebit sibi à laqueo, est enim proditio grata Principi Turcharum, sed proditores displicent.

De Domino Lasky etiam constans est fama, quod Hothin castellum occupauit, suspicantur Maiestatis Vestrae auxilijs eum talia facere.

. . . (om) . . .

Constantinopolj, 19 die Nouembris 1563.

Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

CCCCXLI.

Raportul lui *Francisc Zay* cătră *Impěratul Ferdinand I.* despre uciderea lui Despot-Vodă şi despre întrarea lui Alexandru-Vodă în Ardél. 1563, 20 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Sacratissima Imperatoria Maiestas, Domine, Domine Clementissime.

Post fidelium Servitiorum Meorum, In gratiam Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae humillimam mej Subiectionem. Vestrae Sacratissimae Maiestati significare humillime voluj. Quod cum, Ego cum Magnifico domino Melchiore Balassa, Gentes quas ordinare et conducere potuimus, in Subsidium Despote expedire uoluissemus, ac in ipso praecinctu dimittendarum Gentium Mille et Treaentorum circiter hominum essemus: Superuenerunt nobis Noua, Despotam esse interfectum, Cuius periculum hoc modo contigisse Jntellezimus. Cum in Arce obsessi omnium ferme necessitatum puta uictualium, pulverum, et Lignorum defectu laborare cepissent: Quidam ex militibus ut fieri inter plebeos et gregarios milites solet, Tumultus siue dissidium oriri cepisset, Despotas audito hoc Tumultu, Quendam Capitaneum peditum Hungarorum, Petrum Deway nomine, qui fortassis Auctor Tumultus uisus fuerat, Manu sua propria Ense Trucidauit, ob quam ipsius crudelitatem omnes Hungari concitati sedicione facta, In ipsum Despotam irruerunt, atque eum captiuauerunt, Moxque cum aduersarijs et inimicis, in Tractatum ineuntes, sibi ipsis omnibus videlicet Hungaris, Capiti et rebus uitam et gratiam impetrarunt, quibus gratia facile data est, Vel ob hoc, ut eo citius Arx et Despotas ad Walachorum manus deueniat, Arce itaque et Despota deditis Hungari cum Quibusdam Germanis et Italis quos ipsi Hungari habitu Hungarico indutos, Hungaros fore finxerunt, liberi dimissi sunt (ea conditione) ut perpetuo donec uixerint Transsiluano seruiant, Cae-

teri omnes qui in Arce fuerant, interfecti, Despotas quoque decolatus est, ac eius Caput ut dicunt ipsi Transsiluano deportatum est. Vnde tantam Laetitiam atque Triumphum Idem Transsiluanus habuisse dicitur: Vt si Turcarum Imperatorem uicisset maius gaudium et Laetitiam ostendere non potuisset, Tantam Bombardarum eiaculationem et conuiuia in omnibus locis suis et Castris ediderunt, quo maiores facere non potuerunt: fertur dixisse ipsum Transsiluanum, unam Maximam pennam ex alis Maiestatum Vestrarum Sacratissimarum extraxisse, et Jam iam minari Iniuriarum sibi illatarum Vindictam laturum fore: Dicunt insuper ipsum Transsiluanum laborasse apud Principem Turcarum antequam ipsius Despote periculum contigisset, et adhuc obsessus in Arce fuisset, ut non huic nouo Waywode electo Moldauia daretur, sed ipsi Alexandro, qui per Despotam eiectus fuerat, ipsique Transsiluano Amicitia maxima iunctus erat, restitueretur. Quod concessum fore, ac ipsum Alexandrum in Itinere ad occupandum Regnum uenturum esse audimus. Waywodam quoque Tansalpinum sibi maxima familiaritate et amicitia iunctum esse intelleximus. Cui filiam Cuiusdam Rasciani subditi sui Nicolai Czrepowych dicti, in Vxorem Idem Transsiluanus Tradidit, ac Nuptijs Jpsius cum maxima solennitate in persona interfuit, Quorum subsidio et auxilio sperat se iam omnia Quaecunque contra Maiestatem Vestram Sacratissimam moliretur facile posse consecuturum. Quare Maiestas Vestra Sacratissima ex suo Sapientissimo consilio dignetur huic eius male intentioni mature ita prospicere (ne si ita Res contingeret) inopinate nos irruens Imparatos inueniat atque ditioni Maiestatis Vestrae Sacratissimae Inde aliquid impedimenti, seu periculi eueniat. Quod autem nos cum Magnifico domino Melchiore Balassa ipsi Despote, Tam Tarde auxilium ferre voluerimus, nulla alia causa fuit, preter defectum pecuniarum, Nam si pecuniam habuissemus, uel saltem Tria Millia florenorum omnino speramus nunc quoque Despotam superstitem fuisse: propterea nobis Imputari hoc uitium Sacratissimus Imperator non potest, cum nostra facultas nobis non concesserit, ut maturius ei prospicere potuissemus, nam pro commodo Maiestatis Vestrae Sacratissimae et Regni, in nobis non defuisset, etiam prius ipsi auxilium ferre, si facultas nobis non defuisset. Sed cum iam Res ita contigit, Si Maiestatis Vestrae Sacratissimae clementi uoluntati uideretur, ut Magnifico Domino Alberto à Lazko mandare Maiestas Vestra Sacratissima dignaretur, Quo Arcem Hothyn Quam in confinijs Moldauiae et Poloniae habet omnino retinere et conseruare uelit et teneretur, Qui cum sit et fidelis et subditus Maiestatis Vestrae sacratissimae aliud facere non praesummeret, praesertim si à Vestra quoque Sacratissima Maiestate aliqua prouisione ad intertenendam ipsam Arcem adiuuaretur, habita enim ipsa Arce in manibus domini Lazky, etiam si maxime Transsiluanus uellet, nunquam Walachy contra Maiestatem Vestram Sacratissimam quidquam Temptare auderent, semper enim ex Arce illa ita perturbari possent, ut obmissis aliorum Curis suis malis prospicere cogerentur, aut si cum tempore aliquem nouum Waywodam in Regnum Introponere Vestra Sacratissima Maiestas Juberet, ex ea Arce, id facillime fieri semper posset. Quae omnia in Sapientissimo Consilio Maiestatis Vestrae Sacratissimae constant, Ego tamen ex debito fidelitatis meae, Maiestati Vestrae Sacratissimae haec significare volui. Caeterum cum orator filij Regis Ioannis à Maiestate Vestra Sacratissima reuersus ad ipsum filium Regis Ioannis redijt, confecta uel autem infecta re Maiestati Vestrae Sacratissimae clementer constat, uerum quid ipsi rebelles cogitent et quo pacto Jnducias obseruare Conentur ignoro, cum iam occupationes diuersas Bonorum Nobilium fidelium Subditorum Maiestatis Vestrae Sacratissimae Captiuationes militum, atque colonorum, exactiones omnium prouentuum, depredationes uarias, cum maximis minis, tam nobilium, quam colonorum, nisi ad fidem eorum et obedientiam redeant, ceperunt, indiesque facere non cessant, Quid igitur et mihi cum Magnifico domino Melchiore Balassa faciendum sit, à Maiestate Vestra Sacratissima gratiosam expecto Informationem, nisi enim et nos hoc idem quod ipsi facere ceperunt, fecerimus proculdubio Sacratissime imperator ipsi à Talibus factis nunquam cessabunt, Sed maiora facere conabuntur. Clemens igitur et citum à Maiestate Vestra Sacratissima expecto respon-

sum: Deus altissimus Vestram Sacratissimam Maiestatem Saluam et incolumem Toti Rei publice Christiane quam diutissime Conseruare dignetur. Ex possessione Ewr Vigesima Nouembris, Anno domini 1563.

Eiusdem Vestrae Sacratissimae Caesareae Maiestatis

fidelis et humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, et Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque Maiestati, Domino Domino Meo clementissimo. — Ad Manus proprias Sacratissimae Imperatoriae Maiestatis.

CCCCXLII.

Scrisórea *Sultanului* cătră *Zápolya*, despre solii veniţi cu tributul la Pórtă şi despre cererile Ardelenilor. 1563, 23 Noem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literarum Turkarum Caesaris ad Vaiuodam Transiluanum, quae datae fuerunt uigesima tertia die Nouembris anni sexagesimi tertii, traductae ex turcico in latinum sermonem.

Cum excellentissima mandata nostra ad te pervenient, scias qualiter ad excelsam portam nostram venerunt tui oratores cum tributo atque literis, et omnia quaecunque per literas significasti et oratores tui oretenus exposuerunt, perspicue intelleximus, et primo quantum ad limites spectat quos optas constitui, notum facimus tibi, quod in illis locis templa nostra sunt aedificata et bona illa iam dudum militibus nostris distributa et pro timaris data, ergo iuxta fidem atque legem et dignitatem nostram imperialem praefatos limites nequaquam concedere possumus. Quod uero quereris, quasi milites nostri in confiniis tuis damna inferant, hac de re ad omnes Saniachos et officiales nostros firma mandata dedimus, ut a tuis subditis manus abstrahant, neque ullam uiolentiam in tua ditione exerceant, et si quis non obtemperauerit, pro demerito punietur; de bonis autem quae Melchior Balassa retinet, vt restituantur, iam dudum Ferdinando nunciavimus, tu de nostra clementia nunquam diffidas. Intercessisti etiam pro Georgio Beckho, sed scire debes, quod neque nobis neque tibi vnquam ille fuit fidelis et multa mala fecit, adeo vt sit difficile talia delicta condonare, sed si hoc eferis (1) ut ipsius officiales arces omnes vnacum uxore ad suas manus tradiderint, postea haec negotia aliter providebimus; ad Bassam budensem et omnes Saniacchos seria mandata dedimus, quod si Ferdinandus sua promissa non obseruauerit, et contra dominia nostra aut contra te bellum mouerit, tibi absque vlla mora auxilientur. Tu uero, quemadmodum a te expectamus, fideliter nobis seruias, volente deo nostram clementiam tibi declarare non dedignabimur; regnicoli Transiluaniae, videlicet Hungari, Siculi et Saxones, per oratorem suum Paulum Bamffy literas miserunt ad excelsam portam nostram, quibus postulaue-

---

1) Wahrscheinlich: effeceris.

runt, si casu te e uiuis decedere contingat, alium principem ex nobilitate indigenam ipsis eligere liceat, qui Transiluaniae praesit et cui omnes obedientiam praestent. Hac in re nihil eis respondimus, suspicamur enim ne ita faciant, quemadmodum fecerunt Moldauienses, sed quando aderit voluntas tua et propter debilitatem corporis tui aliquem tibi uelis substitui, quem existimes esse idoneum atque fidelem, tunc nostram magnitudinem certiorem reddas, vt pro nostro arbitratu decernere possimus; sed caue ne a tvis regnicolis decipiaris, quia hoc non est signum fidelitatis, et prudenter circumspice et perfidos punias, de omnibus nouitatibus, quascunqae habueris ex omnibus partibus, ad excelsam portam nostram quam fidelissime perscribe. Hoc facias et sigillo nostro imperiali fidem adhibeas.

CCCCXLIII.

1563, Scrisórea lui *Melchior Balassa* cătră *Impĕratul Ferdinand I.*, stăruind
28 Noem. ca Socol să fie ajutat a se ridica în scaunul Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Romanorum Caesarea Maiestas, Domine et Domine michi semper clementissime.

Post fidelium Seruiciorum Meorum In Gratiam Maiestatis Vestre humilimam perpetuamque Comendacionem, Priusquidem quoque Significaueram Maiestatibus Vestris Sacratissimis, filium Jpsius Zokolij, Nunc Apud me esse, Qui per Transalpinum, Sepisum ad Vaywodatum Vocatur, quem maiestas vestra Jusserit Interim Me Intertenere, Quare Domine Clementissime, Cum Ipso despoto tale Infortunium Acciderit, Quod Maiestatem quoque Vestram scire Non dubito, de quibus filium Ioannis Regis plurimum gaudere Intelligimus, Nam omnino In Jd Conatur, Machinaturque, Vt Auxilio Ipsorum Valachorum In his partibus, dicionem Maiestatis vestre deuastaret, atque sibi Ipsi vsurparet, Quod quidem Ipsi Iam In Tractatu haberent, Cum Apud Passam Budensem, Antequam fuisset Mortuus tum eciam Apud temesiensem quod mihi Compertum est, quare Domine Clementissime, Cum Videamus In Istis Iacturis Periculum fore, atque prope Immineri, Quod quidem Periculum diuina Clemencia, Volentes Euitare, Atque Conatu Nostro Machinationi Ipsorum preuenire, filium Ipsius Zokolij, eo mitere Ad Vaywodatum Moldauiensem, Nun(1) labefactatum, Auxilio dej fortuna Maiestatum Vestrarum, Cum domino francisco Zay, Capitaneo Supremo Maiestatis Vestre Cassouiensi, decreuimus, Ne hec presens occasio tam optima, genciumque Copia que Nunc pre manibus est frustra laberetur, Vnde Nos Speramus, Conatus Ipsius Transiluanij Vanos esse futuros. Quare Suplico Maiestati Vestre Vt Maiestas Vestra Sacratissima, pro hoc presenti Commodo maiestatum Vestrarum, aliquod Clemens Subsidium graciose Concedere atque Commitj Iubere ad manus domini francisci Twrzo dare, Cuius opera, Septuaginta Vel octuaginta Catafracti conducerentur, et huc versus Cassouiam miterentur, quod quidem Si presens occasio Negligetur, timemus quin Vel Magnis expensis futurum habeamus quod Maximo Incommodo Sentiret Maiestas Vestra, que omnia deus auertat. Quia domine Clementissime Ipse Zokolij, fide Mediante se ad fidelitatem Maiestatis Vestre obligat ac pro

---

1) nunc.

obside fratrem suum Carnalem Minorem Natu ad aulam Maiestatis Vestre dare paratus est quemadmodum et Antea humilime Significauj Maiestati Vestre, Clemens et Cito A Maiestate Vestra Sacratissima tum auxilium Cum eciam Responsum humilime expecto.

Preterea Quemadmodum et Antea Maiestatibus Vestris Sacratissimis, Aliquocies, pro Mitendo Architecto, ad Muniendum atque fortificandum oppidum Zathmar, Mitere Clementer dignate fuissent, Nunc autem Cum hij Rumores, de Conatibus aduersariorum, vndique Circumferantur, pernecessarium fore existimo, vt Maiestas Vestra Sacratissima, Vno Architecto, quam Citissime fieri posset me prospicere dignaretur, Sine quo talis Edificacio, per me Commode fieri Nullo modo potest, Ego autem Nunc ad huiusmodi Edificia, Sufficiencia Robora, Atque Alia Necessaria Comportari facio, daboque operam, Vt et plura, quandocunque Necessum fuerit, Adferantur, dummodo Architectus Adsit, et Auxilium Commitatuum Vicinorum Non desit. Quoniam Clementissime Imperator, Si Maiestas Vestra Sacratissima huic loco Mature Non prouidebit, Si Ita Ab Inimicis Inparatus locus Reperiatur, Maiestas Vestra Sacratissima graciose Consulerare poterit, Quid Mali hinc Euenire possit, Si Ad Manus Inimicorum, Quod deus Auertat locus Iste Incideret, Clemens a Maiestate Vestra expecto Responsum, deus optimus et Maximus Conseruet Maiestatem Vestram, datum ex cerkan 38. Nouembris: Anno 1563.

Humilis et fidelis seruus Maiestatis Vestre Sacratissime

Melchior Balassa.

Aufschrift: Sacratissime Romanorum Imperatorie et Germanie Hungarie Bohemiaeque Regiae Maiestati, domino domino meo Clementissimo.

CCCCXLIV.

Scrisórea lui *Francisc Zay* cătră *Impèratul Ferdinand I.*, stăruind ca Socol să fie ajutat a se ridica in scaunul Moldovii. 1563, 3. Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Imperatoria Maiestas, Domine Domine clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in graciam Sacratissimae Vestraę Maiestatis humillimam subiectionem. Cum omnes conatus et actiones nec non signa quae per aduersarios fiunt, dolos et sinistras machinationes Transiluani, futurarumque inimiciarum apparatus ostendant, potissimum autem postquam idem Transiluanus in Walachorum utriusque terrae, Moldauiensis videlicet et Transalpinensis auxilio, interfecto Despota, sperare uideatur; qui maiorem in modnm tumens ex morte Despotae, omnia pro uoto sibijpsi futura pollicetur. Visum est nobis ambobus cum Magnifico domino Melchiore Balassa, ut pro commodo et permansione dicionis Maiestatis Vestrae Sacratissimae hanc ipsius spem quam in Walachis concepit, impediremus; idque faciendum quasi ex nobismetipsis et sine scitu Maiestatis Vestrae Sacratissimae atque hac Via rem aggrediendam

fore censuimus. Est quidam Walachus, Reguli cuiusdam Transalpinensis, Zokolij olim nominati filius, similiter Zokol dictus, isque apud dominum Balassam conseruatur, uocaturque maximopere à terrigenis suis ad Transalpinensem Principatum; pro quo Maiestati Vestrae Sacratissimae ipsum dominum Balassam scripsisse certo scio; cui si per Maiestatem Vestram Sacratissimam fuisset comissum iam dudum animi sui conceptum tentasset ac ipsum iter agressus fuisset. Sed quoniam ad optatum Principatum hactenus proficisci illi non licuit, commodissimum uisum est nobis, non ad eius Regni Principatum quô uocatur, eum expediri, uerum ad hunc Moldauiensem, his gentibus quas in sucurrendum Despotae, conduxeramus; easque nondum dimisimus, quibus addito aliquo maiori numero, is expediretur; quod auxiliante Deo, facile futurum speramus; Quoniam nunc tot laboribus quos in expugnanda Zwchawa perpessi sunt Walachi, Singuli ad sua loca redierunt; nouusque electus per Transiluanum Wayuoda securus et quasi ociosus ubilibet in suis Curijs demorari dicitur. Hungari quoque ipsius Transiluani ita elati ex hac uictoria redierunt, ut nullam hostilitatem aplius illi Regno posse fieri cogitent. Si igitur Zokol, insperatô hac gentuim copia in Regnum Moldauiae ueniret, Seque meliori iure esse Waywodam quam illum praesentem, diuulgaret; proculdubio, sicut habent in consuetudine, aut propulsato, aut si ita Deo placeret, capto, uel autem interfecto eorum moderno Waywoda, mox regnum huic fauebit, et pro domino agnoscet quemadmodum et Despotae fuit factum. Et quia Transiluanus ex suo proprio motu Walachos sollicitando, ut in Despotam insurgerent atque eum uel interficerent uel Regno eijcerent, pro suo commodo incitauit; opere precium esset, ut simili, qua ipse in hac re est usus arte deluderetur. Nullum enim mandatum Imperatoris Turcarum fuit, ut contra Despotam Walachi insurgerent, sed solum practica Transiluani est factum, Nihilque contra Imperatorem Turcarum esset, quiscumque fieret Waywoda siue in Moldauia siue in Transalpina, dummodo eius tributum augeatur, Et Passis munera non minuantur. Qui Zokol à Supremo Passa est assecuratus, ut quandocumque in Regnum Transalpinense itrare poterit, intret; ipse apud Imperatorem suas partes interponet, et eius dominium confirmabit. Hoc idem in dominio Moldauiensi speratur, Si modo illud, auxilio Dei, et clementia Sacratissimae Vestrae Maiestatis apprehendere posset. Vt autem hanc rem maiori militum manu aggredi possimus, misimus ad dominum Albertum Lazky, qui et gentes conductas pro maiori parte adhuc penes se habet, Arcemque Hotyn in sua tenet potestate, pro qua Sacratissimae Maiestati Vestrae antea scripseram, ut et per Maiestatem Vestram Sacratissimam, Si ita Sacratissimae Maiestati Vestrae gratiose uideretur, esset admonitus, ne Arcem ipsam Walachis redderet, uel autem desertam relinqueret, Eumque ad nos uenire, maxime rogauimus; quem omnino speramus ad nos esse uenturum. Cum eo itaque communicato consilio, facilius et commodius hunc Zokol expediremus. Verum quia Sacratissime Imperator hoc negocium per nos sine aliquo paruo auxilio Maiestatis Vestrae Sacratissimae exequi minime potest, Ideo Sacratissime Imperator opus esset aliquibus paucis Catafractis, si non pluribus, Octoginta tamen uel ad minus Septuaginta, qui solutione unius et medijs mensis et conduci et ad rem experiendam dimitti, expedirique facille possent. Hoc autem per Magnificum dominum Franciscum Thwrzo facile confici poterit, Si Maiestatis Vestrae Sacratissimae ea fuerit clemens uoluntas. Nam ipse dominus Thwrzo tanquam in mei gratiam, ac si per me esset rogatus hos Catafractos conducere et huc ad me qu'am citissimè mittere poterit, cui eo nomine pecunia esset assignanda.

Praeterea Sacratissime Imperator, Licet is quoque Zokol habeat aliquam peculiolam, non tamen tantam qua has gentes, mille uidelicet pedites ac Sexingentos equites souluere posset. Vestra igitur Sacratissima Maiestas dignabitur ad aggrediendum tam arduum hoc negocium gratiose conferre aliquam pecuniae summulam.

Sciat autem Maiestas Vestra Sacratissima me omni conatu ab initio inanes et superfluos sumptus Maiestati Vestrae Sacratissimae auertere in animo semper habuisse, nunc quoque Si necessitas ipsa non suaderet, uel exiguum sumptum per Vestram Sacra-

tissimam Maiestatem fieri minimè cuperem. Sed uideo, nisi spes ista Transiluani, quam in omnibus rebus suis prospero successu nunc sibi pollicetur; in amicitia Videlicet Walachorum redituque Bebeky, et Turcarum in Hungaria existentium; aliquo pacto impediatur, multo maioribus sumptibus et quidem maxima summa non posse Maiestatem Vestram Sacratissimam futura damna evitare, et iacturam fidelium subditorum Maiestatis Vestrae Sacratissimae auertere; Nullam autem esse aliam meliorem et commodiorem uiam ad impediendos omnes conatus et ad extirpandam totam spem Transiluani, praeter hanc, ut si Dei auxilio, horum duorum Regnorum, Moldauiae Videlicet et Transalpinae, moderni mutentur Principes. Nam si Moldauia, auxiliante Deo, moderno Waywodae adimeretur, et is Zokol ea potiretur, mox Transalpinam quoque citra omnem suum laborem haberet, in quam adeó magnis uocatur sollicitationibus. Etenim omnes fermè Boyari illius Regni, partim huic sunt Affines, partim huius patris Seruitores fuerunt. De huius autem Zokolij fidelitate Vt Maiestas Vestra securior reddatur, paratus et fratrem suum carnalem, minorem natu, in Curiam Maiestatis Vestrae Sacratissimae dare, vel autem si plures etiam obsides Maiestas Vestra Sacratissima ab eo dignata habere fuerit, paratus est et obsides dare, et iuramento quoque ad fidelitatem Sacratissimae Vestrae Maiestatis se obstringere, licet ad tempus secretè et quasi dissimulanter id paestare debebit, ac insuper licitum aliquod tributum quotannis secretè Maiestati Vestrae Sacratissimae dependet.

Quodsi Despotas non satisfecerit suis Maiestati Vestrae Sacratissimae factis promissis, sicut omnibus nobis constat eum ingratissimum Maiestati Vestrae Sacratissimae fuisse, non ideo aliorum fides Sacratissime Imperator erit aspernenda, nam quod in uno fuit uitium, fortassis in altero non erit. Nouit autem Maiestras Vestra Sacratissima, quantum ueteres Principes Regni Hungariae, licet non in tanta necessitate positi, pro adducendis in suam fidem et fidelitatem illarum prouinciarum Principibus, solis suis personis et sumptibus maximis non parcendo, laborauerint, ne hinc ab eis, illinc uero à parte Turcorum impedimentum habuissent. Nunc autem cum omnes conatus aduersariorum planè uidemus, eo magis necessarium existimo, ut Maiestas Vestra Sacratissima illas prouincias in suam dignetur recipere fidem. Vnde Sacratissime Imperator, non tantum Transiluano conatus eripientur, Sed si cum tempore in Transiluaniam, praesertim mortuo Imperatore Turcarum aliquid inciperetur, utile foret hunc Zokol esse in Moldauia, Et contra Turcas quoque, Si Deo ita placeret, non parum auxilij Christianae Reipublicae esset futurum, quemadmodum et ab ipso Despota sperabatur.

Pecuniam autem qua ipsum Zokol nunc Maiestas Vestra Sacratissima iuuaret, Trium millium florenorum summam sufficientem esse existimarem, quod propositum, si Deus prosperaret, Maiestati Vestrae Sacratissimae et commodum maximum adferret, et ad anteuertenda plurima mala esset causa efficax.

Caeterum, Sacratissime Imperator, Quoniam in expeditione Despotae, opera, auxilio et rei militaris industria atque Strenuis laboribus Domini Petri Ruszel, Maiestatis Vestrae Sacratissimae Aulici, plurimum usi sumus, eiusque uirtutem et in rebus gerendis animi fortitudinem non sine multorum inimicorum morte, experti sumus, Itaque et nunc eius dexteritate et praesentia atque consilio rem ad optatum finem deduci posse, summopere existimauj, eumque cum suis militibus hic et in ijs partibus detinui, donec à Maiestate Vestra Sacratissima ad has meas litteras mihi clementer responderetur, nunc autem eum solum in persona pro his rebus tractandis ad Maiestatem Vestram Sacratissimam expediuj. Supplico Maiestati Vestrae Sacratissimae dignetur Vestra quoque Sacratissima Maiestas illi clementer committere, ne hos labores assumere gravetur, Sed pro commodo Maiestatis Vestrae Sacratissimae ac totius Reipublicae Christianae et intersit et agat ea quae et antea praestitit, atque in eis uirtutem suam ostendit. De quibus omnibus à Maiestate Vestra Sacratissima citissimam atque gratiosam expecto resolutionem ac relacionem. Quam Deus Altissimus conseruet diutissimè sanam et foelicem. Cassouiae 3 Decembris. 1563.

Praeterea hoc quoque Sacratissimae Vestrae Maiestati significare possum, quod postquam Magnificus olim dominus Franciscus Pereny ex Aula Sacratissimae Vestrae Maiestatis redijt non multos dies superuixit, Sed mox in paucis diebus morbo opressus è uiuis sublatus est.

Eiusdem Sacratissimae Vestrae Maiestatis

Fidelis ac humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Regiae Maiestati etc. Domino, Domino Clementissimo. — Ad manus proprias Sacratissimae Caesareae Maiestatis.

CCCCXLV.

1563. 4 Decem. Resoluţiunea dată de *Impèratul Ferdinand I.* Secretarului *Sincksmoser* în ceea ce priveşte rapórtele despre mórtea lui Despot-Vodă şi atitudinea de observat faţă cu Zápolya.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Franciscus Zay. — De morte Despotae etc.

1. Respondendum Imperatorem non libenter audiuisse quae de morte Despotae scribuntur.

2. Quod non subuenerint recipitur excusatió.

3. De arce Lazky non Videt imperator quo Iure ipse Lazkis mandare uel quicquam iniungere possit, nec scire potest an illa arx ad nostros pertineat.

4. Transiluanis occupantibus bona nostra non debent illi quicquam Contra inducias nostras primo aggredj. Debent tamen subditos suae Maiestatis debito pro concesso modo defendere.

Decretum 29 Nouembris No. 63.

Aufschrift: Herrn Secretarj Sinckghmoser zuzustellen.

CCCCXLVI.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Ferdinand I.*, vestindu-l că ştirea despre intrarea în Moldova alui Alexandru-Vodă nu e ăncă sosită la Pórtă. 1563, 7 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss.

Creatus nouus Passa Budensis. — Propensio Turcharum ad pacem obseruandam. — Instant pro muneribus. — Expeditio Transiluanorum Oratorum. — Mittit copiam literarum principis ad Transsiluanum. — Allatum de morte Despotae. — Caueat sibi Lasky. — Negocia Oratoris Lusitani, — Negocium Hispanicum. — Princeps Turcharum bene valet. — Pestis magnitudo. — Apparatus classici. — De mittendis muneribus ad modernum Beglerbegum Graeciae et Ianitzerorum Agam. — Nonnulli petunt horologia. — Petit Zernouitzio cito numerari pecunias Drupperio debitas.

Sacratissime Imperator Domino clementissime.

. . . (om.) . . .

De Ioanne Despota in Chuchaua trucidato nulla amplius fit mentio, periijt cum uita memoria eius; expectatur Nuncius de ingressu Alexandri in Moldauiam, quomodo ille ab incolis sit exceptus et an habeat aduersarios, qui obedientiam praestare recusent, fama enim diuulgatur, illum Moldauiensibus mirum in modum esse exosum, adeo, ut ipsius Imperio nullo sese modo sint submissuri. Factus est Transsyluanus uoti compos, Despota iam è medio sublato, et Alexandro in prouintiam restituto. Caueat sibi Albertus Laski, ne in Turcharum laqueos incidat, sunt enim ipsius machinationes ualdè suspectae, et sibi, quod Deus auertat, comprehenderetur, uereor, ne Dimitrij exemplo inhumanissimè tractaretur.

. . . (om.) . . .

Constantinopolj, septima die Decembris, Anno 1563.

Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

CCCCXLVII.

Scrisórea *Regelui Maximilian* cătră *Impĕratul Ferdinand I.*, însoţind raportul despre mórtea lui Despot-Vodă. 1563, 8 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Sacra Romana Caesarea Maiestras Domine et genitor clementissime. Mitto ad Sacram Caesaream Vestram Maiestatem pro humili meo erga ipsam obsequio, quae

de Despotae internecione ad me in itinere, quod Olomutio huc fecimus, per Zayum ad me scripta sunt. Ad ea igitur, quae is praeterea proponit, respondendum quod erit, id ex aula sua Vestra Maiestas pro sua summa prudentia curandum commodè demandabit. Et cum his Sacrae Maiestati Vestrae me officiossime commendans, omnia fortunatissima ex animo precor. Datum Vratislauiae die octaua Decembris. Anno etc. sexagesimo tertio.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus filius

Maximilianus m. p.

Afschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Hungariae Bohemiaeque etc. Regiae Maiestati Domino et parenti meo colendissimo.

CCCCXLVIII.

1563, 10 Dec. Raportul lui *Francisc Pesthiensis* către *Impèratul Ferdinand I.* despre silințele lui Zápolya de a-l ridica pe Alexandru-Vodă în scaunul Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Romanorum Imperatoria Regiaque Maiestas Domine domine michi clementissime.

Fidelitatis ac perpetuorum seruiciorum meorum in graciam Sacratissimae Maiestatis uestrae humillimam subiectionem. Quanquam Imperator clementissime: non dubitem Magnificos dominos Franciscum Zay de chyemer, et Melchiorem balassa de gyarmath Sacratissimae Maiestatis uestrae capitaneos, reliquosque fideles seruitores suos, quibus potissimum curam rerum bellicarum atque defensionem confiniorum suorum committere dignata est, omnia ea quae hijsce in partibus feruntur et aguntur cercius intelligere, atque Sacratissimae Maiestati uestrae significare et ad scitum dedisse. Sed quia passim diuersi sparguntur rumores, ipse quoque pro fide et fidelitate mea Sacratissimae Maiestati uestrae debita, ea quae à diuersis accepi autoribus, eidem Sacratissimae Maiestati uestrae humillime perscribere duxi. Cum enim hijs diebus tibiscum uersus profectus fuissem, aduenerant nonnulli ex Transsiluania à parte filij Joannis regis existentes, ac nonnulli subditorum Sacratissimae Maiestatis uestrae, qui quasi uniformiter retulerunt et narrauerunt, Quomodo Imperator Turcarum ad intercessionem eiusdem filij Joannis regis, Magnificum dominum Georgium Bebek liberum pronunctiasset et dimitti promisisset, qui unacum legatis ipsius filij Joannis regis ad festum natiuitatis Domini proxime futurum aduenturus esset. idemque Georgius Bebek Imperatori turcarum et filio Joannis regis fidem et fidelitatem atque obedienciam obligasset, quod quia arces et fortalicia sua quae antea possedisset, adhuc in eus starent manibus, ipsorum potestati totam hanc Dicionem cistibiscanam Cassowiam usque subicere uellet. de qua quidem obligacione dicti Georgij Bebek, idem filius Joannis regis et totum regnum Transsiluaniae Imperatorem Turcarum fide mediante assecurassent, quod pollicitam obedienciam firmiter et perpetuo praestaturus esset. Non etiam dubito Sacratissimae Maiestatis uestrae aduersum casum

Illustratissimi Domini Iacobi Heraclidis Despotae ac Principis Moldauiae constare, Qui per suos in manus aduersariorum est traditus, cuius caput cum nonnullis secum existentibus filio Joannis Regis, aliqui uero Imperatori Turcarum dono dati dicuntur. Fertur itaque filium Joannis regis firmissimam cum Moldauiensibus et transalpinensibus inijsse confederationem, Alexandrumque Waywodam, quem dictus Iacobus Despota nuperrime expulerat, assecurasset atque se ipsi obligasset, quod ipsum in pristinum statum et dominium moldauiense statuere uellet, eò quod anno superiori dictus Joannis regis filius unacum matre sua quondam Isabella regina huius Alexandri Waywodae auxilio in hoc regnum et in Transsiluaniam peruenisset, Quo tempore magna pars Dicionis transtibiscanae, eiusdem alexandri crudelitate combusta et deuastata fuit. Idem uero Alexander Waywoda promisisset ciuitatem Riuuli dominarum et oppidum Zathmar cum circumiacenti dicioni transtibiscana suis uiribus potestati filij Joannis regis subicere. Agitur quoque pro certo, ipsum filium Joannis regis per internunctios suos apud Imperatorem turcarum ac beghos suos pro ferendo sibi auxilio plurimum laborare, ac etiam apud Passam budensem dum uixerat: instetisse. Eumque omnino eius esse intencionis, ut aliquid contra autoritatem et dignitatem ac subditos Sacratissimae Maiestatis uestrae moliatur.

Quia autem certissimum est Georgium Bebek: si praedicta occasione liberaretur: aliquid magni penes filium Joannis regis tentare posse, cui omnes harum parcium fines et loca constant, ideo ingens periculum cauendum est. Nam et si officiales eiusdem Georgij Bebek, Sacratissimae Maiestati uestrae fidem et fidelitatem : satis quidem obscure: promiserint, tamen hucusque Capitaneus Sacratissimae Maiestatis uestrae nullam in dictis arcibus et fortalicijs ipsius Georgij Bebek regendi potestatem habuit, et ideo si eorum Dominus cum Turcis aut cum Walachis seu cum hungaris aduenerit, absque dubio eum illico et sine omni difficultate intromittent, et pauculae gentes quas Sacratissima Maiestas uestra in oppido Zenderew intertenet perire (quod Deus longe auertere dignetur) cogerentur, si: ut fertur: res ad eum perueniret finem, quod Georgius Bebek partibus Imperatoris Turcarum aut filij Joannis regis adhereret, nam propter seruitores ipsius Georgij Bebek in arce Zenderew existentes: nullo modo in oppido tuti esse possent. Laborant etiam gentes illae Sacratissimae Maiestatis uestrae summa poenuria uictualium et praesertim Vini, quod et antea Sacratissimae Maiestati uestrae ex debito officio crebris meis litteris humillime perscripsi, cuius quidem penuriae nulla alia causa est, quam ingens defectus prouentuum harum parcium superiorum Sacratissimae Maiestatis uestrae, et quod hactenus me, urgente summa necessitate, maximis propter necessitates et sustentacionem gencium Sacratissimae Maiestatis uestrae, implicaui debitis, atque ferè omnibus ludibrio et pro tabula sum, qui et digitis in me monstrant eò quod nominatis et statutis tot terminis, ipsis creditoribus hucusque satisfacere non potui, et quod maius est, Creditores nunc mecum iure agere tendunt, ac etiam iam per quosdam in Judicium citatus sum, nichil curantes, etiam si Sacratissimam Maiestatem uestram aut Cameram eiusdem appellam, et pecuniam ad necessitates Sacratissimae Maiestatis uestrae mutuo datam sciant, habent enim sibi non solum domum et substanciam. uerum etiam fidem et honorem meum firmissimo uinculo obligatum, et nisi gracia et auxilio Sacratissimae Maiestatis uestrae adiuctus fuero, unacum uxore et liberis meis in extremam peruenire cogor paupertatem et miseriam. Dignetur itaque Sacratissima Maiestas uestra gentibus hijs suis iamtandem aliqua subuenire solucione, qua se et equos suos hac hyeme sustentare: et cum necesse feruit: ad resistendum et opponendum se hosti, parati et promti esse possint. ex quo enim Bebekio constat, Sacratissimam Maiestatem uestram certum numerum militum continue intertenere, absque dubio et ipse tantam penes se congregabit copiam gencium, quibus cogitabit se posse uiribus Sacratissimae Maiestatis uestrae resistere. Timendum etiam est, ne deficiente gentibus Sacratissimae Maiestatis uestre stipendio, propter maximam inopiam quam hactenus ferunt et tulerunt, aduersae parti promptam pecuniam offerenti et porrigenti adhereant. Comitatus etiam harum parcium propter continuam condescensionem gencium Sacratissimae Maiestatis uestrae, ac grauissima damna colonis illata in tantum sunt exacerbati, ut non multum incitacionis opus sit

eos in alteram flectere partem. Haec igitur etiam si mei non sit officij, tamen Sacratissimae Maiestati uestrae humillime significare duxi, submisse supplicans ne michi a Sacratissima Maiestate uestra uicio uertatur. fides enim et fidelitas quibus Sacratissimae Maiestati uestrae astrictus sum, ac amor erga afflictam patriam id a me postularunt. Deus altissimus seruet Sacratissimam Maiestatem uestram in profectum totius Christianitatis diu saluam et incolumem. Ex Cassouia. 10 die mensis Decembris. Anno Dominj. 1363.

Eiusdem Sacratissimae Maiestatis uestrae

Fidelis et humilis seruitor

Franciscus Pestjensis.

Aufschrift: Sacratissimae ac Catholicae Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque etc. Regiae Maiestati etc. Domino Domino meo clementissimo.

CCCCXLIX.

1563, 22 Dec. Scrisórea *Regelui Maximilian* către *Francisc Zay*, vestindu-l că nu i se póte da lui Socol nici un ajutor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Maximilianus etc.

Magnifice fidelis nobis dilecte. Ex binis tuis die Nouembris scilicet ultima, et Decembris tertia ad Nos scriptis, quae tu Consilia, unà Cum magnifico fideli nobis dilecto, Melchiore Balassa de Gyarmath, de promouendo ad Vaiuodatum Moldauiensem Valachum quendam Zokol inieris; Quid item de liberato Bebecko ad te delatum sit, atque alia nonnulla, ad stipendium militibus maturè soluendum pertinentia, clementer accepimus.

Ad haec autem singula, quid à Sacra Caesarea Maiestate Domino et Genitore nostro Colendissimo, sit responsum, eius exempla itidem ad Nos missa sunt. Quae Cùm ea prudentia, tanquam matura deliberatione Consultata animaduertamus, Vt utilius sanè et melius factu pro negotiorum istorum ratione Consuli et praescribi modò non possit; eidem nos Sententiae omnino Subscribimus, siquidem ipsi quoque probè conijciamus, quantis incommodis et periculis, nouj eiusmodj Conatus, Constante praesertim pace, suscepti, materiam essent suppeditaturi. De Bebecky autem libertate eo ipso modo rem se habere, Vti à sacra Caesarea Maiestate ad te scribitur, Compertum planè habeamus. Sacrae igitur Caesareae Maiestatis in his Jussuj, et consilio pareri, neque quicquam secus porrò attentari, Vt Consultissimum etiamnum, et tutissimum fore iudicamus, ita eciam clementer Vt facias, te cohortamur.

Nostram de caetero in te benignitatem libenter conseruaturi. Datum Vratislauiae 22 Decembris, Anno 1563.

Ad Franciscum Zay.

CCCCL.

Scrisórea *Regelui Maximilian* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre respunsul dat lui Zay în cestiunea ajutórelor cerute pentru Socol. 1563. 23 Dec.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Sacra Romanorum Caesarea Maiestas Domine et Pater clementissime. Praemisso semper condigno filialis obseruantiae cultu, Sacratissimae Maiestati Vestrae incolumitatem perpetuam, et omnium suorum pijssimorum conatuum euentum prosperrimum à Deo Immortali ex animo precor. Intellexi plenè, quae de Francisci Zay de Chemer, et Melchioris Balassae de Giarmath Instituto, promouendi ad Vaiuodatum Moldauiensem Valachum quendam Zokol, mihi etiam deliberanda à Sacra Vestra Maiestate sunt communicata. In ijs cùm quid fieri debeat, tanta consilij maturitate ab eadem Vestra Maiestate praeuisum esse, è Vestrae Maiestatis responsi, praedicto Zay dati exemplo, unà cum prioribus ad me misso, probè cognouerim: equidem pro debito filialis obedientiae officio, prudentissimae eiusmodj Vestrae Maiestatis Deliberationi totus acquiescens, illius Zay binis eisdem de rebus, ad me quoque scriptis literis, in eam Sententiam respondj, vt ex inserto his Transcripto Vestra Maiestas clementissimè accipiet. Quae uerò praeter haec memoratus Zayus, de reditu scilicet Bebeky, et caeteris quibusdam negotijs, tàm Vestram Maiestatem quàm me quoque humiliter admonet, eandem ob Causam, in meo ad ipsum responso, obiter tantum meminij, quòd et de his quoque abundè iam Vestra Maiestas, qui è re sit futurum, illj significasset. Cum his igitur Sacrae Maiestatis Vestrae paternae Clementiae, pro mea perpetua erga eam obseruantia, me officiosissimè commendans. Eandem Maiestatem Vestram ualere rectissimè, et diutissime quoque Superstitem nobis esse, agereque omnia foeliciter, à Deo Optimo Maximo Votis assiduis exopto. Datum Vratislauiae Vigesima tertia die Decembris. Anno etc. Sexagesimo tertio.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus filius

Maximilianus, m. p.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Hungariae, Bohemiaeque etc. Regiae Maiestati, Domino et Parenti meo colendissimo.

CCCCLI.

Raportul lui *Francisc Zay* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre retragerea lui Alexandru-Vodă și despre înfrângerea suferită de aliații lui munteni. 1563. 29 Dec

(Din Archiva ces. reg din Viena.)

Sacratissima Imperatoria Maiestas Domine Domine clementissime.

Post fidelium seruitiorum Meorum in gratiam Maiestatis Vestrae Sacratissimae humillima Subiectionem. Superuenerunt Noua ex Transsiluania. Quod Alexander olim

Moldauiae Waywoda uenerat in Moldauiam ad expellendum hunc nouum Waywodam Regnumque pro se usurpandum cum octo Millibus Turcarum Equitibus et Transalpinis Walakis septem Millibus Quos Waywoda Transalpinensis Illi in auxilium, contra hunc nouum Waywodam dederat. Quibus Js nouus Moldauiae Princeps cum omni suo exercitu obuiam profectus: Cum eisdem conflixit, atque profligauit et deuicit eosdem, Tantaque pugna inter illos facta dicitur, quod quinque millia hominum ex utraque parte Ibidem mortui relicti esse perhibentur. Solus Alexander octauusmet euasit: Turcae plurimi ibidem interfecti, plures autem in Quodam fluuio submersi dicuntur. Istius pugnae Decimus octauus agitur hodie dies. Tandem Idem Moldauiae Princeps propterea quod Transalpinensis Waywoda Alexandro in Subsidium contra ipsum suas dederat Copias, in Regnum Transalpinense ad deuastandum ingressus est, Cui ad resistendum, Totum suum exercitum Transalpinensis Waywoda obuiam miserat. Sed et illos Idem Moldauiae Princeps profligauit, Nunc quid agat, Et an reuersus sit ex Transalpina ignoratur: Turcarum Tamen Principem propter necem Tot millium Suorum Turcarum maxime offensum esse existimant, quid inde sequatur incertum est.

Praeterea miserat nuper Magnificus dominus Melchior Balassa Suos Quosdam milites ad Castrum Kowazo (?) propterea ut continuas excursiones et uaias depredationes fidelium Subditorum Maiestatis Vestrae Sacratissimae, Quae ex Arce Mwkach et hwzh fiebant quantum fieri posset prohiberet, Cumque eodem fere Tempore quandam depredationem ijdem Mwkachienses in ditione Maiestatis Vestrae Sacratissimae fecissent, milites praedicti hanc Iniuriam et Indutiarum uiolationem ferre non Valentes, ad Eorum bona qui in Arce Mwkach praesunt, ad recuperanda per eos ablata profecti erant, atque aliquid simile in pecoribus et alijs Rebus Quae Mwkachienses depredati erant, milites domini Balassae acceperant atque abigebant. Quos equites et pedites Mwkachienses insecuti, non longe à Kowazo euntes assecuti sunt. Qui licet pugnare cum ipsis Mwkachiensibus nolentes quasi fuge se commiserant, Sed cum aufugere se non posse cognouissent, reuersi cum eisdem conflixerunt fortunaque ita fauente eosdem Mwkachienses profligauerunt, Vnum ex Capitaneis Mwkachiensibus Georgium Kathay cum alijs aliquot precipuis militibus uiuum Captiuauerunt, aliquot ex eisdem Tam Equitibus quam peditibus interfecerunt, plurimi Vulnerati euaserunt, haec mihi dominus Balassa hoc pacto contigisse Significauit. Quae omnia Maiestati Vestrae Sacratissimae humillime Significare uolui. Deus altissimus Maiestatem Vestram Sacratissimam Saluam et incolumen Toti Reipublicae Christianae quam diutissime conseruare dignetur. Cassouiae 29 die Decembris Anno Domini 1563.

Eiusdem Vestrae Sacratissimae Maiestatis

fidelis et humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer.

Aufschrift: Sacratissimae ac Catholicae Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaque Regiae Maiestati Domino Domino clementissimo.

CCCCLII.

Scrisórea lui *Georgiu Bebeck* cătră *Halil-Paşa*, cerând voia de a se întórce in Ardél şi promiţând a-i fi credincios Sultanului. 1563.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Traductio literarum Georgij Bebeckij ad Hally Passam.

Illustrissime domine, ago immortales gratias Illustrissimae Dominationi Vestrae quòd suam clementiam erga me miserum mancipium declarare et ex captiuitate maris nigri educere sit dignata, pro quo beneficio Deus omnipotens Principi Turcharum longam et foelicissimam uitam concedere atque omnes inimicos pedibus ipsius subijcere et Illustrissimae Dominationi Vestrae omnia prospera largiri benignissimè dignetur. Illustrissimam Dominationem Vestram arbitror benè esse memorem, quòd superioribus mensibus mihi nunciauit ut negocium libertatis meae differrem donec Alexander Vaiuoda in Moldauiam restitueretur, quòd tunc illud ad optatum finem clementer perducere uellet; supplico igitur Illustrissimae Dominationi Vestrae ut mei humilimi serui misereatur et absque prorogatione iuxta spem mihi factam nunc tandem liberum hinc discedere patiatur, nàm si longior mora interposita fuerit, periculum erit ne mei servitores et Officiales in desperationem adducti ex bonis meis uxorem et familiam meam eijciant et ab Principe Turcharum et Transsyluano abalienentur et aduersarijs adhaereant; postea neque Principi Turcharum neque Transsyluano seruire potero, omnia quae ego promisi bona fide praestabo, et arces meas uxorem atque familiam totam in manus Transsyluani tradam; oro igitur ut me cum aliquo suo fidele Chiaussio ad Transsyluanum mittat ut ibidem detinear captiuus donec promissa adimpleuero et Castra mea Transsyluano consignari curauero, quam diu Deus uitam mihi concesserit, ego Principi Turcharum et Transsyluano fidelissimè seruiam et si sinistro animo aliquid egero aut cogitauero et promissis non stetero, Deus omnipotens me malè perdat et nunquam mihi suam gratiam largiatur, in Illustrissimae Dominationis Vestrae promissam gratiam me suppliciter commendo.

CCCCLIII.

Consĕmnare facută de *Martin Gotthardt*(?) despre darurile şi imprumuturile ce Lasky şi Despot-Vodă şi le-au făcut unul altuia. 1569.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Accepit Despota ab Alberto Lasky imprimis Mutuo accepit Tredecim millia in Taleris in Vestibus, Equis et alijs octingentos et sedecim mensibus tenuit eum in domo sua cum tredecim famulis.

Laskij vero accepit à Despota.

Inprimis pro mutuatis tredecim millibus promisit illi redimere bona pro septuaginta millibus inscripta pro festo Penthecostes proximo. Si non omnia simul, saltem me-

diam partem, Huius rei testes sunt Luzinius Episcopus, Lasorius et Philipponius. Susceptum Debitum Laskij Duorum millium florenorum Lasoui persoluendum, Aliud Debitum Mille octingentorum Piaseno persoluendum. Dono data sunt Laskij hoc primo anno in paratis pecunijs tredecim millia Talerorum.

Pro sua sustentatione mille Mensuras tritici, Duo milia Hordei, praeter molendina, Vasa Vini quadraginta, Mellis Vero centum magna. Boues Trecentos, oues Quingentas, et ex Thezauro tria milia Talerorum, Tres Vestes aureas et pro quinquaginta Seruitoribus Pannus de granat.

Et cum esset in Aula, Dati sunt ei quotidie duo Boues et in Septimana Vini praeter alia.

Plura que petebat Lasky ad implendam suam vanitatem, vix pro illis sufficerent omnes huius regni redditus.

CCCCLIV.

1564, 2 Ianuarie. Scrisórea lui *Zápolya* cătră *Sultanul* despre Tomşa-Vodă şi intenţiunile lui.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Exemplum literarum Transsyluani ad Principem Turcharum allatarum 17 Ianuarij.

Potentissime Imperator Domine clementissime. Maiestas Vestra per suum Chiaussium ad me seria mandata misit ut claustra et uias omnes diligenter obseruarj faciam, ne quis ex Moldauia per meam ditionem elabi posset. Ego Maiestatis Vestrae iussa diligentissime sum executus et hactenus simulate egi cum Stephano Thompsa, si qua ratione blandis uerbis eum ad meas partes pellicere et comprehensum postea ad Maiestatis Vestrae excelsam portam mittere potuissem. Commisi etiam Praefecto meo in arce Husth, ut sedulò uigilet ne dictus Thompsa Vaiuoda ad partes Melchioris Balassae euadat. adhaec emiseram fideles meos homines ad Barones Moldauienses, qui oblata opportunitate operam darent, si aliquo modo inter ipsos atque Vaiodam rixas et dissensiones excitare possent, sed ij mihi retulerunt qualiter Vaiuoda cum suis sequacibus in hoc unice incumbat ut magnam pecuniae vim à subditis extorqueat ac demum collecto thesauro prouinciam relinquat, quapropter Maiestas Vestra tempestiue exercitum expedire dignetur, ne expilandi Regni commoditatem habeat. ego cum uniuerso Regno et populo meo ad Maiestatis Vestrae seruitia sum paratissimus ac iuxta Maiestatis Vestrae mandatum ad Serenissimum Regem Poloniae et Vaiuodam Russiae et ad reliquos amicos meos scripsi eosque admonui ne praefato Stephano Thompsae per sua dominia perfugium aut receptum patefaciant uel Maiestatis Vestrae gratiam abs se abalienari patiantur. Rogo autem Maiestatem Vestram ut Beglerbego Themesiensi firmiter iniungat quo exercitum suum per fines Kharomsebensium in Transalpinum ducat et quando Maiestas Vestra ab excelsa porta Legatum mittet, ut ille mecum mutuam intelligentiam habeat, ego omnibus rebus ita eum iuuabo ut merito de me conqueri non possit. Nouitates nullas alias habeo nisi quod Ferdinandus cum filio suo Maximiliano in prouincijs suis conuentus agat et de expeditione Bellica cogitare uideatur. habeo ibidem confiden-

tes amicos ad quos in occulto meos homines misi ut diligentissimè omnia inquirant, simul atque reuersi fuerint, de omnibus quae illic gerantur Maiestatem Vestram participem faciam atque de nostris et Bebecki negocijs propediem specialem Oratorem ad Maiestatem Vestram mittere constitui. Deus optimus maximus Maiestatem Vestram cum toto Imperio suo quàm diutissimè conseruare dignetur. Datum in Ciuitate nostra Alba Iulia 2 die Ianuarij 1564.

CCCCLV.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impĕratul Ferdinand I.* despre succesele lui Tomşa-Vodă faţă cu Alexandru-Vodă. 1564. 2 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss,

Transsiluanus iterum petijt sibi donari Georgium Bebeck. — Inconstantia Bebecki. — Discessus Oratoris Portugallensis. — etc. etc. Transsiluanus agit cum suis provintialibus ut spondeant Turcharum principi Bebeckum fore fidelem.

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

. . . (om) . . .

Decima Decembris uenerunt nuncij ex Moldauia qui attulerunt caput Despotae in Chuchaua interfecti, quod postridie in publico diuano fuit praesentatum. Eodem die rumor increbuit, Alexandrum Vaiuodam traiecisse quidem Danubium, sed à Thomsa illo, huius per Moldauiam motus authore, prohiberi, quominus in prouinciam ingrediatur, quandoquidem Thomsa praetendit iuxta fidem et literas ab Principe Turcharum Firmatas sibi deberj Moldauiam. Incolae quoque dicuntur nullo modo Alexandrum ad Imperium admittere uelle, qua de causa excitatus fuit de repente in hac porta tumultus magnus, conscripta fuerunt illico duo millia Ianicerorum et primi ordinis equites, qui appellantur Spahoglani, et Saululiphagys, qui sunt quarti ordinis equites, iniunctum fuit, ut absque mora instructi ad iter sese compararent, tormenta aliquot compestria ex templo ex armamentarijs producta, et tormentorum magistri conuocati. Beglerbegus Graeciae quoque statim ad iter sese accingere cepit, cui sese coniungent Zanziaki omnes per Greciam, Traciam atque Bulgariam, totius autem rei bellicae administratio committentur Berthano Passae tanquam Principis Turcharum legato, cum mandatis ut Alexandrum armata manu in prouinciam reducat, et eos qui uel conatus ipsius impugnauerint uel etiam non adiuuerint, in hostium numero habeat. Expediti sunt etiam summa celeritate Chiaussij ad Tartaros finitimos qui habitant ad pontum Euxinum et in finibus Tauricae Chersonesi, ut Moldauiam uersus sese moueant. Transiluano quoque imperatum est, ut Alexandro sit subsidio. Tantus est ardor atque alacritas, ut Thomsa ille, cui Princeps Turcharum imperium promiserat et qui in profligando et ad hanc portam mittendo Dimitrio atque trucidando Despota tam strenuam operam praestitit, unacum suis funditus deleatur atque extirpetur.

Ego adduci non possum ut credam, quod hoc hyberno tempore ita festinanter,

ita prae se ferunt, in Moldauiam irrumpent; ingredientur fortassis etiam cum magno fremitu atque clamore uti Thomsae formidinem incutiant, quae sola fama territus Alexandro sese submittat. Non enim ita sunt praecipites, ut ea quae repentinis uerbis significant, ita subito factis exequantur; in causa est Principis Turcharum senectus.

Die 23 Decembris Princeps Turcharum ex suo palatio misit uexillum Beglerbego Greciae; quod est signum mouendi exercitum, ibit, quantum intelligo in Bulgariam, et in ciuitate Sophia commorabitur, donec Bertanus Passa cum parte militum subsequatur.

Missus fuerat Superioribus diebus Chiaussius qui Thomsam ad hanc portam blandis uerbis pelliceret, oblatis 500 asperis diurnis, donec alius Zanziachatus uacaret, cui prefici posset, sed responsum retulit, Thompsam adeo esse praefractum ut uenire nolit et quod mori potius quam Moldauia cedere in animum induxerit. Hoc allato nuntio, ablegatus fuit illico alius Chiaussius ad proceres et uniuersum populum Moldauiensem cum expresso mandato, ut Thompsam comprehensum ad hanc portam mittant, alioquin nisi morem gesserint, extremam internecionem expectent. Post huius Chiaussij reditum aut bellum aut pacem uidebimus. Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem conmendo. Constantinopoli, 2. die Ianuarij, 1564.

Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m p.

Allatae 15. Februarie. 1564.

CCCCLVI.

1564, 11 Ianuar. Raportul lui *Paul de Palina* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre evenimentele din Moldova şi despre dispoşiţiunile Sultanului.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Sacratissima Caesarea Maiestas domine domine Clementissime.

. . . .

Interim acciderunt aliqua uerba in Curia Imperatoris Thurcarum propter conventum posoniensem et praecipue quia integra munera non fuerunt, ut in humum debeamus poni, sicut fecerant duobus dominis polonis Dmytraso et Wyssoczky, quos modernus Thomsa Waywoda captos cum ducentis peditibus ad portam Imperatoris Thurcarum misit, qui vespere ductj sunt ad Constantinopolim, mane in Curiam Imperatoris ad Diuanum et ex Diuano ambo Dmytras et Wyssoczky, humo sunt appositi, tertius est suspensus, reliqui uero captivi diuisi sunt in Triremes.

Hoc autem factum est decimo octauo die Octobris.

Eodem die oratores filij Ioannis Regis Transsiluanj applicuerunt cum annuali Tributo, et uiginti paribus Animi falkonum, cum multis personis.

Prima fuit persona Bornemyza Farkas, Colega suus, Paulus Banffy, et tertius Franciscus literatus Balog vocatus qui ibidem in porta excelsa potentissimi Imperatoris remansurus est.

Item 24 die Octobris Sandor Waywoda per dezpotam expulsus, Vocatus est ad Curiam Imperatoris Thurcarum, Cuj nouiter Waywodatum restituit, donauitque, eum aureis uestibus, Equis, Mulis, Camellis, et Corona aurea, quam Zolaky solent gerere.

Et misit cum eo Capichij passam suum, filium quendam Ladislay More Illegitimum quj eum cum vexilla Imperatoris Thurcarum, et alijs gentibus est Comitatus, qui Ahmath Kapuchy Passa uocatur.

Octauo die Nouembris Intellecta conuentione soluta posoniensi miserunt mihi et mecum existentibus, uestes purpureas, mihi duas, et tribus mecum existentibus, unique unam, Eodem die absque domino Alberto sum vocatus ad Diuanum pro osculandis manibus et licentia accipienda.

Et cum in Diuano publico apud passas essem, Aly passa multas fecit, el praesentauit in registro querimonias, quas Vestra Sacratissima Maiestas ex registro illo intelligere gratiose poterit.

Et cum magna Indignatione Coram cunctis uerba ita fecit. Si uelitis pacem seruare, uideatis, alioquin et nos quoque emittemus canes nostros, qui etiam in siluis lepores sciunt perquirere et capere.

Et peracto Diuano passe profecti sunt ad Imperatorem, et ego post eos introductus sum ad osculandum manus, et licentiam accipiendum, et osculatis manibus, egi illi gratias pro illo honore, quo sum tractatus in excelsa porta sue magnitudinis.

Addidi et hoc ut ago gratias deo optimo Maximo quod iam senex existens dignus fui uidere suam gloriosam fatiem, à quo magna pars orbis timet, et ut multum uiuat, id tam non corde sed ore dixi.

Imperator Thurcarum paucis respondit, ita.

Nos amicos nostros et eorum homines semper honoramus, tantum ut et ipsi debeant honorare et seruare pacem, et statim eductus sum, et propter emendationem duorum articulorum coactus sum ibi manere usque decimum septimum diem Nouembris.

Interea quociescunque apud Aly Passam fuimus semper unam et eandem fabulam cecinebat, ut ipse habet nigram fatiem, et nisi integre munera suo tempore plene erunt missa, non posse pacem ratam habere, neque pro captiuis eliberandis aliquid loqui audet, sed si munera integra missa erunt ut faties sua dealbetur, tunc quicunque de Zanchal Begis pacem non seruauerint, etiam si ipse passa non seruauerit, omnes ab offitio amouere fatiet. Tota igitur summa et omnia illorum colloquia stant in muneribus integre mittentibus, Et eodem die Constantinopoli se moui, et tertio die Ianuarii praesentis perueni Comaronium.

Id quoque Sacratissime Maiestati Vestre significare uolo, quod decima quinta die Nouembris Orator regis portugalliae, hyspanus uiginti personis hispanicis ductus est ad Imperatorem pro audientia et osculandis manibus.

Eodem die Despotam decolatum esse pronunctiarunt.

Altero die uenit Nuntius Regis poloniae quem Imperator non exaudiuit, Alter aliquis magnus orator cum pompa de Polonia expectatur, sed imperator Thurcarum irascitur contra Regem poloniae, putat sua uoluntate Dmytrassum et Wysoczky in Moldauiam missum fuisse. . . . .

Vestre Sacratissime Maiestatis fidelis

Paulus de Palyna, m. p.

CCCCLVII.

1564, 24 Ianuar. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre greutăţile ce întimpină Alexandru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg din Viena.)

Albertus de Wyss.

Sacratissime Imperator Domine Clementissime.

. . . (om) . . .

De Moldauia aliud nihil habemus nisi quod Alexander Vaiuoda adhuc commoretur apud Danubium et in prouintiam ingredi non audeat. Beglerbegus Greciae quoque et Bertaus Passa nondum iter sunt ingressi. Expectatur Chiausius ille qui ad Nobilitatem et populum Moldauiensem expeditus fuit, ut Thompsam comprehensum ad hanc portam mittant. Dicitur interea Beglerbegum Greciae 27. die Ianuarij discessurum. Alexander per literas atque internuntios opem implorare non desinit. De omnibus quae post Chiaussy reditum cognouero, Maiestatem Vestram ocijssimè certiorem reddam.

. . . (om) . . .

Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

Constantinopoli 24. die Ianuarij 1564.

CCCCLVIII

1564, 24 Ianuar. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre situaţiunea din Moldova şi în deosebi despre greutăţile ce întimpină Alexandru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Sacratissime Imperator Domine Clementissime.

(. . . nun folgen ungarische, croatische und slavonische Angelegenheiten, während des türkischen Waffenstillstandes . . .)

De Moldauia aliud nihil habemus nisi quod Alexander Vaiuoda adhuc commoretur apud Danubium et in prouintiam ingredj non audeat. Beglerbegus Greciae quoque et Bertaus Passa nondum iter sunt ingressi. Expectatur Chiaussius ille qui ad Nobilitatem et populum Moldauiensem expeditus fuit ut Thompsam comprehensum ad hanc portam mittant. Dicitur interea Beglerbegum Graeciae 27. die Ianuarij discessurum. Alexander per literas atque internuntios spem implorare non desinit, de omnibus quae post Chiaussij reditum cognouero Illius Maiestatem ocijssime certiorem reddam.

Ego cum apud Hally Passam tum apud Beglerbegum Graeciae in occulto uarios tractatus agitari audio, nimirum ut Moldauia ad obedientiam redacta et Alexandro per manus tradita, Baertaus Passa domum reuertatur et Beglerbegum Graeciae in Hungariam exercitum ducat, atque ibidem commoretur, eo nempe consilio ut si à Maiestate Vestra mense Iunio munera honoraria omnia adferri non contigerit, ad oppugnandam Agriam castra moueat; persuasum enim habent Turcae ea occupata Iulam, intercluso commeatu et spe subsidij sublata, ad deditionem facile compelli posse. Maiestas Vestra rebus suis in tempore prospiciat, non quantum ex Hally Passae sermonibus colligere licet, pax non aliter obseruabitur nisi iuxta conuentiones quotannis exacto statim anno munera allata fuerint.

(Nun wird berichtet: . . . über die zu bildende türkische Flotte. . . . über die Pest im türkischen Reich . . .)

Chiaussius ille, qui superioribus diebus missus fuerat ad Transsyluanum ea de causa, ut arma caperet et Alexandro opitularetur, 17 Ianuarij redijt, literas attulit à Transsyluano ad hunc Principem quarum exemplum his adiunxi; habuit etiam Bebeckus ex Transsyluania literas quas dlligenter occultat ne forsan patefiant ipsius machinationes, uidetur mihj sane nihil boni habere in animo. Maiestas Vestra illius castra et fortalicia nullo pacto negligat. Caesareae Maiestatj Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo. Constantinopolj 24 Die Ianuarij No. 64.

Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati Domino meo Clementissimo.

CCCCLIX.

Scrisórea *Sultanului* cătră *Zápolya*, căruia ii promite ajutorul Beglerbeilui din Grecia și a celui din Timișóra. 1564, 26 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Literae Principis Turcharum ad Transsiluanum datae 20 Ianuarij, traductae ex Turcico in latino.

Cum excelsa mandata nostra ad te peruenient, omnem tibi foelicitatem optamus, et notum sit tibi qualiter per Chiaussium nostrum antea ad te expeditum lIteras misisti ad excelsam portam nostram et omnia ea quae scripsisti clare nobis sunt significata, atque eiuscemodi constantem fidelitatem abste semper expectamus. Quapropter scias quod hoc mense Beglerbegum nostrum Graeciae cum omni exercitu Romuliensi Moldauiam uersus expediemus cui firmiter commisimus ut te cum mutuam et amicabilem intelligentiam habeat, tu quoque ex tuis partibus cum omnibus copijs instructus et cum

praefato Beglerbego Graeciae nostro te coniungas. post paucos dies mittemus etiam consiliarum nostrum Bertanum Passam cum excelsae portae nostrae militibus et Ianitzeris ut aduersarios nostros coërceant. praeterea uti rogasti seria mandata dedimus ad Beglerbegum Themesiensem, ne cum suis militibus finibus tuis damnum inferat. tu uicissim bonam amicitiam cum eo cole. omnes ueras nouitates quas resciueris absque mora ad excelsam portam nostram significare non intermittes, quam quidem fidelitatem tuam suo tempore erga te recognoscemus cum omni clementia de qua nunquam dubitare debeas. hoc scias et signo nostro Imperialj fidem adhibeas. Datae in Ciuitate nostra Imperialj Constantinopolj die 7 mensis Zummasilahir.

CCCCLX.

1564, 30 Ianuar. Scrisórea *Regelui Maximilian* către *Impĕratul Ferdinand I.* despre turburările din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus: Respondet et declarat sententiam suam in negocio Turcico.

Sacratissima Romanorum Caesarea Maiestas, Domine et Genitor semper obseruandissime. Praemisso semper condigno filialis obseruantiae cultu, Sacratissimae Maiestati Vestrae incolumitatem perpetuam et omnium suorum pijssimorum conatuum euentum prosperrimum à Deo Immortali ex animo precor. Sacratissimae Maiestatis Vestrae paternas binas literas XVII., alteras uero XX. praesentis mensis ad me datas, cum annexis omnibus scripturis Thurcicis, submissè accepi; Easque primam nactus opportunitatem, integras praesente charissime Domino fratre meo, Archiduce Ferdinando recitari, necnon maturam mox deliberationem adhiberi curauj.

. . (om) . . .

De Alberti uero Lasky Irruptionibus in Moldauiam, Maiestas Vestra se ut excuset, maximè suadeo.

. . . (om) . . .

Datum in Arce Regia Pragensi, die trigesima mensis Ianuarij, Anno post Christi natum millesimo, quingentesimo, sexagesimo quarto.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae,

Obedientissimus filius.

Maximilianus, m. p.

A tergo: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae ac Hungariae, Bohemiae etc. Regiae Maiestati etc. Domino et genitore meo colendissimo.

CCCCLXI.

Scrisórea *Impĕratului Ferdinand I.* cătră ambasadorul *Albert de Wyss*, în cestiunea intreprinderilor lui Albert de Lasky. 1564, 8 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Oratori Apud Turcham.

Ferdinandus etc.

. . . (om) . . .

Nobilis fidelis nobis dilecte.

Porrò cum in literis tuis die 16 Nouembris datis adscripseris, isthic diuulgatum esse, quòd Albertus Lasky occupauerit in Moldauia arcem quandam Hothin nuncupatam, Ideoque Passas opinari, quòd ille talia nostro serenissimique et charissimi filij nostri Romanorum Regis auxilio fultus moliatur, tibi clementer significandum duximus, dictum Albertum Lasky neque scitu nec voluntate nostra talia agere, tantum abest, ut illum auxilijs nostris instrueremus, qui ab eiusmodj machinationibus planè sumus alieni; Quare volumus ut talem suspitionem ex animis Passarum prorsus euellere studeas.

Executurus in his benegratam et expressam voluntatem nostram. Dat. Viennae 8. Februarij 1564.

V^dit Vicecancellairius.

CCCCLXII.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre proiectele de rĕsboiŭ ale Turcilor şi despre sosirea la Pórtă a mai multor boieri moldoveni. 1564, 11 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Orator apud Turcham: Albertus de Wyss.

Discessus principis Turcharum ad venationem. — Discessus Beglerbegi Graeciae ad bellum. — Suadet diligenter inuigilandum esse in finibus. — Difficultates praesentes Venetorum. — Egit rursus apud Haly Passam pro eliberatione colonorum captiuorum. — Captiuitas Oratorum Moldauorum. — Suadet medio Rugerij de Taxis constituendum aliquem qui recipiat et mittat literas Caesareae Maiestatis.

Sacratissime Imperator, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

Pridie Calendas Februarij primo mane discessit hinc Beglerbegus Greciae cum magna pompa, comitantibus cum extra urbis portam Passis, Visirijs, Cadileschieris, supremo maritimae classis praefecto et Ianizerorum Aga cum Ianizerorum armatorum caterua, contendit recta Adrianopolim, ibidem congregato totius Graeciae exercitu per-

mansurus, donec de mouendis castris à Principe Turcharum mandatum habeat. Fertu-Bertaus Passa intra paucos dies subsequuturus cum reliquis Portae equitibus et Ianizeris sclopetarijs. de hac expeditione multi multa loquuntur, uidelicet, quod Alexandro Vair uoda in Moldauiam restituto Beglerbegus Greciae exercitum ducet in Hungariam eo-nimirum consilio, ut, si hac aestate a Maiestate Vestra munus honorarium adferri non contigerit, ad oppugnandam Agriam animum adijciat. Ego quoque iampridem eiusmodi tractatus in occulto agitatos hic fuisse intelligo, et omnes Hally Passae sermones eo tendunt, pacem non fore firmam atque sinceram, quamdiu Principi Turcharum non fuerit satisfactum. Maiestas Vestra rebus suis tempestimè prospiciat; cum enim cum Rege Persarum sint composita omnia, et Sanziacki atque milites qui continuis aluntur stipendijs, nihil praeter bellum atque rapinas desiderent, si munera honoraria non adferentur, posset Princeps Turcharum ita exacerbari, ut pax omninò rescinderetur. Maiestatem Vestram illud quoque celare nolo, quod Turcae persuasum habeant Maiestatis Vestrae milites praesidiarios, fretos spe Induciarum, passim in confinijs dormitare et remissius solito excubias agere. Maiestas Vestra his incommodis prouideat, et fortalitia omnia absque intermissione uigilantissimè custodiri iubeat, nam Ziget, Agria ad Iula adeo sunt Turcharum animis infixa ut nihil supra.

. . . (om) . . .

Octaua Februarij redijt Constantinopolim Chiausius ille qui proximè elapso mense Ianuario in Moldauiam ablegatus fuerat, ut Thompsam ad hanc portam euocaret; uenerunt cum eo duo legati Moldauienses comitati triginta tribus seruitoribus. Pridie quam urbem ingrederentur, conuenerunt Principem Turcharum Schatalisi, à quo simulata benignitate excepti, cum legationis suae causas exposuissent, Constantinopolim ad Hally Passam fuerunt deducti, qui similiter blandam faciem ostendens hospitium ijs ordinauit, sed postero die primo mane missis Chiaussijs atque lictoribus comprehensos Legatos et seruitores sex in septem turres conijci, reliquos uero recta ad triremes obduci iussit, confiscatis eorum equis, sarcinis atque bonis omnibus. Indignatus fuisse dicitur Princeps Turcharum ob non praestitam obedientiam in recipiendo Alexandro et mittendo ad hanc portam Thompsa, nam semel statutum est Alexandrum restituere, quantumuis Moldauienses reclamant et duplum tributum offerant; huius turbae finem ab exitu spectibimus.

. . . (om) . . .

Constantinopoli, vndecima die Februarij, Anno 1564.

Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor.

Albertus de Wyss, m. p.

Praesent. 20. Martij 1564.

CCCCLXIII.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Imperatul Ferdinand I.* despre expedițiunea Turcilor în Moldova. 1564. 11 Fevr.

(Din Archiva ces reg. din Viena)

Sacratissime Imperator. Domine Clementissime.

(Zug des Kaisers der Türkey zu einer Jagd, und Aufträge in seiner Abwesenheit an den Hally Pascha . . . Zug des Beglerbeg von Griechenland mit dem im vorigen Briefe beschriebenen Herrn . . .)

Pridie Calendas Februarij primo mane discessit hinc Beglerbegus Greciae cum magna pompa, comitantibus eum extra urbis portam Passis, Visirijs, Cadileschieris, supremo maritimae clasis praefecto et Ianizerorum Aga cum Ianizerorum armatorum caterua, contendit recta Adrianopolim, ibidem congregato totius Greciae exercitu permansurus donec de mouendis castris a Principe Turcharum mandatum habeat. Fertur Bertaus Passa intra paucos dies subsequuturus cum reliquis Portae equitibus et Ianizeris sclopetarijs, de hac expeditione multi multa loquuntur, uidelicet quod Alexandro Vaiuodae in Moldauiam restituto Beglerbegus Graeciae exercitum ducet in Hungariam, (und droht der Beglerbeg, sobald von Sr. kais. Mt. die jährl. Ehrengeschenke nicht verabfolgt werden, der Waffenstillstand zu brechen und ins kais. Gebiet einzufallen. — — — Venedig und die Türkey. — Gefangennehmung einiger ungar. Unterthanen von Seite der Türken, und ihre freilassung. — — —)

Octaua Februarij redij (sic) Constantinopolim Chiassius ille qui proxime elapso mense Ianuario in Moldauiam ablegatus fuerat ut Thompsam ad hanc portam euocaret, uenerunt cum eo duo Legati Moldauienses comitati triginta tribus seruitoribus, pridie quam urbem ingrederentur conuenerunt Principem Turcharum Schatalisi(1) a quo simulata benignitate excepti, cum legationis suae causas exposuissent Constantinopolim ad Hally Passam fuerunt deducti qui similiter blandam faciem estendens hospitium ijs ordinauit, sed postero die primo mane missis Chiassijs atque lictoribus comprehensos Legatos et seruitores sex in septem Turres conijci, relinquos uero recta ad Triremes abduci iussit, confiscatis eorum equis, sarcinis atque bonis omnibus. indignatus fuisse dicitur Princeps Turcharum ob non praestitam obedientiam in recipiendo Alexandro et mittendo ad hanc portam Thompsa, non semel statutum est Alexandrum restituere, quantumuis Moldauienses reclamant et duplum tributum offerant, huius turbae finem ab exitu spectabimus.

(Türkische Verhandlungen mit den Venetianern. — — —)

Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo. Constantinopoli Vndecima die Februarij; Anno 564.

Caesareae Maiestatis Vestrae etc. Obedientissimus Seruitor,

Albertus de Wyss.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati Domino meo Clementissimo.

---

1) ein Ort in der Türkey, wo er sich der Jagd wegen authielt, nicht weit von Constantinopel.

CCCCLXIV.

1564, 27 Fevr. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre o pradă proectată de Tătari în Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Orator Constantinopoli.

Conqueritur de tarditate, qua sibi redduntur literae Caesareae Maiestatis. — Difficultates Venetorum in porta. — Suadet sibi scribi de voluntate Caesareae Maiestatis mittendorum munerum. — Tartari et alij sunt parati ad expeditionem Moldauiae. — Expectantur quotidie nuncij è Transsiluania.

Sacratissime Imperator etc.

. . . (om) . . .

Porro de Moldauia aliud nihil habemus nisi quòd Tartari praedae auidissimi iam sint in confinijs expectantes à Principe Turcharum mandatum in prouinciam irrumpendi, Beglerbegus quoque Graeciae Adrianopoli est in procinctu, verum Princeps Turcharum adhuc videtur meditari rationes, quibus sine caede atque sanguine Moldauiam ad obedientiam reducere Stephanum illum Thompsam in laqueos illicere possit.

. . . (om) . .

Albertus de Wyss, m. p.

Praes. 2. April. 1564.

CCCCLXV.

1564, 27 Fevr. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre pregătirile Tătarilor de a năvălí în Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator Domine Clementissime.

. . . *Albert Wys über die Langsamkeit der Einhändigung von kais. Briefen.*
. . . *Schwierigkeiten der Venetianern bei der Pforte*, . . .
. . . *Anfrage, wie es mit den jährlichen Ehrengeschenken für die Pforte stehe.*

Porro de Moldauia aliud nihil habemus nisi quod Tartari praedae auidissimi iam sint in confinijs, expectantes a Principe Turcharum mandatum in prouintiam irrumpendi. Beglerbegus quoque Graeciae Adrianopoli est in procinctu, Verum Princeps Turcharum adhuc uidetur meditari rationes quibus sine caede atque sanguine Moldauiam ad obedientiam reducere et Stephanum illum Thompsam in laqueos illicere possit.

De Transsiluania expectantur quotidie nuncij, simul atque accesserint, Maiestatem

Vestram de illorum machinationibus quam diligentissime certiorem reddam. Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo atque ut de Pecunijs ad faciendas necessarias impensas tempestiuè per Viam Hungaricam mihi prospici iubeat suppliciter etiam atque etiam oro, nam pecuniae apud hos questuosos mercatores neque precibus neque precio inueniri possunt. Constantinopoli Vigesima septima Die Mensis Februarij. Anno Millésimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto.

Caesareae Maiestatis Vestrae — Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati, Domino meo Clementissimo.

CCCCLXVI.

Raportul lui *Mihaiŭ Cernowicz* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre situaţiunea din Moldova. 1564, 30 Fev. (sic)

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Michael Cernouijhio de Macedonia.

(Aufschrift:)

Le cose che io o giudicatte degne de la notitia de sua Maiesta imperial.

Sacra imperiale Maiestà signor mio clementissimo.

. . . (om) . .

Con Moldauia et Transalpinj ua cusi scorendo et li a per suj paesi, caua al ano da 100 m. H.(1) in circa et uien gran carne a Constantinopoli de quele bande, a pensatto piu uoltte a metteruj denttro gouerno di Turchj, ma dubitta che con il muttazion del dominio non mancase quele uttjlitta che si caua et cusi saria et li mjnjstri del Turco quali cauano gran uttile, la de sua deno di mutar gouerno, perche con Turchi poco guadagnare beno et quando mancasse carne de quele bande, a Constantinopoli si staria male.

. . . (om) . . .

Datta adi 30 (sic) febraro M. C. LXIII.

Di, Vestra Maiesta imperial — Vmilissimo et fidelissime seruitore

Michel Gernoujhio de Macedonia.

---

1) entweder Dukaten oder auch Piastern; am wahrscheinlichsten aber Dukaten.

CCCCLXVII.

1564, 15 Martie. Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impèratul Ferdinand I.* despre intrarea lui Alexandru-Vodă în Moldova și retagerea lui Tomșa.

(Din Archiva cos. reg. din Viena.)

Sacratissime Imperator Domine Clementissime.

Albertus Wyss über: ... den Bestand des Friedens in der darreichung von jährlichen Ehrengeschenken für die Pforte. Die Klagen der Türken über Don Aluarum de Zande et Don Sandium de Legna. ... vergebliche Bemühungen zur Befreyung von Gefangenen. ... siebenbürgische Gesandtschaft des Caspar Bechez und seine Stärke gegen Sr. Mt. ... das Verbot nicht Alles zu schreiben was in Constantinopel vorgeht.

... De Moldauia aliud nichil habemus nisi quod Alexander Vaiuoda ingressus sit in prouintiam et Stephanus Thompsa Poloniam uersus aufugerit. Beglerbegus Graeciae adhuc commoratur cum exercitu Adrianopoli et de Bert..ui Passae discessu nulla prorsus fit mentio.

(. . . Flucht der Christen aus Constantinopel.)

(. . . seine gemachten Auslagen und bittet um schleunige Abhülfe).

Constantinopoli Decima Quinta Die Martij, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto.

Caesareae Maiestatis Vestrae Obedientissimis Servitor.

Albertus de Wyss.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati. Domino meo Clementissimo.

CCCCLXVIII.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre întrarea lui Alexandru-Vodă în Moldova şi despre retragerea lui Tomşa. 1564, 15 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Eiusdem ad eundem.

Mittit duplicata complurium literarum suarrum. — Quod pax consistat in transmittendis muneribus. Quaerela — Turcharum contra Don Aluarum de Zande et Don Santium de Legna. — Egit frustra pro eliberatione Christophori Gusich superiore anno in Croatia capti. — Legatio Transsiluanica Caspari Bechez et machinationes eius contra Caesaream Maiestatem. — Conqueritur se ab eodem delatum apud turchas quod omnia Caesari scribat quae Constantinopoli geruntur, — Turcha bene valet. Moldauica. — Fuga multorum Christianorum cum triremi saxea. — Petit impensas.

. . (om) . .

De Moldauia aliud nihil habemus nisi quod Alexander Vaiuoda ingressus sit in provintiam, et Stephanus Thompsa Poloniam uersus aufugerit. Beglerbegus Graeciae adhuc commoratur cum exercitu Adrianopoli, et de Bertaui Passae discessu nulla prorsus fit mentio,

. (om) . . .

Constantinopolj, Decima Quinta die Martij, 1564.

Caesareae Maestatis Vestrae Obientenlissimus Servitor

Albertus de Wyss m. p.

CCCCLXIX.

Scrisórea lui *Zápolya* cătră *Sultanul*, despre uneltirile Voivodului Munteniei. 1564, 4 Aprilie.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Exemplum literarum Transsyluani ad Principem Turcharum allatarum 21. die Aprilis, traductarum ex Turcico in latinum sermonem.

Potentissime Imperator, domine et benefactor clementissime. Ex mandatis quae Magnitudo uestra per strenuum uirum Synam Chiaussium ad nos misit, intelleximus qualiter Vaioda Valachiensis contra nos grauiter conquestus sit, quasi nos in Regno nostro foveamus hominem quaendam qui se uerum haeredem et dominum Valachiae nominet atque eidem auxilia, ut Valachiam occupet, subministrare cogitemus. Supplicamus autem

Magnitudi uestrae, ne praefato Valachiae Vaiuodae hac in re fidem habeat; quamuis enim ipse multa indigna contra nos egerit, quae merito ad Magnitudinem uestram deferri poterant, tamen, ne Magnitudini uestrae molesti essemus, haec omnia dissimulauimus. Magnitudo uestra hoc certo scire et sibi persuadere poterit, quod nullum talem hominem, qualem ipse describit in Regno nostro habeamus, neque ea quae ipse falso nobis objicit unquam in mentem nobis uenerint, sed Magnitudo uestra clementer intelligere dignetur, quod Vaiuoda Valachiensis est puer, et mater eius mulier leuissima, quae in omnibus suis negotijs utitur exteris consiliarijs Graecis, qui prouinciam pro suo arbitratu gubernant et miserabiliter perdunt, id quod Regnicolae molestissimè ferunt, ita ut sit metuendum, ne ea res magnum aliquando tumultum inter ipsos excitet, nam ipse puer et mater eius sunt indigni, qui huiusmodi prouinciam possideant, quia Magnitudini uestrae in nulla expeditione militari seruire possunt, quamobrem Magnitudinem uestram humiliter oro, ut eos loco remoueat at alium Vaivodam uirum militarem substituat, qui Regnum prudenter regere et nobiscum mutuam intelligentiam habere possit, quoniam Ferdinandus et eius filius dies noctesque aliud nihil cogitant, nisi quemadmodum Magnitudinis uestrae dominijs et nobis nocere possint, et nunc Capitaneus Cassouiensis et Melchior Balassa milites suos in hoc congregant ut mox in ditionem nostram erumpant, cuius quidem rei causa iam literas misimus ad Passam Budensem, ut si necessitas postulauerit, statim nobis auxilietur. Ostendit quidem Ferdinandus quasi cum Magnitudine uestra sinceram amicitiam colere cupiat, sed reuera in occulto procurat ut oblata opportunitate aliquid Magnitudini uestrae, et mihi adimere possit; hoc unum sciat Magnitudo uestra, quod initam amicitiam non aliter obseruabit, nisi donec Bebeckum, Chrusichium et alios captiuos liberauerit, postea eam pronsus negliget, nam Nobiles Regni Hungariae in Comitijs Posonij proposuerunt Maximiliano non posse ipsum Coronari in Regem Hungariae, cum Albam Regalem Turca possideat, quibus ille respondit, quod non solum Albam Regalem, sed omnia ea, quae ad Hungariam spectant, recuperare cogitet. Magnitudo uestra haec diligenter consideret, quoniam hac conditione in Regem fuit coronatus et quia multoties de limitibus sollicitauimus. Magnitudo uestra per fidelem nostrum dilectum Casparum Bebeckh nobis optatam relationem mittere dignabitur, ut totus mundus intelligat, Magnitudinem uestram clementissimam nostri rationem habuisse, in cuius perpetuam seruitutem me humilimè commendo. Datum Albae Iuliae quarta die Aprilis Anno 1564.

CCCCLXX.

1564, 4 Aprilie. Scrisórea lui *Zápolya* cătră *Sultanul*, de la care cere voie de a se căsătorí.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Exemplum literarum Transyluani ad Principem Turcharum, ab Alberto de Wyss communicatum, die 22 Aprilis 1564.

Potentissime Imperator, domine et benefactor obseruandissime. Post fidelium seruitiorum meorum humillimam commendationem. Magnitudo uestra benigniter recordari dignabitur, qualiter superioribus mensibus Regnicolae mei per oratorem Magnitudini uestrae humillime supplicauerunt, quod si ex uoluntate diuina me mori contingeret, ut

tunc ipsis aliquem ex proceribus indigenis in Regem eligere liceat, ne hoc Regnum à Magnitudine uestra abalienetur, quam Regnicolarum petitionem Magnitudo uestra concedere noluit, uerita fortassis nec hoc impetrato priuilegio fraudem mihi aliquam facerent. Idirco Magnitudini uestrae hoc uolo significare, quod praefati Regnicolae nunc magnopere sollicitant et urgent, ut omnino aliquam consortem ducere debeam, quod tamen sine voluntate Magnitudinis uestrae nequaquam facere volui, sicuti etiam in alijs rebus ac negocijs absque mandato et scitu Magnitudinis uestrae hactenus nihil feci; rogo igitur et supplico Magnitudini vestrae ut ex innata sua clementia mihi benigniter concedere dignetur, ut inter Principes Christianos uxorem aliquam mea persona dignam ducere possim, ne forte post obitum meum Regnum hoc à Magnitudine uestra abalienetur et ut posteri mei Magnitudini uestrae semper fideliter seruire possint; ego enim uita durante Magnitudini uestrae quam fidelissime seruire constitui. Deus omnipotens Magnitudinem uestram in omni foelicitate in perpetuum conseruet.

(Der Wys'schen Depesche dd° 22. April 1464 beigelegt).

A tergo: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati Domino meo clementissimo.

Praes. 28 May 1564.

CCCCLXXI.

Raportul lui *Albere de Wyss* către *Impĕratul Ferdinand I.* despre situaţiunea din Moldova. 1564, 8 April.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Duplicatum literarum Alberti de Wyss.

Respondet ad literas Caesareae Maiestatis de 23 Dec. 1563, cur negocium Hispanicum non statim proposuerit. — Reditus Oratoris Transiluani à Selimo. — Bebeckum è turri liberatum custodiae Interpretis Forgach traditum. — Status et spes eliberationis ipsius ac Crusithij et Cicadae. — Classici rumores de apparatibus Hispanorum et Venetorum. — Rumor de profligato Hally Portuch. — Beglerbegus Graeciae commoratus adhuc Adrianopolj. — Turcharum principis valetudo. — Petit impensas.

Sacratissime Imperator etc.

. . . (om) . . .

Beglerbegus Graeciae adhuc commoratur cum exercitu Adrianopoli, sed quia Alexander in Moldauiam ingressus sit et Stephanus Thompsa Poloniam uersus aufugerit. De Bertaui Passae discessu nulla amplius fit mentio.

. . . (om) . . .

Constantinopolj, 8va Aprilis 1564.

Caesareae Maiestatis Vestrae Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

(Redditae 28 Maij 1564).

CCCCLXXII.

1564, 10 April. Scrisórea lui *Francisc Zay* cătră *Impěratul Ferdinand I.* despre turburările din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

(Aufschrift:)

Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Regiae Maiestati Domino, Domino clementissimo.

(Von innen:)

Sacratissima Imperatoria Maiestas. Domine, Domine clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Sacratissimae Vestrae Maiestatis commendationem.

Praeterito Februario mense scripseram Sacratissimae Vestrae Maiestati me in Moldauiam explorandi gratia misisse meum hominem, ut ea quae ibi geruntur perspecta habere, atque de his Sacratissimam Vestram Maiestatem informare possem. Homo itaque meus illic per uiginti fermè dies fuit uersatus non longe à Zwchawa et ad Arcem Hothyn, ac tandem in quodam Monasterio aliquot dies seruitio se praepositi illius Monasterij addixit, à quo plura de statu illius prouinciae intellexit, is haesterno die ad me redijt, dicitque Alexandrum non plus quam octo millia hominum cum omnibus Turcarum, Tartarorum, et Transalpinorum copijs, secum habuisse, potuisseque per Stephanum Electum Waywodam facilè profligari, ni à Walachis destitutus et proditus fuisset. Cum enim aduentante Alexandro, sese et suos ad praelium Stephanus praepararet, deficientibus ab hoc ad Alexandrum Walachis, cum prioribus ac potentioribus Baioaris, circiter mille et quingentorum Equitum numero, amissa tamen multorum suorum Nobilium et Baioerum per Turcas et Tartaros familia, sua uerò et nonnullorum salua, in Poloniam profugit. Suntque sub custodia Polonorum, uel propterea ne ad Moscouitas profugiant, uel autem ne ab Alexandro missis copijs, in dedecus Polonorum in eorum patria opprimantur. Ipse Stephanus cum Muczok in oppido Bwthacho consedit, reliqui omnes in circumuicinis oppidis, Kalas, Kwcz, Hozdeecz, Kolomwija, Obergye, Swko et Wenyelo condescenderunt. Habere Alexandrum pro sui corporis custodia conductos ad Quadringentos usque Equites, et Centum pixidarios Turcas, non tamen Iannicharos sed plebeos. Nobilitatem paucam admodum apud Alexandrum remansisse propter eius tyranidem quam nunc crudelius in foeminas et pueros exercet, quam prius in viros exercuit. Pertinentias Ciuitatum Iaz et Hwz, cum parte inferiori prouinciae in ipso recessu, per Turcas et Tartaros ex permissione Alexandri depopulatus et in praedam conuersam esse dicit. Regem Poloniae Alexander tum per Turcorum Imperatorem tum per Transiluanum sollicitare constituit ut Stephanum Waywodam cum omnibus Baioaris qui eius partes sunt sequuti ac cum ipso profugerunt, ad manus suas tradat ac restituat. Qui ad petitionem Transiluani Regnicolis suis armari sese belloque parari iussit. Ita nunc tumultuante Moldauia per Alexandrum, inimiciciae Sacratissimae Vestrae Maiestati parantur. Haec Sacratissimae Vestrae Maiestati humillimè significare volui. Deus Optimus Maximus conseruet Sacratissimam Maiestatem Vestram sanam et foelicem.

Cassouiae 10. Aprilis 1564.

Eiusdem Sacratissimae Vestrae Maiestatis fidelis et humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer, m. p.

CCCCLXXIII.

Raportul lui *Francisc Zay* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre sórta lui Tomşa şi a aderenţilor sĕi în Polonia. 1564, 22 April.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Imperatoria Maiestas. Domine, Domine clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Sacratissimae Vestrae Maiestatis humillimam commendationem. Cum soleam omnia quae hic audiuntur in quibuscunque partibus geri, non tantum principalia uerum etiam particularia negocià Sacratissimae Vestrae Maiestati humillimè significare; id quoque praetermittere nolui, quod homo meus qui per me missus fuit in Poloniam scrutatum, Si qui noui rumores haberentur, haesterno uespere redijt; atque retulit, Thomsam siue Stephanum Electum Moldauiae Wayuodam per Regem Poloniae esse captum simul cum Mwczok alijsque decem Baioaris et in Oppido Iglo cum eis omnibus sub diligenti custodia detentum, ex quibus eius Baioaris unus iam morbo in carcere interijt. Res eorum Vniuersae non tantum pecunia, aurum ac argentum, sed et qui omniaque iumenta et mobilia applicata sunt fisco Regio, et in ipso itidem Oppido Iglo detinentur. Plebs tota quae cum Thomsa in Poloniam profugerat, in Vicinis pagis misere uictitans adhibitis qui eam obseruant, luget; Causam eius rei Rex Poloniae asseruit, quòd Thomsa tempore sui Waywodatus fines Poloniae depopulari fecerit, et praeterea Demetrium Wysnyoweczky ad manus Imperatoris Thurcarum miserit, quem Thurcarum Imperator clauo appensum fecit interimi, atque id per Regem Poloniae huic Thomsae est nunciatum, ut similem necis suae exitum expectet, cuius is obeundae Seruitori Regio causam praebuit. Et saltem Nuncios suos ab Imperatore Thurcarum Rex Poloniae moratur, qui post redierint, actum erit de Thomsa et de illisquoque decem, qui supersunt, Baioaris. Haec Sacratissimae Vestrae Maiestati humillime significare Volui. Deus Optimus Maximus Sacratissimam Vestram Maiestatem sanam et foelicem conseruet. Cassouiae 22. Aprilis 1564.

Eiusdem Sacratissimae Vestrae Maiestatis

fidelis et humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer, m. p.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Regiae Maiestati Domino, Domino Clementissimo.

CCCCLXXIV.

1564, 22 April. Raportul lui *Albert dĕ Wyss* cătră *Impĕratul Ferdinand I.* despre stăruinţele Porţii, ca Polonia să-i predee pe Tomşa-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Albertus de Wyss.

Respondet ad literas Caesareae Maiestatis de 8 Febr. et 27 Martij et refert quid desuper egerit. — Legatio Ebrahimi ad Regem Poloniae. — Mittit scriptum ad Hally passam datum super epistola Comitis Zriny ad Sanziackum Posegensem. — Mittit exemplum literarum Transsiluani. — De speculatoribus residentibus in aula. — Petit sibi prouideri de impensis via Hungarica.

. . . (om) . . .

Duodecima Aprilis ablegatus fuit Ebrahimus interpres ad Regem Poloniae, ut Thompsam ex Moldauia profugum et in Polonia interceptum ad hanc portam captiuum deducat. De Alberti Lasky machinationibus nulla amplius fit mentio, sed Melchior Balassa est ualde suspectus, quasi cum Transsyluano pacem colere nequeat . . . . Mitto etiam his annexum exemplum literarum Transsiluani ad principem Turcharum.

. . . (om) . . .

Constantinopoli, 22 Aprilis 1564.

Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

CCCCLXXV.

1564, 23 April. Scrisórea lui *Georgiu Bebeck* cătră *Halyl Paşa*, stăruind să fie pus în libertate.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Beilage zum Berichte des Albert Wys dd° 6 Mai 1564).

Traductio latina literarum Georgy Bebecky ad Hally Passam, quae ex lingua Hungarica per Murhatbeg Interpretem traductae fuerunt in sermonem Turcicum et praesentatae 23 die Aprilis.

Illustrissime domine, ago immortales gratias Illustrissimae Dominationi uestrae, quod suam clementiam erga me miserum mancipium declarare et ex captiuitate maris nigri educere sit dignata, pro quo beneficio Deus omnipotens Principi Turcharum longam et foelicissimam uitam concedere adque omnes inimicos pedibus ipsius subijcere et Illustrissimae Dominationi vestrae omnia prospera largiri benignissimè dignetur. Illustrissimam dominationem uestram arbitror benè esse memorem, quod superioribus mensibus mihi nunciavit, ut negocium libertatis meae diferrem, donec Alexander Vaivoda in Moldaviam restitueretur, quod tunc illud ad optatum finem clementer perducere uellet, supplico igitur Illustrissimae Dominationi Vestrae, ut mei humilimi serui misereatur et

absque prorogatione iuxta spem mihi factam nunc tandem liberum hinc discedere patiatur, nam si longior mora interposita fuerit, periculum erit, ne mei seruitores et Officiales, in desperationem adduiti, ex bonis meis uxorem et familiam meam eijciant et à Principe Turcharum et Transsyluano abalienentur et aduersarijs adhereant, postea neque Principi Turcharum neque Transsyluano seruire potero. Omnia quae ego promisi, bona fide praestabo et arces meas, uxorem atque familiam totam in manus Transsyluani tradam; oro igitur ut me cum aliquo suo fidele Chiaussio ad Transsyluanum mittat, ut ibidem detinear captiuus, donec promissa adimpleuero et castra mea Transsyluano Consignari Curauero; quamdiu Deus uitam mihi concesserit, ego Principi Turcharum et Transsyluano fidelissimè seruiam, et si sinistro animo aliquid egero aut cogitauero et promissis non stetero, Deus omnipotens me malè perdat et nunquam mihi suam gratiam largiatur, in Illustrissimae dominationis uestrae promissam gratiam me suppliciter commendo.

A tergo der Depesche des Albert Wys von 6. Mai 1564: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati Domino meo clementissimo.

CCCCLXXVI.

Scrisórea *Impĕratului Ferdinand I.* cătră *Albert de Wyss*, în cestiunea restituirii cătră Ardél a cător-va localităţi. 1564. 2 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Oratori apud Turcham.

Ferdinandus etc.

. . . (om) . . .

Quod autem attinet ad petitionem illam Transsyluani pro restitutione bonorum quae tenet Melchior Balassa, et suppeditandis ei auxilijs, si non fiat restitutio, necesse erit, quod ad id diligenter animum advertas, quia haec petitio Transsyluani conditionibus Induciarum planè repugnat, in quibus utique omnes praefecti, officialij, servitores, milites et subditi nostri, cum locis, castris, arcibus et bonis, quae tenent atque gubernant, comprehensi sunt, et nominatim ipse Melchior Balassa et caeteri qui, cum essent rebelles, ad fidelitatem et obedientiam nostram redierunt. Nam etiamsi quid nuper moliti, fuissent aduersus Moldauiam, quod nobis certo non constat, tu tamen iam antea intelligere potuisti, id nostra uoluntate minimè fieri, Quare iniquum foret, vel Turchas vel Transsiluanum ansam inde arripere in loca et bona, quae praedicti Capitanei nostri Franciscus Zay et Melchior Balassa nomine nostro tenent, impetum facere, ut quae non illorum sed nostra esse, ac saluis conditionibus pacis neque occupari neque molestari posse, satis manifestum est.

. . . (om) . . .

Datae Vienae 2 Maij 1567.

CCCCLXXVII.

1564, Raportul lui *Wolfgang Schreiber* către *Regele Maximilian*, despre afa-
6 Maiŭ. cerile Transilvaniei şi în deosebi despre proiectele de căsătorie ale lui Zápolya.

(Din Archiva ces reg. din Viena)

Allerdurchleuchtigister Grossmechtigister Römischer Auch zu Hungern vnd Behomb. etc. Khunig Ewr Rö. Khun. Maj. etc. seyen meine Allervnderthenigste Gehorsambste Treue Dienst, nach muglichstem Vleiss vnd Vermögen, Jederzeit diemuettigist beraitt. Allergenedigister Herr: Ew. Rö. Kh. Maj. Als meinem Allergenedigisten herrn, gib Ich In Allervnnderthenigkeit zuuernemen, Welchermassen, Ich auisiert bin worden hieheer, Aus 7 bürgen, Wie das den Weyda, Auch mein gethane Suasion habe sich durch seinen gesandten Herrn Steffan Bathorj Vor der Rö. Khay. Maj. meinen Allergenedigisten Herrn zum höchsten gediemuettigt. Vnd Vnnder Annderm. Von wegen Gemainer Christenheitt Wolfartt, sich des Khunightlichen Tittls (Darumben Ihme Ire Rö. Khay. Maj So vngnedig vnd hässig weren gewest, vnd noch warrn) vorwegen vnd desselben Absteen wollen: Damit nur Er bey Irer Rö. Khay. Maj. zu gnaden khomen, vnnd sein Versprochne Sponss, mein genedigiste frau hette erlangen mögen. Nun weren Ime aber von Irer Rö. Khay. Maj, So schwäre Conditiones furgeschlagen worden, die Ime Vnmöglich warrn zuertragen, vnnd furnemblichen aber, das Ire Rö. Khay. Maj. Ime Insonderhaitt, von wegen seiner Ewangelischen Confession, Erst von Neuem merers Abholdt. Vnd Vngenedig weren worden, Vnd demnach Ire Rö. Khay. Maj, gedachtes Weyda gesandten an fruchtpare Aufrichttung seiner Diemuetigen Uebung hetten Abziehen lasen, darob Er sich nit wenig bekhumerte, mit Anziehung, das In Verschinnen handlungen des Tittels halber, Irer Rö. Khay. Maj. höchste Äfferung(1) vnd herrttigkheit(2) waren gegen Ime gewest, vnd da Er aber desselben Absteen wurde, wolten sich Ire Rö. Khay. Maj. gegen Ime in Andern seinen begern mit gnaden ertzaigen: Vnnd nun, da Er sich, von wegen Gemainer Christenhait wolfart, desselben Strittigen Tittls genzlichen hatt verzeihen wollen, damit Er nur (sponsae suae potirj possit), So werde Ime vnder Andern beschwerlichen Artickln Sein Cristliche Ewangelische Confession furgeworfen: vnd vmb derselben willen, seine Versprochne Sponns verzigen vnd vorgehalten: Derhalben Er gar Melankolisch seye worden, vnnd vnnder Andern sollt gesprochen haben: (melius est Deo placere quam homini), vnd Ehee das Er der Ewangelischen Cristlichen leer wölle Absteen, Ehee will Er sich seiner Allerliebsten Sponssen (wie Vngeern Er das thuen muesse) Verzeihen vnd verwegen: Dann Es seye Ime an seiner Seligkheit, das Allerhöchst gelegen. So werde Ihm der Allmechtig Gott woll ain Gemahel bescheren. Vnnd als Ich In erfarung bin khomen, habe Er jetzt Jünglich an disem foro abermals vmb licentiam vxorandj: vnd vmb die freye election successoris Regni: si casu sine filio legittimo obiret, anhalten lassen. Darauff Solte Ime licentia vxorandj bewilligt sein (excepta supradicta sponsa sua: cuius enim causa ab istis maxime suspectus habetur) vnnd bin In solchern Melankolischen seinen gedanckhen vmb mein Ainfaltig opinion angesuecht worden (vtrum ipse in priorj suo proposito diutius perseuerare aut relicta sua animum suum Inuite tamen versus aliam conuertere debeat). Darauff hab Ich in bedennckhung zuvor verloffnen Hanndlungen, vnd was vnratt aus solcher animj huj mutatione (da Er sich an die Ortt wurde mit Heyratt einlassen, Als Ich hab daruon gehört, vnnd aber dasselb nit schreiben darff) ervolgen möcht, hab Ich Ihne auff meine zuuor gethane Cristliche vnnd Ihme wolfarige Suasiones gewisen, vnd darauff Confortiert. mit Replicierung des Spruchs ut et antea scripsi Arbor non cadit vno Ictu: praesertim si magna fuerit, oportet ut instet, et ne desinat usque ad bonum finem: Ego sibi non deero. etc.

---

(1) *affern* oder *äffern*, mittelalt. s. v. a. etwas Unangenehmes vorbringen.
(2) s. v. a. Härte (mittelalt.)

Hab auch ferner nit vnderlassen zu Suadiern, Er solte alspald wider zu E. Ro. Khu. Maj. schickhen. vnd durch E. Rö. Khu Maj. Intercession, bey höchsternennter Rö. Khay. Maj. ferrer antzulanngen zulassen; doch Solten seine Peticiones in forma humillima ohne disputierung sein, dardurch werde Eher .vill Eheer vnd pessere gnaden bey Irer Rö. Khay. Maj. erlangen. Solte sich auch Niemandt verfürrn lassen, Sonnder Erstlich Seiner Seellen Seligkhait bewarrn, Alsdann Gemainer Christenhaitt Nutz bedenkhen, volgents höchstgedachter Rö. Khay. vnnd E. Rö. Khu. Maj. gnad vnd huldt erlangen, vnd dardurch sein Allerliebste Sponnss widerumben diemuettig begern. So werde Im der Allmechtig Gott hie zeitlich nach Aller seiner wolfart versehen, vnnd In Ihener welt mit dem Himelreich begaben. Vnd solte er darwider handlen, So wurde die straff des Herrn vber Ihne nit Aussbleiben. Dann Er hab warnung gnueg von Gott dem Herrn. Dann Er Nemb Ime zu Exempel. In was Tödtlichen schwären Khrankheiten Er vor khurtzverschinner Zeit gelegen seye, vnnd sonnderlich an der Colica, seyen Allain warnungen von Got: sich vonn Bösem zu guettem (ut supra) Zuwenden.

Dise Gelthungerige misstrauige leut: Alhie, zweifln daran das die Rö. Khay. Maj. die Presenten nit werden herein schickhen, vnnd besorgen sich, das E. Rö. Khu. Maj. nit werden denn friden halten, Sonnder Khrieg wider Sie furnemen. Es ist Inen furwahr Anngst gnueg bej diser Zeitt. Sy verdruckhen den 7. burger vasst, das Er sich haimlich nit zu E. Rö. Khu. Maj. gebe, weill Er auch Ewangelisch ist worden.

Solches hab Ich nit sollen noch wollen E. Rö. Khu. Maj. Als meinem Allergenedigsten Herrn, verhalten: Damit E. Rö. Khu. Maj. mochten dem Melankholischen Jungen fursten In seiner Speculierung, (et quasi desperato) mit ainen klainen Trostbrieflein erquickhen. Dann Ich waiss das woll, das Er zu E. Rö. Khu. Maj. sein gross vertrauen hatt, vnd dieselb hoffnung, Erhellt Ihn noch In seiner Melanholey etc.

Schliesslichen bitt E. Rö. Khu. Maj. Ich In Allervnderthenigkeit die digniern sich, ditz mein Vnderthenigist schreiben von mir nit zu vnngnaden aufzunemen. Sonnder jederzeit mein Allergenedigister Herr sein vnd bleiben vnnd auch Allergenedigisten befelch dem herrn Alberto von Wyss etc. hereinschickhen, damit sein gnaden mich mit dem furderlichsten zu E. Rö. Khu. Maj, hinausfertige. Dann Ich bin hir ain vnnutzer Khnecht. vnd fur vnd an Khrankh, der hisig lufft ist nit guett. Solches Alles will vmb E. Rö. Khu. Maj. Ich mein lebenlanng. Allervnderthenigist verdienern. vnd thue mich damit E. Rö. Khu. Maj. als meinem Allergenedigisten Herrn. Allerdiemuettigist befehlen. Dat. zu Constantinopl den 6. tag May A° im 1564ten.

Ewr. Rö. Khu. Maj. Allervnnderthenigister vnd diemuettigister Dienner.

Wolff Schreiber, m. p.

A tergo: Ir Römischen auch zu Hungern, Behemb: etc. Khunigkhlichen Mayestät, meinen Allergenedigisten Herrn. Ir. Rö. Alzu. Maj, selbst aigen Gnaden.

CCCCLXXVIII.

1564, 6 Maiŭ. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Ferdinand I.* despre stăruinţele lui Tomşa-Vodă ca să fie ridicat din nou în scaun.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss.

Quod Georgius Setschy cum seruitoribus suis sit Constantinopolim adductus et captiuitati traditus. — Christophorum Gusich dimissum esse. — Mittit exemplum literarum Transsiluani ad Turcham. — Item scripti Bebecki ad Halypassam — Criminationes Alexandri Moldaui contra Caessaream Maiestatem.— Quaerelae Turcharum contra comitem Zriny.— Ibrahim Interpres nondum redijt è Polonia. — Duae triremes Algerenses attulerunt exuuias et trophaea triremis Florentinae captae. — Petit impensas.

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime

. . . (om) . . .

His elapsis diebus Alexander Vaiuoda Moldauiensis perscripsit ad hanc portam, Stephanum illum Thomsam à Maiestate Vestra per legationem petijsse auxilia, quibus in Moldauia restitui possit, cuius quidem rei causa affirmauit à Melchiore Balassa et Francisco Zay in Cassouiae partibus congregari milites, ac simul Principem Turcharum rogauit ut Beglerbegum Greciae cum exercitu Adrianopoli permanere sinat, quo postulante necessitate sibi ex tempore sit paratum subsidium . . .

. . . (om) . . .

Ibrahim Interpres ex Polonia nondum redijt, creditur adducturus secum praefatum Thomsam, quod, si acciderit profecto miser ille exemplo Dimitrij crudelissime tractabitur.

. . . (om) . . .

Constantinopoli, sexta die mensis Maij. Anno Domini 1564.

Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wys, m. p.

(Praesent. 11 Junij 1564.

CCCCLXXIX.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impěratul Ferdinand I.* despre stăruințele lui Tomșa-Vodă de a se ridicá din nou în scaun. 1564, 6 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator Domine Clementissime

(Albert Zay:)

. . *Gefangenehmung des Georg Setschy mit seinen Dienern zu Constantinopel.* . . *Freylassung des Christopf Gusich aus Croatien aus turk. Gefangenchaft.*

. . . His elapsis diebus Alexander Vaiuoda Moldauiensis perscripsit ad hanc portam Stephanum illum Thomsam à Maiestate Vestra per legationem petijsse auxilia quibus in Moldauia restitui possit, cuius quidem rei causa affirmauit à Melchiore Balassa et Francisco Zay in Cassouiae partibus congregari milites ac simul Principem Turcharum rogauit ut Beglerbegum Graeciae cum exercitu Andrianopoli permanere sinat quo postulante necessitate sibi ex tempore sit, paratum subsidium. Praeterea à Sanziakho in Possega perferuntur quotidie grauissimae querelae contra Comitem Nicolaum de Serin quod armata manu Drauum transire et in Comitatum Saarmiensem incursionem facere cogitet, propter quas comminationes iniunctum est Sanziakhis limitaneis ut praefato Sanziakho Possegiensi suppetias ferant. Caeterum munus honorarium ab Hally Passa auidissime expectatur, nam animum inducere non potest pacem firmiter obseruaturum(1) iri priusquam Principi Turcharum atque Collegis satisfactum fuerit. Ante sex dies nunciatum fuit à Maiestate Vestra Tabellarium uenisse Budam qui recta Constantinopolim properet à quo de muneribus certitudinem aliquam sperat, sane absque ijs nihil hic proponi tractari atque perfici potest.

Ibrahim Interpres ex Polonia nondum redijt, creditur adducturus secum praefatum Thompsam, quod si acciderit profecto miser ille exemplo Dimitrij crudelissime tractabitur.

(. . . Sieg der Algierischen Flotte über die Florentiener. . . . Begehren des Aufwandes für ihn.)

Constantinopoli, Sexta die Mensis Maij. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto:

Caesareae Maiestatis Vestrae — Obedientissimus seruitor

Albertus de Wys.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati Domino meo Clementissimo.

---

1) obseruatum iri.

CCCCLXXX.

1564, 7 Maiŭ. Scrisórea *Sultanului* cătră *Zápolya* în cestiunea retrocesiunii cătră Ardél a mai multor localităţi.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Traductio literarum Principis Turcharnm ad Transsyluanum quae datae fuerunt 7 die May.

Inter Principes et Magnates fidei Christi Rex Stephane, fili quondam Regis Ioannis, omnem tibi foelicitatem optamus. Postquam excelsa nostra mandata ad te peruenerint, notum sit tibi, qualiter ad excelsam portam nostram literas miseris, quibus in confinijs Hungariae et in partibus Themesiensibus limites tibi constitui petijsti, deinde ut bona illa Melchioris Balassae qui quondam tibi subditus fuit et postea cum multis oppidis atque arcibus ad Regem Ferdinandum defecit, tibi restitui faciamus; Praeterea intercessisti pro praedone isto Georgio Bebecko, qui superioribus temporibus in depredationibus fuit interceptus et nunc in excelsa porta nostra detinetur captiuus, ut eundem dimittere atque tibi ex nostra Imperiali gratia donare dignemur; haec et alia plura, quae significasti, omnia clare nobis sunt declarata. Cum uero sis filius quondam fidelis mancipij nostri Regis Ioannis, et tu quoque sis fidelis seruus noster, propterea frequenter tibi gratificari ac preces tuas exaudire non abnuimus; sed quantum ad limites attinet, quos tibi constitui petis in confinijs Hungariae et Transyluaniae atque in partibus Themesiensibus, scire debes, quod omnes illae villae atque oppida, quae in nostro Imperiali Registro scripta sunt, à nobis possidentur, in quibus hoc tempore nihil mutare possumus, omnia autem ea quae in nostro Imperiali Registro non sunt scripta, et tu possides, in posterum quoque possideas. Non est igitur necesse ut tibi ullas peculiares limites designemus, nam illud quoque Regnum cui te praefecimus, est nostrum tributarium et non minus nobis subiectum quàm reliqua dominia nostra; si quis autem nostros tributarios, qui in tua potestate sunt, molestare uoluerit, nos illos ab omni iniuria defendemus. Quod uero ad excelsam portam nostram detuleris, esse in confinijs multos praedones et damnificatores, qui continuis rapinis tuos subditos infestare non desinunt, ea de re ad Sanziackum Themesiensem et alios Officiales nostros seria mandata dedimus, ut tales raptores compraehendant atque puniant, tu quoqué similiter in tuis partibus uigiles et malefactores omnes seuerè castiges. Quantum attinet ad Melchiorem Balassam, iam aliquoties tibi significauimus, quod Inducias et amicitiam fecimus cum Rege Ferdinando, et antequam pax concluderetur, iam Melchior Balassa ad Regem Ferdinandum transiuerat, et nos Imperialia nostra priuilegia ad Regem Ferdinandum misimus et firmam pacem confirmauimus ea nimirum conditione, quod omnia illa quaecunque Rex Ferdinandus et sui subditi extra Transsyluaniam possident, pacifice possidere neque à bonis impedire debeant, in hoc priuilegio etiam Melchior Balassa est comprehensus et ob hanc causam nihil innouare aut contrarium facere possumus, nisi fortassis Rex Ferdinandus Inducias et promissa non seruauerit, tunc enim rebus nostris aliter prouidebimus, quomodo praefata bona Melchioris Balassae gladio nostro reeuperare et tibi clementer restituere possimus. Postremo ista tua postulata de eliberatioue Georgij Bebecky clementer intelleximus, et cum grauiter egrotet, illum ex captiuitate educi iussimus, ut per medicos et Chirurgos sanari possit, sed cum Rex Ferdinandus pro eo quoque intercesserit, quia cum illo firmas Inducias atque amicitiam habemus, Idcirco in hoc negocio nihil nunc concludere possumus, expectantes, si Rex Ferdinandus pacem nobiscum seruabit et promissis suis integrè satisfaciet; hoc scias et signo nostro Imperiali fidem adhibeas.

CCCCLXXXI.

Raportul lui *Alaert de Wyss* către *Impěratul Feidinand I.* despre respunsul Regelui Poloniei în cestiunea extradării lui Tomşa-Vodă. 1564. 27 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Albertus de Wyss.

Respondet ad literas Caessar. Maiestatis quod proposuerit querelas contra Transsiluanum. — Quod Orator Transiluanus nec Bebeck neo aliud obtinuerit. — Mittit exemplum literarum principis Turcharum ad Transiluanum. — De obitu Georgij Sethchij.— Legatio Oratoris Arabici. — Excusatio Regis Poloniae, quod Tompsam non potuerit viuum transmittere. — Petit Draporio solui 4 m. ducatorum.

Sacratisime Imperator, Domine Clementissime.

. . . (om) . . .

22 May uenit Chiausius quidam ex Polonia, qui literas attulit à Rege Poloniae, Stephanum illum Thompsam ex Moldauia profugum una cum alio quodam praecipuae nobilitatis uiro de ipsius mandato fuisse decapitatum; excusauit sese Rex Poloniae apud Principem Turcharum, quod hominem uiuum ad hanc portam mittere non potuerit, ueritus ne in itinere forte euaderet aut ui è custodum manibus eriperetur, cuius quidem rei causa se propediem Oratorem huc missurum perscripsit, qui latius omnia exponat. Ibrahim Interpres in Poloniam missus fuerat ut dictum Thompsam uiuum huc adduceret, sed eo nondum peruenerat, cum interficeretur, opinior illum cum Oratore huc rediturum.

. . (om) . . .

. . . Constantinopoli vigesima Septima Maij, Anno millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto.

Caesareae Maiestatis Vestrae.

Obedientiss. Seruitor

Albertus de Wys.

(Praesent. 3. July 1564).

CCCCLXXXII.

1564, 30 Iunie — Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impĕratul Ferdinand I.* despre decapitarea lui Tomşa-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

(Albert Wys schreibt über: Die Sendung der Briefe hin und her durch die Post; Ueber die Vollziehung kais. Befehle gegen den von Siebenbürgen; Die Erwartung der bekannten Ehrengeschenke, Ducaten oder Thaler; Spanische Angelegenheiten; Befreiung des Joannes Censitz; Türkischen Aufstand in (Buda). Weiter heisst es;)

In Moldauia uidentur esse composita omnia Alexandro in prouintiam restituto et multis nobilibus atque baronibus è medio sublatis, ipso etiam Thompsa in Polonia decapitato, petijt Alexander ad corporis sui custodiam ducentos Ianizeros sclopetarios qui statim fuerunt ablegati, sed caecus ille Princeps sibi et toti prouintiae exitium accersiuit. Turcae enim qui soli dominari et cuncta regere laborant, cum semel nunc irrepserint, pro suo arbitratu omnia administrare ibidemque sua templa Mahometana aedificare uolent, unde postea nonnisi cum summa difficultate expelli poterunt.

(Türkische Rüstungen, und anderes verschiedener Art, auf unsern Gegenstand keinen Bezug habend).

Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo. Constantinopoli, 30. die Junij, Anno Domini 1564.

Sacratissimae Maiestatis Vestrae etc.

Obedientissimus Seruitor.

Albertus de Wyss.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati, Domino meo Clementissimo.

CCCCLXXXIII.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impèratul Ferdinand I.* despre decapitarea lui Tomşa-Vodă. 1564, 30 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Albertus de Wyss.

Respondet ad literas Caesareae Maiestatis de undecima Aprilis. — Quod non opus sit mutare rationem mittendi literas per postam Venetam. — Quod exequutus sit mandata in negocio contra Transiluanum, mittit literas ei à Turcha scriptas. — Expectari à Maiestate sua 90 M.(1) *ducatorum ratione muneris honorarij. — Tuschas libenter acceptaturos Taleros pro auro.—De negocio Hispanico.—De eliberatione Ioannis Crusitz.— Deliberatio Turcae super seditione Turcharum finitimorum. — Moldauiae quies. — Apparatus Turcharum bellici. — Respondet ad literas de 14 Maij Bebecki negocio. — Aliaque noua varij generis.*

Sacratisime Imperator, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

In Moldauia uidentur esse composita omnia Alexandro in prouintiam restituto, et multis nobilibus atque baronibus è medio sublatis, ipso etiam Thompsa in Polonia decapitato; petijt Alexander ad Corporis sui custodiam ducentos Janizeros sclopetarios, qui statim fuerunt ablegati, sed coecus ille Princeps sibi et toti provintiae exitium accersiuit. Turcae enim, qui soli dominari et cuncta regere laborant, cum semel nunc irrepserint, pro suo arbitratu omnia administrare ibidemque sua templa Mahometana aedificare uolent, unde postea nonnisi cum summa difficultate expeli porterunt.

. . . (om) . . .

Constantinopoli, 30 die Juny. Anno Domini 1564.

CC CLXXXIV.

Ordinul *Impĕratului Ferdinand I.* către *Consiliul aulic al Ungariei* în cestiunea expulsării boierilor moldoveni refugiaţi prin Polonia. 1564, 13 Iulie,

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Pro Consiliarij Hungaris.

Cum Sacra Caesarea Maiestas dominus noster clementissimus rursus acceperit Literas à Capitaneo suo Cassouiensi magnifico Francisco Zay, quibus significat magnum

1) Nach einer Notiz des Wys galt damals ein Dukaten in Gold ungefähr, jedoch nicht mehr als 60 Aspern.

Valachorum Moldauiensium numerum qui propter saeuitiam Alexandri Vaiuodae in Poloniam fugerant, nunc ex Polonia propter metum serenissimi Regis Poloniae in Hungariam venisse, et per ipsum Zay ac Melchiorem Balassam in oppido Nemethij collocatos esse, visum est proinde sacrae Romanorum, Hungariae ac Bohemiae etc Regiae Maiestati, dominis Consiliarijs Hungaris communicandas, et opinionem ac sententiam eorum exquirendam esse, Caeterum Maiestas sua iudicat non consultum esse, quòd Moldauis illis in ditione Maiestatis suae habitandj locus concedatur, cum quòd res plena sit periculi propter inconstantiam gentis, tum etiam quòd verendum est ne Turcharum princeps id aegerrimé ferat, et contra conditiones pacis fieri interpretetur. Ideoque Maiestas sua iam ea de re ad praedictum Zay mandata dedit, postulatque ut domini Consiliarij Hungari quid ipsis videatur, primo quoque tempore Maiestati suae regiae declarent, exequuturi in eo bene gratam Maiestatis suae voluntatem. Decretum die 18 July 1564.

CCCCLXXXV.

1564, 18 Iulie. Scrisórea lui *Zápolya* cătră *Sultanul* despre intenţiunea Imperialilor de a zidi o fortăreţă.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Exemplum literarum Transyluani ad Principem Turcharum, traductarum ex Turcico in latinum sermonem.

Potentissime Imperator, domine et benefactor clementissime. Ea quae Magnitudo Vestra ante paucos dies per literas mihi nunciauit, in omni humilitate intellexi. Hoc unum sciat Magnitudo uestra, quod ego, quamdiu uixero, Magnitudini uestrae quàm fidelissime inseruire constitui. Magnitudini uestrae humiliter significamus quod nunc denuò Germani unum fortalitium inter duas nostras arces Hust et Munchaz aedificare conantur, nos uerò Regnum nostrum Magnitudinis uestrae tributarium defendere constituimus atque in hoc omnibus uiribus elaborare conabimur, nam si dictum fortalitium à Germanis erigeretur, tunc de Regno nostro et nobis prorsus actum esset, propterea hanc rem Magnitudini Vestrae fideliter notificamus, et si forsitan Germani Magnitudini Vestrae aliter declarabunt et me in excelsa porta accusabunt, ne illis fidem adhibeat, nam aduersarij nostri cum Magnitudine uestra et nobiscum uersipelliter agunt.

8. die mensis Iulij Franciscus Zay Capitaneus Cassouiensis omnes suos exercitus congregauit et unà cum Alberto Laschi fratrem defuncti Despotae in Moldauia restituere constituit; dictus Albertus Laschi habet apud se multos milites Polonos, et si se cum Germanis coniunxerint, proculdubio in Moldauiam irrumpet et Alexandro Vaiuodae magnum damnum inferet, quamobrem Magnitudo uestra his incommodis tempestiuè prouidere dignabitur, nos quoque hac de re Alexandrum Vaiuodam per postam certiorem reddidimus, ne idem infortunium ipsi eueniat quod superioribus annis contigit.

Praeterea Magnitudini uestrae quam humilime supplicamus, ut suam erga nos clementiam declarare et Georgium Bebeckum nobis donare dignetur, nam fidem nostram interponimus, ipsum, quam diu uixerit, Magnitudinis uestrae fidelissimum mancipium fore, et fortassis alij Barones Hungari eo clementiae exemplo commoti ad nos deficient. Deus optimus maximus Magnitudinem Vestram quam foelicissimè conseruare dignetur. Datae Albae Iuliae 18. die mensis Iulij Anno 1564.

CCCCLXXXVI.

Scrisórea Regelui *Maximilian* cătră *Sultanul* în cestiunea păstrării relaţiunilor de bună vecinëtate. 1564. August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Principi Turcharum. — Maximilianus etc.

. . . (om) . . .

In hunc autem euentum arbitramur valde necessarium fore, quòd Serenitas Vestra illico ad omnes Beglerbeghos, Sanziackos et praefectos suos passim in Hungaria, Dalmatia et Croatia existentes, necnon ad filium Serenissimi quondam Regis Ioannis et Vaiuodas Moldauiensem et Transalpinensem seria ac firmissima mandata expediat, ut pacem deinceps etiam sanctè et inuiolatè obseruent, quoniam non desinunt pacem multis modis quotidie violare, et in ditione nostra hostiliter grassari, prout Serenitatem Vestram, quando mittemus munera, de assiduis et intolerabilibus eorum iniurijs ac violentijs latius edocebimus.

Sic vicissim et nos firmissimè mandauimus et praecepimus nostris Capitaneis, subditis, officialibus et militibus, ut contra pacis conditiones subditos, milites ac ditionem Serenitatis Vestrae non turbent neque molestent, sed et ipsi pacem sincerè colant, non praetermissuri à delinquentibus et transgressoribus huiusmodi mandatorum nostrorum debitas penas sumere.

. . . (om) . . .

CCCCLXXXVII.

Scrisórea *Sultanului* cătră *Zápolya* în cestiunea fortăreţei proiectate de Imperiali şi a expediţiunii plănuite de Laszky contra lui Alexandru-Vodă. 1564, 22 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Traductio literarum Principis Turcharum ad Transiluanum datarum 22 die Augusti.

Cum excelsum mandatum nostrum ad te perueniet, notum sit tibi, quod ad excelsam portam nostram per literas nunciaueris, qualiter Germani in tua ditione fortalitium erexerint, unde tibi et nostro Regno quamplurimum nocere queant; significasti etiam, quod in partibus Cassoviae et Poloniae milites congregentur, qui Alexandro Vaiuodae Moldauiae, nostro mancipio, bellum inferre cogitent; haec omnia clare intelleximus, propterea seria mandata dedimus Passae Budensi et Passae Themesiensi, ut, si hostes nostri contra Alexandrum aut contra te quicquam moliti fuerint, nobis statim uenient auxilio. Misimus etiam literas Regi Maximiliano, ut, si conclusam cum patre suo amicitiam uelit habere ratam, ut ab omni uiolentia abstineat et inxta pacis Capitu-

lationes pacifice uiuat, neque te neque amicos nostros molestet, nam tuum regnum est nostrum tributarium, neque patiemur unquam, ut inimici nostri aliquod in eo fortalitium aedificent; tu uero prudenter uigila et Regnum nostrum diligenter custodi; nostri uero Beglerbegi et Sanziacki nunquam tibi deerunt, sed caue ne absque magna necessitate illos accersiri facias, sed, si inimici nostri contra te praeualuerint, tunc ab illis auxilium poscere debeas, nam alioquin tota prouintia nostra à nostris militibus deuastaretur, et miseri coloni suis fortunis atque bonis spoliarentur, milites autem tuos habeas in procinctu, neque fortalitium uel castrum aedificari permitte; habe in memoria fidelitatem tui patris, qui nobis fidelissime seruiuit, nos promissam erga te clementiam ad declarandum sumus promptissimi.

De negocio limitum et uillarum communium scripsimus Beglerbego Themesiensi, ut uideat, si aliqua abs te sunt occupata, sibi restitui iubeat et praecaueat, ne ijs villis, quae in tua potestate sitae sunt, uiolentiam inferat.

De negocio uero Ciuitatis Debrezen tibi antea mandauimus, ut tuos inde milites abducas, quoniam dicta Ciuitas in nostro Imperiali registro inscripta est, nunc uero denue tibi mandamus, ut, si nondum tui praefecti atque milites inde discesserint, statim eos reuoces ac citissime de hac re nos certiores reddas.

De libertate Bebecki, quod intercessisti, hoc scias, quod erga fideles subditos nostros nostram Clementiam semper declarabimus, quod uerò Bebeckus hactenus non sit liberatus, sunt multae causae, de quibus nunc non est tempus scribendi.

De nouitatibus, quas ex omnibus partibus habueris, solita tua fidelitate nos semper certiores reddas, hoc scias signoque nostro Imperiali fidem adhibeas.

CCCCLXXXVIII.

1564, 10 Octom. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră Impĕratul *Ferdinand I.* despre îngerenţele Poloniei în afacerile Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss.

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

. . (om) . . .

Sexta Septembris venit Constantinopoli cum satis magno atque honesto Comitatu Regis Poloniae Orator, Georgius Jaslouezky appellatus, qui bona sua dicitur habere in Podolia atque Moldauiae confinijs. Die 13. dicti mensis accessit ad Haly passam ac deinde 19. die accersitus fuit in publicum Diuanum, attulit secum aliquot coppas aureas, horologia et fasciculos pellium Zebellinarum, venit placandi principis causa, qui non parum offensus erat propterea quod superiori anno Rex Poloniae negocijs Moldauiensibus et Demetrij sese immiscuisset. Vltima Septembris traiecit in Asiam, ut Sol-

thanum Selinum inuisat, petijt auxilia contra Moscouitas, contra quos princeps Turcharum fertur missurus Regi Poloniae in subsidium Tartaros Procopienses.

. . . (om) . . .

. . . Constantinopoli, decima die mensis Octobris, Anno Dominj Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae.

Obedientissimus seruitor.

Albertus de Wyss.

CCCCLXXXIX.

Scrisórea lui *Zápolya* cătră *Sultanul*, cerênd ajutor contra Imperialilor. 1564, 17 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Beilage zum 15 Nov. Alb. Wyss Bericht 1564.)

Exemplum literarum Transyluani ad Principem Turcharum alltarum 28. die Octobris 1564.

Potentissime Imperator, domine ac benefactor clementissime. Omnes nouitates et ardua negocia nuper Magnitudini uestrae significaui et contra hostes meos auxilium petij, quod tunc mihi concessit; post ea uero Synam Chiausium per postam ad nos misit cum serijs mandatis, quoniam nullas Germanorum copias in Hungaria esse intellexerit, ut ego quoque ab armis discendam et pacifice domi maneam et propterea milites Magnitudinis uestrae nulla mihi auxilia subministrant. Ego Magnitudini uestrae hoc unum affirmare possum, quod, qui talia Magnitudini uestrae nunciauit, quicunque sit, ille ueritatem non retulerit, nam multa Germanorum millia Maximilianus contra nos in Hungariam misit et itinere uix quatuor dierum à nobis absunt et mecum prelium inire constituerunt, quapropter supplico Magnitudini uestre, ut subito per postam ad Passas Budensem et Themesiensem mandata expedire dignetur, ut statim sese moueant et mihi in auxilium ueniant, alioquin de me et de Regno meo actum erit. Maximilianus adhuc est Pragae occupatus cum exequijs paternis, ubi habet etiam dissensionem cum suis subditis; posteaquam cum illis transegerit, in persona contra nos exercitum mouebit. Oro Magnitudinem uestram, ne Maximiliano uel eiusdem Legato Constantinopoli fidem adhibeat, quia simulanter cum Magnitudine uestra agunt, et mihi credat Magnitudo uestra, quod munera honoraria nunquam uenient; Magnitudo uestra etiam mandet Alexandro Moldauiae Vaiuodae, ut nobis succurrat et milites suos quamprimum mittat, ego confido in sola Clementia Magnitudinis uestrae, et omnium principum Christianorum amicitiam postposui, et post Deum quam fidelissime Magnitudini uestrae adhaerere constitui. Datae in castris nostris, 17. Octobris 1564.

CCCCXC.

1564, 3 Noemv. Rĕspunsul dat de *Sultanul* lui *Zápolya* în cestiunea ajutoruluĭ cerut contra Imperialilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Beilage zu Alberts Wyss Bericht dd^o 15 Nov. 1564.)

Exemplum literarum Principis Turcharum ad Transyluanum datarum tertia die Nouembris.

Cum nostra excelsa mandata ad te peruenient, notum sit tibi, qualiter per tuum hominem Theodorum Rassianum literas ad nos misisti, quibus significasti, Germanorum copias peruenisse in Hungariam et tecum confligere uelle, ob quam causam auxilium à nobis petijsti, omnia quaecunque scripsisti, clare nobis sunt declarata et propterea nunc ad te remittimus tuos Legatos una cum Solimano Chiaussio, ut per eosdem animi nostri sententiam intelligas, nam per dictum Chiaussium misimus seria mandata ad Passam Themesiensem, ut, si necessitas postulauerit, absque omni mora tibi proficiscatur in auxilium hac tamen conditione, si Germani te opprimere uoluerint, alioquin ut pacifice in tuo Regno uiuas uolumus, tu uerò cum praefato Passa Themesiense et reliquis Sanziackis nostris mutuam intelligentiam habeas, et prudenter te geras, ne aliqua tibí à tuis proditio contingat. Nos expectabimus, si ante natiuitatem Christi munera à Maximiliano uenerint iuxta ipsius promissa, ut, quid nobis tunc agendum sit, decernere possimus; Tu uerò iuxta tuam promissam fidelitatem omni tempore de nouitatibus ad excelsam portam nostram perscribas et diligenter ea quae in partibus Maximiliani geruntur, notifices, idem mandauimus Passae Budensi, ut diligenter inquirat an munera uenient uel non, quod si nos uana spe produxerit, tunc eidem statim iubebimus ut tibi sit auxilio. Hoc scias signoque nostro Imperiali fidem adhibeas.

CCCCXCI.

1564. Scrisórea lui *Georgiu Bebeck* cătră *Halyl-Paşa* în cestiunea punerii sale în libertate.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Zweite Beilage des Wys'schen Berichtes dd^to 6. Mai 1564.)

Traductio latina literarum Georgij Bebeckij ad Hally Passam quae ex lingua Hungarica per Murhatbeg Interpretem traductae fuerint in sermonem Turcicum et praesentatae 23 die Aprilis.

Illustrissime domine, ago immortales gratias Illustrissimae Dominationi uestrae quod suam clementiam erga me miserum mancipium declarare et ex captiuitate maris

nigri educere sit dignata, pro quo beneficio Deus omnipotens Principi Turcharum longam et foelicissimam uitam concedere atque omnes inimicos pedibus ipsius subijcere et Illustrissimae Dominationi Vestrae omnia prospera largiri benignissime dignetur. Illustrissimam dominationem uestram arbitror benè esse memorem quod superioribus mensibus mihi nunciauit ut negocium libertatis meae differrem donec Alexander Vaiuoda in Moldauiam restitueretur, quod tunc illud ad optatum finem clementer perducere uellet supplico igitur Illustrissimae Dominationi Vestrae ut mei humilimi serui misereatur et absque prorogatione iuxta spem mihi factam nunc tandem liberum hinc discedere patiatur, nam si longior mora interposita fuerit, periculum erit ne mei seruitores et Officiales in desperationem adducti ex bonis meis uxorem et familiam meam ejiciant et à Principe Turcharum et Transsyluano abalienentur et aduersarijs adhaereant, postea neque Principi Turcharum neque Transsyluano seruire potero omnia quae ego promisi bona fide praestabo et arces meas, uxorem atque familiam totam in manus Transsyluani tradam. oro igitur ut me cum aliquo suo fidele Chiaussio ad Transssyluanum mittat ut ibidem detinear captiuus donec promissa adimpleuero et Castra mea Transsyluano consignari cura. uero. quamdiu Deus uitam mihi concesserit, ego Principi Turcharum et Transsyluano fidelissime seruiam et si sinistro animo aliquid egero aut cogitauero et promissis non stetero, Deus omnipotens me male perdat, et nunquam mihi suam gratiam largiatur, in Illustrissimae dominationis uestrae promissam gratiam me suppliciter commendo.

CCCCXCII.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul* despre neîncrederea lui Halyl-Paşa faţă cu ştirile sosite la Pórtă asupra pregătirilor făcute de Imperialĭ. 1565, 15 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati etc. Domino meo Clementissimo.

(Von innen :)
Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

Venerunt etiam his diebus Vaiuoda Moldauiensis internuncij qui conquesti sunt ex Hungariae partibus magnum exercitum descendere Moldauiam uersus, quorum figmentis Hally passa neque aures praebuit, neque fidem adhibuit . . . .

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae etc.

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

CCCCXCIII.

1565, 23 Ianuar. Scrisórea lui *Mihail Cernoievici* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre ştirile privitóre la expediţiunea proiectată contra lui Alexandru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

A La Sacratissima Maiesta Cesarea signor mio Clementissimo.

Sacratissima Cesarea Maiesta.

Ali di detto Haly Bassa me mando à dir che douesse andar à dormir de notte à casa mia, et io andai et essendo due hore di notte uene uno Chiaus mandato dal ditto Haly Bassa qual mi disse de parte sua, che io douesse uestir qualche uestimento non conosciuto et me portò uno Tulbant che loro portano in testa che megli mettesse in capo e che con quello Chiaus senza seruitor douesse andar dal Bassa et cosi io andai et quando fui in sua presentia, si leuò in piedi et ridendo disse che me haueuo fatto Turcho, poi me fece sentar appresso et mandò fuora de la Camera tutti li suoi et mi dette sacramento che io non dicesse à persona nata ch'io era stato cosi da lui, ne che ad alcuno dicesse quello che me dirà, io giurai de non dir niente, et così prima me dimandò se la Maiesta Vestra Cesaria era per mantenir la pace delli otto anni ouero solamente qualche anno fino che accommoda le sue cose et poi vorra guerra con il Gran Signor. Io gli rispose che s'il Gran Signor mantiene quelo ch'ha promesso, la Caesarea Vestra non manchara della sua promessa. Dapoi disse che quel di haueua hauto noua d'Alexandro Vaiuoda di Moldauia come Melchior Balassa con la metta dil suo exercito ch'era in Cassouia era partito da Cassouia et era per andar in Moldauia per cazziar Alexandro ditto di quel logo et metter uno parente del Despota in quel logo per essergli stato cosi commandato dala Maiesta Vostra Caesarea. Io gli rispose che questo non poteua esser ne mai se trouava che la Caesarea Vostra Maiesta facia tal cosa, ma che questo era calumnia dil Transsiluano, qual per ogni modo s'ingegna d'impedir questa bona pace. Disse il Bassa, che potria esser mancho io, credo che l'Imperator facesse tal cosa. Da Constantinopoli adj XXIII. di Genaro. MDLXV.

De la Maiesta Vestra Cesarea

Vmilissimo Seruitor

Michele Zarnoeuichus, m. p.

CCCCXCIV.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impĕratul* despre uneltirile lui Alexandru-Vodă contra păcii. 1565, 23 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Albertus de Wyss orator apud Turcham.

Relatio eorum quae diuersis vicibus ante et post aduentum Eduardij de Prouisionalj apud Haly passam egit. — De Bebecko. — De morte Albani. — De falsis Moldaui querelis contra Caesaream Maiestatem.

Sacratissime Imperator, Domine clementissime.

. . (om) . .

Porrò ante quatriduum venit tabellarius ab Alexandro Vaiuoda Moldauiae, qui literas attulit ad Hally passam, quibus perscriptum erat, Maiestatem Vestram diuersis in locis duos habere exercitus, alterum in confinijs Hungariae et Poloniae, qui per Poloniam transire atque filium cuiusdam Vaiuodae Transalpinensis in Moldauiam expulso Alexandro restituere cogitet, Alterum vero in partibus Cassouiae, qui in Transsiluanum impetum facere praetendat, cuius rei gratia denuo Hally passam inuisimus et has calumnias ita confutauimus, ut ultro diceret Moldauiensium et Transsiluanorum figmentis non exhiberi aures; nos quidem non negauimus à Maiestate Vestra in Hungariam mitti milites, sed non in detrimentum principis Turcharum, verum ad defensionem suae ditionis, quam Transsiluanus continuis grassationibus aperto Marte contra omnem aequitatem et principis mandata molestare non desinat; Quibus verbis tunc acquieuit. . . .

. . . (om) . . .

Constantinopoli 23. die mensis Ianuarij, Anno Dom. 1565.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae

Obedientissimus seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

(Praesent. 13. Martij.)

CCCCXCV.

1565, 24 Martie. Hrisovul lui *Alexandru-Vodă* în cestiunea succesiunii celor cinci fii ai săi.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Gratia Dei Omnipotentis eiusque sacratissimae misericordiae auxilio, atque magnifica Celsitudine invictissimi Imperatoris Turcarum Soltani Solimani cum supremis Palatinis sive Bassis Illustrissimis, suae celsissimae portae: Alexander Palatinus terrae Moldaviae electus atque constitutus.

Significamus praesentibus literis nostris verumque ac fidele testimonium universis et singulis perhibemus pro filiis meis legitimis quos mihi DEUS Summipotens dare donareque dignatus est, utpote pro Bogdano Stephano, Iwanasko, Ilia, Petro et Constantino. Quorum quidem filiorum si aliquis post decessum meum ex hac vita longius Deo adiuuante aura vitali spiraverit neque de Avitalitate nostra propria terra Moldavia discesserit sed caput suum ad Illustrissimam Portam ad pedesque Serenissimae Celsitudinis Imperatoris Turcarum declinauerit qui pro tunc DEO AUTORE regnaverit cum Supremo Bassa suae Serenissimae Caesareae Maiestatis. Oro supplex maiorem in modum ut sua Serenissima Maiestas Imperatoris Turcarum hisce filiis meis sit clemens, misericors eique Avilitatem ipsiius terram Moldaviae tradere dignetur qui dignus repertus fuerit famulari eius Serenissimae Portae ita sicuti ego ipse ad vitae meae terminum suae Celsiss: servivi. Sin vero ad Celsissimam Portam suae Serenissimae Caesareae Maiestatis huic filio meo aditus non patuerit, et idem ad exteras nationes sese contulerit caputque suum cum precibus declinaverit ad Celsitudinem Sacrae Caesareae Maiestatis Austriae, vel ad Serenissimum Regem Poloniae vel Regem Franciae Regem Angliae vel ad Duces Venetiae quiqunque pro tunc superstites fuerint suorumque Regnorum sceptra tenuerint. Ego ALEXANDER PALATINUS MOLDAVIAE peto obnixe summisque precibus efflagito omnes et singulas Serenissimas Celsitudines Vestras, ut hisce filiis meis misericordiam, gratiam, demum clementiam, velitis declarare, pro eisque non recusetis intercedere ac illis ipsis gratiam et favorem comparare apud Serenissimum Imperatorem Turcarum et supremos Bassas qui pro tunc in vivis fuerint, ut hisce filiis meis supra nominatis possessionem Avitalem terram nempe Moldaviae velint concedere ad possidendumque tradere quam mihi Deus omnipotens donaverat et tribuerat auxilioque Serenissimi Regis Poloniae hoc Imperium Moldaviae me possidere fecit, pacemque mihi fecerarant (sic) supra nominati Serenissimi Reges. Sed DEUS qui caelum terramque creavit oro supplex ut sit propitius Celsitudini Vestrae vobisque omnibus in longa tempora hac vitali aura concedat frui salvosque ac incolumes Amplitudines Vestras diu velit conservare. In quarum rerum supra scriptarum fidem ALEXANDER PALATINUS MOLDAVIAE eiusque Illustrissimi primi Senatus, Dominus Zbiara supremus Curiae Marschalcus, Dominus Dimitro Dux causa evidentioris testimonii Sigillum principatus nostri Moldaviensis praesentibus literis appendimus et manu propria ALEXANDER PALATINUS subscripsimus ръка ꙗласка александрꙋ воеводъ писах Datum de Civitate IAsy Die vigesima quarta Mensis Marcii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto.

CCCCXCVI.

Raportul lui *Cernovievici* cătră *Impěratul Maximilian II.* despre un pribég ce se pretinde frate al lui Despot-Vodă. 1565, 29 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Michael Zernouitz.

Allatas esse Passae Budensi literas Serenissimi Archiducis Caroli. — Auxilia missa à Passa Budense ad Sanziackum Zolnocensem, et numerus militum Passae Themesiensis. — Pactatio redemptionis Aiackesitzij. — Eliberatio Georgij Bebeck. — Figmenta cuiusdam fugitiui qui se vocat fratrem Despotae. — Practica Valentini Magyar.

Sacra Cesarea Maiestà Signor mio clementissimo.

. (om) . . .

Alla mia venuta qui trouai uno ch'e fugito dal campo della Caesarea Vestra Maiesta et dice ch'e fratello del Despott et che la Caesarea Vestra Maiestà gl'haueua dato 4 m. caualli et 6 m. pedoni, ch'occupi la Moldauia, et che se facia Signor di essa, ma che lui poi pensato meglio alli casi suoi era fugito et voleva andar al gran Signor, et che diria tutto quelo pensa a la Caesarea Maiestà al gran Turcho, perche lui era stato in tutti li conseglij secreti. Il Bassa gl'ha fatto honor, et alli 26 di questo per le poste lo mandò à Constantinopoli.

. . . Da Buda adi 29 Marzo 1565.

Dela Maiesta Vestra Caesarea

Vmilissimo et fidelissimo seruitore

Michel Zarnouichus Macedonico, m. p.

CCCCXCVII.

Impěratul Maximilian II. însărcinéză pe *Albert de Wyss* să desmintă la Pórtă știrile scornite de pretinsul frate al lui Despot-Vodă. 1565, 4 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Oratori apua Turcas. — Maximilianus Secundus etc.

Nobilis fidelis nobis dilecte. Cum ex bono loco intellexerimus uenisse praeteritis diebus Budam profugum quendam, qui se dicat fratrem quondam Despotae, atque a nobis quatuor millibus equitum et sex millibus peditum ad occupandam pro se Moldauiam instructum fuisse falso iactitauerit, eumque à Passa Budense ad portam Imperatoris Turcharum per dispositos equos missum, ut ibi arcana quodam consilia nostra, quibus homo temerarius et imprudens se interfuise fingit, patefaciat, Nequaquam praetermittere potuimus quin te illico ea de re certiorem redderemus, non expectato aduentu

Michaëlis Zernouitz, qui iam Budam appulit atque in horas huc uenturus est, nimirum quod nos hominem non nouimus neque de eo quippiam unquam audiuimus, quin etiam nesciuimus fratrem aliquem ipsius Despotae viuere, tantum abest quòd tali homini tantum militum numerum concederemus, qui nimirum nullam vel unquam de Moldauia occupanda cogitationem suscepimus, sed potius praefectis nostris iam saepius firmissime inhibuimus, ne cuiquam aliquid tale contra Moldauiam molienti consilium vel auxilium praestent, Itaque tibi gratiosè iniungimus ut Serenissimum Imperatorem Turcharum vel supremum eiùs Consiliarium Halij passam de mente nostra quam primum informare studeas, eos adhortando ne talibus figmentis fidem tribuant, et si quid inde sinistrae suspitionis concepissent, id protinus abijciant, facturus in eo benegratam et expressam voluntatem nostram. Datum Viennae die 4. Aprilis 1565.

CCCCXCVIII.

1565, 7 Aprilie. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Maximilian II.* despre plângerea făcută de Alexandru-Vodă la Pórtă în cestiunea pretinsului pretendent.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati etc. Domino meo Clementissimo.

Sacratissime Imperator domine Clementissime.

. . . . *(Der Anfang behandelt zur Sache nicht Gehöriges)* . . . .

Conquaestus est etiam Alexander Vaiuoda Moldauiae in Maiestatis Vestrae exercitu esse multos Moldauienses profugos unà cum quodam veteratore qui se dicat verum et legitimum Moldauiae haeredem et prouinciam sibi uindicare cogitet. Quae res Bassis, Visirijs ut sunt suscipiosi magnum scrupulum iniecit. Caeterum furor il quo ab initio post expugnationem arcis Tockaj feruebant omnia factus et Sacratissimae Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo. Constantinopoli, Septimà die Mensis Aprilis, Millessimo quingentesimo sexagesimo quinto.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae etc.

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p

CCCCXCIX.

Raportul lui *Francisc Zay* către *Impèratul Maximilian II.* despre moldovenii refugiați la Sătmar și despre disposițiunile lor. 1565, 9 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Imperatoria Maiestas, Domine, Domine clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Sacratissimae Maiestatis Vestrae humillimam commendationem. Accepi nuper literas Sacratissimae Vestrae Maiestatis de Valachis Moldauiensibus, ex quibus literis Sacratissimae Maiestatis Vestrae etiam intellexi Serenissimum Regem Poloniae Sacratissimae Vestrae Maiestati fuisse couquestum, ne illi in Moldauiam redituri cum quodam Bogdano, per fines regni Serenitatis eius iter facerent. Sacratissime Imperator. Ego nunquam intellexi eos absque scitu et uoluntate Sacratissimae Vestrae Maiestatis quidquam mouere uel attentare praesumpturos. Quod ipsimet in eorum ad Sacratissimam Maiestatem Vestram proximè datis literis itidem perscripsisse ultro confitentur, ex quibus Sacratissima Maiestas Vestra animum eorum clementer intelliget. Dicunt enim in uoluntatem et clementem protectionem Sacratissimae Vestrae Maiestatis sese submisisse, et a Vestra Sacratissima Maiestate expectare omnem eorum fortunam. Quod, etiam Si non facerent, Ego tamen absque scitu et Voluntate Sacratissimae Maiestatis Vestrae, eos quoquam ire non permisissem. Quod autem ad Bogdanum attinet, ego nunquam audiui eum id animi habere ut in Moldauiam proficisceretur. Sed dixit mihi se nunc de Stipendio Corponensi uenisse, ut hic in castris Sacratissimae Maiestatis Vestrae Stipendium habere posset. Ob quam rem dicit se Maiestatem Vestram Sacratissimam aditurum, non ut in Moldauiam proficisci velit, nisi id cum scitu et ex gratiosa Saeratissimae Vestrae Maiestatis Voluntate esset facturus. Id Sacratissimae Maiestati Vestrae humillimè significare habui. Deus Optimus Maximus conseruet Sacratissimam Maiestatem Vestram diu sanam et foelicem. Ex Zathmar, Die 9. Aprilis. 1565.

Eiusdem Sacratissimae Maiestatis Vestrae

Fidelis et humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer, m. p.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Germanie, Hungariae, Bohemiae etc. Regiae Maiestati, Domino Domino Clementissimo.

D.

1565. 18 Aprilie. Raportul lui *Francisc Zay* cătră *Impèratul Maximilian II.* despre încercarea făcută de Bogdan-Vodă spre a intra în Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Imperatoria Maiestas, Domine, Domine clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Sacratissimae Vestrae Maiestatis humillimam commendationem. Quemadmodum Sacratissimae Maiestati Vestrae antea significaueram, me iuxta clementem Sacratissimae Maiestatis Vestrae iussionem operam daturum, ne Valachi profugi absque scitu et expressa Sacratissimae Maiestatis Vestrae uoluntate quoquàm mouerent. Credere dignetur Sacratissima Vestra Maiestas in eo me omnem adhibuisse diligentiam. Sed ne prius ab alio quàm ex me Sacratissima Vestra Maiestas intelligeret qui casus acciderit, Sacratissimae Maiestati Vestrae eum humillimè significare Volui. Cum Boghdanus ille relicto seruitio Sacratissimae Maiestatis Vestrae in Oppido Corpona, huc aduenisset et hic quaereret seruitium, id quod Generoso et Magnifico domino Lazaro de Schuendi, Supremo Capitaneo Germanici exercitus Sacratissimae Maiestatis Vestrae bene constat, et seruitium datum ei hic non esset, tali dolo nobiscum egit. Quòd cum aliquibus plebeis Valachis clandestina conspiratione per eum habita, die lunae proximè praeterito, ex pago in quo simul cum eis fuit, intempesta nocte eum diem praecedente, ante diluculum consurgens iter arripuit, nonquidem per Poloniam qua olim Despotus Moldauiam ingressus fuerat, sed per montes proximos ad Riuulum Dominarum Transiluaniam uersus. Qua re cognita ego confestim eos insequi feci ab omnibus partibus tam per Equites quàm pedites, alios ut eos anteuertant et eis iter praeoccupent, alios autem Vt eorum uestigijs insistentes, eos consequantur, quacumque iter uerterint. Isti principaliores Boiari, sine quorum scitu ea fraus contigit, et omnes hic remanserunt, cum eos incusarem esse in causa ac praesciuisse; plorant, et in coelum manus leuantes eiulant se decidisse ex gratia Sacratissimae Maiestatis Vestrae, in qua omnem spem et Salutem eorum posuerant, nihil spei amplius aut quò iam capita uertant quicquam sibi superesse propter improbitatem stulti et dolosi illius hominis, Sed prorsus iam desperati sunt miseri, propter futuram Sacratissimae Maiestatis Vestrae indignationem, nisi illi fugitiui simul cum Bogdano reducantur. Speramus quod hodie fortassis usque ad uesperum, aut cras manè certius intelligam. Id nunc Sacratissimae Maiestati Vestrae fideliter ac humillimè, utque ingenué fatear, non sine ingenti dolore et perturbatione animi mei, tamen significare me oportere existimaui. Deus Optimus Maximus Sacratissimam Maiestatem Vestram conseruet sanam et foelicem. Ex Zathmar. 18. Aprilis 1565.

Eiusdem Sacratissimae Maiestatis Vestrae

fidelis ac humilis Seruitor

Franciscus Zay de Chemer, m. p.

Post-scripta. Quemadmodum dixi me hodie fortè ad uesperum usque intellecturum quomodo continget de illo pessimo homine Bogdano, intellexi ex scriptis domini Andreae Kielman ad Magnificum dominum Supremum Capitaneum Germanorum de Riuulo dominarum datis, Quod dominus Valentinus Bamffy quem ad insequendum

illum miseram, eum sit adsecutus, ac eum profligauit, ipse quidem Boghdanus solus euasit maximè uulneratus, alij autem qui cum eo fuerunt, partim occisi sunt, reliqui capti ducuntur, ita quòd conatus illius nequam hominis in nihilum sint redditj.

Aufschrift: Sacratissimae Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. Regiae Maiestati Domino Domino Clementissimo.

DI.

Instrucţiuni date de *Impèratul Maximilian II.* ambasadorului *Albert de Wyss* în cestiunea ştirilor respândite cu privire la Moldova. 1565, 23 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Alberto de Wyss. — Maximilianus etc.

(Der Anfang handelt von türkischen Angelegenheiten im Allgemeinen. Am Schlusse heisst es:)

Postscripta. Transmittimus tibi exemplum literarum quas proximis diebus de fugituis quodam Moldauo ad te scripsimus ut si literae illae perirent, tu saltem nunc voluntatem nostram cognoscas; uisumque nobis est adiungere informationem de conditione et qualitate illius hominis à supremo Germanici exercitus nostri Capitaneo Lazaro de Schwendy allatam nec non copiam aliarum literarum Capitanei nostri Cassouiensis Francisci Zay de Chemer, quibus scripsit quid nuper primum Moldauus quidam attentauerit, quibus facile poteris refellere calumnias maleuolorum qui Serenissimo Imperatori Turcharum et Passis eius persuadere conantur, nos de turbando praesentj Moldauiae statu consilia agitare, cum id ne in mentem quidem nobis hoc tempore venerit.

DII.

Ordinul *Impèratului Maximilian II.* către *Francisc Zay* în favorul boierilor moldoveni, care n'au luat parte la întreprinderea lui Bogdan-Vodă. 1565, 27 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg din Viena.)

Francisco Zay. — Maximilianus secundus etc.

Magnifice fidelis nobis dilecte. Redditae nobis fuerunt eodem tempore ternae literae tuae ad nonam decimam quintam et 18. uertentis mensis datae, Vbi in primis

clementi animo cognouimus diligentiam quam adhibuisti in perquirendo Turca illo captiuo Osmanno, dequo tibi antehac mandatum dederamus.

Quod autem attinet ad turbulenta consilia Bogdani illius qui nuper conatus est cum certo gregalium suorum numero in Moldauiam penetrare, ac praesentem illius prouinciae statum et quietem conturbare, non potuerunt nobis istius modi intempestiui et temerarij illius conatus non uehementer improbari, quia haud dubiè nouas molestias nobis peperissent, quandoquidem Turcharum princeps, qui ferre non potest hunc quem ipse ibi collocauit Waywodam ejici, suspicatus esset talia nostro instinctu et auxilio fieri. Quare laudamus diligentiam tuam quam in persequendo illo te scribis praestitisse, et libenter intelleximus illum profligatum fuisse, Volumusque, ut qui ex illius societate capti sunt in exemplum et terrorem aliorum merito supplicio afficiantur, alijs tamen Moldauis Boiarijs, qui huius delicti non fuerunt complices, nec culpam ullam eius sustinere comperti fuerint, (de quo diligenter erit inquirendum) nihil propterea molestiae debet exhiberi. Qua de re etiam supremo nostro exercitus Germanici Capitaneo mentem nostram declarauimus. Id quod te scire uolumus. Datum Viennae 27. Aprilis 1565.

DIII.

1565, 2 Maiŭ. Scrisórea *Impèratului Maximilian II.* cătrâ *Sultanul Soliman*, încredințându-l despre intențiunile sale pacînice.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Von aussen:)

Serenissimo Potentissimo Principi Domino Swlthano Solimano Imperatori Turcharum, ac Asiae et Graeciae etc. Vicino et amico nostro honorato.

(Von innen:)

Maximilianus secundus diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae etc. Rex, Archidux Austriae etc. etc. Serenissimo et Potentissimo Principi Domino Swlthano Solimano Imperatori Turcharum, ac Asiae et Graetiae etc. Vicino et amico nostro honorato, salutem et omnis prosperitatis incrementum. Serenissime Princeps Vicine et amice noster honorate. Accepimus literas Serenitatis Vestrae, quas proximis diebus ad nos rescripsit, quae eo ipso tempore allatae fuerunt, quo iam apud nos constitutum fuerat seruitorem nostrum aulicum egregium Michaelem Zernouitz ac Serenitatis Vestrae Nuncium egregium Virum Hidait Aga nobis sincère dilectum cum responso nostro in negocio principali hinc expedire, sicuti etiamnum in eo proposito persistimus, atque illos ultra octo dies ad summum hic non detinebimus, de quorum expeditione et aduentu cum nobis uisum esset operae pretium Serenitatem Vestram tempestive certiorem fieri, quandoquidem illi tanta celeritate, quanta solent alij cursores isthuc peruenire non poterunt, praesentem Cursorem rursus isthuc mittendum eademque opera super ijs quae nunc Serenitas Vestra nobis rescripsit pauca quaedam replicanda duximus, quia ad praecauendos grauiores motus ac turbas, et firmandam ac stabiliendam pacem, amicitiam et bonam uicinitatem plurimum habebit momenti Serenitatem Vestram ea sine more intelligere. Scribit uidelicet Serenitas Vestra se postea quam congnovit exercitum nostrum in Transylvaniam uenisse, quibusdam suis praefectis in Graecia mandatum dedisse, ut cum copijs suis ad Beglerbegum Themesiensem proficiscantur, Vnde apparet

Serenitati Vestrae persuasum esse, quod copiae nostrae in ipsam usque Transylvaniam penetrauerint, Nos uerò Serenitati Vestrae affirmamus rem aliter se habere, exercitumque nostrum in Transylvaniam minimè venisse, sed à multis usque mensibus Zackmarij quietè et pacificè sine cuiusquam iniuria iuxta firmissima mandata nostra mansisse atque adhuc manere, operam dando restaurationi loci illius pro Ditionis ac fidelium subditorum nostrorum securitate atque incolumitate, qui etiam dudum isthinc fuisset revocatus, si tot et tam constantes rumores de apparatibus et conatibus praefati Beglerbegi Themesiensis, qui Ditionem nostram hostiliter inuasit et arcem cuiusdam fidelis Viduae subditae nostrae Panckotam expugnauit, et aliorum praefectorum ac militum Serenitatis Vestrae ad nos perlati non essent, et quando potuissemus etiam certi esse nobis ab Illustrissimo quoque Ioanne Sigismundo Duce quondam Regis Joannis filio amplius nihil sinistri expectandum fore; quoniam Serenitati Vestrae iterum atque iterum pollicemur, nos re uera et ex animo propensos esse ad pacem et amicitiam cum Serenitate Vestra colendam, atque cum Serenitate Vestra bona fide ac sincerè, ut decet viros Principes, agere, adeoque exercitum nostrum de caetero quoque aduersus Ditionem et exercitus subditosque Serenitatis Vestrae ultra nihil hostiliter suscepturum, dummodo à praefectis et militibus Serenitatis Vestrae nen provocetur, nec eidem exercitui nostro se ipsos et Ditionem nostram defendendi atque vim ui repellendi necessitas imponatur, tantum abest quod animum habeamus vel Transylvaniam, vel Moldaviam, vel Valachiam, vel quamcunque demum Serenitatis Vestrae prouinciam inuadendi, sicuti colligimus ex dictis literis Serenitatis Vestrae nonnullos esse perfrictae frontis homines, quos non pudet Serenitatem Vestram talibus atque etiam impudentioribus figmentis contra propriam etiam conscientiam obtundere, nostro enim iudicio si Serenitas Vestra hanc opinionem non haberet, procul dubio etiam non iussisset nouas ad dictum Beglerbegum Themesiensem copias ex Graecia proficisci, Id quod nobis sanè praeter omnem expectationem accidit. Non deberet profectò Serenitas Vestra talibus hominibus tam facilè utramque aurem praebere, sed alteram nobis apertam nobis seruare, Neque certè possumus non mirari Serenitatem Vestram tantam habere fidem illis, à quibus iam antea saepius re ipsa comperit, plaeraque sibi dicta et affirmata fuisse, quae longè aliter se habuerunt, quemadmodum etiam illud fuit, quod tam sanctè et constater Serenitati Vestrae asseueratum fuisse audiuimus, nos scilicet nec pacem cum Serenitate Vestra continuaturos, nec munera honoraria ullo unquam tempore missuros. Item illud quod nobis obiecerunt, nos exercitus in Moldaviam mittere, ut eiecto Alexandro, alium ibi Vaivodam constitueremus, et homini alicui obscuro et ignoto, cui nec homo quoque unicus tutò committi posset, exercitum concredere, quod utrumque à veritate alienum fuisse Serenitas Vestra manifestissimè perspexit; quin et hoc putamus constare Serenitati Vestrae falsò nunciatum esse, quòd nescimus quàm ingentes subinde exercitus hoc praeterito tempore in Hungariam expediuerimus, sicuti non dubitamus illos adhuc quotidie non minus absurda ad Serenitatem Vestram perlaturos, quoad senserint huiusmodi eorum nugis locum dari. Praeterea illud etiam in literis Serenitatis Vestrae observavimus, quod ostendit se Beglerbegis et praefectis suis serio inhibuisse, ne quid contra pacem faciant, Verùm id quod saepe dictus Beglerbegus fecit, uti antea demonstratum est, hostiliter oppugnando et occupando arcem Panckotam, literis Serenitatis Vestrae nequaquam congruit. Quapropter summa necessitas exigit, prout etiam à Serenitate Vestra maiorem in modum benevolé postulamus, ut expeditis è uestigio firmissimis mandatis ad dictos Beglerbegos, Sanziackos et praefectos suos, ab omni eos iniuria ac violentia Ditioni et fidelibus subditis nostris inferenda cohibeat, ac nostri et Serenitatis Vestrae Nunciorum aduentum cum benevolo responso nostro aequo animo, uti par est, et mutuae nostrae benevolentiae consentaneum, expectet, atque ad multos annos rectissimè valeat. Datum in ciuitate nostra Vienna die secunda Maij, Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Regnorum nostrorum Romani tertio, Hungarici secundo, Bohemiae vero Decimo septimo.

DIV.

1595. 8 Maiŭ. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre destăinuirile făcute de Carol Despota la Pórtă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

(Aeussere Aufschrift:)
Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati etc. Domino meo Clementissimo.

(Von innen:)
Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

Ad Maiestatem Vestram perscripsi quendam qui post expugnationem arcis Tockay ad Passam Budiensem se contulerat, sexta die Aprilis huc fuisse adductum; is a Bassis Visirijs examinatus dixit se esse fratrem Ioannis Despota anno superiori in Moldauia interfecti et Maiestatem Vestram magnam equitum et peditum copiam illi ad occupandam Moldauiam attribuere uoluisse, sed hanc oblatam conditionem refutasse, ne quid in Principem Turcharum comitteret cuius clementia et beneficio sperabat se dictam prouinciam facile adepturum, Ablegatus est veredarius (1) ad Alexandrum Vaiuodam qui de statu et conditione hominis informationem referat, reseruatur apud chiausium. Audio eum aliquando in Hungaria et praecipue in Eperij partibus fecisse stipendia. De nomine inquisiui quam potui diligentissime et intellexi eum appelari Carolum Despotam, collet multas linguas, Ungaricam, Polonicam, Moldauiensem et Germanicam — — — (Der Rest behandelt Fremdartiges). — — — Sacratissimae Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo. Constantinopoli Octaua die Mensis Maij Anno Domini 1565.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae etc.

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

Duplicatum.

---

1) *veredarius*, Postreiter, Courier.

DV.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Maximilian II.* despre sórta ce i se pregăteşte lui Carol Despota. 1565. 18 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Aufschrift:)
Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati etc. Domino meo Clementissime.

(Text:)
Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

(Zu Ende des Berichtes heisst es:)

De Moldauo illo transfugo nullam apud me Haly Bassa unquam mentionem fecit, ego quoque malum iam fere conditum mouere nolui, latet adhuc apud Chiausium donec de qualitate hominis ab Alexandro Vaiuoda adferatur informatio. Ego arbitror quod aliquando in occulto euanescet, uel quod in mare de nocte praecipitabitur.

Sacratissimae Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo.— Constantinopolj. Decima octaua Die Mensis Maij. Anno Domini 1565.

Sacratissimae Caesarea Maiesti Vestrae etc. Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss.

DVI.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre aruncarea în temniţă alui Carol Despota. 1565, 22 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Aeussere Aufschrift:)
Sacratissimae Romanorum Imperatoriae Maiestati, Domino meo Clementissimo.

(Innerer Text:)
Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

(Der Anfang fremdartig.)

Hesterna die transfuga ille Carolus Despota deductus fuit ad turrim maris nigri ut ibidem ad ulteriorem Principis Turcharum iussionem asseruetur, hanc suae temeritatis et stultitiae consecutus est mercedem, ut pro praefectura Moldauiae quam affectabat nunc sit adeptus compedes atque carceres. Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo. Constantinopoli. 22. die Mensis Maij. 1565.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss.

DVII.

1565, 5 Iunie. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră Impĕratul *Maximilian II.* despre surghiunirea lui Carol Despota.

(Din Archiva ces reg. din Viena.)

Sacratissime Imperator Domine Clementissime!

. . . Carolus ille uecors Despota qui ad Turrim maris nigri deductus fuerat, ante paucos dies conscendit navim navigaturus in Rhodum; deputati sunt illi ad alimentum tredecim Asperi diurni, sed multi sunt in ea opinione quod inter navigandum in mare Aegeo vel Carpatio balenas piscabitur, ita ut corporalis alimonia amplius non illi sit futura necessaria. Hanc illi beneuolentiam conciliauerunt Alexander Vaiuoda et Transalpinus qui ut sunt turcica indole atque moribus praediti, neque consanguineos neque affines siue ueros siue fictitios ullo modo ferre possunt . . . .

Sacratissimae Caesareae Majestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo: Constantinopoli. Quintia die mensis Iunii, A. D. 1565.

Sacratissimae Caesareae Majestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

DVIII.

1565, 10 Iulie. Ordinul *Sultanului* cătră *Zápolya* în cestiunea pregătirilor de rĕsboiŭ, trimis de *Albert de Wyss* Impĕratului.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime!

. . . .

Traductio literarum Principis Turcarum ad Transyluanum datarum 10 die Iulii.

Post titulum.

Omnia quaecumque per homines tuos et literas ad excelsam et felicem portam nostram scripsisti et nuntiauisti, ea perspicue nobis sunt declarata, eadem quoque

ex Bassae Temesiensis literis intelleximus. Igitur cum sublimia nostra mandata ad te peruenient, scias quod in promissa nostra clementia nunquam, dum uixerimus, dubitare debeas, et propterea serio tibi nunc mandamus ut quam citissime cum nostris Beglerbegis atque militibus te conjungas omniaque militariter et prudenter agas, nam omnia auxilia quae toties et tantis precibus petiuisti tibi nunc concessimus et si necessitas postulauerit, nos in propria persona tibi opem ferre constituimus. Cura igitur ut in recuperando Zathmaro quam fidelissime adjuues nostros Sanziackos quibus firmiter comissum est ut unacum Beglerbego Graeciae quam ocijssime ad te proficiscantur et propediem etiam ab excelsa porta nostra aliquot equites ad te mittemus. Volumus autem ut cum Valachiae et Moldauiae Voiuodis mutuam intelligentiam habeas quibus sub poena capitis injunximus ut singuli cum sex millibus militum tibi sint auxilia. Praeterea ordinauimus ut ex Belgrado et aliis Castellis juxta Danubium sitis tibi dentur bombardae cum omnibus instrumentis necessariis, quam primum Beglerbegus Graeciae per suum Chiaussium ea petiverit; tu vigila et fortiter rem gere ut Zathmarum recipere possis et cura ne quis ex iis qui ibi sunt inclusi vivus evadat; ad fidem et imperialem dignitatem nostram iuramus quod illa bona occupata tibi restitui faciemus, etiamsi sciremus quòd ibi vitam nostram amittere deberemus, atque ita in persona belligerari volumus, ut per totum terrarum orbem manifestetur quòd usque ad mortem promissam tibi clementiam constanter observaverimus, et Rex Maximilianus cognoscat quàm astutè et fraudulenter nobiscum agat. Quod vero in ultima mea aetate sanguinem humanum effundere cogimur, non est culpa nostra, sed Regis Germanorum qui suis propriis bonis non vult vivere contentus. Nos bene recordamur quae privilegia, quando te ex Buda euocauimus, tibi concessimus, et quae bona ab eo tempore Germani et Hungari per suam malitiam et perfidiam tibi ademerint; ea diutius tolerare est contra honorem et dignitatem nostram. Propterea confidenter et pugnaciter rem aggredere et exploratores in Germaniam mitte, si Rex Germanorum in suis ditionibus magnum apparatum bellicum faciat ut tempestivè obviare possimus, nam exercitus noster et nos quoque in persona sumus parati omni tempore, hyeme et aestate bellum gerere, nisi Rex Germanorum omnia occupata bona tibi restituerit. Hoc scias signoque uostro Imperiali fidem adhibeas.

Constantinopoli, Vndecima die Iulij, Anno Domini 1565.

Sacratissimae Caesareae Majestatis Vestrae

Obedientissimus Servitor

Albertus de Wyss, m. p.

DIX.

1565, 7 August. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre nişte daruri şi despre punerea în libertate alui Schreiber.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime!

. . . .

. . . . . . Transmitto per Michaelem Cernouichium duos lapides Bezoar Sacratissimae Caesareae Majestati Vestrae consignandos, lagenas, scyphos, et alias res turcicas dedi Ioanni Crusich, ut eas ad Sacratissimam Caesaream Majestatem Vestram perferat. Dimissus etiam fuit Wolffgangus Schreiber, homo walde importumus, qui mihi morositate, vita, atque moribus Georgium Bebecchum penitus repraesentare uidetur. . . . . .

Constantinopoli, 7-a die Augusti A. D. 1565.

Sacratissimae Caesareae Majestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

DX.

1565, 8 August. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre sosirea la Pórtă a unuĭ sol din Polonia şi despre Alexandru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime!

. . . Vigesima septima Iulii accessit Legatus Regis Poloniae Nicolaus Berzeskhy appellatus comitatus quindecim circiter seruitoribus; causa Legationis est ut accuset Alexandrum Vaiuodam Moldauiae quòd non ita pridem in Regis Poloniae ditione mercatores aliquot Polonos opulentos intercipi atque direptis merçibus trucidari jusserit. Postulat igitur ut Alexander puniatur et ad satisfaciendum de damno dato compellatur. Petijt etiam Rex Poloniae dari auxilia Tartaris contra Moscouitas. Dictus Legatus quarta die Augusti admissus fuit ad deosculandas Principis Turcarum manus, sed admodum frigidè et absque conuiuio, quia nulla attulit munera . . . . . .

Constantinopoli 8. die Augustj A. D. 1565.

Sacratissimae Caesareae Majestatis Vestrae

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

DXI.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impèratul Maximilian II.* despre sosirea la Pórtă a unuĭ pretendent din viţa Basarabilor. 1565, 15 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime!

. . . Legatus Polonus qui superioribus diebus huc accesserat, hisce diebus trajecit in Asiam iturus ad Selynum ut Regis sui nomine manus deosculetur, impetrauit auxilia Tartarorum contra Moscouitas.

Ante aliquot septimanas huc accesserat quidam Valachus qui dicebatur oriundus ex sanguine Bassarabi quondam Despotae Valachiae, in cujus rei testimonium attulit literas à Transyluano quibus aliud nihil consecutus est nisi ut ante 14 dies amputato capite in mare projiceretur . . . . . .

Constantinopoli 15. die Augusti A. D. 1565.

Sacratissimae Caesareae Majestatis Vestrae.

Obedientissimus Seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

DXII.

Scrisoarea lui *Zápolya* cătră *Sultanul* în cestiunea pregătirilor de rĕsboiŭ. 1565, 30 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Traductio literarum Transyluani ad Principem Turcarum allatarum 19. Septembris 1565.

Potentissime Imperator, Domine et benefactor clementissime. Cum gratia Dei et clementia Magnitudinis Vestrae Ciuitatem Banyam et arcem recuperauimus, et nunc toti in hoc intenti sumus ut Zathmarum oppugnemus. Exercitus Germanorum qui in illis partibus fuerat, retrocessit et non procul ab arce Tockay castra posuit atque majores copias expectat. Nos speramus quod res nostrae habebunt felicem exitum, quia Germani in civitate Zathmaro nullum habent commeatum adeo ut obsidionem diu sustinere non possint. Supplico Magnitudini Vestrae tamquam Domino meo clementissimo ut firmissimè mandare dignetur Passae Themesiensi, quo usque ad finem constanter mecum permaneat et Beglerbegus etiam Budensis mihi in auxilium ueniat ut ante hyemem Zathmarum et Tockay recipere possimus, nam procul dubio Germani futura hyeme sese mouebunt et contra me belligerari non intermittent. Si Beglerbegus Graeciae nos hactenus juuisset, jam omnia nostra negocia feliciter fuissent perfecta et civitatem atque arcem praefatam jam dudum recuperauissemus. Iterum atque iterum obsecro, ut Magnitudo Vestra suum pupillum clementer exaudiat et auxilium quam primum ad me mittat,

ne tempus sine fructu pereat; hoc certum est quod Rex Germanorum dat Magnitudini Vestrae bona verba ut eandem cum astutia atque fraude decipiat, sed sua promissa nunquam obseruabit. Superioribus mensibus significaueram Magnitudini Vestrae quòd in Castellis Bebecki Germani nullos habebant milites praeterquam in oppido Zenderew; praefati milites fraude atque dolo circumuenerunt Praefectum arcis ita ut in eam irruperint atque in suam potestatem redegerint. Bebeckus nunc ualdè aegrotat quem ego ad Albam Iuliam deportari feci ut ibidem sanetur. Post Deum altissimum in sola Magnitudine Vestra omnem meam spem positam habeo, quae nisi mihi in his meis angustijs succurrisset, jam pridem funditus periissem, quia subditi mei parum fideliter mecum agunt et magna ex parte blanditijs atque pollicitationibus Germanorum sunt corrupti, praesertim cum nos longo jam tempore extra regnum in bello simus. Hisce diebus insurrexerunt quidam rebelles atque proditores in mea Ditione qui nonnullos Turcas unà cum Mustapha Chiausso per insidias interceperunt atque interfecere. Deus altissimus sit mihi testis quod ego et omnes mei seruitores ab omni culpa sumus uacui, quia Chiaussius ille obstinatus noluit obtemperare meis monitis, dum per aliam uiam tutiorem eum deducere cupiebam. Latrones illos atque homicidas incarcerari curaui, et nunc expecto Magnitudinis Vestrae mandatum, quid de illis me facere nelit; si ad excelsam portam illos mitti uoluerit, mittam; sin autem hic à me puniri jusserit, ita eos in praesentia Chiausiorum qui mecum sunt castigabo, ut in posterum sint exemplo aliis omnibus rebellibus atque maleficis; obsecro Magnitudinem Vestram ne mihi indignetur quia sum extra omnem noxam. Exercitus Vaiuodarum Moldauiensis et Transalpinensis uocare nolui, uerebar enim ne plus mihi nocerent quam prodessent et Regnum meum deuastarent atque pauperes colonos depraedarent. Magnitudo Vestra mandet Bassae Budensi ut quam citissimè ad me ueniat, multum enim mihi commodare poterit. Mittam propediem ad excelsam Magnitudinis Vestrae portam speciales meos oratores ex quibus totius negocii processum clarius intelligere dignabitur à qua clementem nunc relationem expecto.

Datum in Castris nostris Regiis ad Ciuitatem Banyam positis 30. die Augusti 1565.

DXIII.

1565, Octomv.

Propunerile făcute de *Imperiali* pentru încheiarea unei păci cu Pórta.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Propositiones Caesareae de pace cum Turcis.

Cum superioribus mensibus Constantinopoli rediisset Sacrae Caesareae Majestatis Domini nostri clementissimi Nuntius Michael Zernovitz unà cum Nuncio quodam Principis Turcarum Hidait Aga vocato ad praesentandum Maiestati suae Caesareae tam confirmatorias pacis inter Divum quondam Imperatorem Ferdinandum augustae memoriae et ipsum Principem Turcharum initae quàm alias ejusdem Principis responsivas literas destinato, et Majestas sua Caesarea ex utroque Nuncio et allatis literis idipsum, de quo iam antea per Cursorem certior facta fuerat denue cognovisset, quàm graviter tulerit ipse Princeps, quód Maiestas sua Caesarea non expectato responso ipsius ad legationem superiore autumno Constantinopolim ablegatam, qua nimirum Maiestas sua

Caesarea postulaverat, ut filius Regis Ioannis compelleretur restituere oppidum Sackmar et alia loca tum temporis sub inducijs contra omnem rationem et aequitatem occupata, vel saltem omni ipsius Principis Turcharum et praefectorum suorum ubivis existentium, nec non Moldaviensis et Transalpinensis Waivodarum auxilio destitueretur, cum ennumeratione causarum propter quas non licuerit Transsilvano ejusmodi motus et turbas excitare, adjectis etiam alijs quibusdam postulatis de cohercendis violentiis et grassationibus Turcharum in finibus in detrimentum ditionis Caesareae Majestatis perpetratis Maiestas sua Caesarea, nihilominus mox arma cepisset, atque castrum Tochaij cum castello Zerench occupasset, aliaque loca ultra citraque Tibiscum recuperasset, et quòd propterea idem Turcharum Princeps Passis Budensi et Themesiensi et aliis Sanziackis iniunxerit, ut quàmprimum Transsilvano suppetias ferres, ac insuper etiam septem Sanziackos ex Graecia ad confinia Transilvaniae in auxilium Transsilvani properare jusserit, qui Transsilvanus, posthabitis ac violatis conditionibus pacis inter Caesareae Maiestatis supremos belli Commissarium et Capitaneos sub ratificatione Caesareae Majestatis ac ipsius Oratores et mandatarios sufficienti mandato instructos initis, tum novos apparatus bellicos sedulò faciebat et Turcharum Principem contra Maiestatem suam Caesaream incitare eiusque praefectos in auxilium vocare non desinebat. Tunc Majestas sua Caesarea ut ne videretur pro sua parte quicquam omisisse, quod ad pacem firmandam spectaret, non obstante quòd et ipse et Turcae assiduis solicitationibus per eum excitati, iam prodierant in campum, et occupata per Passam Themesiensem arce fidelis cujusdam subditae Maiestatis suae Caesareae Panckotha vocata, Zathmarium versus infestis signis progresssi fuerant, nihilominus tamen precedente matura deliberatione cum fidelibus suis Consiliarijs Hungaris et alijs habita, praefatum Michaelem Zernovitz denuo Constantinopolim cum benevolo responso magna celeritate per dispositos equos remissit, et à Turcharum Principe amicé postulavit, ut exercitum suum revocaret, et arcem Panckotha restitui, pacemque in posterum sincerius ubique observari faceret, ac denique Transsilvanum ad satisfaciendum conditionibus Zathmarij conclusis cogeret, vel à pace prorsus excluderet, nec quiquàm illi auxilij praestaret, adiecta copiossissima accuratissimaque informatione, de causis et rationibus quibus Maiestas sua Caesarea ad suscipiendam istam expeditionem, et occupandum castrum Tockay, sese viceversa ad idem pacis servandae studium offerendo. Interim autem visum est Maiestati suae Caesareae propter multas arduas causas Nuncium Turcicum in aula retinere, et Oratorem Transsilvanum propter commissam fraudem et violatam fidem in hospitio arrestare.

Verum perincommodé accidit quòd altera statim die, posteaquam Michael Zernovitz Constantinopolim appulit, nempe 28. Iunij supremus Principis Turcharum Consiliarius Haly Passa mortem obierit; eius enim mors negocia Maiestatis suae Caesareae valdé conturbavit, quia Mechmet Passa genér Selini qui in locum illius demortui suffectus est, et collegae eius, unico Bertauo Passa excepto, planè aversam à pace mentem ostenderunt et praecipue Mechmet Passa, qui bellum valdé desiderat privati alicuius sui commodi gratia, quod animo concepit, vel soceri sui causa, et sperat eius administrationem sibi demandatum iri; ceperunt autem iidem Passae acriter postulare restitutionem castrorum Tockay et Zerenz, quae contra inducias affirmabant esse occupata, praetendentes pacta conventa inter Maiestatem suam Caesaream et Transsilvanum inita esse inita et nullius vigorus, neque enim licuisse, neque licere Transsilvano qui sit mancipium Principis Turcharum, in bonis quibus ex ipsius Principis Turcharum beneficio fruitur, sine patroni sui consensu quicquam disponere. Orator autem et Nuncij Caesareae suae Majestatis è diverso opposuerunt primum literas confirmatorias, in quibus utique expressé continetur, quòd durante octennali pace Maiestas sua Caesarea cum Transylvano concordare possit de locis extra Transsilvaniam positis, quae videlicet loca Maiestas sua Caesarea sibi restitui et que ipsi pacificé relinquere velit. Deinde allegauerunt etiam et exaggeraverunt ingentia damna contra omnem aequitatem Maiestatis suae Caesareae ditioni per Transsilvanum illata, ut quae neque arce Tockay neque castello Zerench compensari possent. Sed Passae suo proposito inhaerentes neque pacis capitulationibus, ne-

que damnis datis aures praebere voluerunt, quin immo suo more multo fastu etverbis trasonicis à tractatu alienis rem egerunt, quibus tamen à proposito Orotores Maiestatis suae Caesareae dimovere non potuere, quominus omnibus modis atque rationibus peterent, ut Princeps Turcharum Maiestatis suae Caesareae postulatis longé aequissimis acquiesceret, et Transsilvanus pactis conventis stare iuberetur. Sed tentatis omnibus uijs nihil prorsus obtineri potuit. Post longam et continuam altercationem multis ultro citropue collatis sermonibus, Passae in hanc sententiam descenderunt, ut si Maiestas sua Caesarea pacem Turcharum Principe vellet habere ratam, res ommis in eo quo tum esset statu remanerent, et utraque pars quod modo possidet retineret, donec adferetur munus honorarium, eo uerò allato, et facta tunc aestimatione damni utrinque illati, locorum post factam pacem occupatorum ab utraque parte fieret restitutio, et Rivulus Dominarum Transsilvano resignaretur; interea exercitus è vistigio ab utraque parte revocaretur et milites ad stationes suas redire iuberentur. Hasce conditiones Orator et Nuncii omnino approbare non potuerunt, Sed ne pacia negocium prorsus abrumperetur, rem omnem ad Maiestatis suae Caesareae beneplacitum remiserunt, atque ut Michael Zernovitzius cum Principis Turcharum literis ad Maiestatem suam Caesaream ablegaretur consenserunt.

Expostulavit aliquoties cum praenominatis Oratore et Nuncijs Maiestatis suae Caesareae Mechmet Passa de retentione Hidait Agae quam Princeps Turcharum iniquissimo animo ferre dicebat, et licet retentionis causam ex ipsis cognosceret, tamen acquiescere noluit, nisi ordinarius Maiestatis suae Caesareae Orator Albertus de Wyss fidem suam interponeret, praefatum Hydait post Michaelis Zernovitzij reditum, cum responso ad portam principis Turcharum expeditum iri, quam sponsionem fecit, ut desiderio hominis increduli satisfaceret, et Maiestatis suae Caesareae Nuncij cum suo comitatu eo facilius remitterrentur.

His ita actis atque conclusis, dum praefati Oratores Maiestatis suae Caesareae expectant, ut Principis Turcharum literae Zernovitzio consignentur, septima die Iulij sub noctem advolarunt Transsilvani Nuncii et Veredarius Themesiensis cum literis, quibus summa instantia auxilium efflagitaverunt, usi in exaggerando periculo solitis suis figmentis atque calumnijs. Nuntiauerunt enim exercitum Maiestatis suae Caesareae ex suis munitionibus bis in Transsilvani et Passae Themesiensis castra irrupisse et magna Turcicorum militum multitudine interfecta ipsos retrocedere compulisse, adeò ut propter virium infirmitatem Zathmarij appugnationem tentare amplius non audeant, et nisi subsidium primo quoque tempore subministretur, intra paucos menses de tota Transilvania actum fore. Hae voces atque literae de repente omnem actionem ipsius Oratoris et Nunciorum subverterunt, et Principem Turcharum á sententia abduxerunt, ita ut petitionibus eorum apud Mehemetem Passam nullus prorsus locus relinqueretur; excitatus fuit illicó tumultus magnus in populo barbaro; decreta fuere absque omni mora atque consilio auxilia Transsilvano, Chiaussijs cursoribus in omnes partes furibunda quadam celeritate dimissis, qui reliquos Graeciae Sanziackos nec non Walachiae atque Moldaviae Waivodas ad arma convocarent; expedita etiam fuerunt mandata ad Beglerbegum Graeciae qui 25. di Iunij Constantinopoli discesserat Sophiam versus Serviae civitatem, ut cum omni festinatione milites lustret atque in Transsilvaniam contendat. Iniunctum quoque est duobus Capitaneis in Porta Principis Turcharum, ut cum duabus turmis equitum qui Salefagi et Solulefagi turcicé appellantur, in Transsilvaniam proficiscantur . . . .

A tergo: Proposition belangend die Turgische Fridtshandlung, so baiden Erczherczogen, Auch etlichen erforderten Räthen vnnd Lanndtleutten, zu beratschlagen vberschickht vnnd Zuegestellt worden, Im October vnndt Nouember dess 1565-ten Jars.

DXIV.

Scrisórea *Sultanului* cătră *Zápolya* în cestiunea ajutórelor cerute de acesta din Moldova și Muntenia. 1565, 15 Noemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Traductio literarum Principis Turcarum ad Transyluanum datarum 15 Nouembris.

(Post titulum.)

Ad exeelsam portam nostram misisti hominem et literas tuas et nunciauisti, qualiter Rex Germanorum te non uelit dimittere in pace, et quòd in animo habeat occupare Magnitudinis nostrae Regna Hungariam et Transyluaniam atque te inde expellere et quòd ita constitutum est ut frater suus Ferdinandus cum ingenti exercitu contra te proficiscatur, ipse uerò ex partibus Viennae cum alio exercitu Budam uersus bellum moueat et quòd nunc Germani denuô caeperunt oppuguare Baniam. Praeterea conquestus es de Beglerbego Themesiensi quòd subditis tuis maxima damna dederit, et firmum atque constans auxilium ab excelsa porta nostra, quae est refugium omnium Principum afflictorum, suppliciter petiuisti. Omnia quaecumque scripsisti et nuntiauisti perspicuè nobis sunt declarata. Igitur cum nostrum sublime mandatum ad te perueniet, notum tibi esse uolumus quòd tua negocia breui tempore diligenter procurabimus. Misimus enim firmissima mandata ad omnes nostros Beglerbegos atque Sanziackos Graeciae atque Anatoliae et ad Tartaros, ut omnes ad bellum sese praeparent et quando iterum mandata mittemus, statim sub poena capitis exercitus suos mouere debeant. Tu quoque maneas in loco tuo et usque ad aestatem Regnum nostrum defende et pro inuicto exercitu nostro in omnibus passim locis commeatum et alia necessaria acquiri et praeparari cures; ne dubita, nos te nunquam derelinquimus; si Rex Germanorum tam astutè et fraudulenter nobiscum agere et te continuo molestare constituit, nos id illum facere non permittemus. Nos cum Dei auxilio in proxima futura aestate belligerari decreuimus et tale tibi auxilium praestabimus ut nostra tibi promissa clementia per totum terrarum orbem sole clarius innotescat et hujus rei memoria usque ad vltimum mundi diem et extremum iudicium permaneat. Passae Budensi et Themesiensi, et Walachiae atque Moldauiae Vaiuodis firmissimè praecepimus ut uigilent et te fideliter atque diligenter cum omnibus suis militibus absque ulla excusatione adjuvent. Postquam uerò nos cum nostro inuicto exercitu mouebimus, tunc nobiscum conuenias. Interim uigila omniaque tua negocia diligenter procura et de omnibus nouitatibus atque rumoribus nos quam frequentissimè certiores reddas. Hoc scias sgnoque nostro Imperiali fidem adhibeas.

DXV.

1565, 24 Noemv. Maĭ mulţi *boierĭ pribegĭ* cer de la *Impĕratul Maximilian II.* ajutor şi adăpost.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Sacratissima Caesarea Maiestas domine domine nobis semper clementissime.

Post fidelitatem et fidelium seruitiorum nostrorum in clementiam Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae, humilimam et subiectissimam Commendationem. Quamuis Sacra Caesarea Maiestas Vestra ex sua Erga nos miseros, extra Regnum et patrium solum exulantes, benignitate, Spectabili et Magnifico domino Lazaro de Suendi Maiestatis Vestrae Sacratissimae Consiliario et Copiarum Supremo Capitaneo, proxime elapsis temporibus, clementer per suas litteras mandare dignata fuerat, Vt per occasionem, ex auspitio S. Caesareae Maiesti Vestrae, iuxta compromissum nostrum Maiestati Vestrae Sacr. factum, In Regna Sacrae Caesar. Maestatis Vestrae, Moldauiense et Transalpinum, patriam videlicet nostram, Nos introduci facere, curasset. Quod Idem Spectabilis et Magnificus dominus Copiarum S. Maiestatis Vestrae supremus Capitaneus exequi promptus fuit: sed ratio et occasio temporis impacati, non tulit, vt Nos, in nostram patriam introduci facere potuisset. Nunc autem cogimur hic in Maiestatis Vestrae Sacr. Regno, et ditione Vlteriorem Sacr. Caesar. M. Vestrae clementem gratiam et occasionem temporis, expectare. Cum tamen nunc hibernum tempus sit, et rigor hiemis instat, insuper ipsimet nudi simulcum misera familia nostra simus, neque sumptus vel certum locum vbi Commoditatem et occassionem temporis expectare possimus, habeamus: propterea quod non tantum in polonia maiorem partem nostrae substantiae, sed et reliquam quamcunque nobiscum habebamus, in amissione et interceptione dolosa Zathmariensi vbi nostras res reposueramus, amisimus. Ideo Sacratissimae Caesarea Maiestati Vestrae, tanquam domino, et domino nostro Nobis clementissimo subiectissime, et ad pedes Sacratissimae Caesareae Maiestati vestrae prouoluentes humilime supplicamus. Sacratissima Caesarea Maiestas Vestra Ex sua Caesarea et Regia clementia et speciali benignitate, nobis miseris et afflictae nostrae familiae, certum locum aliquem vbi ad tempus manere et perseuerare, possimus, donec nobis occasio temporis clementi auspitio Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae, patrium solum intrandi et recuperandi dabitur, dari facere. Nosque uti et antea ex sua Caesarea benegnitate, aliquibus expensis paucis, quibus Nos, et familiam nostram nudam vestire, et intertenere possimus, ne simul et fame, et frigore pereamus, prouidere clementer dignetur. Quam Sacratissimae Maiestatis Vestrae clementiam, et Regiam liberalitatem, ab initio nobiscum factam secundum nostrum compromissum, perpetuo fideliter simulcum nostris posteris, et Constanter, tamquam principi nostro naturali, et domino, domino nostro clementissimo reservire, studebimus. Cum hijs Nos et nostram miseram vitam, et fortunas, in clementiam Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae humilime subicimus. Optamus, vt deus optimus maximus Sacratissimam Caesaream Maiestatem Vestram diutissime foelicissimam atque fortunatissimam Conseruare dignetur. Datum Ex Sapzon. 24. Nouembris Anno 1565.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae

fideles et humilimi atque subiectissimi miseri Exules

Moldauienses et Transalpinj Boyari.

Aufschrift: Sacratissimae Caesareae, Romanorumque Imperatoriae ac Germaniae, Hungariae et Bohemiae Regiae Maiestati domino, domino Nobis semper clementissimo.

DXVI.

Sciri date de un anume *Adam Franchi* despre ţĕrile româneşti. 1566, 31 Ianur.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Cesarea Maesta!

. . . . . . Dil Transylvano non e poi comparso nullo. E in Polonia fu mandato Schender Chiaus per notificar al Re ch'i Bogdani e Valachi sono i rumori per le noue ch'alcuni di quelli signorotti calaua di fastidirli, che bene ò male haranno si ricognoscera da sua Maesta . . . .

Da Constantinopoli adi ultimo di Gennaro, (31 Iänner.) 1566.

Adamus de Franchi, m. p.

DXVII.

Ştire datā de un anume *Georgiu Kéry* despre unirea Muntenilor şi a Moldovenilor cu Turcii. 1566, 6 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Relata Georgij Kery ad Hiszth (?) missi.

. . . . Item. Quod ad id dabuntur circa 3000 Turcarum, et uterque Waywoda Moldavus et Transalpinus ex mandato Imperatoris Turcarum gentes suas ipsi ad iungent.

DXVIII.

Raportul unuĭ anume *Toma Viczmándy* despre stăruinţele luĭ Zápolya să i se trimiţă ajutor din Moldova şi Muntenia. 1566, 12 Fev.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Relata Thomae Wiczmandy, Prouisoris ex Kewwar.

Transylvanus supplicavit Imperatorj Turcarum, ut faceret cum Copiis suis obsidere aliquam arcem ad Danubium quo exercitus suae Maiestatis in defensione arcis

obsessae detentus Transylvano negocium facere non posset. Interea ipse vellet castra sibi adempta recuperare, et ad id petiuit copijs suis adiungi 3000 Turcarum praeter 300 Turcas, quos penes se hebet, et praeter exercitum quoque Waywodarum Moldaviae et Transalpinae. . . . . .

In Unghevar 12 die Februarii 1566.

DXIX.

1566, 3 Martie. Scrisórea *Impèratuluĭ Maximilian II.* cătră *Archiducele Carol* despre planul luĭ Albert Laszky de a se face stăpân pe Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Archiduci Carolo. — Maximilianus secundus etc.

Serenissime princeps fater charissime.

Literas Dilectionis vestrae die 21 proxime elapsi mensis Februarij datas unà cum exemplo illarum, quas supremus copiarum nostrarum Germanicarum Capitaneus Lazarus de Schwendy ad Dilectionem Vestram 13 eiusdem mensis dedit, et annexis scripturis accepimus.

Praeterea nolumus Dilectionem vestram caelare quod paucis diebus ante nostrum ex Vienna discessum Albertus Lasky Palatinus Siradiensis nobis dono missit equos aliquod gradarios(1) et sub eo praetextu nobis valde secreto nunciauerit, quod confideret serenissimo Regi Poloniae conniuente potiri dominatu Moldaviae, et Alexandrum Vaivodam expellere cum magno rerum nostrarum commodo, si nos ipsum aliquo militum numero inuaremus. Cui tunc propter tractatus pacis Turcicae nolebamus certi quicquam respondere, sed rem in temput aliquod commodius dilaturos duximus.

Nunc vero pro crebrescenti et in dies magis magisque inualescente rumore belli Turcici cogitantibus nobis de modo suscipiendae defensionis, haec quoque dicti Alberti Lasky petitio in mentem venit, de qua desideramus, Dilectionem vestram deliberare et consultare cum ante dicto Lazaro de Schwendy: cui etiam hac de re scribimus, num hoc tempore possimus aut debeamus hosce ilius conatus, eo quo vellet aut pauciore quoque militum numero iuvare, si namque id Dilectioni vestrae consultum videretur, posset ille per literas aut fidum aliquem nuncium vel à Dilectione vestra vel à supradieto Lazaro de Schwendy de tali resolutione confestim certior fieri. Itaque super hoc nostro quaesito expectabimus primo quoque tempore deliberationem et sententiam Dilectionis vestrae.

Caeterum cum operae pretium sit Dilectionem vestram nihil eorum latere, quae scribimus eidem Lazaro de Schwendy, Dilectioni vestrae proinde iussimus etiam copiam fieri earum literarum quas ante paucos dies et nunc iterum ad illum dedimus.

Postremo mittimus Dilectioni vestrae quasdam antiquas consultationes super bello cum Turcis gerendo, quas Dilectio vestra non gravetur prelustrare, suamque nobis desuper opinionem et sententiam explicare.

---

1) Equus gradarius, Postgänger, im Schritt Vorzügliches Pferd.

Id quod Dilectioni vestrae mutuis Caesareae et fraternae nostrae benevolentiae studijs compensare curabimus. Quae rectissime valeat. Datum Augustae Vindelicorum die 3 Martij 1566.

Postscripta. Allatae quoque nobis fuerunt literae Dilectionis vestrae de 23 Februarij, concernentes reditum Georgij Bebeck ad arces suas per ditionem Turcicam, quibus intellectis fraterne probamus mandata quae Dilectio vestra dedit ad Lazarum de Schwendy de intercipiendo illo sicubi poterit deprehendi. Datum ut supra.

DXX.

Raportul lui *Lazar Schwendy* cătră *Archiducele Carol* despre expedițiunea pornită de Laszky asupra Moldoviĭ. — 1566, 14 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

(Copi.)

Lazarusn von Schwendj schreibens an die fürstliche Durchleücht:

Disen Abent ist mir von der Kayserlichen Mayestät ain schreiben Zuekhomen den Lasskhi in Poln vnnd sein vorhaben Moldaw einzenemen belanngend. Nun ist dieselb handlung mit nichten Zuuerachten, oder dahinden zu lassen. Dann dardurch khan dem Weyda sein Hilff von den Moldawern, vnnd Walachen darauf Er sein Rechnung macht, gehindert werden. Vnd wie die Moldawische Boyarn hie Ir anschleg machen. vnnd leüt sein ist ser zu zweiffeln, ob vil Hilff vnnd volckh auf Sy zu wagen sey. Sonnderlich wurde es Irenthalben noch schwer falln. da Sy von Iren gesellen in Polln sollten abgesondert werden. oder da Inen sonst derselben orthen hinderung geschehen sollte. Nun ist nit die frag. durch wen solch werkh verricht werde. Sonnder ist das Maist allain darumb zu thun das die Volcziehung erfolge, vnnd den Vheindt in iecz vorsteender Stadt vnnd gestörlicheit abbruch geschehe. Darumb acht Ich vnnderthenigst des Lasskhy fürschlag sei nit ausszuschlagen. sonnder sei darzue zeraiczen, vnnd auss ferrer Handlung mochte man Versten ob Er die Boyarn, die bei vnnss sein bej Im leiden, vnd sie Inen. oder Er sich Inen auf ain schein anhengig machen wolte, oder aber ob Er die sich mit den in Polln hilff zuuerrichten gedechte. Darnach khönde sich die Kayserliche Mayestät ferrer richten. Das Pesst wer da dise sich zu Im schluegen. wie sy gerne thuen wurden. vnnd das Inen Eur Durchleücht etlich Volckh zuegeben, Alsdann Russel, vnnd etlich Hungern, vnnd ain geringe Anzall Teutschen zu Ross vnnd Fuess. Welcher doch in gehaimb Ir maist aufsehen Auf die Lasskhi haben möchte. oder wie es Inen Ir Durchleücht beuelchen wurden. Gerüette dann die hoch. Alssdann khonndte man sich derselben vortaill, vnnd gelegenheit weitter gebrauchen, vnnd dissfals auch von dem Laskhy etwas versicherung nemen. Wiewoll auf dasselb ieczo nit gross rechenschafft zumachen. Da allain dem Weyda vnnd Türggen Ir Hilff wen den Moldawern, vnnd Walachen möcht abgestrickht werden. Dem allem nach wer das pösst den Lasskhy alspald durch ein Vertraute Person zubeschickhen, vnnd dise sachen ferrer mit Ine zu handlen, vnnd zuschliessen. Dann da will khain herzug stat haben. Die Wallachen werden sich alspaldt sy das gross haben mögen Zum Heraussziehen begeben.

Also bitt Ich Eur Durchleucht vnnderthenigist sy welle diss mein bedenckhen

ferer berathschlagen, vnnd solches neben Inen guettbedunckhen an die Kayserliche Mayestät gelanngen lassen, oder alspald ain taugliche Person zu den Lasskhj abfertigen damit khain zeit versaumbt werde.

Vnnd hiemit thue Ich mich Ewrer fürstlichen Durchleucht vnnderthenigist beuelchen.

Datum Vngwar den XIIII Marty Anno 1566.

Lazaruss von Schwendj.

DXXI.

1566, 19 Martie. Raportul *Archiducelui Carol* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre opiniunea lui Schwendy în cestiunea expedițiunii proiectate de Laszky asupra Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Der Römischen Kayserlichen, Auch zu Hungern vnd Behaim Khünigclichen Mayestät etc. meinen gnedigisten geliebten Herrn vnnd Bruder.—Augspurg.

Allerdurchleichtigster Grossmechtigister Römischer Kaiser, Gnedigster geliebter Herr vnnd Brueder. . . . .

. . . Souil aber den Lassko vnd desselben bewüsste Handlung gegen der Moldau anlanget, Achte Ich gehorsamblich, da solche Handlung in das Werckh gebracht werden khündte, das es Ewrer Mayestät khriegswesen ainen gueten behelff Entgegen aber dem Weyda vill Hinderung ausgeben wurde, Vnnd sey derowegen solche Handlung kains wegs zu vnderlassen. Ich Zweiffl aber es werde von des khünig zu Poln zusehen oder villigen darum schwärlich was fruchtbarlichs Zurichten sein, vnnd vermaine doch Er solle gmainer Christenhait zum pessten die sachen doch nit hindern das ers nit wolte fördern. Vnnd das dem allem nach der Lassko auf die mainung wie Schwendi rath durch ain vertrautte Person zuersuchen, vnd Ime von wegen der hülff vertröstung zuthun, vnd also sein gemüet merers zuerfaren, Ich hette Eur Mayestät etc. hierinn gehorsamlich gern übertragen. So bin ich aber derzeit mit Personen so in solchen sachen Zuschickhen nit versehen, Vnnd hab dess Lassko kain khundschafft vnd würde also gedrungen die sachen wider auf Ewrer Mayestät zuremittieren von derselben Hof aus deren weiter nachczuseczen, Was dann Ewrer Mayestät hierum weitter ordnen vnd beuelhen, dem will ich gehorsamblichen nachkhomen . . . .
Vnd thue hieneben Ewrer Mayestät mich gehorsamblich vnd bruederlich beuelchen. Geben auf den künigclichen gschloss zu Pressburg den Neunzehenden tag Martij Anno 1566.

Euer Römischen Khayserlichen Mayestät etc.

gehorsamister brueder

Carolus, m. p.

DXXII.

Raportul lui *Adam Franchi* despre oșt'rea turcéscă și despre cea moldovenéscă. 1566, 26 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Sacra Cesarea Maesta!

.... Li esserciti che hara seco detto gran Turcho sarano de 500.000 computando 40 000 Tartari, per capo di quelli ci ua il figliolo di detto Tartaro, 10.000 Moldaui, e sette mille Bogdani, di quali Moldaui ua in persona il Vaiuoda come giouene voluteroso per dimostrar fedeltà ....

Da Constantinopoli adj. 26. di Marzo 1566.

Adamus de Franchi, m. p.

DXXIII.

Raport despre planurile Voivoḑilor din țĕrile românești. 1566, 27 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Nova ex Kewwar 27. die Marcii.

.... Dicunt etiam quod Waiwodae Moldauiae et Transalpinensis sese ad exeundum praeparant, et quod ad Transyluaniam nunciarint vt in illis locis per quae ipsis exeundum est, ordinarent ipsis victualia pro ipsorum pecunijs, siquidem vellent indemnes permanere.

Ex Kewwar 27. die Marcii 1566.

DXXIV.

1566, 31 Martie. Scrisórea *Impĕratului Maximilian II.* cătră *Archiducele Carol* în cestiunea expedițiunii proiectate de Laszky.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Archiduci Carolo. — Maximilianus secundus etc.

Serenissime princeps, frater charissime. Accepimus Dilectionis vestrae et supremi Germanicarum copiarum nostrarum Capitanei Lazari de Schwendy literas, has quidem 15, illas vero 19 huius exeuntis mensis die datas, Ubi etiam cognouimus responsum quod Dilectio vestra illi dedit super articulis comunioribus, quod nobis in omnibus atque per omnia fraterni probatur.

Quod vero attinet ad negocium Moldauiense ac Alberti Laskij et Boiaronum Moldauorum, operae pretium duximus rem omnem fidei et prudentiae antedicti supremi Capitanei nostri committere, qui eam rectissime ex usu nostro ac Regnorum et Dominiorum nostrorum expediet, dedimusque proinde ad eum literas adiuncti exempli tenore.

Deinde gratum nobis accidit, quòd Dilectio vestra edicta nostra generalia, quibus mandamus nobilitati ut quisque sese armis equis et famulis instruat, in Austria infra et supra Anasum promulgari iusserit, atque in suis prouintijs similia edere decreuerit. Et quod reliquum est Dilectionem vestram recte valere optamus.

Datum Augustae Vindelicorum, ultima die Martij 1566.

Eiusdem Dilectionis Vestrae

Bonus frater.

DXXV.

1566, 31 Martie. Scrisórea *Impĕratului Maximilian II.* cătră *Albert de Laszky*, aprobând proiectul lui de expedițiune și promițându-i ajutor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Alberto Lasky. — Maximilianus secundus etc.

Magnifice fidelis nobis dilecte. Arbitramur te recenti memoria tenere quae nobis praeteritis mensibus paulò ante nostrum ex Vienna discessum per quendam seruitorem tuum secretò nunciauisti, quòd scilicet confideres Screnissimo Rege Poloniae et fratre sororio et consanguineo nostro charissimo conniuente non usque adeo magno cum negocio potiri dominatu Moldauiae et Alexandrum Vaiuodam expellere cum magno rerum nostrarum commodo, si te numero aliquo militum iuuaremus. Quia vero nos tum temporis putabamus rationem nobis habendam principis Turcharum propter pacis tractatus, in quibus versabamur, nihil poteramus tunc certi respondere, sed rem in aliud tempus magis commodum differendam arbitrabamur. Cum autem ex eo tempore rerum nostrarum status longè immutatus sit à pristina forma, quandoquidem dictis tractatibus

nullus planè locus videtur esse reliquus, dum Turcharum princeps, tum figmentis atque calumniis Ioannis Sigismundi filij quondam Regis Joannis persuasus tum innata immanitate et in Rempublicam Christianam perpetuo odio percitus maximam expeditionem contra nos parare coeperit ita, ut iam cessauerit respectus ille propter quem antea nolebamus illum eiusmodi Moldauiensibus turbis ac motibus offendere, recordati memorati tui propositi, existimauimus in praesentiarum talis instituti tui prosequendj, et Deo dante perficiendi pulcherrimam occasionem oblatam esse, quae nequaquam sit negligenda. Nos proinde iam mandáuimus strenuo nostro et sacri Imperii fideli dilecto Lazaro de Schwendy, nostro Consiliario et supremo Germanicarum copiarum nostrarum in superioribus Regni nostri Hungariae partibus Capitaneo, ut tecum de hoc negocio nomine nostro ulterius tractet et concludat. Et propterea clementer à te postulamus ut iam dicto supremo Capitaneo nostro tecum hac de re per literas vel Nuncium tractaturo eandem fidem adhibeas, quam nobis adhiberes et demum in presenti quoque negocio eum te praestes, quem nos futurum pro spectata tua in nos fide obseruantia ac bene merendj studio planè confidimus. Id quod erga te vicissim Caesarea nostra gratia et benignitate recognoscemus. Datum Augustae Vindelicorum, ultima die Martij 1566.

DXXVI.

Sciri din Moldova trimise de *Archiducele Carol* Impĕratului *Maximilian II.* 1566, 30 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Noua ex Moldauia recens per Gabrielem Boiarum allata.

Quod iam Alexander facit suos Insurgere, et apud Ciuitatem Jazwaschar congregare.

Et 24000 hominum transyluano in auxilium mittet, et eosdem Intra circiter 25. dies in Transyluania futuros.

Illos autem qui in expedicionem hanc propter expectationem noui principis nolunt proficisci, auribus, naso et alijs membris mutilat.

Orant autem Regnicolae Boiaros qui sunt in Hungaria eciam ob amorem dej, vt iam tandem sibi et illis consulere ac in patriam Redire velint.

Omnes fidelitatem novo principi promittunt, et Alexandrum e Regno emmittere nolunt.

Famam autem dicunt de Aduentu Imperatoris certam, Et non Viennam iturum, Sed partes illas Regni Hungariae versus Posonium et Tirnauiam occupaturum. Cuperent autem vt Boiari isti, antequam illj progrederentur in expedicionem, in Regnum venirent, Promittunt Regnum sine morte vnius hominis facile occupari posse.

Nobiles etiam nonnulli qui in Nupcijs in Keswarda fuerunt Retulerunt quod a militibus Waradiensibus Intellexissent quoque, Imperatorem non versus Viennam sed contra Posonium et Tirnauiam profecturum.

(Erzherzog Carl schickt ddo. Wien 30. Mai 1566 Se. kais. Mtt. nach Augsburg mehrere Berichte aus Ungarn, worunter auch vorligende ohne Datum in Abschrift sich befindet).

DXXVII.

1566.
22 Iunie.

Scrisórea *Impĕratului Maximilian II.* cătră *Anton Zeckel* în cestiunea expedițiunii proiectate asupra Moldovii.

(Din Archiva cos. reg. din Viona).

Maximilianus secundus etc.

Antonio Zeckel.

Egregie fidelis nobis dilecte. Cum nobis constitutum sit Boiaronibus Moldavis qui proxime praeteritis annis fugientes tirannidem Alexandri Vaivodae in ditionem nostram venerunt benignum auxilium nostrum praestare quo possint nunc una cum electo et legitimo ipsorum Waivoda in patriam reverti, praesertim cum id etiam hoc tempore quo iam dictus Alexander in armis esse dicitur ut se Turcis et Transsilvano contra nos coniungat, ad perturbandos hostium conatus et consilia maxime pertinacia et magnum commodum et beneficium afflicto Regno nostri Hungariae allaturum videatur, existimavimus hac in re neminem posse meliorem nobis operam nauare, quam te ipsum qui antea quoque quondam Iacobum Heraclidem Despotum magna tua cum laude in Moldauiam introduxisti, tuaeque virtutis et in re bellica scientiae populis illis haud obscurum documentum dedisti. Ideoque dedimus in mandatis Consiliario et Supremo in istis partibus Regni nostri Superioribus Capitaneo Lazaro de Schwendi ut tecum super articulis et conditionibus abs te propositis iuxta informationem sibi datam nomine nostro agat, transigat atque concludat, non dubitantes quemadmodum nos parati sumus ut te omnibus ad perficiendum hoc institutum necessarijs quae quidem per nos in tanta rerum ac temporum difficultate praestari et concedi possunt clementer adiuuemus, sic uicissim tu quoque in eiusmodi negocio tractabilem et facilem te pro tua in nos fide, obseruantia et animi promptitudine exhibiturus, nec quicquam quod aequitati et rationi minus conueniat uel alias a nobis praestari seu concedi nequeat pertinacius postulaturus sis. Cum posthac non defuturae sint occasiones tibi gratiam nostram uberius declarandi. Quocirca te benignè requirimus ut hac quoque in parte eximiam fidem, et praeclarum tuum erga nos studium non patiaris desiderari, sed huismodi expeditionem obsequenti animo in nomine Dei omnipotentis, qui tibi haud dubie diuino suo auxilio semper aderit suscipias, quando quidem hac ratione non modo singularem à nobis gratiam inibis, uerum etiam afflicti Regni nostrj Hungariae reliquijs praeclarissimam operam nauabis, tibique ingentem gloriam et laudem comparabis. Nos certe eiusmodi laborem tuum nunquam obliuioni tradituri sed potius quoquo loco et tempore mutua gratia et benignitate nostra erga te ac uxorem et liberos tuos affatim recogn ituri summus. Id quod suo tempore Deo dante re ipsa experieris. Datum Viennae 22. Iunij. 1566

Egregio fideli nobis dilecto

Antonio Zeckel Capitaneo nostro

DXXVIII.

Rescriptul *Impěratului Maximilian II.* în cestiunea expedițiunii pornite contra Moldoviĭ. 1566. 23 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Ad Capitaneos Hungaros in Moldauiam profecturos.
Maximilianus secundus etc.

Egregie fidelis nobis dilecte. Cum negocium dederimus Egregio fideli nobis dilecto Antonio Zeckel Capitaneo nostro reducendi hoc tempore in Moldauiam Boiarones quosdam eius prouintiae exules qui ad praesens in ditione nostra uersantur, unà cum electo eorum Wayuoda, et considerata fide et uirtute tua confidamus te quoque ea in re nobis praeclaram operam nauare posse, te pro inde clementer requirendum duximus, prout tenore praesentium requirimus, expresse etiam iubentes ut te praedicto Antonio Zeckel quem scilicet eiusmodi expeditioni praefecimus coniungas eique in perficiendo iamdicto instituto quod in primis ad gloriam Dei et utilitatem Regni nostri Hungariae dulcissimae patriae tuae tendit bonam operam praestes neque te in eo difficilem praebeas, etenim nos quoquo tempore propensos experieris ad laborem istum tuum mutua gratia nostra Caesarea recognoscendum. Itaque plane persuasum habemus quòd huic benignae uoluntati nostrae non refragaberis. Datum Viennae 23 Iunij 1566.

(Fiant 3 literae).

DXXIX.

Impěratul Maximilian II. confirmă donațiunea castelului Csicsó făcută lui *Antoniu Zeckel.* 1566. 23 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Confirmatio super donatione pertinentiarum arcis Chycho pro Antonio Zeckel.

Maximilianus II etc.

Ad futuram rei memoriam recognoscimus et notum facimus tenore praesentium uniuersis. Quòd cum nobis humilimè exponendum curauerit egregius fidelis nobis dilectus Anthonius Zeckel Capitaneus noster, qualiter proximè praeteritis annis quondam Iacobus Basilicus Heraclides Despota, tunc Moldauiae Vaiuoda, sibi remunerationis causa pro opera eidem Despotae in deducendo ac collocando eo iuxta commissionem diui quondam Imperatoris Ferdinandi augustae memoriae Domini ac genitoris nostri obseruandissimi in Vaiuodatum ac gubernium Moldauiae praestita, maximisque laboribus in ea expeditione impensis, pertinentias dirutae arcis Chycho vocatae, quas nunc filius quondam Regis Ioannis consensu Alexandri nunc Moldauiae dominationem obtinentis possidere dicitur, sub benigno assensu Maiestatis suae in euentum quo partes Regni Transsyluani ad manus Maiestatis suae reducerentur, in perpetuum contulerit; Idemque

Antonius Zeckel, cui nos hoc tempore freti ipsius summa fide, industria, fortitudine ac rei militaris scientia similem expeditionem clementer demandauimus, magnopere cupiat, et humilimis quoque precibus petierit, eandem donationem sibi per legitimum eius prouintiae Vaiuodam renovari, atque etiam per nos, tamquam verum et legitimum Hungariae Regem, confirmari et approbari: Nos sanè benigna ratione habita fidelium obsequiorum quae dictus Anthonius praelibato quondam diuo domino genitori nostro et nobis hucusque summa constantia et animi promptitudine exhibuit, atque in futurum quoque exhibere poterit ac debebit, ac praesertim in praesenti expeditione Moldauiensi ipsi à nobis demandata memoratae ejus supplicationi clementer annuendum duximus. Itaque tenore praesentium ex certa nostra scientia animoque bene deliberato ac omni meliori modo, forma via et iure quo fieri potest ac debet, memoratam donationem pertinentiarum dirutae arcis Chycho vocatae sibi ut supra demonstratum est à quondam Iacobo Heraclide Basilico Despota et Moldauiae Vaiuoda factam, quatenus eadem etiam à praesente legitimo Vaiuoda ipsi Antonio concessa est et renouata fuerit, et in euentum quo Deo beneiuuante hanc expeditionem ad optatum et felicem exitum deduxerit ac Transsiluania in nostram potestatem redigetur, ex nunc prout ex tunc atque e conuerso approbamus, ratificamus, confirmamus et corroboramus, quantum in his de iure vel ex gratia confirmare et elargiri possumus et debemus. Volentes et hoc nostro Caesareo Regioque edicto firmiter statuentes quòd idem Anthonius Zeckel ac legitimi eius haeredes in perpetuum dictas pertinentias vigore memoratae donationis antehac à Despota impetratae et per praesentem quoque legitimum Vaiuodam concedendae et renouandae, atque praesentis benignae ratificationis et confirmationis nostrae, Transsiluania in potestatem nostram redacta, habere, tenere et possidere, eisque liberè et realiter uti, frui, potiri et gaudere possint, absque cuiuscunque contradictione et impedimento. Mandantes proinde serio ac firmiter uniuersis et singulis Locumtenentibus, Praelatis, baronibus, militibus, nobilibus et ignobilibus, clientibus, capitaneis, praesidibus, castellanis, comitibus, vicecomitibus, Iudicibus, Iuratis, Consulibus, magistris ciuium et communitatibus caeterisque officialibus et subditis nostris per Regnum nostrum Hungariae et Transsiluaniae et alibi constitutis, ut saepefatum Antonium Zeckel eiusque haeredes in libera et pacifica possessione praenarratarum pertinentiarum iuxta tenorem praesentis confirmationis nostrae non impediant, turbent aut molestent, sed potius defendant et manuteneant. Haec enim est expressa et seria mens ac voluntas nostra. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri impressione munitarum. Datae Viennae 11. Iulii 1566.

DXXX.

1566, 20 August. *Papa Piu V.* îi recomandă *Ducelui Albert de Bavaria* pe Nicolae-Vodă Basaraba.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Pivs Papa Vus.

Dilecte fili nobilis vir salutem et apostolicam benedictionem. Proficiscitur ad Charissimum in Christo filium nostrum Maximilianum Imperatorem electum cum nostris literis dilectus filius Nicolaus Bassaraba quem Barbuli Nagorae quondam Transalpinae

Principis filium legitimum et naturalem proborum virorum testimonio esse accepimus, ut illius fidem atque opem imploret; eum nos ad pedes nostros prouolutum benigne audiuimus, opportunoque ad hoc iter conficiendum subsidio iuvandum duximus. Itaque quoniam exploratum sibi est, pro tua singulari prudentia et auctoritate, quantum adiumenti tuus rebus suis fauor sit allaturus, a nobis humiliter petijt, ut se tibi quoque commendare dignaremur. Nos igitur, qui huic honesto eius voto deesse non possumus, et si ipsum eidem Imperatori electo commendauimus, tamen pro nostra erga eum paterna charitate, his etiam nostris illum tibi commendamus. Quapropter erit tua, illustri virtute ac probitate maxime dignum, si Juvenem hunc claris natalibus insignem, acerbis vero fortunae incommodis agitatum, atque iacentem tua gratia, dignitate, auxilio apud eundem Imperatorem electum studiosè fovebis, ac sublevabis. Datum Romae apud sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris Die XX. Augusti M. D. LXVJ. Pontificatus nostri Anno Primo.

Cae: Glorierius, m. p.

Aufschrift: Dilecto filio nobili viro Alberto Duci Bauariae.

DXXXI.

Papa Piu V. îi recomandă *Impěratului Maximilian II.* pe Nicolae-Vodă Basaraba. 1566, 20 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Pivs Papa V^us.

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicnm benedictionem. Dilectum filium nobilem virum Nicolaum Bassarabam, qui has nostras tibi reddet literas, propterea, quod Reipublicae Venetae testimonio, eum Barbuli Nagorae olim Principis Transalpinae filium legitimum et naturalem esse intelleximus, benigne suscepimus, ipsumque ad Maiestatem tuam venire cupientem etiam honesto viatico libenter prosecuti sumus. Quare eius fortunae et calamitatis miserti, in qnam summus quisque vir incidere facile potest, peculiarique nostra charitate moti, nostri paterni erga eum officij partes apud te interponere uoluimus. Itaque hominem hunc sane pernobilem atque modestum auito maiorumque suorum imperio eiectum, ac fortunis omnibus spoliatum Maiestati tuae, quae miseros eiusmodi tueri, eisque opem affere solet, ex animo commendamus. speramus (sic) enim, Te quicquid liberalitatis ac beneficij, pietatis praecipue studio, in eum contuleris, benè commodèque esse positurum. Datum Romae apud sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris Die XX. Augusti M. DLXVJ. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Cae: Glorierius, m. p.

Aufschrift: Charissimo in Christo filio nostro Maximiliano Romauorum Regi in Jmperatorem electo.

DXXXII.

1566, 24 August. *Cardinalul Dolfino* îi recomandă *Impĕratului Maximilian II.* pe Nicolae-Vodă Basaraba pentru scaunul Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Caesarea Maesta!

Essendo stato raccommandato à Nostro Padre da molti Cardinali Niccolò Bassarabà, per mano del quale sarà presentata questa alla Maesta Vestra Caesarea, et essendo piaciuto à S.S-tà doppo l'haver ueduto le fedi, che egli hà di essere successore nel Regno della Transalpina, non solo di donargli danari da potersi ricondurre in cotesti paesi, mà di scriuere anco a fauor suo alla Maestà Vestra il breue, che ella uederà, io non hò potuto mancare di non accompagnarlo anco io con questa mia. Supplicola ad usare uerso di lui quella benignità, e clemenza, che è propria dell' inuitto animo della Maestà Vessra alla quale bacio humilissimamente la mano, e prego ogni felicità.

Da Roma alli 24. di Agosto 1566.

Di Vestra Sacra Caesarea Maestà humilissimo seruitor

Il Cardinale Dolfino, m. p.

A tergo: Alla Sacra Cesarea Maiestà.

DXXXIII.

1566, 11 Sept. Scrisórea *Impĕratului Maximilian II.* cătră *Archiducele Carol* despre afacerile Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus secundus etc. — Archiduci Carolo. etc.

Serenissime princeps, frater charissime.

Cum his Dilectioni Vestrae fraternè communicanda duximus exempla literarum, quas nuperrimè accepimus à Lazaro de Schwendy unà cum responso cum ad recentiores istas tum ad priores etiam dato ac aliarum quoque literarum quas haud ita pridem ad praefatum Schwendy in negocio Moldauiensi dedimus, quod et ipsum Dilectionem Vestram nosse oportet. Caeterum Dilectionem Vestram recté valere ac prosperis rerum successibus frui optamus. Datum in castris nostris Imperatoriis ad Danubij ripam inter Iaurinum et Comaromium positis, die 11. Septembris 1566.

Eiusdem Dilectionis Vestrae

Bonus Frater.

DXXXIV.

Impĕratul Maximilian II. învită pe *Petru Russel* să iee parte la expediţiunea pornită în Moldova. 1566, 25 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Petro Russel. — Maximilianus secundus.

Fidelis dilecte. Cum iam rursus curam susceperimus promouendi et ad finem deducendi expeditionem Moldauiensem, ut quad ad turbanda hostium consilia plurimum momenti habere, ac Regnis et Dominiis nostris, totique Christianitati magnam utilitatem allatura videatur. Et tu in ea quoque ut in aliis nobis bonam operam nauare possis, te proinde benignè requirimus, ut quando verbis nostris admoneberis, tuam uirtutem et praeclarissimum de nobis benemerendi studim hoc etiam argumento comprobare non omittas, quemadmodum nobis de te planè pollicemur. Equidem oblata occasione non omittemus tibi vicissim gratiam nostram Caesaream declarare, tuosque labores benignè recognoscere. Datum in castris nostris Imperatorijs ad Iaurinum positis die 25 Septembris 1566.

Fideli nostro dilecto

Petro Russel Capitaneo nostro.

DXXXV.

Impĕratul Maximilian II. învită pe *Antoniu Székely* să iee parte la expediţiunea pornită în Moldova. 1566, 25 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Anthonio Zeckel. — Maximilianus secundus.

Egregie fidelis nobis dilecte. Quamuis te iam antea quoque ut soles pro tua in nos fide et benemerendi studio in rebus ad nauandam nobis operam tuam in ea de qua nunc agitur expeditione Moldauiensi promptum paratumque ostendisti, Cum tamen eadem expeditio hucusque ob causas quasdam omissa sit, quam nos primo quoque tempore cuperemus pro commodo ac beneficio Regnorum ac Dominiorum nostrornm ad felicem et optatum finem deduci, per praesentes literas te denuo requirendum duximus, ut hac quoque in parte eximiam virtutem optimamque voluntatem tuam contestari velis, sicuti te facturum minimè difidimus. Jd quod caeteris quoque plurimis egregijs obsequijs tuis remunerabimus, gratiaque et benignitate nostra Caesarea recognoscemus. Datum in castris nostris Imperatorijs ad Iaurinum positis die 25 Septembris 1566.

DXXXVI.

1566, 25 Sept. Scrisórea *Impĕratului Maximilian II.* cătră *Albert de Laszky*, vestindu-l că va primí de la Schwendy rĕspuns în cestiunea cererilor ce făcuse în cestiunea Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Alberto à Lasky. — Maximilianus secundus etc.

Spectabilis et magnifice fidelis nobis dilecte. Literas tuas decima quinta die praesentis mensis datas accepimus, et difficultates, quae tibi ad praesens occurunt in negocio Moldauiensi intelleximus. Ad quod perficiendum cupis tibi hinc de exercitu nostro manum aliquam militum subsidio mitti. Equidem speramus huiusmodi institutum tuum si ad optatum efectum deducetur ac bono modo et ordine geretur, non modo Regnis ac Dominijs nostris sed toti Christiana Reipublica salutare et utile, tibi vero valde honorificum futurum. Quamobrem id tanto libentius quacunque in re poterimus, promouebimus ut qui alioquin etiam ad declarandum tibi benignum nostrum in te animum propensi sumus. Quid autem super humili petitione tua decreuerimus, id ex supremo nostro in partibus istis Capitaneo Strenuo nostro et sacri Imperij fidele dilecto Lazaro de Schuendy percipies. Id quod tibi ad memoratas literas tuas gratiose respondere voluimus. Datum in castris nostris Imperatorijs ad Iaurinum positis die 25 Septembris 1566.

DXXXVII.

1566, 25 Sept. *Impĕratul Maximilian II.* însărcinéză pe *Christof Teuffenbach* să însoţéscă pe Schwendy în expediţiunea pornită în Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

An Cristoffen von Teuffenpach. — Maximilian der ander etc.

Getrever lieber, Nachdem wir Ietzt widerumb in handlung steen die Moldawische expedition die Dir Vnnsers erachtens alberait bewist, oder noch angezaigt wirdet, mit Verleihung Göttlicher gnade, ins werck vnd wirckliche Volziehung Zurichten, darinnen vns Du neben annderen nuzlich vnd woll Dienen magst, So ersuchen wir dich hiemit gnedigclich, wan Du Desshalben in vnnseren namen durch vnnseren Veldtobristen in Zips Lasarussen von Schwendj ersucht wirdest, das du dich hierinnen wie in allen annderen gehorsamlich erzaigest wie wir vns dan zu Dir gannz gnedigclich versehen. Solches wirdet vnns von Dir zu sonnderen gnedigen gefallen raichen, vnd wir sei es in allen gnaden gegen Dir Zuerkhennen genaigt. Geben in unseren Kaiserlichen Veldtleger Zu Rab den 25. tag Septembris, Anno p. in 66-ten, Vnnserer Raiche des Römischen und Hungerischen in Vierdten vnd der annderen im Iaren.

Vnnserem getreven lieben

(petatur Titulus ex alijs Cancellarijs.)

DXXXVIII.

Scrisórea lui *Nicolae-Vodă Basarab* către *Ducele Albert de Bavaria*, rugându-l să intervină, ca *Impĕratul Maximilian II.* să-i dea ajutor pentru ocuparea Munteniei. 1566, 10 Noemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Excellentissime atque illustrissime Dux. Cum superioribus annis Illustrissimus Barbulus Bassaraba dilectus meus parens Regni Transalpinae id est Maioris Valachiae iure optimo olim Princeps, et Dominus, aliquorum eiusdem Regni procerum iniqua Coniuratione praehabita, nouo quodam ab eisdem proceribus Principe electo, Turcarum inuocato auxilio, propria sede detrusus, atque Captiuus effectus Constantinopolim ductus, ac tandem breui temporis Curriculo occultè iugulatus fuisset, ubi propterea ego Cum matre, et sorore Captiui remansimus, sed post aliquot annorum deuolutionem, ad uirilem iam cum peruenissem ætatem, edoctus, quod audentes fortuna iuuet timidosque repellat, apud Christianos Principes maxima Captandae beneuolentiae spe ductus, Patris mei sedem, quae mihi iniuste detinetur, Serenissimi Imperatoris Caeterorumque Christianorum Principum auxilio, proprio atque Cruore recuperandam esse duxi. Sicque reuocato animo, Matre et sorore Captiuis ibidem relictis, loci Commoditatem temporisque opportunitatem nactus ab eorundem seuissimis Turcarum manibus fugam arripui, et iam ellapsus est annus quo Viennae Austriae, Maximiliano Caesari inuicto, me praesentaui eidem pro statu meo recuperando petens auxilium. Qui Cum me aequo animo laetaque fronte suscepisset post aliquot dierum spacium, aliquali pecuniae dono sua benignitate porrecto, respondebat se pronunc multis maioribus impeditum negocijs rebus meis auxilium praestare non posse, propterea ut res meas ad aliud usque tempus differrem, seu ad alia loca Causam meam proponendam curarem. Quam ob Causam, Cum me à Caesarea Maiestate repulsum, et ferme derelictum agnoscerem, ex Germania me in Italiam Contuli, atque ante Pij Quinti Pontificis Maximi, pedes prostratus, de rebus meis Consilium, et auxilium petij. Qui quam primum Transalpinum me esse agnouit, Caesaream Maiestatem iterum adire Consuluit, atque Celsitudinem uestram, quo me Imperatori Commendatum faceret summum esse medium Cognouit, suasque Cum ad Caesaream Maiestatem, tum ad Celsitudinem uestram Commendatitias dedit litteras, et Commisit, ut prius Celsitudinem uestram, Caesaream deinde accederem Maiestatem Qui (uti pastor est optimus) Competentem etiam Viaticum libenter tribuit, Qui Cum uenturus in Germaniam Roma statim discessissem, Vtini in foro Iulij Ciuitate decima die Septembris grauissimis aggressus febribus, per totum mensem illum, et ferme usque ad medium mensis Octobris, ita laboraui, ut meum inceptum iter Cito, ut optabam Complere nequiuerim, atque ibidem pro Medicis, et Medicinis toto ferè Consumpto uiatico, recuperata ualetudine proprios equos uendere Cogebar, quo reliquam itineris partem absoluerem, iam adsum Princeps suauissime, meque in uestras ulnas praeceps proijcio, uestrae Celsitudini, et Consilij, et auxilij Copiam petens. Quod si res meae de statu recuperando desperatae uidebuntur, nil aliud quero nil opto, quam ut Celsitudo uestra me inter suos Aulicos adscribat sibi perpetuum uitae meae seruitium et obsequium offerens, proprium sanguinem pro Celsitudine uestra effundere paratus, rogo ergo Princeps Serenissime tanquam orphanus, Celsitudo uestra animi mei erga se promptitudinem non spernat, Cuius Consilio me totum submito. Viuat diu foelix.

Celsitudinis uestrae obsequentissimus

Nicolaus Bassaraba, Haeres, et Succesor legitimus Regni Transalpinae.

Aufschrift: Ad Illustrissimum et Clementissimum Principem.

DXXXIX.

1566, 11 Noemv. Scrisórea *Ducelui Albert de Bavaria* către *Impèratul Maximilian II.* recomandându-i pe Nicolae-Vodă Basarab.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Serenissime ac Potentissime Caesar, domine Cognate et affinis clementissime. Quid Sanctissimus dominus, dominus Pius Quintus, Pontifex Maximus, ad me, in fauorem praesentium exhibitoris, Illustris Nicolaj Bassarabae, quondam Barbulj, Transalpinae Principis, filij, scripserit, ipseque Bassaraba à me petierit, Maiestas Vestra ex adiunctis intelliget. Cum itaque, qro mea erga Sanctitatem suam debita obseruantia, ac in afflictos, eos maximè, qui ex Illustrj familia ortj sunt, pietate, omittere non potuerim, quin Sanctitatis suae commendationj, ipsiusque Bassarabae precibus aliqua ex parte satisfacerem, Maiestas Vestra huic meae fortassis minus tempestiuae interpellationj veniam dabit. Intercessionj verò meae tantum tribuet, quantum sibj opportunum ac ex re sua fore videbitur. Quibus, Maiestatj Vestrae me humillimè commendo. Datum Monacj, die XJ[a] Nouembris. M. DLXVJ.

Eiusdem Caesareae Maiestatis Vestrae

Obsequentissimus Princeps, Cognatus et affinis

Albertus Dux Bauariae, m. p.

Aufschrift: Serenissimo ac Potentissimo Principj et domino Maximiliano secundo, electo Romanorum Imperatorj semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae et Bohemiae etc. Regj. Archiducj Austriae, Duci Burgundiae, superioris et inferioris Silesiae etc. Marchionj Morauiae, etc. domino, Cognato et affinj meo Clementissimo.

DXL.

1566, 20 Noemv. *Impěratul Maximilian II.* vestește pe *Francisc Zay*, că a numit pe Schwendy comandant al expedițiunii pornite în Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus secundus etc. — Francisco Zay.

Magnifice fidelis nobis dilecte. Accepimus paucorum dierum spatio ternas à te literas 29. Octobris et 10 vertentis mensis datas, varia quaedam humilima postulata tua continentes, de quibus recordamur te pro parte antehac etiam apud nos egisse. Etsi autem nos fidelissima et diuturna seruitia tua bene agnoscimus, eorumque causa te singulari gratia et benignitate complectimur, Tamen in tanta negociorum multitudine qua nunc distinemur, ad praesens certi quicquam super hisce tuis humilimis precibus respondere non possumus, praesertim cum in nonnullis uberiore quoque nobis informatione opus sit. Verum non multum extrahemus hanc resolutionem nostram, Et quacunque in re tibi

gratiam nostram commodè declarare poterimus, in ea nec propensam voluntatem nobis defuturam experieris.

Quod autem attinet ad expeditionem Boiaronum Moldauorum, scimus quanti ea res sit momenti; Ideoque eiusmodj expeditionem illorum omnibus modis promouere cupimus, atque hanc curam supremo Capitaneo nostro Lazaro de Schwendy imposuimus.

Id quod tibi ad memoratas literas tuas clementer respondendum duximus. Datum Viennae die 20 Nouembris 1566.

DXLI.

Impěratul Maximilian II. însărcinéză pe *Anton Székely* să-i dee lui Schwendy mână de ajutor în expedițiunea pornită în Moldova. 1566, 2 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus secundus. — Anthonio Zeckel.

Egregie fidelis nobis dilecte. Singularem animi tui promptitudinem quam declaras per literas tuas 20 die proxime praeteriti mensis Nouembris datas in suscipienda expeditione Moldauiensi magnopere sanè probamus, ac grato et benigno animo suscipimus, non dubitantes te cum noueris ipsemet quantum hoc negocium rebus nostris conferre queat, si Deo dante feliciter conficietur, omnes in eo ingenij vires ac virtutis tuae bellicae neruos positurum, Cuius expeditionis ac rerum ad eam pertinentium curam omnem cum nos supremo nostro in partibus istis Capitaneo Lazaro de Schuendy imposuerimus, poteris eum si quid tibi occurret difficultatis interpellare, Nos Vero scias laborum ac fidelium obsequiorum tuorum benignam semper memoriam esse conseruaturos. Datum Viennae die 2 Decembris 1566.

DXLII.

Extras dintr'o scrisóre adresată de *Adam de Franchi* către *Nicolae Lomelino* despre țěrile române. 1566, 12 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Illustre et honorando.

. . . Hanno mandato in Bogdania e Valachia, debiano venir li Vaivodi di esse qui In la Corte, per ho non se crede che verano, perche e ora noua che mandano lor homini con borse ben fornite . . .

Di Constantinopoli adì 12 dicembrio 1566.

Adamus de Franchij m. p.

A tergo: Al Magnifico Signor Nicolo Lomelino, suo honorando.

DXLIII.

1566, 14 Decem. *Nicolae-Vodă Basarab* cere de la *Impĕratul Maximilian II.* ajutor, ca să ocupe scaunul Munteniei, usurpat de Perru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Illustrissime Domine.

Quum apud suam Caesaream Maiestatem per multas literas testimoniales à me Nicolao Bassarabba traditas Clare patet me esse filium legitimum, et Haeredem quondam Illustrissimi Barbuli Bassarabbae Principis Transalpinae olim filij quondam Illustrissimi Nagorae Bassarabbae eiusdem Transalpinae Principis at quia ad praesens Regnum a Domino Petro Vaiuoda est occupatum, hinc humiliter Cesareae Maiestatl Supplicaui, ut mihi concedat Priuilegium per quod declaretur, et clare ostendatur ad me tale Regnum pertinere tanquam Verum, et legitimum filium atque haeredem praedicti illustrissimi Principis. Obnixe igitur rogo, Dominationem Vestram, ut quam citius poterit me expediat. Huiusque tanti beneficij in me collatj unquam immemor ero, quam deus conseruet, atque foelicitet.

Dominationis Vestrae humilimus

Nicolaus Bassarabba.

Aufschrift: Humilis supplicatio Nicolai Bassarabbae olim filij illustrissimi Principis Transalpinae Barbulj Bassarabbae. (Angekom. 14. Dezb. 1566)

DXLIV.

1566, 29 Decem. Extras din o scrisóre alui *Adam de Franchi* către *Impĕratul*, trimisă prin *Nicolae Lomelino*, despre dorinţa ambasadorului francez de a lua în căsătorie pe sora Domnului din Muntenia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Caesarea Maestà.

. . . . Il Vaiuoda de Bogdania Alesandro ha mandato qui un suo figliolo, qualle audientie pasate ha basato mano di questo Signore con un brauisimo presente di 300 veste; quello alltro de Valachia ha mandato vn suo barone qual medemamente basso mano con presenti honesti. Il matrimonio del sudeto Inbasator de fransa che perscrissi a Vestra Maiesta qual era per farsi con vna sorella del Vaiuoda di detta Valachia, e itto in fumo, e hora sono in litte dinanti al bassa. Vlugiali qual era in gouerno de Tripoli escauato li mesi pasati la ha di nouo rihauata et se mette in ordine di partir per esso loco fra 30 dicon de galere et vna galiota. . . . . Da Constantinopoli, ali 29. di disembrio del 1566.

A tergo: Al Magnifico Signor Nicolo Lomelino, suo honorando.

DXLV.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre sosirea la Pórtă a unuĭ sol din Polonia şi despre cestiunea căsătorieĭ ambasadoruluĭ francez cu sora lui Petru-Vodă. 1567, 6 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine clementissime.

. . . . . His elapsis diebus uenit huc Legatus quidam Regis Poloniae qui querimoniam habuit de Tartaris atque Moldauiensibus, quòd illi in principis sui ditione omnia quo usque pertingere potuerunt sint depopulati, et hi continuis iniurijs Polonos afficiant. Postulauit captiuos per Tartaros restitui et damnificatores illos Moldauienses pro demerito puniri. Purgauit etiam Regem suum qui ad hanc portam delatus fuerat quasi Moldauiensibus exulibus atque profugis in sua ditione praeberet hospitium et Maiestati Vestrae in hoc bello praestitisset auxilia, affirmando Regem nihil reliqui facere ad summam diligentiam ut amicitiam à maioribus suis cum Ottomanis initam quam integerrimè obseruet, cuius confirmandae gratia propediem sit missurus spetialem Oratorem ad declarandum animĭ sui sinceritatem. Dictus Legatus interogatus de Maiestatis Vestrae conatibus fertur respondisse, Maiestatem Vestram adhuc esse in armis et majores indies copias contrahere, necdum ad pacem ullam inclinare . . . .
Orator ille Gallicus Monsieur du Gran Ry qui cupiebat ducere vxorem Petri Vaiuodae Valachiae sororem, repulsam passus est. Habuit virginis matrem ab hoc matrimonio prorsus alienam quae latinae religionis virum affinitate sibi coniungere noluit. Repetit autem nunc Orator vestes et munera quae puellae dono miserat, pendet lis apud Mehemetem Passam et nondum sententia lata est. Aspirabat homo ille per hoc connubium ad Praefecturam Valachiae, ut deficiente aliquando Petro Vaiuoda à Principe Tarcharum prouinciam impetraret; factus est nunc fabula vulgi. Res illi fuit cum hominibus Graecis, peruersis scilicet, auaris et Turcica indole praeditis qui solis uerbis quantumuis mellitis difficulter inescantur. . . . .

Constantinop. 6. die Feb. 1567.

Sacratissimae Maiestris Vestrae

Obedientissimus servus

Albertus de Wyss, m. p.

(Postscripta de 8 Febr.)

DXLVI.

1567, 17 Fevr. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.*, despre pretendentul moldovean Stefan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Allerdurchleuchtigister Grossmechtigister Romischer Kayser.

. . . .

. . . . . . Es hat auch mergemelter Herr Mehemet Bassa mir angezaigt, Welchermassen zu Kassaw ein Moldauer Steffan Weywoda genannt, ein Anhang von ettlichen Auffrurischen fluchtigen Moldawischen Edelleuthen haben sollt, Wölche Herrn Lazaro von Schuendj zehen Tausend Ducaten verhaissen, soferr Er sy durch Hilff Euer Kay: May: Khriegssvolck wider in die Moldaw füren und einseczen, und den jeczigen Alexander Veiuoda auss dem Landt jagen und vertreiben wurde. Bemeltes Stephanj Vaiuodae und seiner Anhäng schreiben In Seruianischer Sprach an Jeczgedachten Herrn Lazaro von Schuendj ist vnderwegen von den Turcken nidergelegt, vnd hieher zu der grossen Porten geschickt worden. Da nun Euer Kay: Maj: mit dem Grossmechtigisten Turggischen Kayser einichen guetlichen leidlichen Vertrag einzugeen gesynnt, wirdet vnder andern auch von notten sein zu befurderung besserer Ruhe und Ainigkayt, Verordnung zuthuen, damit obangeregte Moldawer Euer Kay: May: Gepiet raumen, vnd Inen weder Hilff noch beistandt ettwas wider obgenannten Alexandrum Vaiuodam furzunemen vnd Ins Werck zurichten, zugesehen vnd gestattet werde.

. . . .

Datum Constantinopoli den 17. Februarij A. D. 1567.

Euer Röm: Kay: May:

Vnderthenigister Gehorsamister Diener

Albrecht von Wyss, m. p.

DXLVII.

1567, 8 Martie. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre succesul solului polonez în afacerea Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

. . . . Legatus ille Polonus qui conquestus fuerat de Tartaris atque Alexandro Vuiuoda Moldauiae discessit hinc ante paucos dies cum responso satis frigido, nempe ut Rex Poloniae concordet cum Tartaris et munera honoraria quotannis dari solita statuto tempore transmittat, fore ut tunc ab illis non molestetur amplius. Cum Alexandro quoque ut bonam vicinitatam colat et deputentur vtrinque commissarij qui

damna illa inspiciant et controuersiam componant; Principem Turcharum quoque missurum Chiausium qui rem omnem accurate cognoscat et simul atque alius Legatus cum muneribus pro renouanda amicitia acceserit, quod iustum fuerit, in hac porta decretum iri. Sacratisimae Caesareae Maiestati Vestrae me cum omni obsequentia supplicem commendo atque ut mihi de pecunijs ad persoluenda debita et faciendas impensas in tempore prospici iubeat, iterum atque iterum inuoco.

Constantinopoli 8 Martij 1567.

Albertus de Wyss, m. p.

DXLVIII.

Raportul lui *Eduard de Provisionali* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre afacerile turceşti. 1567, 11 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Relatio Eduardj de Prouisionali de rebus turcicis.

Sacra Cessarea Maiesta.

. . . . . Per segno delli trattati che hanno insieme Francesi con Turchi si nota che l'estate passata uenne un Ambassadore di Francia et fu à basciar la mano al gran Turco in Belgrado, per rallegrarse, come dicono li Turchi, dell' Impresa che esso gran Turco ueniua à fare contra l'Vngaria et l'istesso Ambassadore fu in quel tempo à uisitare il Transiluano, et doppo subbito entro à trattare col Valacco per hauere una sua sorella per moglie; non ostante questo alli 13 di Decembre è uenuto in Constantinopoli Mons.-re di Ville coni (sic), il quale dicono essere Figliolo naturale de Re Francesco, si che questo si spesso negotio non e senza suspetto . . . .

Edouardo de Prouisionali, m. p.

DXLIX.

1567, 13 Martie. Rescriptul *Impĕratuluĭ Maximilian II.* cătră *Albert de Wyss* în cestiunea armistiţiuluĭ încheiat cu Pórta.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus II. etc. — Alberto de Wyss.

. . . .

Quocirca tibi benignè iniungimus, ut hanc tam liberalem et beneuolam resolutionem nostram (1) Serenissimo Turcharum Imperatori vel supranominato eius supremo Consiliario ac Vesirio quam primum significes, petasque et instes ut e vestigio Passae Budensi ac Beglerbego Themesiensi caeterisque Sanziackis, Begis, praefectis, militibus ac sabditis limitaneis non solum per Hungariam, sed Dalmatiam quoque et Croatiam ac Sclauoniam, nec non quondam Regis Ioannis filio ac Moldauiensi ac Transalpinensi Vaiuodis strictissimè mandetur, ut terra marique ab omni hostilitate abstineant et expeditionem, siquam suscepissent, mox omittant, ac pacem et inducias candide et firmiter colant, nec quicquam in contrarium clam vel occulto, directe vel per indirectum moliantur sed sese intra suas stationes quiete ac pacifice contineant nec nostros ullo modo lacessant, quemadmodum vicissim et nos tunc ad omnes Gubernatores nostros, Locumtenentes ac supremos et alios Capitaneos, praefectos, milites et subditos in confinijs Regni nostri Hungariae existentes similia mandata daturi, ipsasque Inducias, quatenus id ex altera quoque parte futurum est, firmiter obseruari curaturi sumus.

Et quia inter alia quoque postulatur ut ne Boiaronibus Moldauiensibus in ditione nostra existentibus contra praesentem Moldauiae Vaiuodam Alexandrum quiquam subsidij et auxilij praestemus, poteris atque debebis saepefato Illustri ac Magnifico Mechmeth Passae significare et polliceri quòd hac quoque in parte habituri simus condignam rationem Serenissimi Imperatoris Turcharum, nec illis ad turbandum praesentem Moldauiae statum quicquam axilij laturos, vel à ministris ac praefectis nostris ferri concessuros esse, non dubitantes Serenissimum Imperatorem Turcharum vicissim prospecturum, ne Vaiuoda ille nobis ullam in futurum et maxime durantibus Inducijs et pace offensionis et indignationis causam praebeat. . . . .

Pragae 13. Martii 1567.

---

1) nämlich wegen Einhaltung des Waffenstillstands und baldiger Abordnung eines Gesandten mit Ehrengeschenken nach Konstantinopol.

DL.

Scrisórea *Impĕratuluĭ Maximilian II.* cătră *Sultanul* în cestiunea negoţierilor de pace. 1567. 7 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus II. etc.

Serenissimo Principe Turcharum etc.

Redditae nobis fuerunt Serenitatis Vestrae literae, et ex ijs libenter intelleximus quòd Serenitas Vestra benevole sese declarauerit in admittendis audiendisque Oratoribus nostris quos ad Serenitatem Vestram mittere cogitamus. Nam in eo apparet Serenitatis Vestrae praeclarum studium ad tranquillitatem publicam ac pacem et concordiam colendas, dignum sanè virtute et aequinanimitate Serenitatis Verstrae, cui et nos parati sumus mutua beneuolentia quoquo loco et tempore respondere. Et quoniam etiamnum eodem quo antea tenemur desiderio promouendi uniuersalem quietem et utilitatem ac in primis praecauendi maiorem et extremam oppressionem miserorum subditorum, accepta nunc ista Serenitatis Vestrae declaratione, absque longiore mora, quando scilicet diuina benignitate in Ciuitatem nostram Viennam redierimus, quod breui ut speramus futurum est, ablegabimus ad Serenitatem Vestram cum condignis muneribus Oratores nostros unum vel plures de voluntate nostra edoctos ad tractandam et Deo concedente feliciter concludendam cum Serenitate Vestra eiusmodj pacem atque amicitiam. Et quoniam Serenitas Vestra ipsamet quoque nobiscum videtur consentire, quòd scilicet necessarium sit interea, donec de pace in porta Serenitatis Vestrae tractabitur et transigetur, in confiniis fieri armorum suspensionem, nos sanè de modo quo recte fieri poterit, cum Serenitatis Vestrae Locumtenente Passa Budensi haud grauatè concordabimus, cui etiam mentem et sententiam nostram iam patefecimus, quinimmo pro parte nostra iam antea initium fecimus istius modj armorum suspensionis, reuocatis copijs nostris ab omni ulteriore oppugnatione et hostili inuasione locorum et ditionum tam filij quondam Regis Ioannis quam Serenitatis Vestrae, sicuti Serenitas Vestra ex Oratore nostro ad praesens in aula seu porta Serenitatis Vestrae existente, nobile fidele nobis dilecto Alberto de Wyss latius poterit intelligere. Itaque confidimus Serenitatem Vestram aduentum istius legationis nostrae aequo animo expectaturam et denuo firmissima mandata daturam, ut interea etiam Serenitatis Vestrae Beglerbegi, Sanziacki, Beghi Praefecti, milites ac subditi passim in Regno Hungariae ultra citraque Danubium ac in Dalmatia, Croatia et Sclavonia existentes nec non dictus quondam Regis Ioannis filius ac Moldauiensis et Transalpinensis Vaiuodae ad suas stationes redeant, in ijsdem se pacificè contineant, ac ab omni depraedatione, violentia et hostilitate abstineant, sicuti Serenitas Vestra sese facturam beneuole recepit. Quam Deus opt: max: quam diutissime saluam et incolumem conseruet. Datae Pragae 7. Aprilis 1567.

DLI.

1567, 11 Aprilie. Scrisórea lui *Ioan Trautsohn* cătră *Paşă de Buda* în cestiunea negoţierilor de pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Passae Budensi.

Spectabilis et magnifice domine, amice honorande. Salutem et beneuolentiae affectum. Quamuis sacra Romanorum Imperatoria ac Hungariae et Bohemiae etc. Regia Maiestas dominus meus clementissimus non dubitat Dominationem vestram, acceptis proximis literis meis per Maiestatis Suae Caesareae tabellarium seu cursorem hisce diebus ad excelsam portam serenissimi et potentissimi Turcharum Imperatoris domini vestri magnis itineribus remissum cum responso et beneuola resolutione Caesareae Maiestatis suae de mittendis propediem illuc Oratoribus atque condigno munere honoraria et armis interea temporis utrique deponendis ac suspendendis, juxta eam quam Dominatio vestra praesefert aequanimitatem et publicae quietis studium, ac iam dicti potentisimi Imperatoris vestri voluntatem, sedulo curaturam esse, ut pro sua quoque parte mox arma in omnibus confinijs suspendantur, et praefecti ac milites Turcici ad stationes suas sese recipiant, ac ab omni iniuria et hostilitate contineant; sicuti de eo iam Caesarea Majestas ad suos Capitaneos, praefectos ac milites limitaneos firmissima mandata dedit, ultra id quod iam dudum generalem suum in superioribus Regni partibus Capitanem Dominum Lazarum de Schuendy ab oppugnatione arcis Hwzth reuocauerit et exercitum in stationibus suis disponere atque pacifice continere iusserit. Nunc tamen Maiestati suae Caesareae praeter omnem expectationem pluribus ex locis pro re certa nunciatum est, quòd Passa seu Beglerbeghus Themesiensis multorum millium armatorum copijs et bombadis bene instructus, cum aliquamdiu ad Iazberin in castris consedisset, praefato Maiestatis suae generali Capitaneo et exercitui eius omnem hostilitatem denunciauerit, atque eundem ad conserendas secum manus prouocauerit, iam vero ad oppugnandas etiam aliquas arces fidelium quorundam subditorum Maiestatis Suae Caesareae vel vastandam et depopulandam Maiestatis suae ditionem animum adiecerit, expectando à Dominatione vestra plures murifragas bombardas cum maiore militum manu. Et quòd etiam Dux Ioannes Sigismundus quondam Serenissimi Regis Ioannis filius euocatis et excitatis tam suis in Transsiluania subditis quam Moldauorum et Transalpinensium auxiliis pro se ipso quoque aliquid hostilitatis aduersus ditionem, loca, milites ac subditos Caesareae suae Maiestatis moliatur, uterque haud dubio non alio proposito quam ut tractatus concordiae, pacis et amicitiae Deo dante inter ambos serennisimos atque potentissimos Imperatores sarciendae et firmandae impedire et disturbare conentur, posthabitis mandatis serenissimi et pontentissimi Imperatoris vestri, qui et ipse vult atque desiderat in confinijs quam primum fieri suspensionem atque cessationem armorum, sicuti profecto tractatibus istis pacificationis et expeditioni Oratorum Maiestatis suae Caesareae ac muneris honorarij quod Maiestas sua Caesarea tam amanter pollicita est sese in honorem Magnitudinis illius missuram, plurimum impedimenti ac difficultatis inijcietur, nisi praedictus Passa et Beglerbeghus Themesiensis ac caeteri Sanziacki, Begi et milites penes eum existentes mox positis armis cessauerint atque ad stationes suas redierint et in iisdem sese pacifice continuerint, idemque etiam faciant Transsiluanus cum Moldauis et Valachis, et reliqui praefecti militesque Turcici, ubilibet in confiniis existentes, quemadmodum Caesareae quoque Maiestatis suae praefecti, Capitanei, milites ac subditi iussi sunt facere et facturi sunt, quiescentibus illis. Quoniam Dominatio vestra facile potest conijcere, quòd si perrescerint illi vim facere et Maiestatis suae et Caesareae ditionem, subditos ac milites hostiliter inuadere, quòd viceuersa nec Maiestatis suae Caesareae Capitanei, praefecti et milites

poterunt suimet et ditionis ac subditorum Maiestatis suae defensionem negligere, sed è contra conabuntur quantum in ipsis erit, par pari referre. Quòd si tunc igitur ex ista causa res denuo ad apertum bellum redierit, omnis culpa violatorum mandatorum potentissimi Imperatoris vestri et impeditae Legationis cum muneribus breui ad sublimem (sic) Magnitudinis eius portam expediendae, ac conturbatae pacificationis nemini posset tribui quam saepedictis Beglerbegho Themesiensi ac Ioanni Sigismundo Duci, immo et vestrae Dominationi, ut quae temerarios et inquietos illorum conatus auctoritate sua non cohibuisset. Neque tunc Maiestas sua Caesarea praetermissura esset rem omnem ad excelsam portam denunciare eosque hac de causa ut contemptores et violatores grauiter incusare. Quocirca iniunxit mihi sua sacra Caesarea Maiestas ut Dominationem vestram hac de re familiariter admonerem, à qua Maiestas sua Caesarea enixè postulat, ut eius modi inconuenientibus tempestivè occurrat, et dicti Beglerbeghi Themesiensis institutum nullo modo vel milite aut tormentis aut alijs apparatibus bellicis iuuet seu promoueat, quin potius casu quo id nondum esset factum, è vestigio ac serio iubeat et curet illum ab omni ulteriore expeditione ac hostili progressu abstinere, cum copijs ad loca ac stationes deputatas confestim redire et in ijsdem sese pacificè continere, Induciasque sanctè et firmiter obseruare, quemadmodum id ipsum ex hac quoque parte sincerè ac sedulo curabitur, quo commodius tandem Oratores Maiestatis suae expediri, et memorati pacis tractatus institui queat, quam quidem Legationem Maiestas sua Caesarea, simul atque Viennam reuersa fuerit, quod breui fiet, summo studio maturabit et promouebit. Caeterum Dominatio vestra in hoc non solum exequetur voluntatem et iussionem Serenissimi Imperatoris ac domini sui, sed de Caesarea quoque Maiestate sua sigularem gratiam inibit quam Maiestas sua Caesarea ut nuper pollicitus sum, quando Oratores isthac ad sublimem portam transibunt, competenti aliquo munusculo Dominationi vestrae declarabit, ac in futurum etiam vestra officia, merita et operam quam in hisce pacis regocijs praestabitis. munificentia sua Caesarea affatim recognoscet. Itaque super his Maiestatis suae Caesareae aequissimis postulatis à Dominatione vestra commodum et certum ac clarum responsum expectabitur cui Deus, quod reliquum est, prosperam valetudinem et felicitatem concedat.

Datum Pragae die 11. Aprilis A. D. 1567.

Ioannes Trautson,

liber baro ec., sacrae Caesareae Maiestatis intimus Consiliarius et supremus Curiae magister

---

DLII.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impĕratul Maximilian II.* despre afacerile din Moldova. 1567, 1 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, *Domine Clementissime*.

Contigit hic 23. Martii, uidelicet ipso die palmarum, quòd Christophorus de Laubenberg et Ioannes de Vyllei in occulto in turri maris nigri sublati fuerint è medio à Carceris custodibus ad instantiam quantum intelligo Transiluani atque Alexandri Vaiuodae Moldauiae qui illos indesinenter in hac porta accusarunt, et praecipue Ioannem de Villei

quòd tuperioribus annis Ioanni (1) Despotae in occupanda Moldauia et expollendo Alexandro praestitisset auxilium, atque sub ductu Melchioris Balassae quondam fuisset Transyluani seruitor; Quas tamen criminationes Mehmeth Passa surdis auribus hactenus praeteriuerat sed infelices illi captiui erant ualde impatientes, immorigeri effrenes et liberiores in dicendo atque scribendo ut qui continuo incusarint Transyluani atque Turcharum perfidiam, non considerata huius loci atque temporis iniquitate, ita ut ego qui ad modestiam atque taciturnitatem illos adhortabar et alimoniam affatim suggerebam, saepius metuerim ne mihi quoque crearent qericulum. . . . . Constantinopoli, 1. Maji 1567.

Albertus de Wyss, m. p.

DLIII.

1567, 27 Maiŭ. Scrisórea *Impĕratului Maximilian II.* cătră Marele Vizir *Mehemet-Paşa* în cestiunea negoţierilor de pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus II. etc. — *Mehmeth Passae.*

Illustris ac magnifice sincere nobis dilecte. Accepimus literas vestras quas nouissimè per Veredarium nostrum ad nos dedistis et in ijsdem continuum et praeclarum (2) vestrum in promouenda tractatione pacis atque amicitiae inter nos et Serenissimum Imperatorem vestrum, amicum et vicinum nostrum honoratum, ineundae iterum satis luculenter perspeximus. Ad quas quidem literas vestras non opus est quòd modo pluribus respondeamus, quandoquidem Oratores nostri hisce diebus sese in viam daturi sunt qui de ijs et alijs rebus tractandi mandatum et Instructionem habebunt. Quia vero iam antea ostendimus quam difficile et quasi impossibile futurum sit, commode de pace tractare, nisi interea cesset utrinque omnis hostilitas, et Induciae firmiter atque inuiolatè obseruentur, decreuimus proinde ea de re nunc rursus ad omnes Capitaneos, praefectos, milites et subditos nostros passim in confinijs existentes firmissima mandata dare, et spectabilem ac magnificum Passam Budensem ut idem faciat benigno nomine nostro admonere curauimus. Et quamvis non dubitamus id eum ad requisitionem nostram haud grauatè facturum, praesertim quoad Sanziackos, Begos, praefectos ac milites ductui ejus subiectos, tamen videtur nobis non abs re futurum saltem propter illos qui potestati ipsius non sunt submissi, quòd idem isthinc etiam ex porta et mandato speciali serenissimi Imperatoris Turcharum serio et sub grauissimis poenis iniungatur et praecipiatur, non ipsi tantum sed Bossnensi quoque Passae et Sanziackis illarum partium, Item Passae Themesiensi ac Duci Ioanni Sigismundo Serenissimi quondam Regis Ioannis filio, Moldauiaeque et Transalpinae Vaiuodis, ut scilicet durantibus hisce pacis tractatibus Inducias candide et firmiter obseruent, atque ab armis et quacumque hostilitate nostris ac serenissimorum et charissimorum fratrum nostrorum Archiducum Austriae ditioni ac fidelibus subditis tum per Hungariam ultra citraque Danubium tum et per Dalmatiam, Croatiam

---

1) Dürfte wol heissen: *Iacobus.*

2) Hier ist ausgelassen: studium oder animum.

ac Sclavoniam terra marique ullo quaesito praetextu inferenda plane abstineant. Nolumus enim vos latere quòd ne nunc quidem praefecti et milites Turcici cessant omne genus hostilitatis exercere, et nuper primum castellum quoddam nostrum Chyakan vocatum numero circiter mille equites peditesque hostiliter aggressi oppugnauerunt. Quare vos magnoperè hortamur et requirimus, ut eiusmodi iterata mandata quam primum expediri curetis, quò commodius istis tractatibus pacificationis opera dari, et Oratores nostri tutius hoc iter conficere queant, Id quod aliis etiam vestris egregijs officijs adscribemus mutuaque beneficientia nostra Caesarea compensare studebimus, quam vobis semper promptam paratamque deferemus. Datum Viennae die 27. Maij 1567.

DLIV.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre aspiraţiunile ambasadorului francez la scaunul domnesc al Munteniei. 1567. 11 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime!

. . . .

. . . . . Intellexi ex bono loco quod hic Orator Gallicus moliatur in hac porta res nouas et antea nunquam auditas. Superiori anno ambiverat virginem quandam Valacham Petri Vaiuodae Valachiae sororem, sed repulsam passus fuit. Nunc uerò ad ipsam Transalpinam aspirat ut remoto Petro Vaiuoda ipsemet ex Principis Turcharum beneficio provinciam possideat. Pollicetur Principi atque primaris Bassae montes prorsus aureos, offert Ianitzaris annuum longè majus quam Petrus Vaiuoda hactenus pendere sit solitus. Praeterea posse se ex Transalpina facere coloniam Gallicam et eò transferre ex Gallia aliquot millia hominum Schismaticorum illorum qui vulgo hodie appellantur Hugonoti qui, cum proxime accedant ad fidem et legem Mohometicam, fidelissimi sint futuri subditi et ad infestandum Maiestatis Vestrae ditionem, si necessitas postulauerit, Turcis strenuè auxiliaturi. Persuadere conatur primario Passae dictos Hugonotos cum Turcis magna ex parte conuenire, propterea quòd suis in templis nullas ferant statuas vel idola, sed solum Deum colant atque adorent, in circumcissione duntaxat discrepare, quam etiam progressu temporis sint admissuri. In eadem religione nunc quoque esse totam Belgiam. Et regem Franciae perfecturum quominus à Rege Hispaniarum ad pristinam fidem atque obedientiam reducatur. Adhaec agi inter Serenissimum Archiducem Carolum et Reginam Angliae de matrimonio, quod Gallis atque Turcis parum sit profuturum, Angliam esse uicinam littori Gallico et valde potentem atque diuitem quae multas naues onerarias bene armatas Regi Hispaniarum contra Turcas subministrare queat, sed Regem Franciae nihil intentatum relicturum ut hoc coniugium impediat et emissa per Oceanum classe Serenissimum Archiducem transitu prohibeat, quominus ex Belgia in Angliam trasfretare possit. . .

Constantinopoli 11. Augusti 1567.

Albertus de Wyss, m. p.

DLV.

1568, 8 Ianuar. Raportul lui *Adam Franchi* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre alungarea din Moldova alui Mircea-Vodă

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacrat. Caesarea Maiestá.

. . . .

. . . . . Dicesi ancora è certo che à petitione del detto Transiluano hanno mandato un Chiaus à chiamar il Vaiuoda della Moldauia e sua madre che fu moglie di Mirchio per priuarle dil stato et in esso loco metterui un certo Alessandro qual pretende quel stato, quale era da costoro confinato in Alepo; à mio giudicio non sera altro che cauarlj danarj siando bon grado, ne questo Bassa penserá in altro che in acumular di essi, quale é Barbaro piu che mai, e comanda in virga ferrea, uolendo cosi il socero, qual non attende che à darsi bon tempo et à crapule. Detto Bassa non stima nulla, e certo será la ruina di questo Impero che Iddio il faccia. . . . .
Da Constantinopoli alli 6. di Genaro, 1568.

Adamus Franchi, m. p.

DLVI.

1568, 10 Aprilie. Raportul lui *Adam Franchi* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre silințele lui Alexandru-Vodă din Moldova de a asigurá scaunul domnesc pentru fiiul sĕu.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

. . . . . . Alessandro il Vaiuoda di Bogdania ha intercesso à questo gran Turco di metter in stato suo figliolo primogenito in vita sua, restando lui impotente della vita et abile, et cosi li fu concesso e se li mando il stendardo e l'autorita, però li costa cara tal rimessa. . . . .
Constantinopli alli 10. di Aprile del 1568.

Adamus de Franchi, m. p.

A tergo: Domino Nicolo Lomelino, suo carissimo.

DLVII.

1568, 11 Maiŭ. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre sosirea la Pórtă a unui sol din Polonia cu plângerĭ contra Moldovenilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratiscime Imperator, Domine clementissime.

. . . .

. . . . . Prima Maij appulit Constantinopolim Petrus Sborowsky, Orator Regis Poloniae, cum Magna familia quae trecentas animas excedere dicitur. Venit causa

renouandae amicitiae quae iam inde ab occupata Constantinopoli intercessit Regibus Poloniae Principibus Ottomannis, attulit etiam grauissimas quaerimonias contra Moldauos atque Tartaros, quòd hi ante biennium innumeram hominum multitudinem ex Russia atque Podolia in captiuitatem abduxerint, illi vero retroactis temporibus multis iniurijs atque violentijs Polonos affecerint, ab utroque de damno dato Regi Poloniae satisfieri postulat. Petit etiam ne in Alexandri defuncti locum alius substituatur Sanziackus in Moldauia, nisi qui gratus acceptusque sit Regi Poloniae, allegando Principi Turcharum promissa ante quadriennium in Asia per Oratorem suum Georgium Iazwuuezky facta, quòd ipso aliquando imperante sine Regis Poloniae consensu atque voluntate nullus gubernator Moldauiae praefici debeat; sed quantum ex aliorum sermonibus intelligo et ego animo concipere possum, dictus Orator parum proficiet, iam enim expeditus est quidam ex praecipuis ianitoribus cum vexillo Imperatorio qui filium Alexandri demortui loco patris in Sanziackum confirmare debeat; pro hac confirmatione habebit in occulto Mehmeth Passa triginta Ducatorum millia, et tributum Imperatoris quod quottannis adimplebat 35 Ducatorum millia, augebitur in posterum quinque millibus. Ego praefato Oratori altera die statim post appulsum de foelici aduentu sum gratulatus ac simul xeniola misi pro loco et tempore non contemnanda quae illi valde fuere grata. Videtur esse vir bonus et erga Caesaream Vestram Majestatem et Rempublicam Christianam benè affectus. Cupit etiam omnimo ante suum discessum personaliter mecum colloqui. Hactenus tamen in Diuano publico non comparuit. Quaecunque autem ego de illius legatione et mente cognouero, ad Caesaream Vestram Maiestatem perscribam. . . . . , ... Orator Regis Poloniae nudiustertius osculatus est manus principis Turcharum, obtulit munera decem cuppas argenteas et totidem fasces pellium Zabellinarum praestantissimarum. De damno accepto sarciendo frustra laborat; quod enim antea factum fuit, nunc infectum fieri non potest, amicitia secundum pacta olim inita renouabitur. Maiestatem Vestram post illius expeditionem de omnibus certiorem faciam. Maiestati Vestrae Caesareae me cum omni obseruantia etc. etc.

Datae Constantinopoli 11. Maji.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae — Humillimus et obdientissimus seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

DLVIII.

Raportul lui *Adamus Franchi* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre sosirea la Pórtă a unui sol din Polonia cu plângerĭ contra Voivodului din Moldova. 1568, 12 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacrat. Caesarea Maiestá!

. . . . . Tandem il p°(1) del corrente è arriuato in questa citta lo imbassiador del Re di Polonia molto ben accompagnato da 250 caualli dico di suoi benissimo adornati, si adimanda Pietro Xboroschi, huomo di 45 anni. Dicono suo padre fu gran tempo Castellano di Cracouia. Alli cinque del corrente visito il primo Bassa e li porto di pnte. quatro Tassoni d'argento indorati, Quatro cimbri di Gebellini e un horologio

1) D. i. primo.

con doi cani santoni(?), fu da lui benissimo racettato, e li dimani venturi basera mano, e presto si partira, non è venuto che per Congraturlarse da parte del suo Re con il gran Turcho d'esser entrato al Imperio, procura che il Vaiuoda della Moldauia sia priuato del stato, dicon questo nuouo figliolo di Pietro gia morto li di passati, nel loco del quale succese il figliolo. Tutto quello che seguira nel basar mano con tutte la nouita dinotarò à Vestra Maiestá per altre poste. Lo Voiuoda di Valachia Petro figliolo di Mirchio è stato adimandato che venghi qua alla porta, e, dicono che viene, e venendo dubito sera priuatto, e in loco suo un certo Alesandro che è di quella rasa quale era in Alepo. . . . . . .

Da Constantinopoli 12. di Maggio 1568.

Adamus de Franchi, m. p.

DLIX.

1568, 16 Maiŭ. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre plecarea din Adrianopol aluĭ Sinan-Aga, ca să întroducă în ţéră pe fiiul rĕposatuluĭ Alexandru-Vodă din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clemetissime.

. . . . . Quidam Sinaan Aga, inter Ianitores secundus, sub initium Aprilis ex Adrianopoli cum vexillo Imperatorio missus fuerat in Moldauiam ut ibidem filium Alexandri demortui confirmaret in Vaiuodam. Is ne diu cunctaretur et festos dies ageret in Moldauia, accersitus per Veredarios 13. Maij, primo diluculo Constantinopoli redijt et eadem statim hora pronunciatus fuit Ianitzarorum Aga; at ille qui Ianitzaris antea praefuerat, è uestigio obtinuit Praefecturam Classis Turcicae non sine magno Pyali Bassae dolore atque incommodo, iam enim ad viam se accinxerat. . . . .

Constantinopoli 16. die Maij 1568.

Albertus de Wyss, m. p.

DLX.

Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impěratul Maximilian II.* despre pretenţiunile Poloniei faţă cu Moldova şi despre surghiunirea lui Petru-Vodă din Moldova. 1568, 5 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

. . . .

. . . . Orator Polonus adhuc hic commoratur et grauiter discrutiatur animo quód voti sui compos fieri nequeat. Cupit Regi suo de damno à Moldauis accpto satisfieri et Polonos per Tartaros abductos restitui. Praeterea in pristinae amicitiae confirmatione tres articulos Regi Poloniae remitti postulat. Primo ne Rex Poloniae in posterum teneatur transfugas Moldauienses in Turcharum potestatem tradere, sed si qui in Polonia sese receperint, illos è vestigio ex suo regno expellere debeat. Deinde ne obligetur Principi Tartarorum pendere munera annua de antiqua consuetudine quotannis persolui solita, nisi quando Rex Poloniae auxilium contra hostes suos ab ipso postulauerit. Postremo ut in Molduia non constituatur Vaiuoda nisi de consensu et uoluntate Regis Poloniae.

In posterioribus duobus articulis surdis cantat fabulam, quandoquidem Imperator Turcharum non ita absolute imperat Tartaris ut illos in suo iure impedire queat quominus debitus à Polonis exigant. Ad haec princeps Turcharum nunquam ad hoc condescendet ut in sua prouincia tributaria pro arbitrio Regis Poloniae Praefectos constituat atque remoueat, quantumuis ante quadriennium, dum adhuc priuatus uiueret in Asia, uerbis tantum quorum nunc non recordatur amplius, spem aliquam fecerit fore ut factus aliquando Imperator hac in re Regi Poloniae gratificari non grauaretur. Quod ad transfugas attinet, hac ratione fortassis transigetur negocium ut qui in Regno Poloniae deprehensi fuerint, uel restituautur uel capitali supplicio afficiantur. De sarciendis damnis et restituendis captiuis frustra quoque verba facit, cum praeterita nunc prorsus in obliuionem uenerint, immo nec captiuos quidem Polonos quos Orator in hac urbe reperit, ex seruitute eliberare potuit.

Interim dum haec tractat et pro resolutione apud supremum Passam sollicitat, aduolarunt Veredarij missi à Sanziacko Albi Castri quod est oppidum ad Pontum Euxinum positum, qui nunciauerunt Polonos ductore Alberto Lasko, fusis fugatisque Tartaris qui recens ex Polonia praedam egerant, irrupisse in ditionem Turcicam ad fluuij Borysthenis ostia atque in eo tractu deuastasse aliquot villas et oppida et nunc tormentis oppugnare castrum quoddam Zackouua nuncupatum, quo nuncio in Diuanum allato exortus fuit illico tumultus et fremitus magnus ita ut supremus Passa indignabundus per Chiausium et Mahmut interpretem de his violentijs cum Oratore uehementer expostulauerit et Orator intermissis tractatibus omnibus compulsus fuerit ablegare ad Regem Poloniae quendem ex suis nobilibus unà cum Chiausio Turcico qui harum iniuriarum causas inquirere et refere debeant. Ad quorum reditum Oratoris expeditio prorogabitur, quod illi praeter omnem spem et expectationem accidit, sperabat enim tamquam amicus veteranus maiorem beneuolentiam atque humanitatem, pro qua expertus est meram barbariem et immanitatem. Sed hi sunt fructus hoc tempore usitatissimi in hac Porta Turcica, de quibus comedunt omnes qui ad illam accedunt, siue amici siue inimici fuerint, sic ut nemo sine labore atque dolore inde discedat.

Vidimus etiam ante sex dies exemplum humanitatis Turcicae in Petro Vaiuoda Valachiae qui huc venerat cum praecipuis aliquot suis consiliarijs cum tributo ordinario et pecunijs multis ad mitigandum Principem Turcharum et Passas Visirios, apud quos in odium uenerat propter malam gubernationem et rapacitatem suorum ministrorum qui

Valachiam expilasse dicebantur. Accessit semel atque iterum ad supremum Passam à quo parum humaniter acceptus et non ita multo post in suo hospitio fuit conclusus, missis illicò Quaestoribus et Praefecto Chiausiorum qui pecuniam, suppelectilem et vestes describerent. Passis singulis et reliquis Portae ministris sua ordinaria consignata fuere munera. Reliquus autem thesaurus cum suppelectile ad Aerarium Imperatoris deportatus, relictis ipsi Vaiuodae tribus tantummodo vestibus et aliquot Asperorum millibus ad illius alimoniam deputatis. Expediti etiam fuerunt Chiausij in Valachiam qui matrem, fratres et reliquum thesaurum ibi relictum huc adducere debeant. Relegabuntur simul omnes, uti vulgo fertur, ad Iconium ciuitatem Lycaoniae, et Valachia dabitur gubernanda cuidam Alexandro ex sanguine Despotarum oriundo qui reuocatus est ex Syria ubi per decennium vixit sub custodia in ciuitate Aleppo. Haec Majestati Vestrae quam humilimè significare debui, suppliciter etiam atque etiam rogando ut in reditu Ibrahimi Begi de sumptibus mihi prospicere dignetur. Deus Altissimus Maiestatem Vestram etc. Constantinopoli 5. Iunii 1568.

Albertus de Wyss, m. p.

DLXI.

1568, 6 Iunie. Raportul lui *Adam Franchi* cătră *Impèratul Maximilian II.* despre surghiunirea lui Petru-Vodă din Muntenia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacrat. Caesarea Maiestá!

La simile di questa mandai quanto sopra alla Maiesta Vestra per questa medema uia. Poi lo Imbasciator Polaco baso la mano del gran Turco, ha presentato li 12 Tassoni di argento dorato, 12 timbri di Gebelini, 4 horologi, 4 cani sansoni, al quale fu fatto il pasto solito e honoratolo benissimo, Et con esso lui bazarono mano 12 gentilhuomini, Poi alli 21 del passato vennero nuove dal Tartaro qualmente li esserciti de la Maiesta del Re sopranominato che iuano alla volta di Moscouia haueuano fatto infiniti danni alli confini di detto Tartaro e brugiato alcuni casali. Il Bassa mando subito per lo Imbassiador et siando in sua presentia, li usó parole brute da barbaro, et di douerlo mettere in Torre, e far morir tutti i suoi. Detto Orator non manco di risponderli benissimamente, e fra le altre parole li disse che il suo Re hauea cento e piu pari suoi e della sua compagnia. Hannolo ritenuto e alquanto ristretto et hanno mandato doi Chiausi con alcuni di suoi gentilhuomini per ueder li danni che hanno fatto li esserciti per rimediarli . . . .

Li Moldaui fanno ogni di querele di Tartari, et il Vaiuoda de la Valachia Petro filiolo di Mirchia è sta qui condotto da Chiaussi, quale con grandissima pompa ha fatto la sua intrada in questa citta al ultimo di Maggio, e quel di medemo ando a visitar il Bassa con un rico presente, fra li altri 32 some di asperi; li mostro buona ciera e li fece tristi fatti. Detto Bassa mando tuttó del detto presente al gran Turco, e di notte fece assaltar la casa di detto Petro Vaiuoda a l'improuisa, e prese lui e tutti i suoi prigioni e si dubita che'l faranno morire con alcuni di suoi grandi, li hanno scritto le sue robe et

mandate in Chasna.(1) Hanno creato di nuouo per Vaiuoda di quel loco di Valachia un certo Alessandro che è pur di quella razza, quale tempo fa era confinato in Alepo. Hanno mandato Chiausi per condur qui sua madre fratello et sorelle con il suo tesoro quale dicono che e pur asai, e lo tene nelli confini nel loco di Rusico. La causa di tal priuatione di stato si dice in piu modi; però dicono che il Vaiuoda di Transiluania e un certo Catacusino de qui Constantinopolitano, quale é apaltador di sali per conto di esserli parentadi, li hanno fatto la guerra. Altri dicono che lui manco di mandar soccorso di vittouaglie quando il Soltan Soleimano era sotto Segetwar, però io credo che il tesoro che tiene é causa di questo, siando tanto il gran Turco quanto il Bassa li piu gran Tiranni del mondo, e oue sentono un denaro, lo voleno per loro, con le piu gran Tirannie che si habbi mai presentitto; questo Bassa regna con la piu gran impieta e poca giustitia del mondo, doppo che entrò in stato ha preso Chio, Sussio Andro, e tutto lo Arcipelago, et hora ha priuato costui senza fallo alcuno, Iddio prouedera . . . .

Constantinopoli ali 6 di Giugno 1568.

Humilissimo etc.

Adamus de Franchi, m. p.

DLXII.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre surghiunirea lui Petru-Vodă din Muntenia. — 1568, 26 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

. . . .

. . . . . At supremus Passa totus intentus est cumulandae pecuniae. Petrus quondam Vaiuoda Valachiae attulerat huc secum supra centum Ducatorum millia quae sine mora ipso concluso et indicta causa ad Palatium Imperatoris fuere deportata. Expectatur illius mater atque fratres cum reliquo thesauro, relegabuntur deinceps omnes ad Iconium ciuitatem Lycaoniae uel ad insulam Rhodum ut ibidem in exilio dies suos transigant. . . . .

. . . . Chiausius ille qui superioribus diebus ad Regem Poloniae ablegatus fuerat, fertur reuersurus sub finem mensis Iulij. Orator interim hic haeret in ergastulo et animo et corpore aeger detestando barbariem Turcicam ac suum malum genium qui illum pertraxit Contantinopolim ubi omnia pro voluntate et non pro ratione administrari cernit. Videtur animo erga Turcas esse admodum exacerbato, apertè innuens nisi in posterum pacta foedera melius abseruentur à Turcis, fore ut Rex Poloniae alias vias atque rationes ineat quibus ditionem suam aduersus Tartarorum excursiones defendere

---

1). I. Hasnè, Schazkammer.

et vim iniuste illatam depellere queat. Sed hisce verbis parum mouentur Turcae, cum soli Poloni impares sint tam valido hosti qui non debellatur efferis vocibus et spumantibus poculis, sed disciplina, firma societate et bono ordine, diuino annuente numine aliquando profligari possit. . . . .

Constantinopoli 26. die Iunii A. D. 1568.

Albertus de Wyss, m. p.

DLXIII.

1568, 27 Iunie. Raportul lui *Adam Franchi* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre sórta lui Petru-Vodă și a familiei lui.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacrata Caesarea Maiestá!

. . . . Alli 17. del corrente parti da questa citta Alessandro creato di nouo per Vaiuoda de la Valachia, e si presente che i popoli non lo volono, quali si osteranno di accetarlo nel gouerno; de qui vogliono mandare un buluc di Spahi per suo soccorso. Petro figliolo di Mirchio quale era Vaiuoda di quel loco è molto amalato; si aspetta la madre, fratello e sorelle, che hanno mandato a pigliare, e li manderano in Asia in esilio. Dubito che seguira qualche nouita in la Moldauia, perche costui non attende ch'à rapinare. Detto Petro è sta ben spoliato . . . .

Da Constantinopoli alli 27. di Giugno 1568.

Adamus de Franchi, m. p.

DLXIV

1568, 26 Iulie. Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre înlocuirea lui Petru-Vodă cu Alexandru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator Domine Clementissime etc.

. . . . Petrus, quondam Vaiuoda Valachiae, adhuc hic detinetur in custodia; adductus est reliquus illius thesaurus et in aerarium publicum illatus qui

Ducentorum Ducatorum millia excedere dicitur. Mater cum fratribus per Hellespontum transmissa est in Asiam ad ciuitatem Iconium quo et ipsemet propediem relegabitur. Factus est Vaiuoda Valachiae Alexander quidam ex Despotarum prosapia genitus qui per multos annos exulauerat Aleppo Siriae Emporio. Is cum sit egenus atque inops, absque dubio magnam in subditos exercebit tyrannidem ut habeat quod continné largiatur supremo Passa cujus beneficio prouinciam obtinuit. . . . .

Datum Constantinopoli 26, die Iulij A. D. 1568.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis verstrae etc.

Humillimus atque obedientissimus seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

DLXV.

Raportul lui *Albert de Wyss* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre réua domnire alui Alexandru-Vodă. 1568, 28 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime.

. . . . Faxit Deus ut discordiae undequaque indies magis atque magis crescant in hoc Imperio, quo in posterum distrahantur magis in defendendis suis dominijs quam molestandis alienis prouintiis, siquidem primarius Passa nouas artes et noua pectore versat consilia quibus Valachia penitus subjugetur. Alexander enim ille qui nuper Vaiuoda factus est, optimates et nobilitatem omnem obtruncare et miseram plebem crudeliter expilare dicitur, quo Turcae deinceps prouintiam illam viris, armis pecuniisque nudatam atque eneruatam absque labore atque vulnere, nemine repugnante inuadere et possidere ac oblata opportunitate finitimos populos opprimere possint.

Datum Constantinopoli 28. Sept: A. D. 1568.

Albertus de Wyss, m. p.

DLXVI.

1568, 27 Noem. Dare de sémă despre evenimentele petrecute la Pórtă în timpul de la Maiŭ până în Noemvrie mai ales în ceea ce privește pe Petru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Series Rerum Turcicarum à Maijo usque ad finem Nouembris.

Vigesima nona Maij Petrus Moldauiae Vayuoda Constantinopolim est ingressus. Pater ejus obijt, et ideo filius ad Portam vocatus speransque se in Patris Regnum iri suffectum, numera asportauit ingentia. Dum autem Hadrianopolj essemus, Moldaui sunt de sui Principis acerbitate conquesti; Crimen uero non huic sed Consiliarijs Epirotis imputatum fuit, qui a plebem iniquissimis exactionibus praemerent. Idcirco huc accersitus Vaiuoda miserrimus trium et viginti annorum iuuenis, die secundo Iunij vespere in Turcarum Imperatoris Palatium inuectus, Captiui unà cum aliquot qui simul uenerunt Consiliariis afflictissimam obiuit sortem; attulit quadraginta Asprorum (ut vocant) Samos, vel si latinius dicam sarcinas vel manticas scorteas, vnam et viginti pro Regni sui tributo, reliquas pro singularj supra tributum munere. Praeter hanc pecuniam aliam quoque summam quae et ipsa per Thesaurarium in Turcarum Imperatoris aerarium distracta est. Saltem pro familiae necessitate decem millibus relictis. Omnis etiam supellex, praeter equorum phaleras ac tria vestimenta, Aureum Attalicum, et damascenum, adempta. Tres quoque Tshaussij ablegati sunt, ut ipsius matrem, duos fratres et Thesaurum huc afferant, pariter Consiliarios Comprehensos adducant. Juuenis ualdè aeger est, Suspicantur ipsum cum fratribus et matre facile extinctum iri aut in Siriam deportatum, ad perenne exilium et reuocatum in Regno constitutumque Alexandrum Vaiuodam qui in Syria exulat et restat ex Progenie Despotae, qui Wolffgangum Schreiber anno 63. Solimano pro Mancipio dono misit . . . .
In hunc quidem usque diem nihil seuerius statutum est in Petrum quondam Vaiuodam Moldauiae nisi quod iam deliberetur quorsum delegetur.

Repertum est in ejus stabulo defossus in Cupreis manticis thesaurus centies et tricesies mille ducatorum, ab ipsius parente terrae mandatus nunc per Veterem Ministrum proditus atque in Turcarum Imperatoris fiscum redactus. Ipsius mater statim per Bosphorum in Minorem Asiam transuecta atque quatre centies mille ducati cum gemmis, monilibus inauratis, Cathenis aureis, fisco Imperatoris deuoluta.

Mulieri quidem haec impartita est gratia quod in mare propter exercitatam in Subditos tyrannidem et promiscuos infrenatae libidinis concubitus sit coniecta, Sed tamen ne Imperatrix pro ea intercederet apud Coniugem, praepostera transuectione est ex Europa in Asiam surrepta; allius Vaiuoda nempe qui prius Alepi in Comogene (sic) exul fuerat, substitutus est. . . . .
Sub finem Iulij Petri Vaiuodae Moldaui tum dominio priuati mater, monstrosae libidinis mulier, quae se et liberos ita perdidit ut Moldauiae principatum et paternos thesauros amiserint, ac in exilio ad dubiam clementioris Voluntatis à Turcarum Imperatore expectandae resolutionem Vitam transigere cogantur, ad Hellespontum in Europae litore positam fundatamque à Caligula Imperatore Vrbem Galipolim peruecta est, in Constantinopolim ingressa, adamatam à Turcarum Imperatore prae cunctis concubinis faeminam Sulthanam et ejus sororem Rostanis, Constantinopolitanam Viduam, Caesaris Voluntatem facilimè quô vult impellentem solicitaret, Vt haec apud conjugem, illa apud fratrem intercedentes faemineis cum innocentibus liberis benignius foueret. Galipoli Scortum Salax (1) Petrum

1) Geile Schanddirne.

cum reliqua sua Vtriusque sexus sobole expectauit. Liberi Petulacae[1] matri iuncti sunt transportati in Lycaoniae urbem Iconium, ibi sub arbitraria Turcarum Imperatoris pensione annui uictus exulaturi. In Petri locum Alexander Vaiuoda Surrogatus est ab exilio Alepensi revocatus, afflictus et in multum aeuum non perennatus iuuenis, animum non despondet; quin uti suus pater aliquando exularit et restitutus sit, sic ipse sit successu temporis et reddito iam alienatioris fortuna fauore paternum dominium, à quo iam sit praeceps datus, recuperaturus. . . . . Quinto Septembris nunciatum est mors Petri Vaiuodae Moldauiae exulis in Iconium deportati; consumptus est animi ob dominij opumque paternarum priuationem et corporis doloribus, obitu tamen per venenum clam administratum etiam maturato.

Constantinopolj 27. Nouembris Anno 1568.

DLXVII.

Extras din tractatul încheiat între Pórtă şi Polonia şi cu privire la Moldova. 1568.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Foedus inter Serenissimos et potentissimos Principes et Dominos Sultan Selimum Imperatorem Turcarum et Sigismundum Augustum Regem Poloniae et magnum Ducem Lithuaniae, initum et constitutum Anno Domini M. D. LXVIII allatum per magnificum Petrum de Sborow.

. . . (om) . . .

Si Moldauiae homines aliqna damna Regni Poloniae intulerint, mandato nostro eadem compensabunt, similiter si ex Regno Tartaris aut Moldauis aliqua damna inferantur, Castigatis Regis, damna passis sarciantur. Si aliqui proditores seu malefactores Moldauienses in regnum Poloniae perfugerint, commisso quopiam nefario scelere, requisiti debent omninò restitui, neque ullo modo detineri.

. . . (om) . . .

Datum in sede nostra Imperiali Constantinopolj; Anno sancti prophetae nostri 976. Mensis Muharem 26 die.

---

1) Geil.

DLXVIII.

1569, 27 Noem. Raportul lui *Albert de Wyss* către *Impëratul Maximilian II.* despre pregătirile făcute de Pórtă pentru o expedițiune asupra Astrachanului.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Albertus de Wyss ex Constantinopoli de 12. Martij. 1569. — De necessitate diuisionis villarum communium et positionis limitum. — Noua de apparatibus bellicis.

Sacratissime Imperator, Domine Clementissime!

. . . (om) . . .

Noui aliud nihil habemus nisi quod in hac urbe est magnus apparatus bellicus, cum terrestris tum maritimus, versus Pontum Euxinum ad faciendam fossam nauigabilem ex Tanaj fluuio in Volgam amnem qui in mare Caspium influit, eo nimirum proposito ut Moscorum ciuitas Hasdracan appellata, celebre in illis locis emporium, Turcico subiugetur Imperio, quo mercimonia tam septentrionalia quàm orientalia commodius Constantinopolim deportari queant. Armantur hic in naualibus Triremes viginti, Instruuntur praeterea circiter Ducenta maiora nauigia quae commeatum, Bombardas et globos tormentarios atque alia instrumenta bellica eo deuehere debeat. Tartaris omnibus Praecopiensibus arma sunt imperata. Ad haec Duodecim Zanziackys Europeis iniunctum est ut cum suis militibus ad Tanaim se conferant terrestri itinere, quibus se coniungent Transalpini atque Moldaui cum aliquot Equitum et peditum turmis. Magna insuper militum operariorum multitudo ex Asia minori per Pontum Euxinum et paludes Meotides traijciet in Scytiam, adeo ut virorum bellatorum et gossorum (sic) numerus dicatur excessurus Ducenta animarum millia. Verentur enim ne repellantur à Moscovitis uel in opere faciendo impediantur à Persis qui fortassis non patientur ut Turcae viam sibi faciant nauigabilem in mare Caspium, vnde postea magnum detrimentum inferi posset prouintijs Persicis.

. . . (om) . . .

Sacratissimae Caesareae Maiestati vestrae me cum omnj obsequentia supplicem commendo. Datum Constantinopolj, XII° die Martij, Anno Dominj M.D.LXIX.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Vestrae

Humillimus atque obedientissimus seruitor

Albertus de Wyss, m. p.

A terg: Sacrae Romanorum Imperatoriae Maiestati Domino meo Clementissimo.

DLXIX.

Scrisórea lui *Giovanni Pangallo* către *Impèratul Maximilian II.* despre înaintarea oştirilor otomane spre Cafa. 1569, 26 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Al magnifico signor Nicolo Lomellino suo honoratissimo, Giovanni Pangallo. Noua Turcica.

NB. Unter dieser Adresse findet sich auch das folgende Schreiben an den Kaiser.

Sacra Caesarea Maiesta!

. . . (om) . .

Con il primo buon tempo partirano le vinti gallere con il resto delli nauiglij carichi di monicione e vituaglie, sopra le quale s'imbarcherano gli doa millia Giannizarj dedicati à quella impreza. Dicono vi sarano pocco manco di ducento millia homini, per la piu gran parte Tartari; vi vano anchora mezo per forza, siandosi scuzati molto, dudeci millia Montiani, cioè Vlachi, et otto millia Moldauj. (1)

. . (om) . . .

Da Constantinopoli alli XXVI. di Marzo MDLXVIIII.

DLXX.

Raportul unui *explorator secret* către *Impèratul Maximilian II.* despre marile pregătiri de rèsboiŭ ce fac Turcii. 1569, 12 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ex Constantinopoli de 12. Juny, Ad Sacr. Caes. Maiestatem. Ab homine ibidem fidedigno et secreto, necnon praecipuis Vesyrys noto et familiarj.

Sacr. Caesarea Maiesta.

. . . (om) . . .

In questi diuani passati suono vsciti quatro comandamenti, l'uno per broilago,(2) scalla di Vlachia e di Bogdania per leui (?); l'altro per Sinopi, per canapi e filati per far trame; l'altro per Gallipoli et Athene per Cottonine, per Vele di Galere; et l'altro

---

1) In der Nachschrift heisst es dann: Questo di hano comandato alli Vlachi, debbino mandare dudeci millia guastadori per la impressa del fiume Volga, et alli Bogdani 8 millia, di manera che in tutto sarano XX millia, qualli hano di andare alla volta di Caffa.

2) D. h. Braila.

per pegolle a Metelene. Si e medemamente commandato si riuegghi quanto Galere suono in Arsanalle Nauigabili, e hanno ritrouato fra noue et vechie cento sessanta due, cioè 162, e per calafatarle et conciarle, hanno già posto maestranza qual tuttauia lauora.

. . (om) .

DLXXI.

1560, 7 August. Extras dintr'un raport al lui *Franchi* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre achitarea tributului din partea Munteniei.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

De Constantinopoli.

Sacr. Cesarea Maiesta.

. . . (om) . . .

. . . Di Transiluania non è altra nouita, manco della Moldauia et Vlachia; gli huomini di detta Vlacchia hano pagato il tributo loro le audientie passate, et presto ritornerano . . . .

. . . (om) . . .

De Franchis, m. p.

DLXXII.

1569, 2 Octomb. Raportul lui *Franchi* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre mijlocirea Sultanului spre a căsători pe Principele Transilvaniei cu Princesa Margareta din Franța.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

De Constantinopoli.

Sacr. Cesarea Maiesta.

. . . (om) . . .

. . . Hora gli dico hauer saputo da bonissima parte, che non mente, qualmente la principal cagione dell' andata di detto Machumutbei In Francia è per

persuader à S. Maiesta Christ.[ma] da parte del gran Turco à douer sposare madama Margarita, sua sorella, con Il Re di Transiluania, con promesse grandissimi di douergli aggiutare a meterl' In stato nel regno di Pollonia doppo la morte di quel Re, toccandogli di giure, con dargli In gouerno gli regni di Moldauia et Vlacchia, qual cosa credo non fará S. Maiesta Christ.[ma]; però questi fano tal presupposito con gran fundamento, ch' essendogl' esso Re di Transiluania tributario, tutti gli suddetti regni gli sarebero ancora, vltra che con l'apogio di questo gran Turco detto Re, siando capital nemico di Vestra Caesarea Maiestà, sempre machineria contra di quella, et gli daria che fare, senza che costoro si mouessero; potria ancor essere ch'alli populi pollachi, per esser tutti Luterani, tal fatto piacquerebe, siand'esso Re Luteranissimo, come ben è notto à Vestra Maiestà, et laseria tutti gli populi viuere à lor modo; m'è parso di cio auertire la Maiestà Vestra, perche nonostante dubbiti ponto, (sic) che S. Maiesta Christ.[ma] aderiria à tal fatto, però gli onori delli principi, et loro dissegni sono diuersi . . . .

Di Constantinopoli alli 2 Octobre 1569.

. . . (om) . . .

De Franchis, m. p.

DLXXIII.

Jurămêntul de credință dat de *boierii moldoveni* Regelui Poloniei. 1569, 2 Octomv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Der eidt welchen die Walachischen Räthe der Königlichen Majestät aus Polen vnd der Kron Polen geschworen haben.

Wir Rathe Ambthern, Hern Boiarij vnd alle schweren got dem Allermechtigen dem Heiligen Creutz dem heiligen Euangelio, der Allerreinesten, vnd allen heiligen vor vns selbst vnd vor alle andere Rathe, Boyaren, die alhie nicht sein das wir alle geschworne beschreibungen vnd vertrege, die noch laut der Alten geschwornen Bucher, zwischen den Konigen aus Polen vnd Walachischen Woywoden auch zwischen der Cron Polen vnd dem Moldauischen Lande aufgericht vnd gehalten sein gewest, Auch was itzt der Jtzige Bocdan Woiwode mit der Koniglichen Majestet von Polen abgesanten dem vielmechtiegen Herrn Hansen Siemnissessky von Sienno Zarnavschema, Castellan vnd der Cron Polen aufgericht Verschriebenn vnnd gschworen hatt fest an allen list mit vnsern Allen nachkommen in ewigkeit zuhalten, Wo auch Irgent ein Woywode solche behandlete sachen nicht Halten wolte, So wollen wir Rathe vnd seine Ambtleute itziege Boiary vnnd das gantze Moldausche landt globen vnd schweren, auch mit keiner weise den Walaschischen Herrn dasselbige Zuuerhelffen Sondern wollen der Koniglichen Majestet vnnd der Cron Polenn getreu sein, Als Vnns gott helfe vnd das heilige Creutz.

So wir aber das was von vnns alhie vnd oben Zugsagt vnnd Beschworne, nicht Hielten oder ausrichteten vnnd wieder Ire Konigliche Majestet den Konig vnd Cronn Polen was wiedriges anfahen (1) wolten oder Tethen (2) So helffe vnns Gott in der dreyfaltt einer nicht vnnd schlage vnss an leib vnd der Sehlenn. Act zu Iasy am Sonnabend den 2. Otobris Im 69 Iahr.

DLXXIV.

1569, 2 Octomv. Scrisórea lui *Alexandru-Vodă* din Moldova către *Regele Poloniei Sigismund August*, încredințându-l despre supunerea sa.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Acta foederis inter regem Poloniae et principem terrarum Moldaviae et Valachiae facti.

A. Exemplum litterarum Sigismundo Augusto Poloniae Regi et toti Regno a Bochdano Alexandride Moldaviae et Valachiae Palatino datarum.

Ego Bohdanus Alexandrides terrarum Moldaviae et Valachiae Palatinus una cum omnibus meis proceribus, ac aliis quibusvis subditis terrarumque mearum praefatarum incolis iuro Deo Optimo Maximo et Sanctis omnibus, polliceorque, me una cum fratribus et omnibus subditis meis pacem, et foedus perpetuum cum serenissimo ac potentissimo principe et domino, domino Sigismundo Augusto Rege Poloniae, magno Duce Litwaniae, et domino ac patroño suo clementissimo, cumque suae sacrae Maiestatis Regiae successoribus Poloniae Regibus, ac obnibus inclyti Regni Poloniae et omnium provinciarum ad hoc idem Regnum pertinentium incolis servaturum, fidem quoque, honorem, obedientiem et omne genus officiorum eidem et suo Regno semper exhibiturum, ac ea omnia, quae boni, fidelis et obedientis vasalli partium sunt, diligentissime praestaturum.

Promitto insuper, me cum omnibus meis successoribus atque subditis illa omnia, quaecunque mihi a sua Maiestate et successoribus eiusdem, tum etiam a Senatoribus et Consiliariis Regni Poloniae mandabuntur et iniungentur, studiose adimpleturum et executurum.

In primis autem omnium nominis Christiani et Regni Poloniae hostium me semper acerrimum hostem futurum spondeo, eorumque conatus, qui in Regnum Poloniae et provincias suas incursiones aliquas facere voluerint, vel fecerint, quantum per vires et copias meas licuerit, reprimere curabo.

Si autem (quod absit) periculum uliquod imminere Regno Poloniae animadvertero, etiam solus in mea persona, cum omnibus meis exercitibus, copiis et apparatu bellico, non expectato solius sacrae Regiae Maiestatis mandato, sed statim ubi ab imperatore supremo, vel etiam campiductore exercituum Regni Poloniae commonefactus fuero, contra

1) Anfangen.
2) Thäten.

quosvis inimicos sacrae Regiae Maiestatis et Regni Poloniae praesto adero. Volo tamen hic exceptum esse potentissimum Imperatorem Thurcarum, cum quo sacra Regia Maiestas et Regnum Poloniae, iam inde a maioribuus suis arctissimam amicitiam et firmissima faedera colunt. Quoties autem sacram Regiam Maiestatem vel successores eiusdem et Regnum Poloniae contigerint cum aliquo hoste bellum gerere, toties ego una cum successoribus et omnibus subditis meis, posteaquam ab imperatore exercituum Regni Poloniae certior factus fuero, septem millia virorum bello aptorum ad eum locum, ubi opus fuerit, pro auxilio ferendo expediam.

Ad haec quoque cum Principibus et Dominis aliis externis, ac cuiusvis status ac conditionis hominibus nulla pacta et foedera sanciam, tractatus quoque nullos de quibusvis rebus, sive sint illae privatae, sive publicae, Reipublicae nostrae inibo et faciam. Ad extremum vero nullum negotium, quod alicuius momenti esse videbitur, aggrediar sine scitu, voluntate, assensu, consilio, ac etiam mandato sacrae Maiestatis Senatorumque Regni Poloniae.

Nullum quoque quemcumque hostem esse, vel quidpiam sinistri moliri Regno Poloniae exploratum habuerimus, in terris et dominiis nostris manere, vel locum aliquem habere patiemur, sed cum veluti communem hostem ex dominiis nostris pellemus.

Fines et termini, qui sunt inter Regnum Poloniae et magnum Ducatum Lituaniae ac terras nostras Moldaviae et Valachiae, iidem esse perpetuo debent.

Quod item attinet provinciam Pokuczie vulgo dictam, hanc nos et successores omnesque subditi nostri non solum non repetere, sed ne mentionem quidem aliquam eius facere debemus temporibus perpetuis: quando quidem manifestissimum sit, eam ipsam provinciam semper post hominum memoriam fuisse, esse ac fore debere propriam et haereditariam Regni Poloniae.

Negociatoribus et mercatotibus liberum erit ex Regno Poloniae et omnibus eius provinciis in terras et dominia nostra venire, interque in regionem Turcicam per eadem tuto facere cum mercibus, rebus ac impedimentis suis omnibus. Itidem quoque nostris mercatoribus et negotiatoribus viis consuetis liberum esse debebit in Regnum Poloniae et omnes provincias suas venire, ac vendere, emere, negotiaque licita et honesta exercere, salvis tamen ubique theloneis solvi ex antiquo solitis.

In finibus malefactores utrinque iuxta consuetudinem antiquitus observatam puniri debent. Bonis autem et honestis hominibus potestas esse debebit, tam in nostris, quam sacrae Regiae Maiestatis provinciis manendi, domicilia quoque, si opus fuerit, figendi, cum voluntate tamen et consensu loci Capitaneorum et Tenutariorum.

Pro tractandis communibus negociis more et instituto maiorum quotannis comitia in crastino Paschae mutuo habere demus (debemus).

Molendina ad fluvium Nestr parte ex utraque in terra de dominio sacrae Regiae Maiestatis aedificare neque nos, neque successores nostri possumus; his autem, quae iam ante per maiores nostros aedificata sunt, non amplius quam ad voluntatem sacrae Regiae Maiestatis et successorum eiusdem utemur. Fugitivi utrinque suscipi non debent, sed his, a quibus fugerint, reddentur. Quisquis aliquid rerum suarum apud quempiam cognoverit, id semper mutuo reddi debet.

Fures, qui vel dominis suis vel cuivis alteri furto quidpiam abstulerint, itidem, et reliqui homines malefici poena capitis puniri utrinque debent. Quod autem extremum est, omnia priora pacta, foedera et contractus per antecessores nostros Palatinos Moldaviae cum Serenissimis Regibus Poloniae factos et initos nos iuramento nostro confirmamus, hoc illaque omnia, quae in his praescripta sunt, pollicemur nos arctissime servaturos, ab eisque ne latum quidem unguem discessuros, ea similiter omnia, quae hisce litteris nostris continentur, sedulo una cum successoribus nostris, et omnibus subditis adimplere et exqui curabimus. Sic nos Deus Optimus Maximus adiuvet, et omnes Sancti. Si vero aliquid ex hisce rebus superius scriptis non adimplevimus, vel mali quidpiam domino nostro clementissimo Regi Poloniae et suo Regno moliri ausi fuerimus, sit

semper maledictio Domini super nos, ut omnes nostrae actiones et consilia pessime cadant, perdatque Deus Optimus Maximus nos omnes cum animis et corporibus nostris in acternum. Acta sunt haec in Oppido Iasi, praesente Generoso Dno Ioanne Sieniensky de Sienno Castellano Zarnoviensi, sacrae Regiae Maiestatis domini nostri clementissimi Nuncio, die Saturni secunda mensis Octobris Anno Dni Millesimo quingentesimo sexagesimo nono.

DLXXV.

1569, 2 Octomv.

Jurămêntul de credință făcut *Regelui Poloniei* de către *Moldoveni.*

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum iuramenti ab omnibus terrarum Moldaviae et Valachiae incolis praestiti.

Nos Consiliarii, Officiales, Domini, Nobiles, Milites nostro et aliorum omnium absentium terrae Moldaviae et Valachiae incolarum nomine iuramns Deo Optimo Maximo sanctae Cruci, sancto Evangelio, Castissimae Virgini Mariae et omnibus Sanctis, quod omnia pacta, foedera et contractus per priscos olim Reges et Regnum Poloniae cum Palatinis Moldaviae factos, eaque omnia quaecunque in literis desuper confectis expressa et praescripta sunt tum etiam illa, quae modernus Palatinus Moldaviae Bochdanus cum Nuncio Serenissimi Polonorum Regis Magnifico Domino Ioanne Sienienski de Sienno Castalleno Zarnoviensi, et toto Regno Poloniae constituit et ordinavit, litterisque desuper datis praescripsit, ac iuramento suo corporali confirmavit, firmiter et inviolabiter servabimus et adimplebimus absque omni fraude et dolo cum succesoribus perpetuis, etiam si aliquis Palatinus Moldaviae sit, qui haec foedera servare nolit: nos tamen omnes et succesores nostri cum tota terra Moldaviae pollicemur ac spondemus, nos huic Palatino non adhaesuros, neque sibi auxilium aliquod vel minimum hac in parte laturos, sed in fide sacrae Regiae Maiestatis et Regno Poloniae semel data constantissime perseveraturos. Sic nos Deus Optimus Maximus adiuvet et haec sancta Crux. Si quid vero ex hisce rebus superius scriptis non adimpleverimus, vel aliquid, quod in detrimentum periculumque sacrae Maiestatis Regiae Domini nostri clementissimi, totiusque Regni Poloniae vergi videatur, moliri ausi fuerimus, maledictio Dei omnipotentis semper super nos sit, ut omnes nostrae actiones et consilia malum semper capiant eventum, perdatque nos Dominus Deus cum animis et corporibus nostris in aeternum. Datum in Oppido Iasi die Saturni secunda mensis Octobris Anno Domini MDLXIX.

DLXXVI.

Raportul lui *Andreiŭ Taranewsky* despre drumul din Polonia la Constantinopol. 1569, 24 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Kurze beschreibung des wegs gegen Constantinopel aus Pollen, Auch aus Constantinopel gegen Astracan, welches ein Moschowittisch Schloss ist vnd ligt gegen aufgang der Sonne zue.

Darueber der Zug des Türggischen Kriegsuolckss, welchen sy im 1569. Iar gegen Astrachan gethann, wie vmbkhommen, Auch wass Innen vnd den Tartaren im haimbziegen begegnet.

Wie Ich Andreas Taranewsky auss Pollande gegen Constantinopel, durch die Walachay, durch den beschriebne waldt Bukowin, in welchem vor 73 Jarrn, dass ist im 1497. Jar fünffzigtausent polnischer Mann von Walachen auf einen Tag erlegt sindt, auch auf Soczawe, alda der Dehtpot vngruor vor fünft Jarrn von Vngern verrathen, vnd von den Walachen zu stuckhen gehauen ist worden, Auch auff Sereschz Lupuschno geraist bin, bin ich zum ersten khommen in ain Türgkische Statt mit nammen Kilia, auss der Statt Kilia bin Ich die Thonwasser auf in ainer Gallere biss zu dem grossen Fag, da man die Hausen fenget, welches ain vierte Tagraiss von Kilia ligt, gefahren.

Von Kilia in ain Stattlin mit nammen Tulza, von Tulza in ain Statt Baby.

. . . (om) . . .

DLXXVII.

Scrisórea lui *Stefan-Vodă*, fostul Domn al Moldoviĭ, cătră Archiepiscopul *Nicolaŭ Oláh*, rugându-l să intervie pentru dênsul la Impĕratul. 1569.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Reuerendissime ac Illustrissime Princeps Domine, domine mihi gratiosissime. Post fidelium Seruitiorum meorum in Gratiam Reuerendissimae Dominationis Vestrae Summa animi Subiectione commendationem.

Quia longo iam tempore per Vim et potentiam Turcarum à Sacra Corona inclyti Regni Hungariae avulsi sumus. Agnosco Sacratissimae Caesareae Maiestatis Benignitatem et Clementiam erga me et nostros, quod non dedignata est nos Sub coronam Inclyti sui Regni Clementer recipere, Secundum amicitiam Diuorum Regum praedicti Regni Hungariae, Sacratissimae Maiestatis praedecessorum, Vt et nos Sacrae Coronae, pro Antiqua consuetudine Duarum prouintiarum Moldauiensis et Transalpinensis seruiremus. Intelleximus ex Literis Sacratissimae Maiestatis, quod hoc tempore, pro nostro uoto, propter iter propositum, atque multa alia ardua negotia, nobis miseris Exulibus succurrere non possit, Tamen minime de Benignitate Sacratissimae Maiestatis desperamus, Verum

adhuc a Deo Optimo Maximo et à Sacratissima Maiestate Clementem opem, et Benignam in Prouintiam Moldauiensem restitutionem, Tum denique à Reuerendissima ac Illustrissima Dominatione Clemens Auxilium expectamus.

Nunc Denuo Reuerendissimae ac Illustrissimae Dominationi Vestrae, uti Principi nostro Gratiosissimo, per has Certiorem facio, de miserrimo nostro statu. Cum ex Patria nostra, propter Turcas et Tartaros confugeremus in Poloniam, ab inimicis nostris spoliati sumus. Vbj tamen nonnullj Christianorum, miseriam et Nuditatem Videntes, misericordia erga nos moti, in aedes suas nos receperunt, Victum et Amictum pro facultate dederunt, et in Pagos distribuerunt.

Deinde Sacratissimae Maiestatis Caesareae fideles Capitanej, Magnificus dominus Franciscus Zay, Capitaneus Cassouiensis, et Magnificus Dominus Melchior Ballassa, tum Capitaneus in Zathmar, Charissimi, Beatae memoriae, Genitoris Sacratissimae Caesareae Maiestatis, Clementes et Benignas literas, fidem et Securitatem nobis promittentes (et suas etiam adiungentes) ad nos miserunt, quibus nos in Hungariam Vocârunt, Hortantes ut Sacrae Coronae Regni Hungariae nos Subijceremus, atque eidem, ut nostri maiores, fideliter Seruiremus.

Intelligentes tenorem earum literarum, consilio inter nos et mutua Audientia habita, considerantes in primis, quo pacto à Sacra Corona Regni Hungariae auuisi sumus; magna cum fidelitate Capita nostra, sub Sacram praedicti Regni Coronam contulimus, Sacratissimae Maiestati nos Subijcientes, ut eidem more consueto nostrorum Maiorum Seruiremus, uenimusque in Hungariam Zathmar.

Tum etiam miserior et lamentabilior noster status esse cepit, propter Captam à Vayuoda Zathmar, Nam ibi quoque ijs, quae habuimus adhuc miseri, Spoliati sumus. Postea fuimus in magnis Periculis et miserijs, quas omnes Deus melius nouit, quarum nos enumerare Singulas possumus. Ac Sacratissima Caesarea Maiestas multis curis sollicitata est ab Hostibus Christiani nominis, Turcis, Tartaris, a Transyluanis pro Christianorum defensione.

Eo Tempore personaliter Sacratissimam Caesaream Maiestatem, cum nonnullis nostrum, causa multorum negotiorum, quae in rem Christianorum fuissent, requirere uolebam, Sed Sacratissimae Caesareae Maiestatis praedicti fideles Capitanej, Sancta fide nobis persuaserunt, Sacratissimam Caesaream Maiestatem Clementem Curam gerere de nobis, et de Commoda reductione in patriam nostram, qua expulsi sumus: Et simul ex nobis quesiuerunt, qua conditione Sacratissimae Caesarea Maiestati Seruire Velimus, et quo Auxilio uelimus Sacrae coronae Regni Hungariae esse, quoue pignore pro maiori fide Sacratissimae Caesareae Maiestati nos obstringere uelimus. Nos bona fide sub Iuramento respondimus, quod perpetuo uelimus contra Turcas et Tartaros Hostes Christianorum et Sacratissimae Caesareae Maiestatis, uiriliter cum Christianis pugnare, pro defensione Sacrae coronae Regni Hungariae, immò nos etiam fore paratos pugnare aduersus Transyluanos decem millibus, uel etiam uiginti millibus hominum, et nostris capitibus, et Virtute etiam (si Deus nobis et Sacratissima Caesarea Maiestas reduxerint) ueluti antea consueuerunt Duae illae Prouintiae Moldauia et Transalpina Sacrae Coronae Regni Hungariae Seruire.

Ac si Deus id Tempus concesserit, et Sacratissima Maiestas Caesarea Voluerit, ubi Turcae à Ceruicibus nostris reuersi fuerint, Parati sumus Sacratisimae Caesareae Maiestati Tributum et Censum Annuum pro more maiorum nostrorum pendere, utque filij etiam nostri in Aula Sacratisimae Caesareae Maiestatis seruiant. Parati sumus pro maiori fide obsides dare liberos et Vxores nostras, Ideo enim eos nobiscum adduximus, ut obsides sint prouintiae et Patriae nostrae, Omnis enim Voluntas nostra eò directa est, Vt Sacratissimae Caesareae Maiestati, Vt domino nostro Clementissimo, legitimo et naturale Seruiamus.

Ab eo tempore non potuimus coram Sacratissima Maiestate Caesarea personaliter Comparere, adeò ut iam nunc quartus agatur Annus. Nam Sacratissima Caesarea Maiestas

Subinde multis curis occupata fuit, infestata ab incursionibus Hostium Christianitatis, et Transyluanorum. Nunc autem quandoquidem Regnum Hungariae aliquantulum est Tranquillius, nosque male uestitj Hyemis iniurijs expositi omnibus simus, insuper neque Vxoribus et liberis nostris, cum minus sit bene prospectum, qui neque victum et amictum neque habitationis et quietis ullum locum habent.

Itaque Reuerendissimam atque Illustrissimam Dominationem Vestram, Humilime Supplicantes oramus atque obsecramus, Dignetur Reuerendissima atque Illustrissima Dominatio Vestra ob Diuini nominis gloriam, eiusque largam promissionem, Tantum subire officij, ob respectum nostrae Calamitatis perpessae, Ex Innata Clementia sit nobis gratioso Auxilio apud Sacratissimam Caesaream Maiestatem omnesque Primates, ac Magnates Regni Hungariae, Intercedat inquam apud Sacratissimam Caesaream Maiestatem Reuerendissima ac Illustrissima Dominatio Vestra Vt sua Sacratissima Caesarea Maiestas misericordiae oculos in nos conuertat, atque nobis de loco eiusmodi Certo, et commodo prouideat, Sacratissimae Caesareae Maiestati Vestraeque Reuerendissimae Dominationi Vna cum Vxoribus et liberis tuti, Seruire ualeamus. Vtque Sacratissima Caesarea Maiestas nobis Armatis, de solutione et stipendio aliquo militari pro sua gratia et Clementi Voluntate benigne prouideat. Ex eo enim tempore, quo in Hungaria Versamur, Semper plures quam Centum in Castris Sacratissimae Caesareae Maiestatis militauimus, nunc etiam Circiter Sexaginta sumus.

Sumus parati seruire Sacratissimae Caesareae Maiestatj dum in Viuis erimus, neque deinceps etiam in nostro fideli seruitio, et dilegentia militari quicquam à nobis patiemur requiri.

Fuimus iam Sesquiquatuor(1) Annos in Eexercitu Sacratissimae Caesareae Maiestatis cum alijs militibus absque deputato Stipendio, Solummodo ex Excepto, quod Magnificus Dominus Lazarus Schwendj, Ex Clementi Mandato Sacratissimae Caesareae Maiestatis nobis Suppeditauit, Pro quo etiam immortales suae Sacratissimae Caesareae Maiestatj agimus gratias, Nam nos miseri et aerumnosi exules existentes alijs militibus Sacratissimae Caesareae Maiestatis minime assimulari possumus.

Oramus Iterum atque iterum Reuerendissimam atque Illustrissimam Dominationem Vestram, Dignetur Clementer pro nobis apud Dictam Sacratissimam Caesaream Maiestatem omnesque Dominos Regni Hungariae intercedere, id utrum Literis mediantibus. Reuerendissima atque Illustrissima Dominatio Vestra Conuenientius monendos duxerit, Ex sua Innata Clementia Reuerendissima atque Illustrissima Dominatio Vestra gratioso Arbitrio discernat, ac à nobis requisitam gratiam haud differat. Quod quidem Reuerendissimam Illustrissimamque Dominationem Vestram facturam haud dubitamus. Nullum emin aliud asylum et refugium post Deum ego miser Exul cum fidelibus meis habeo, quam Reuerendissimam Illustrissimamque Dominationem Vestram, qui pro nobis interuenire immerito queat apud Sacratissimam Caesaream Maiestatem Dominum nostrum gratiosissimum et naturalem.

Id etiam notum facimus Reuerendissimae atque Illustrissimae Dominationi Vestrae Ex parte Lazky, quod maximum Exercitum aduersus Moldauiam Congregat, utrum uero Ex Voluntate Sacratissimae Maiestatis Caesareae id se facturum receperit plane dubitamus. Vnde nos nihil aliud Ex hoc, quam infinitum Militibus, ac Christianis omnibus interitum conijcimus fore, quia Prouintia omnino renuit illum fore Dominem ac principem. Cum sit ipse genere polonus, ac nullo modo Eidem uult subesse. Ipse uero Lazky nihil aliud quam ineffabilem spoliationem ac destructionem prouintiae Moldauiensis, ac Sacratissimae Maiestati Caesareae haud mediocre damnum pariet. Tota uero Prouintia neminem alium fatetur esse naturalem Principem quam Solum Stephanum Wayda. Compertum enim est illis satis dilucide Eum ipsum esse Verum ac Naturalem prolem Ex genere Moldauiensi

1) Vierthalb,

productum, quod Reuerendissima atque Illustrissima Dominatio Vestra Clementi reuideat Arbitrio, quod Salubrius Totae(1) Christianitati fore senserit. Haec est omnis Voluntas fidelium meorum.

Clemens et Benignum a Reuerendissima atque Illustrissima Dominatione Vestra Expectamus Responsum.

Fidelis servitor Reuerendissimae atque Illustrissimae
Dominationis Vestrae

Stefanus Waywoda Moldauiensis
Miser nunc exul.

Aufschrift: Reuerendissimo atque Illustrissimo Principi Domiuo Nicolao Olaho Archiepiscopo Matropolitanae Ecclesiae Strigoniensis, Sacratissimi Romanorum Imperatoris Suppremo Consiliario Cancelario et Locumtenenti in Hungaria et Domino mihi semper gratiosissimo.

DLXXVIII.

1570, 31 Ianuar. Scrisórea *Domnului Moldovii* cătră *Regele Poloniei* încredințându-l despre supunerea sa credinciósă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Der eidt welchen der Walachische Waiwode der koniglichen Maiestatt gethan.

Ich Bocdan Alexandrowicz, der Moldauischen vnd walachischen lender Woiwode, mit allen derselbiegen lender, Räthen, Eldisten vnd andern vnsern allen Vnderthanen, Schwere Gott dem Herrn vnd allen seinen Heiligen, dass wir vns Verbinden, mit sambt vnsern nachkommen Walachischen Woiwoden, Auch fur unsere Brueder, ein ewigen friedt zu Halten vud zubewahren, Trew, eher,(2) glauben, Bestendigkeit vnd gehorsam, In allem geholdneter weise, Irer Koniglichen Maiestatt dem Erlauchtigisten Fursten vnd hern, hern Sigissmundo Augusto Konige In Polen vnsrem gnedigisten Hern, vnd Irer Koniglichen Maiestat nachkommenden Konigen In Polen, Auch Irer Koniglichen Maiestet allen Räthen hoern,(3) Eltern, mitlern vnd niedrigen, vnd der ganzen Cron Polen, mit allen vnnsern Räthen vnd vnnsern Moldauischen vnd Walachischen Lendern, Vnnderthanen gehorsam zu sein auff eynen itzlichen beuehlich Irer Koniglichen Maiestatt vnd derselben Maiestatt nachkommenen wieder alle des heiligen Creutzes vnd Irer Maiestatt selbst vnd der Cron Polen feinde die mit gewaltsamer oder vmbillicher weise oder sonst aus was vrsache es wolle, Inn Irer Maiestatt lender einfelle theten, fertig zu sein, mit Radt vnd hulff noch hochstem Vermugen vnserer herschafften Volk zuschicken, vnd mit aller Hulff zu retten, Auch wo die not vorhanden wehr, So wil vnnd soll ich mit meiner eigenen Person, macht vnd Heer, wieder ein itzlichen der oben geschriebenen Koniglichen Maiestatt vnd derselbigen lender feinde zihen, Aber doch alhier ausgenommen, den Turckischen

---

1) Toti.
2) Ehren.
3) Höhern.

Kayser S. L., mit welchem Ire Konigliche Maiestatt, vnd die Cron Polen, Alters hero gutte freundschaft vnd nachverschafft Halt, wil nicht allein auf der Koniglichen Maiestatt beuehlich, Sondern auch auf die wenigste anzeigung, der Itziegen vnd hernachkommenden Felthaubtleut, auf eine Jtziege furfallende noth der Cron Polen, der Koniglichen Maiestatt mit allen meinen der Moldauischen vnd Walachischen lender nachkommenen 7000 zum steit tuchtiger Mann auf ein iedern stell vnnd einem itzlichen feinde wo es von nöten sein wirtt zu schicken schuldig sein.

Vber das will ich mit keinem andern herrn vnd volkern wes Standes die sein keinen friedt machen schliessen oder in einigerlej vertrege, So ferne die meine Moldauische vnnd Walachische lender angehen, Sie sein Publice oder Priuate mich einlässen. Inn Summa wil nicht anfahen[1] an der Koniglichen Maiestatt. Vnd derselbigem Räthen belernung vnd beuhelich.

Auch soll keiner der Koniglichen Maiestatt aus Polen feindt in vnsern lendern keine Narung gewerbe oder stelle haben vnd sollen keinen solchen Irer Maiestatt feindt In vnsern lendern wieder Ire Maiestatt vnd derselbiegen nachkommen halten, Sondern sollen Inen aus dem Landt Iagen.

Die grantze die do zwischen vnsern vnd des Konigreichs Polen lendern als Podolia vnd Wolnj ist, Sol richtig gemacht werden, wie sie vor alters gewest ist.

Das Pokutzische Lendlein, Sol vnser Landt auch keiner vnserer nachkommen herr In der Walachey gedencken viel weniger dasselbiege Zufordern sich vnderstehenn keine einfelle thun, denn dasselbiege Pockutzische lendlein ist von Alters hero der Cron Polen eigenn vnd Erblich gewest, ist vnd soll ewig In ewigkeit bleiben.

Den Kaufleuten ist vnd soll frey offen vnd sicher sein Aus dem Konigreich Polen Inn vnsere lender, auch Inn die Turkej doch die grosse Strassen zuziehen vnd handeln, dargegen den Vnsrigen In Irer Koniglichen Maiestatt lendern, die maute oder Zohl wie vor Alters gebenn Vnd zuruck mit allen Iren guetern vnd habe zu kommen.

Böse Leute auf den Grantzen sollen von beiden theilen gestrafft werden, nach altem brauch, auch die zuesamenkunfft oder Lantage sollen Am Ostermontage, Vnd alda die wes verbrochen vnd die Landts vnnd grantz ordnung vbertreten haben, Gestraft werden, das die einwoner auf beiden theilenn ruige wonung haben mugen.

Auch Irer Koniglichen Maiestatt herschaften oder landen auf beiden seiten des Fluess Niester, wo nur Irer Koniglichen Maiestatt vnderthanen sein, Sol keiner vnser Vnderthan doselbest kein wonung kein Vich, nict trejbenn, nur aus zulassung Irer Koniglichen Maiestatt Ambtleut, oder der hern welcher der grundt vnd Boden ist haben.

Die muhlen die auf beiden Seiten des Fluess Niester In Irer Koniglichen Maiestat lendern sein, Sollen von vnns vnd vnsern nachkommen nicht gebauet, Auch nicht, es sei denn der Konigin Aus Polenn genossen werdenn.

Die von beiden theilen endtlaufen Sollen nicht angenommen Sondern denen von welchem sie endtlaufen wider Zugschickt werden.

Offendtliche Diebe die entweder Irem hern oder andern leuten wes gestolen, Sollenn am hals gestr fft werden.

Vber dass so wollen wir alle geschworne alte beredungen Vertrege vnd handlungen von Vnnsern Vorfarn Woiwoden aus der Walachej, den Konigen aus Polen Iren Maiestatten mit was weise dieselbiegen stet vest in allen Puncten zuhaltenn vnd nach denen ewig zuleben.

Welche alle obengemeltene vnnd beschriebene sachen wir zusagen vnd schweren Gott in der dreifaltigkeit einem vnd allen heiligen zuhalten thun vnd verbringen wie es obengeschrieben als vns gott helff vnd das heilige Creutz.

Wo wir aber was aus dem was oben geschrieben, vnd von Vns Zugsagt, nicht

---

1) Anfangen.

hilten, oder nicht verrichteten, vnd gegen vnserem Herrn dem Konige aus Polen vnd Irer Maiestat wehr thun wolten So helfe vnns gott in der drejfaltigkeit einer nicht, Sondern Schlage vns an der Sele und leib, das Ist Geschehen zu Iasy am Sonnobent den 2 tag Octobris des 69 Iahres.

Bochdann.

DLXXIX.

1570, 31 Ianuar. Jurămêntul dat de *sfetnicii Moldovei* că vor păstra pacea încheiată între Moldova şi Polonia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Iuramentum Consiliariorum.

Ich N: Schwere Gott dem Herrn, der Iungfrav Maria vnd allen gottes heiligen, dass Ich den Fridt Zwischen der Kön. Mtt. vnsrem vnd Irer Mtt. nachkommen vnnd dem Hern Bochdan Walachischen Woywodenn seinen Nachkommen so viel als meine Person vnnd mein Ambt angehet halten vnd bewahren will Vnd wil nicht Vrsach wieder mit Radt noch Tadt oder hilf gebenn, dass der Friedt wie ehr In dem brief beschrieben Ist, one Vrsach solt verterben, gebrochen Und zunicht gemacht werden, Sondern sol schuldig sein, nachzutrachten Vnd aus meinem Vermugen darzu zuhelfen, dass der Itzbeschriebene friedt von Irer Kön. Mtt. derselben nachkommen Vnnd der Cron Vnderthanen gantz möcht gehalten werden, Als mir Gott helfe vnd alle heiligen.

Aufschrift: Exempla Iuramentorum quae Walachiae Regulus cum suis Consiliarijs Serenissimo huic Regi, et quae ille vicissim ipsis praestitit. Vltima Ianuarij Huius 70 anni.

DLXXX.

Jurămêntul Regelui *Sigismund-August* din Polonia de a respecta pactul încheiat cu Moldova. 1570, 31 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Juramentum Sa: Maiestatis Regiae Bochdano Palatino Walachiae Warsowiae die ultima Ianuarj anno 1570 praestitum.

Wjr Sigemundt August Konig Inn Polen Schwerenn Gott dem Almechtygen, der Reinen Iungfrauenn Marien vnd allen heiligen, dass wir die Pacta vnd fridt zwischen vnns, vnsern Räthen, Vnderthanen Vnser Cron Landen Vnd zwischen dem Herrn Bochdan Walachischen Woywoden seinen Räthen Vnderthanen vnd Landen, durch vnsere auf beiden theilen Potschaften gemacht vnd beschlossen worden Halten wollen, Auch mit vnsern nachkommenen ewig nichts anders nur wie es in diesem brieff beschrieben Ist Vnnd mit Vnnsrem vnd Vnserer Rathe Siegil versiegelt Als vnns gott helfe vnd alle Heiligen.

DLXXXI.

Scrisórea Regelui Poloniei *Sigismund-August* pentru confirmarea cu jurămênt a pactului încheiat cu Moldova. 1570, 31 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Litterarum Moldaviae Palatino datarum ex emplum.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei infrascriptae memoriam.

Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Litvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Volhiniae, Podlahiae, Kyoviae etc. Dominus et Haeres.

Significamus his litteris nostris quorum interest universis et singulis, iurasse nos una cum Consiliariis et omnibus Ordinibus Regni nostri Deo Omnipotenti, gloriosae Virgini Mariae et omnibus Sanctis, promisisseque nos, prout et hisce litteris nostris promittimus atque pollicemur, cum Magnifico domino Bochdano Alexandride Dei gratia terrarum Moldaviae et Valachiae Palatino, amico et vicino nostro charissimo, cunctisque terrarum praefatarum ordinibus et incolis a die presenti usque in perpetuum more et instituto maiorum nostrorum pacem et foedus servaturos, quod generosus Ioannes Sieniensky de Sienno Castellanus Zarnoviensis, fidelis nobis dilectus, nostro et tocius Regni nostri Poloniae nomine pepigit, atque sancivit cum consiliariis et omnibus terrarum Moldaviae et Valachiae incolis.

Fatemur quoque nos Magnificum dominum Palatinum Bochdanum una cum successoribus, et omnibus subditis suis terrarum Moldaviae et Valachiae incolis in nostrum et totius Regni nostri Poloniae patrocinium atque tutelam suscepisse, uti quidem susci-

pimus his nostris litteris, nullum praeterea hostem domini Palatini Bochdani suarumque provinciarum in Regno et omnibus dominiis nostris manere, vel locum aliquem habere patiemur, sed eum pellemus ac persequemur.

Fines et termini etc. ut supra in privilegio a Moldaviae Palatino dato. Quae quidem omnia et singula suprascripta pollicemur nos una cum successoribus nostris Regibus Poloniae, tum etiam omnibus Regni nostri Ordinibus sub fide et honore, ac etiam Religionis Christianae debito diligentissime adimpleturos et servaturos. Quo vero ea omnia fidem et robur maius habere possint, nostrum et Regni nostri quorundam consiliariorum pro tunc nobiscum existentium sigilla presentibus sunt appensa. Datum Warschaviae ultima die mensis Ianuarii Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo, Regni vero nostri anno quadragesimo primo. Praesentibus Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Iacobo Uchanski Archiepiscopo Gnesnensi, Legato nato et Regni nostri Primate, item Magnifico, Venerabilibus ac Generosis Stanislao Lawski de Strzegoczni, Palatino et Vicesgerenti Masowiae, Hieronimo Sieniawsky de Sieniawa Camenecensi, Anselmo Gostoniski Plocensi et Capitaneo Ravensi, Iacobo Iassoczki Lanciciensi, Sigismundo Volscki de Podhaica Cernensi et Capitaneo Varshaviensi, Ioanne Herborth de Fulstin Sanocensi et Capitaneo Premisliensi, Adamo Koszinsky Podlachiae, Alberto Prziiemski Landensi, Simone Szapski Inowlodensi, Foelice Paris Varsaviensi et Capitaneo nostro Cernensi, Andrea Ilowski Visnensi Castellanis, Valentino Dembienski de Dembiany Cancellario, Francisco Craszinski Praeposito Plocensi et Procancellario Regni, Stanizlao Barzi de Blozevo Marschalco et Capitaneo Sniatinensi, Stanislao Ossowski Cantore Gnesnensi, Refendario Curiae nostrae, Ioanne Zaborowsky Praeposito Sandomiriensi, Stanislao Craszinsky Scholastico Gnesnensi, Secretariis nostris, et multis aliis dignitariis et officialibus nostris, syncere et fidelibus nobis dilectis. Datum per manus memorati Magnifici Valentini Dembiensky de Dembiany Regni Poloniae Cancellarii sincere nobis dilecti.

DLXXXII.

1570, 20 Fevr. Raportul lui *Eduard de Provisionali* cătră *Impĕratul* despre călĕtoria la Constantinopol şi despre cele din urmă ordine date de Pórtă Domnilor din ţĕrile române şi celuĭ din Ardeal.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Relatio Eduardi de Provisionali de varijs rebus, quae in itinere et Constantinopoli occurrerunt.

Sacra Caesarea Maesta! — Sia per aviso di V. Maesta.

. . . (om) . . .

Che di Polonia, Moldauia, Valachia et Transyluania non si sente nulla, eccetto che alli dieci Mehemet Passà fece un buon rebuffo al Agente del Transyluano minacciandolj, che il suo Patrone, si non staua in pace et lasciasse di molestare il paese di Vestra Maestà, che lo castigarebbe di tal sorte che sarebbe esempio à gl'altri.

. . . (om) . . .

Che sono andati in Valachia et Moldauia con commandamenti che tagliano legniami per edificare un castello tra li confini di loro et del Re di Polonia, in quel medesimo luogo doue già altre uolte haueuano comminciato, et che poi da quel Re li fu impedito et abbrucciato.

. . . (om) . . .

DLXXXIII.

Scrisórea *Sultanului* către *Ivan Vasilievici*, cerênd ca Turcii să nu fie nepăciuiţi la Astrachan şi promiţând că-i va ţiné pe Tătari în frêu. 1570, 5 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Laudabile et honorato fra li Signori della fede Christiana et Chinesj (sic) di Moscouia, Ioanne, figliolo di Basilio, il tuo vltimo fine sia con ogni prosperità. Peruenendotj la nostra alta et Imperiale lettera, tj sia noto qualmente adesso quì alla nostra excelsa porta, la quale è riffugio dellj signorj potenti, et alla nostra sublime corte, laquale è nido dj felicità, haj mandato la tua lettera per il tuo Oratore, dicendo che dal tempo del mio bisauo Sulthan Mehemeth Han sino ad hora essendo noj in buona amicitia, habbiamo mandato l'essercito sopra alla fortezza d'Esterhan, et anco haj detto come sempre era la consuetudine Ottomanna che quando vn signore nouo si faceua Imperatore, egli soleua mandare in Moscouia lj suj Ambasciatorj per annunciare la sua intrata nel Imperio suo, et tuj Antecessorj similmente incontra à luj mandauano loro oratorj con honoratj praesentj, et sj congratulauano con esso noj; et anco haj notificato qualmente essendo che dal tempo passato le robbe et mercantie necessarie alla nostra felice porta et altrj seruitij siano da tua banda sempre stati mandatj et fattj, tuttauia alla tua regione habbiamo mandato il Tartar Chano. Habbiamo ancora inteso tutto il resto che s'è detto et significato alla nostra sublime porta, et tutto habbiamo ben compreso. Ergo dal tempo dellj mej bisauj quella fortezza d'Esterhan stando nelle manj dellj Tartarj, gli hominj dellj Imperatori orientalj et i Musulmannj veniuano alla nostra regione et andauano al domo d'Iddio Chiabe. Tamen per il passato quellj Imperatorj hanno mandato li loro hominj et le loro lettere, dicendo da quel tempo che quel castello venne al poter tuo, non li lasci passare et lj molestj. Donque per la tal cosa alla nostra fede et Imperio non è magiore inimicitia dj questa, et non per altro, ma solamente per vedere quella fortezza et anco per visitare quellj tuj castellj et città li qualj sono in quella via, et dj che modo sj ritrouano et come stanno, et anco per sappere la verità dj quel danno che faj allj Musulmanj con li Tartarj, et con vna parte dell' essercito habbiamo mandato alcunj Sangiacchj Beghi, et per informarsene se dalla parte tua fosse alcuna inimicitia, gl' habbiamo mandato di modo che cj è stato notificato, che quel forte stando sopra la via dellj Musulmannj veramente fa grande oltragio, et quellj che noj habbiamo mandato per altro, solamente per sapper la prattica delle tue città, che standο nella tua regione non hanno brusciato il tuo dominio, non hanno molestato lj tuj sudditj, tuttj sj sono riformatj. Item accioche maj il Tattar Hano non debba molestare al tuo dominio, s'ha prohibito et si ha in animo d'hauer amicitia; da quel passo leuaraj sia quel forte, o seramente cauaraj fuora l'essercito che sj sta dentro, et commandaraj espressamente che non debbano molestare allj Musulmanni, et tj sia noto, che noj non habbiamo di bisogno di Regnj, di paësj di thesoro et richezze; ma con

l'agiuto dj Dio altissimo, noj essendo il magiore Imperatore dellj Musulmannj, non siamo contenti che quelli siano molestatj, dj modo che d'adesso in poi fai che gl' Imperatorj di quellj Imperij non debbano più mandare le loro querele alla mia felice porta; tamen si veniranno, sara cauto, che l'amicitia sara rotta et disturbata. Tu haj anco desiderato, che i tuj mercantantj como per il passato debbano venire al nostro dominio, similmente che i nostrj ancora debbano andare al tuo; ergo per andare et venire et trafficare, expressamente è commandato allj nostrj Beghi che stanno nellj tuj confinj et similmente al Tartar Hano, et cosj ti sia noto et alla mia serenissima lettera daraj fine. Scritto nellj primj giornj della luna dj Seffer nell' anno Muhemetano 978.

Nella nostra residentia in Constantinopolj.

DLXXXIV.

1570, 14 Iulie. Raportul lui *Eduard de Provisionali* către *Impĕratul* despre silinţele Franţei de a ridica pe unul dintre feciorii lui Mircea-Vodă în scaunul Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Eduardus de Prouisionali.

Sacra Caesarea Maesta.

. . . (om) . . .

Del Valacho s'intende che à persuasione di questo Ambassadore di Francia sara leuato Alessandro Vaiuoda di quel stato et rimesso vno delli doi figliolj tiene la Merciola (1) madre del quondam Pietro che sta confinata in Iconia con doi figliolj. Et il detto Ambassadore spedisse ancora vn altro in Francia, con animo di ritornare alle sue prime prattiche, per le quale non sarebbe se non cosa santa che il suo Re lo leuasse quanto prima di questo paëse.

. . . (om) . . .

Da Constantinopoli allj 14 di Luglio nel settanta.

Di Vertra Maesta Caesarea

Humilissimo seruitore

Edoardo Prouisionalj.

P. S. (om.).

---

1) d. i. Mirczìones, wie sie der Gesandte Carolus Rym nennt.

DLXXXV.

Scrisórea *Sutanului* cătră *Regele Poloniei* în cestiunea moştenirii rĕmase de Stefan Báthory şi a conflictelor ivite la vamă. 1570, 22 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Literae Sulthani ad Serenissimum Regem Poloniae etc.

Al Serenissimo Re di Polonia.

Adesso qui alla nostra felice et eccelsa porta et al nostro sublime atrio, il quale è refugio delli Re coronatj del mondo et quiete delli Principi dell' orbe della Terra, fu apportata la vostra amicabile lettera, nel quale tenore hauete significato qualmente il defunto Re Stephano, il quale per il passata era stato Re di Transyluania, fusse figliolo della vostra sorella, et il predetto Re essendo in vita, morta che fu la vostra sorella, tutti li suoj beni furono lasciati à lui come suo hereditario; adesso mo il predetto Re essendo morto et non hauendo altro herede, tutti li sui beni lasciò à voj come suo hereditario, et ancora auanti che lui fosse morto, vi haueua lasciato nel suo testameuto alcune robbe delli suoi beni, et per hauer quelle robbe, già haueuate domandato che si douesse dar vn Imperiale commandamento, il quale fu dato. Ancora hauete notificato qualmente i subditi del nostro Dominio, i qualj con robbe et bestiami vanno al vostro paese, hauendo sempre dato il Datio delle robbe et pagato il giusto douer delle pascole del Bestiame secondo l'Imperialj capitulj della pace et secondo la solita consuetudine; adesso mo il Bego di Bender dice bisogna hauer vn special commandamento, altramente non si torrà niente, ne manco lasciara torre cosa nessuna. Ancora hauete notificato, qualmente à quel signor della signoria, al felice Re con l'agiuto di suo Keray Han, Re di Tartaria, si debbiano scriuere et dar di nouo Imperiali commandamenti per non domandare censo di quelli anni che vostri sudditi del vostro paese sono stati sacchegiati, ne manco i Tartarj non debbano molestare li sudditi et coloni del vostro Regno et paese, ancora tutto quello che lè stato chiaramente in presentia del nostro Regale et felice seggio, lè stato significato et dechiarato, Et tutto la nostra Regia et Imperiale Altezza l'ha inteso et compreso. Ergo il predetto Hano per auanti per questo negocio haueua mandato vna sua letera alla nostra felice et sublime porta et chiaramente haueua notificato, qualmente secondo li Imperialj commandamenti che per il passato furono mandati à lui eccetto per questa causa, et secondo la pace et quiete che lè in mezzo, de adesso in poi non molesterà li subditi et coloni del vostro Regno et Dominio, mentre che la cossa sarà osseruata in effetto secondo la pace et quiete et darlj il suo promesso dono o presente, ne lui lasciara torre à nessuno cosa che sia contraria alla pace et promessa de nouo. Adesso ancora al prefato Tartarhamo per questa causa sono state mandate le nostre Imperiale letere, similmente ancora al Beg di Bender sono stati mandati fermi Imperialj commandamenti per osseruare tutto quello che lè secondo la lettera Imperiale delli capitoli et secondo l' amicitia ch'è in mezzo, et secondo la solita consuetudine et statuto; dalli sudditi del nostro Regno li quali vanno con li lor bestiami nel vostro Dominio et da quelli che togliono della robba per il lor vtile et vanno via, sia tolto il solito statuto giusto del douer delle pascole et li Dacij. Et al Vayuoda de Transyluania Stephano Bathori lè scritto vn nostro Imperiale commandamento, si è cosi, che oltra della sustantia et richezza dell' Intrata di Transyluania, si il defunto Re Stefano ha dato o lasciato a voi in Testamento la richezza et sustantia della sua heredità et delle sue robbe, si sono in pecunia contata, ouero altre robbe delli suoi beni, sia dato vn chiaro et espresso Inuentario ò registro, et fermamente hauemo commandato che tutta la cosa debba esser significata alla nostra

felice corte. Di modo bisogna che quando vi sara peruenuta la nostra Imperiale lettera, voj ancora mandarete al prelato Vayuoda de Transyluania vostro huomo, accloche la ricchezza et li beni dell' heredità del Re Stefano, di tutto che ha dato ò lasciato in Testamento à voj, iui sia scritta et fatto l'Inuentario, et mandarlo alla mia felice corte, doue quando sara peruenuto et significato, si vol Iddio omnipotente, per quella causa tutto quello che sara commodo et conueneuole, degno et idoneo secondo la nostra antica amicitia, tanto sara operato et osseruato. Ma non è licito ne conueniente a dimandare nessuna cosa del Tesoro dell' Intrata acquistata del Regno et paese di Transyluania, la quale è per il bisogno del Regno et del paese, et mostrarete la vostra ottima sollicitudine di non fare nascere ò procedere cosa che sia contraria alla anticha pace promessa et amicitia che hauete con la nostra Imperiale perpetua et prospera porta. Scritta alli 18 della luna di Zeffer nell' anno Muhemetano 978.

Nella nostra residentia di Constantinopoli.

DLXXXVI.

1570, 30 Sept. Extras din scrisórea residentului imperial *Rym* cătră *Trantsohn* şi *Veber* despre sosirea la pórtă a şoimilor trimişi din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dominis Ioanni Trautson et Ioanni Bapt.[ae] Webero.

Illustr.[mi] et Mag.[ci] Domini Domini gratiosissimi!

. . (om) . .

Pridie eius diei(1) Vaiuoda Moldauiae Falcones suos obtulit.

. . (om) . .

Constantinopoli *Tricesimo* Septembris 1570.

Manus nota. (2)

---

1) i. e. 19 Sept.
2) d. i. Carolus Rym.

DLXXXVII.

Raportul luĭ *Carol Rym* cătră *Impĕratul* despre silinţele fraţilor luĭ Alexandru-Vodă de a împedeca întórcerea în ţară a mumei luĭ Pĕtraşcu-Vodă. 1570, 23 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine Clementissime.

. . . (om) . . .

Quae de Mirciones, Petri quondam Valachiae Vaiuodae matris, reuocatione restitutioneque in eam prouintiam quae eius filiae Matrimonio superioribus diebus (: ut Maiestati Vestrae prioribus meis literis scripsi :) moliebatur, ea iam plane irrita uagaque ceciderunt, Eius Secretarius, et item Interpres nomine Ioannes Baptista Bederus (: qui 16. Iulij Aleppum et Iconium discesserant :) decimà huius mensis re infecta redierunt.

Renunctiatur mihi eosdem Secretarium et Interpretem rectà primum Aleppum iuisse, distrahendorum bonorum à mercatoribus quibusdam Francis in Syria relictorum pecuniaeque inde redactae rectà ad oratorem ferendae causa, ac in eam rem mandata hinc à Bassa abstulisse; uerùm cum Consulis ibi Franci intercessione ac oppositione distractio illa non procederet, inde Iconium uenisse tractasseque cum Mircione de eius reuocatione, quam dicerent ab oratore filiae pro eo ita commendatam probatamque Bassae esse, vt ipse Bassa planè faueret, proferrentque certas ipsius oratoris atque etiam Bassae literas, eius rei testes, sed tamen, ut ipsa reuocatio penitus conficeretur transigereturque, opus esse, ut per eos mitteret oratori Triginta Millia Ducatorum, quae Mehemethi Passae reliquisque Visirijs et Aulicis, quorum animi conciliandi uiderentur, elargirentur. Mircionem, quae tantum praesentis pecuniae ad manum non haberet, duo duntaxat Millia tum praebuisse, reliqua se quamprimum missuram dixisse, scripsisse deinde subitò per certum hominem ad ipsum Bassam egisseque gratias de eius fauore et causam suam diligentissimè commendasse; Bassam, ijs literis lectis, miratum indignatumque, cum nihil se de hoc negotio scire nihilque unquam scripsisse assereret, Interpretem, quem huius falsitatis Architectum uocaret, simul atque huc aduenisset, conquirendum iussisse. Ita rem actam esse mihi refertur. Illud certum est, cum Interpres conquisitus se abdidisset aut aufugisset neque compareret, oratorem 14. huius mensis adijsse Bassam, declarasse quaecunque Interpres cum Mircione egisset, se inscio suoque iniussu acta fuisse, supplicasse denuò, ut in Regis sui suamque gratiam illi Interpreti condonaret; Id se iam abiturum pro summo postremoque beneficio ab ipso Bassa petere; Bassam ita respondisse, vt condonare uideretur.

Alexandro Valachiae Vaiuodae tres fratres sunt, quorum unus Turca Spaoglanus, reliqui duo Christiani Mutaxaracj[1] (: vt uocant :) huius Principis Turcharum existunt. Eorum vnus, comitatus Michaële Catacusino, ipsorum cognato, 16. k. 17. in Diuano publico apud Mehemetem Passam grauissimam hac de re querelam aduersus Interpretem instituit. Bassa se rem non inultam passurum respondit, et rursus Interpretem illum conquirere iussit, nusquam tamen reperitur. Nasutiores eum ab oratore abditum ablegatumque suspicantur, et hanc omnem technam eiusdem Oratoris existimant, qui pecuniae indigus, miseram illam Mircionem sibi idoneam putauerit, quam per reductionis matrimonijque speciem argento emungeret, neque uerò eiusmodi illorum suspicionem anteacta hic eiusdem Oratoris vita planè refringere labefactareque uidentur (sic).

Quod reliquum est, Sacratissime Caesar, Domine clementissime, me quam subiectissimè Maiestati Vestrae commendo, Deumque oro etc. Constantinopoli 23. Octobris 1570.

---

1) d. s. Mutaferaka.

DLXXXVIII.

1570, 7 Noemv. Raportul lui *Carol Rym* cătră *Impěratul* despre suprimarea unei rěscóle în Muntenia, despre căsătoria Principelui Transilvaniei şi despre nisce conflicte ivite între Polonia şi Tătari.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine Clementissime.

. . . (om) . .

Postridie eius diei, nempe 24. Octobris, quidam ab Alexandro transalpino (: quam Valachiam appellant :) Vayuoda missus in Diuanum publicum attulit 17 capita vnâ cum literis ipsius Alexandri, quibus significatum intelligo, plerosque rebellium eius, qui Mirtione partibus fauissent, quorumque aliquot iam inde ab illius Mirtione cum Petro filio tempore in Walachiam transfugissent, intraque eius se prouintiae abdita continuissent, coniuratione facta notum sibi Vaiuodam ex ipsius Petri cognatione designassent, et collecto circiter 500 hominum numero ipsi Alexandro insidias excidiumque molitos, re patefacta oppressos ac extremo supplitio affectos, quorum nonnullis ea capita amputata et huc ad rei gestae fidem missa sint. Insimularj ad haec ijsdem literis transsiluanicis, quod illorum rebellium fautor quosdam ex ijs apud se sustineret, venisse autem eodem 24. Octobris in Diuanum Agentem transsiluanicum certiorem à Transsiluano factum, vt, si quid aduersus eundem principem à Walacho proponi audiuissent, ipsum de obtecto crimine purgaret; cum verò nihil eiusmodi vel Alexandri nunctio vel a (unlesbar) moueretur, tacuisse nihilque prosecutum. Renuncsiatum praeterea mihi est, expediri ex hac porta ad Transsiluanum literas per spetiem quidem mandati vt transfugas Walachos, si quos penes se habeat transalpinos, restituat, re tamen ipsa seriò denunctiari nolle, vt ille vxorem Austriaci generis ducat, eumque à Solimanno in filium, ab ipso vero Selimo in fratrem receptus sit, debere eum se gerere vt et Solimanni filium et Selimi fratrem deceret, *neque cogitandum ei de alia vxore quàm quae ab ipso Selimo designetur, praescribanturque, quando non id exigat, vt celibem vitam agat;* fore enim, si aliam potentiorem ducat, vt ipse se principatumque perdat, cum sponsa eum regiam familiam eumque comitatum adductura sit, quae ipso vel veneno vel alias interempto, Regnum deinceps sit occupaturus (sic), nam huc consilia omnia directa esse; expediri item alteras literas ad Regem Poloniae, vt, si salutem dignitatemque et principatum Transsiluaniae sororis suae filio saluum velit, minime assentiatur vt cum Austriaca matrimonium contrahatur. Haec ad eum quem scripsi modum partim ex ipso Murat Bego, transiluanicorum rerum hac in Porta interprete, partim aliunde intellexi... Vigesimo tertio Octobris duo nunctij, a Tartarorum Praecopitarum Rege, quem Tartarchanum vocant, missi ad hanc Portam literas attulerunt quibus intelligo illum queri primum de Polonie Rege quod munerum ex pactis conuentis pacis debitorum missionem iam aliquot annis intermiserit, deinde etiam de Moecouie Duce, quod pacem cum eo qui munera non promiserit, coli iussus sit petereque vt nisi is instar Regis Polonie munera promittat, cum eo bellum sibi suisque gerere et predas agere permittatur. Responsum dicitur Tartaris per Sultanum, licere vt vtriusque Principis, nempe Regis Polonie, nisi munera promissa exsoluat, Moscouite, nisi munera promittat, ditiones depredationibus bellisque vexent.

. . (om) . .

Constantinopoli VII Nouembris Anno MDLXX.

Sac. Caes. Maiestatis Vestrae — Humillimus et fidelissimus seruitor

Carolus Rym.

Als Beilage hiezu folgenden Kundschaftsbericht : Questo di hano comandato alli Vlachi debbino mandare dudeci millia guastadori per la impresa del fiume Volga, et alli bogdani 8 millia, di maniera che in tutto sarano XX millia qualli hano di andare alla volta di cesta.

DLXXXIX.

Scrisórea lui *Alremir* şi *Izemir* cătră *Principele Transilvaniei*, cerênd să i se înapoieze nişte bani împrumutaţi unor neguţători români. 1570.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Literae Alremiri, et Izemiri ad Principem Transil. de tribus Valachis, quibus 208. Tallerorum mutuum pro emendis pecoribus dederunt, per Banum spoliatis.

Köszönetünket, szolgálatunkat irjuk Nagyságodnak, erdélyi vajdának. — Az irjuk Ngodnak, hogy Bechkeö mellett való falu Hechka nevü, mely falu Mehmet Basa faluja. Mladin, Iovan, Demeter, ezek hárman abba a faluba laknak. Jövének mi hozzánk és mi tölünk pénzt kérének hogy kereskegyenek vele, usorára, tallért 208. Oda mentek volt erdélybe, egyremás marha venny. Mikor jöttek volna Lugasba, az Bán öket megfogta, az pénzt és marhájokat ö tölök elvette, hogy öket, ömagukat elbocsáttá az Bán, jöttek vissza mi hozzánk és nekünk megpanaszlák. Mi mentünk az Basához és neki megjelentettük. Az Basa levelet irt, irt Zmail Vaida is, és mi kültünk az Bánhoz egy Ali nevü embert. Az két száz nyolcz tallérból, huszonötöt adott vissza, még hátra vagyon száz nyolczvanhárom forint; az a Bánnál vagyon : Könyörgünk Nagyságod adassa meg a Bánnal, merthogy császáré az vám azmely vám, jövedelméböl azt a pénzt nekik adtuk. Nagysagod a mi emberünket a nélkül vissza ne bocsássa mert mi kezességgel bocsáttuk üt el. Isten tartsa meg Nagyságodat.

Iţi scriem Măriei tale, Voivodului ardelenesc, salutările nóstre, serviciile nóstre. Iţi scriem Măriei Tale, ca satul de lângă Bechkeö cu numele Hechka, care e satul lui Mehmet-Paşa. Mladin, Iovan, Dimitrie, aceşti trei locuiesc în acel sat. Au venit la noi şi au cerut de la noi bani să neguţătorescă cu dênşiĭ, cu camete, 208 taleri. Se duseră în Ardél să cumpere pe găsite vite. Când a sosit la Lugoj, Banul i-a prins, a luat de la dênşiĭ baniĭ şi vitele; după-ce lor le-a dat Banul drumul, s'aŭ întors la noi şi ni s'au plâns. Noĭ ne-am dus la Paşa şi l'am vestit. Paşa a scris scrisóre, a scris şi Zmail-Vodă şi am trimis la Banul un om cu numele Ali. El a înapoiat din două sute opt taleri, douĕ-zeci şi cinci; mai lipsesc o sută opt-zeci şi trei florini; aceştia sunt la Banul: Ne rugăm să faci Măria Ta ca Banul să ni-i înapoieze, fiind-că vama e a Impĕratului, şi din veniturile vămii, li-am dat banii aceia. Măria Ta să nu ne trimiţi omul îndărăt fără de acésta, fiind-că noi l'am trimis cu chezăşie. Dumneḑeu să Te ţie Măria Ta.

DXC.

Scrisórea *Dragomanului Machmut* cătră *Regina Isabella* despre rĕscóla lui Mustafa, fiiul Sultanului şi despre punerea sub pază a solilor trimişi de Impĕratul Ferdinand la Pórtă. 1570.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Literae Mahmut Interpretis Turcici ad Isabellam reginam d. 6. Novemb. s. a. quibus significat necem Sultani Mustaphae cum tribus Capitaneis rebellibus, bellumque ab Imperatore Germanis indicendum fidem Alexandro Vaivodae Transalpino adhibendam, et Ferdinandi Oratores Constantinopoli sub custodia teneri.

Serenissima Regina, Domina Domina mihi Clementissima.

Post fidelium serviciorum meorum in gratiam Serenissimae Majestatis Vestrae commendationem, cum veni in Constantinopolim, Imperatorem non inveni, nisi ad partes Persarum proficiscitur, et variae rumores se de persona imperatoris iactabantur, ea ob

causa per unum mensem in Constantinopoli permansi, interim etiam magnificum Rustan Passa advenit et ea omnia sinistra quae populi dicebantur mendacia fuerunt, nisi istud verum est, quod potentissimus Imperator veraciter intellexit filium suum Sultan Mustafam infidelem esse, et sinistrum animum erga patrem suum habere et mancipios imperatoris cum muneribus et dulcis verbis abtrahere et Imperium Imperatoris ab patre suo occupare velle, ideo Imperator dictum filium suum Sultan Mustafam advocavit, quo de certis verbis persarum secum colloquens et cum aliquo exercito ad partes persarum mittere vellet, ideo et Sultan Mustafa cum istis dulcis verbis dereptus fuit et cum bene appatato exercito et cum strenuis militibus ad Imperatorem advenit et ipse quoque cogitabat quod cum aliquo modo mancipios Imperatoris sibi una cum imperio adtrahere possit, et sperabat Imperatorem secreta negotia sua non vili coepisse, habuit tamem unum Consiliarium suum supremum, qui ista omnia Imperatori oculis notificavit, ac quando Sultan Mustafa munera sua Imperatori dedit et manus Imperatoris osculari volebat tunc custoditores ante portam tentoriam Imperatoris dictum Sultan Mustafam cum tribus supremis Capitaneis suis ex commissione Imperatoris interfecerunt et postea Imperator filium suum honorabiliter in civitatem Bursam sepeliri misit; nequit post obitum suum unire militiam sicuti dictum erat fuit, nisi unusquilibet et omnes mancipii obedientes in pace mansere. Mancipios omnes Sultan Mustafa Imperator honorifice pro mancipios suos accepit. Quod tamen Imperator Magnificum Dorustan Passam in Constantinopolim misit, non quod de Officio suo supremo Consiliario deposuisset, nisi Imperator ea de causa fecit ut dicant et mancipii Imperatoris in isto negotium D-num Rustan Passam in causa fuisse, ne fortasse de alicui sibi aliquid mali continget, et aliud etiam id est quod Imperator recogitavit cum sua Majestas est in alia parte, in partibus persarum, ut interim germani aliquo damno et fraude in confinia Imperatoris inhibeant si aliquid fiet vel oportebit in partibus hungaris contra germanos bellum gerrere ut statim Magnificus Dominus Rustan Bassa bellum moveat, potentissimus Imperator oratorem regis Persarum honorifice ad regem suum dimisit, et nunc sua Caesarea Majestas hilariter in civitatem Halep persicis citra istmis situm permanebit et iam rex persarum duos electos oratores ad imperatorem pro consummatione repetunda pacis misit, tamen quod concluserunt nondum certum est, ego autem non multum apud Imperatorem tardabo, statim sua Caesarea Majestas cum variis felicibus negotiis iterum ad Serenissimum regem Poloniae mitte, spero quod Deo adjuvante omnia negotia felicem finem habebunt, ea et alia omnia latius et clarius ab spectabili et Magnifico Domino Alexandre Vayvoda Moldaviae intelligeret; credet mihi Serenissima Majestas Vestra, quod non habet meliorem amicum et confidentem, cui fidem adhibendum sit, spectabili ac Magnifico Domino Alexandre Vayvoda, ego vero pro fidelitate sua caput meum promitto neque est dubitandum Majestas Vestra Serenissima in minime negotio Mircae Vayvodae transalpinensi fidem non adhibeat: ipse enim neque Christianus, nec verus Turcus est; oratores Ferdinandi regis sunt sub bona custodia in Constantinopoli, sicuti et ego in primo fui captus in Cracovia, spero enim in Deum Omnipotentem, ut isti dicti oratores non in brevibus diebus Viennam videre, quia mendacia eorum sicuti sol in mundo declaratum est. Deus Omnipotens Serenissimam Majestatem Reginalem unacum Illustrissimo filio suo quam diutissime feliciter et victorialiter conservare dignetur. Datum Constanrinopoli Sexto die mensis Novembris.

Illustrissimae Regiae Majestatis deditissimus

Mahmut S. etc.
Interpres suae Caesareae Majestatis.

A tergo: Titulus huiusce epistolae: Serenissimae Principi et Dominae Isabellae, Dei Gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, tunc Majestati Reginali, tunc Dominae Dominae meae et Principi mihi semper clementissimae.

DXCI.

Scrisórea Regelui Poloniei *Sigismund August* către *Sultanul Selim* despre prădările făcute de Tătari şi despre Domnul Munteniei. 1571, 28 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplar Responsi quod ad literas Turcicas datum est.

Serenissimus Rex Poloniae Turcarum principi.

Serenissime atque potentissime princeps, Domine, amice et vicine noster charissime. Nuntium Maiestatis Vestrae uirum nobilem atque egregium Dorgutum Chauss qui his diebus ad nos cum literis Maiestatis Vestrae uenit, gratissimè suscepimus ac libenter audiuimus. Retulit enim nobis omnia de studio atque beneuolentia Maiestatis Vestrae erga nos quae uolumus, quaeque huic ipsi amiciciae ac uiciniae tum Pactis conuentis, dudum iam à maioribus nostris inter nos et utriusque nostrum dominia sanctissime cultis, maxime consentanea uisa sunt, pacem. n. [nimirum] et concordiam se, et suos populos nobiscum uelle seruare, ac diligenter custodire Maiestas Vestra profitetur, officia quoque et commercia mutua pacate et tranquille absque cuiusque nota utrinque decurrere. quod ipsi quoque a partibus nostris libenter recognoscimus, ac quod eius fieri queat, quantumque in nobis situm est, omnibus temporibus et illis congruentibus actionibus non praetracte neque segniter haec omnia praestamus. Verum haec quae nobis Maiestas Vestra perscribit de Daulerhi Gerei Chami Tartarici querelis et delacionibus, quibus ille priora delicta in facinora sua in nostros crudeliter aedita, eluere suisque criminacionibus nos apud Maiestatem Vestram praegrauare nititur. ea imprimis molestissima nobis acciderunt, quae eo grauius a nobis accipiuntur, quod cum prioribus literis, ac nuntijs nostris satis abunde Maiestatem Vestram et illius consiliarios edocuimus, quam uaga et fluxa sit hominis huius et suae gentis in omnibus fides, quam incerta et periculosa etiam amicicia atque foedera, quum sub illorum umbra, uicinos uexare, nullumque genus crudelitatis in eos exercere non intermittit. Et tamen isthic apud Maiestatem Vestram uident illius falsa dicta eam habere fidem atque authoritatem quasi omnium innocentissimus et pacatissimus ab omnique iniuria alienissimus esse uideretur. ac ideo quasi illi aegre a nobis fieret, et multa uariaque damna a nostris quottidie sustineret, ita illius causam agere, et haec omnia sibi sarciri, tum etiam pensiones illas quas nos siue adhuc diuus parens noster, genti huic dono ex gratuita sua munificentia, seruandae pacis et operae illorum, quocies usus ferret ad rem bellicam contra hostes suos adhibendae causa, concesserat, eidem Chamo dependenti Maiestas Vestra postulat. Cuius uoluntati, non utique Chami huic importunae temeritati haud grauatim concederemus, si earum quaerimoniarum quas ad Maiestatem Vestram Chamus ipse detulit aliquod ueritatis indicium non iam ipsa perspicua ueritas appareret. Nam ita intelligat Maiestas Vestra id quod saepissime et scriptis et nunccijs nostris ad illam detulimus, Chamum ipsum et gentem suam perpetuis latrocinijs et direptionibus in diciones nostras excurrentes incumbere, fuerint licet pacta et foedera nobis cum eo innita, caperet a nobis ea ipsa, quorum supra meminimus donatiua, ille tamen quocies adlubescebat, et per nostrorum securitatem licebat, semper incurrebat in eorum bona et fortunas, nunquam praedis et grassacionibus atrocissimis abstinebat, et quam late longeque ab hinc quinquennio Regionem nostram sibi uicinam populatus sit, uidit hoc Abdi Chauss Maiestatis Vestrae internuncius, una cum nostro secretario Nicolao Brzeski, ad lustranda ea ipsa damna per Chamum regionibus nostris illata ablegatus. Quae omnia scimus eundem Abdi Chauss, postmodum etiam oratorem nostrum Magnificum Petrum Zborowski, Castellanum Voinicensem, ad Maiestatem Vestram detulisse. Apparet adhuc nunc, quam

deformis et miserabilis sit facies illarum regionum populationibus Tartaricis uastatarum et exustarum, id quod etiam ille apud Maiestatem Vestram fatetur, factum tamen extenuat quasi mandato Maiestatis Vestrae Waiwodam Walachicum in sedem dominij eius reponens et re ex sententia confecta domum inde rediens, sui per imprudentiam in Regnum nostrum illapsi aliquas praedas egerint, et loca nonnulla uastauerint, ac ideo etiam illius anni donatiua a nobis non reposcat. Quasi uero donatiuis nostris hostem eum non amicum nobis comparare uoluerimus et hoc eius falsum commentum Walachici itineris a scelere suo liberare possit, cum eo tempore Walachiam non attigerit, sed destinato consilio coactis undiquaquam agminibus cum tormentis et reliquo apparatu bellico, recta in regionem nostram uastandam et expoliandam progressus est, et tantum damni dedit, ut in complures annos uix aliqnando refici, et pristinum suum decorem recuperare possit, et tamen queritur adhuc sibi per nostros iniuriam fieri, in eo fortassis quod quiescant et damnis susceptis patienter omnia ferant. Quod utique faciunt non illius, sed Maiestatis Vestrae, cuius ille authoritate et protectione nititur, gratia, Nam ille neutiquam nobis adeo durus et formidabilis uideretur quin isti sui assaltus facile cohercerentur. Ni pax ea et foedus quod nobis cum Maiestate Vestra intercedit, per has nostras contenciones quoquomodo uiolari possit. Maxime cum eum Maiestas Vestra inter suos subditos adnumeret et inter fideles et obseruantes sui reputat . . . . . .

. . (om) . . .

. . Datum Warssauiae die XXVIII mensis Ianuarij Anno Domini MDLXXI Regni nostri XLII.

Ex Commissione Sac. Mai.tis Regiae propria.

DXCII.

1571, 8 Martie. Raportul lui *Carol Rym* către *Impĕratul* despre situaţiunea din Muntenia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime etc.

. . . (om) . .

De causa Asiaticae illius profectionis ipse Amurathes Begus nihil certi constituit, cum dicat quosdam existimare, id actum fuisse, ut Amurathes Principis Turcharum filius patrem suum matrimonio bauarico offensum pacaret, alios uero putare Transsyluanum, Alexandro Valachiae Waiuodae inimicum infestumque, Mircionis Petrj superioris Vaiuodae Matris Aleppum cum filijs et filiabus relegatae causam Amuratho, Turcharum Principis filio, comendasse orasseque, ut interposito ipsius Turcharum Principis filij fauore eiusdem Mircionis liberorum uni Walachia expulso Alexandro restitueretur. Illud ipse Amurates Begus affirmat, Transsyluanum causam Mircionis ipsi Mehemeti Passae iam entea diligentissimè commendasse, promissa eidem Mehemeti Passae centum

Millium Ducatorum summa, modo ipsi Mircionae eiusue liberis Walachia restitueretur, Mehemethem Passam uerò respondisse non placere Turcharum Principi, ut ipsi Alexandro Christianus aliquis succedat, sed fore ut, ubi is uel morte uel alias Valachiae Vaiuoda esse desinat, is prouintiae sangiachus aut Beglerbeghus imponatur. Id sibj inde constare Amurates Begus ait, Quod cum Mehemethes Passa literas suas id continentes Ladislao Bornemissae, tum temporis apud hanc portam Transsyluanj Agenti, deferendas dedisset, Ipse Bornemissae ex dissuto sacculo extractas sibi legendas praebuisset. Haec Amurathes. Intelligo autem partim ab ipso Amurate Bego, partim ab alijs nonnullis, ambos Mircionis filios, cum Chiausius missus esset, qui ipsos, nisi Mahometani fierent, Aleppo, quo una cum Matre relegati fuerant, Balsaram ad Intimum sinus Persici recessum deportent. Isque iam illos eo duceret, abiurata in itinere Christiana Religione, ad Mehemetis sectam desciuisse, et Mutafaricas Sultanicos creatos, maiori natu triginta quinque, minori uerò uiginti quinque asprorum salario diurno attributo. Quorundam sane opinio est, eos, quod Valachiam non amplius Christianis Vaiuodis datum iri audiuissent, eius prouintiae cupiditate pellectos tantum nephas commisisse, quam Turcae effecti facilius se adepturos existimarent; sunt etiam qui mihi renuncient, Ioannem Miques, quem Don Iosephum à Naxe seu magnum Iudaeum vulgo nominant, ad illius prouintiae imperium animum adijecisse et iam sibi Turcharum Principem conciliasse, verum Mehemethem Passam aduersari quem tamen ipsum pollicitationibus et largitionibus mollire nitatur.

. . . (om) . . .

Constantinopolj octaua Martij 1571.

DXCIII.

Scrisórea lui *Stefan Báthory de Somlyó* către Impĕratul *Maximilian II*, despre ordinul dat de Pórtă lui Alexandru-Vodă din Muntenia ca să alunge din ţară pe Domnul Moldovii. 1572, 1 Ianuar.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Sacratissima Caesarea Maiestas domine domine et Princeps clementissime, post seruitutis meae in gratiam Maiestatis Vestrae Sacratissimae humillimam deditissimamque oblationem.

Quae res in Transsalpinia et Moldauia geruntur, necessarium duxi Maiestati Vestrae Sacratissimae significare. quamuis enim et antea ob familiaritatem et amiciciam, quam cum Polonis Moldauus colere dicebatur, in suspitionem ac simul indignationem Imperatoris Turcarum incurrisse fama ferebatur: tamen hodie appulit legatus Vaywodae Transsalpini Thesaurarius et uir apud eum primarius, per quem in literis scribit se accepisse mandatum ut quendam Ioan in locum eius substitueret, Vaywodamque Moldauie constitueret, quare si totis uiribus omnibus ditionis suae contractis copijs in castra descendisse; illum uero ad Danubium peruenisse, et ei Zanchyakbegos finitimos cum suis copijs coniungi. Me igitur rogauit uti per suam absentiam tranquillam prouinciam suam ab exulum conatu aut motu aliquo bellj ex parte nostra tenerem. E contra Moldauum negotia sua impigré procurare, regnicolas ad arma conuocasse, Polonorum et uicinorum populorum auxilia comparasse; Lascum in societatem belli asciuisse perhibetur: sed de

Moldaui apparatibus nihil explorati scribere ualeo, cum nunctius meus iam a uigintj diebus ad eum missus nondum redierit qui mox ubi redierit certiora ad Maiestatem Vestram Sacratissimam perscribam. Sed et antea audita hac fama statim aliquot expediui homines qui omnia certiora referrent. faxit autem Deus ne ex hac scintilla levi, maior exardescat ignis, uereor tamen ne si Transsalpinus a Moldavo profligatur, uiribusque Polonorum Moldauus adiuuetur; tanta ui illis Turca incumbat, ut occupata et in prouinciam redacta Moldauia, periculum sit etiam de Transsyluania atque Polonia.

Caeterum Orator meus, quem proximè ad Imperatorem expediuj, scribit ex itinere ea quae uulgari fama audierit, nimirum adhuc Adrianopoli esse: classem uero quinquaginta triremium ad tutandos portus antea missam periclitatam esse, naufragione an alio casu non intellexisse: preterea decem et octo millia Turcarum ab Albanensibus caesa esse: quae quidem eadem et alia per cursorem antea eo missum, breui ad nos perferentur, et Vestrae Sacratissimae Maiestati a me celeriter significabuntur.

Plura non habui in praesentiarum quae Maiestati Vestrae Sacratissimae scriberem, nisi uti id quod uehementer opto ac sedulo quidem facio, me in graciam atque clementiam suam ut quàm commendatissimum habere uelit ac dignetur demissé precarer. Vestram Sacratissimam Maiestatem Deus omnipotens foelicissimam conseruare dignetur. Datae in Ciuitate Brassouia Calendis Ianuarijs Anno Domini MDLXXII.

Eiusdem Sacratissimae Maiestatis Vestrae Caesareae Regiaeque

Fidelis Seruitor

Stephanus Báthory de Somlyo, m. p.

Aufschrift: Sacratissimo et Excellentissimo Principi domino domino Maximiliano Secundo, diuina fauente clementia Imperatori Romanorum semper Augusto, ac Germaniae Hungarie Bohemiae etc. Regi etc. domino clementissimo.

DXCIV.

1572, 27 Ianuar. Raportul lui *Carol Rym* către *Impěratul* despre mĕsurile luate de Pórtă spre a apĕra Moldova contra Poloniei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine Clementissime.

. . . (om) . . .

De conuentu Polonico Varsouiam indicto Maiestati Vestrae aliunde notissimum est. Hoc tantum hic intelligitur, eo peracto fore ut huc Orator magni nominis ablegetur. Qui autem inde recens veniunt, narrant occurrisse sibi in Valacchia ad tercentos Ianitzaros qui Moldauiam petant, ac inde Polonos omnes emigrare curent, in posterumque apud Moldauum maneant.

Praeterea obuiam sibi factos plurimos Moldauos qui se dicerent ire militatum Poloniae Regi aduersus Tartarum, qui iam in armis esset, ut Poloniam inuadat ac contra quem ipse Polonus iam quindecim millia equitum in procinctu haberet maioresque copias indies compararet.

. . (om) . .

Constantinopoli vigesima septima Ianuarij 1572.

Humillimus et fidelissimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DXCV

Raportul lui *Carol Rym* către *Impĕratul* despre Ioan-Vodă, noul Domn al Moldovii. 1572, 13 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Sacratissime Caesar, Domine Clementissime.

. . . (om) . . .

Creatus est superiore mense nouus Vayuoda Moldauiensis Ioannes nomine, qui Rhodum ante aliquot annos relegatus fuerat, et modo inde reuocatus est: Pridie Calendas huius mensis, quantum intelligo, Adrianopolj Moldauiam versus profectus est: attributi sunt ei circiter quingenti Janitzarj et trecentj Spahi, qui in possessionem introducant: Iussi etiam Vayuoda Transalpinensis, Sangiacchi finitimi et Tartarj in procinctu esse, vt ipsi, si opus sit, suppeteas ferant. Renunciatum est mihi eundem nouum Vayuodam promississe Mehemeti Passae Ducenta millia eiusque supremo curiae Magistro viginti millia Ducatorum Praefecturae illius adipiscendae causa. Eo uerò ipso die quo Adrianopolj discedebat, aduenerunt Petri Vayuodae, Alexandrj filij, eius qui hactenus Moldauiam obtinuit, Nuncij cum muneribus amplissimis, qui instarent apud ipsum Principem Turcharum et Mehemetem Passam, ne qua mutatio fieret, sed frustra laborare dicuntur. Accusatus est ipse Petrus, tanquam iugum Turcicum excutere uellet, et displicuit his, quod Polonicis praesidijs in arcibus suis uteretur. Multae etiam delatae huc populi aduersus eum querelae, quo factum aiunt ut alter ei surrogatus sit. Fertur ad haec habere magnum exercitum ad confinia Poloniae et comparare se ut nouum Vayuodam cum suis excludat. Murmuratur praeterea de Alberto Lasky; haec progressu temporis exploratius intelligentur.

. . . (om) . . .

Constantinopoli, 13 Febr. 1572.

Carolus Rym, m. p.

DXCVI.

1572, 20 Fevr. Scrisórea Regelui Poloniei, *Sigismund August* cătră *Mehemet-Paşa* despre Bogdan (?)-Vodă din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Ad Mehemetem Pascham.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae Masouiaeque etc. Dominus et haeres.

Illustr. Princeps, Domine amice syncerê nobis dilecte. Quod Illustritas Vestra pro suo erga nos amico animo studioque singulari per literas suas vnà cum Serenissimi Principis et Caesaris sui hic per Dorgutum Chiausium nobis traditas nos uisere et officiose salutare uoluerit, agimus Illustrati Vestrae eo nomine magnas gratias, nec minus nos de salute Illustritatis Vestrae ac reliquis eius successibus audiuimus ea libenter quae cum ex literis, tum nuncio ipso intelleximus; grata quoque nobis fuerunt quae Illustritas Vestra in literis suis de Magnifico Iaslowitzky Palatino et Praefecto copiarum nostrarum finitimarum, commemorat, pacis et tranquillitatis istius, quae usque inter nostros ac Serenissimi Imperatoris Vestri populos uiget, incrementa illius studio ac virtuti adscribens. Vtinam haec quoque reliqui ex subditis Serenitatis suae agnoscant, qui nos et gentes nostras caedium, rapinarum et omnis generis vexationum apud Principem Vestrum insimulant. Inter quae hoc vnum etiam est quod Magnificus Bogdanus Palatinus Moldauiae ex commercio et viciniae mutuae vsu, quod cum nostris subditis ex antiquo more et pactis inter vtramque gentem constitutis commune habet, in suspicionem rebellionis ac ad nos transitionis uenit, vt non iam fortunae illius in discrimen vocentur, sed caput etiam et vitam cum sanguine exigatur. Cuius tanti periculj, si nos nostrique homines ob commercia mutua causam illi praebuisse uideremur, nunquam eum socium aut amicum uel vicinum habere voluissemus, quod tamen Serenissimus Imperator vester voluit, et ipsa quoque Illustritas Vestra nobis eum aliquando diligenter commendauit: nunc iam istae commendationes et nostra in eum, quin potius Serenissimum Imperatorem Vestrum pro incolumitate suae istius prouinciae profecta studia in suspicionem perduellionis et faedissimae perfidiae uidentur esse commutata, omnino haec vti praeter spem nostram ita et illius miseri meritum euenire arbitramur: sola perfidia et scelus suorum hominum, nihil frequentius quàm caedes et horribiles commutationes Dominorum suorum meditantium, haec inuidiam apud Serenissimum Imperatorem Vestrum vosque caeteros illi conflauit: à qua tamen, ut speramus, immò et confidimus, ipse se facile purgabit, omnia integra et manifesta de se comprobans, quaecunque ad fidelem et morigerum, sicut eum hactenus ex factis suis nouimus, clientem erga Dominum ac Patronum suum spectare uidebuntur. Quo in suo periculo et infausto casu quaeso etiam ne illi Illustritas Vestra deesse, immò causae et justitiae suae patrocinium suscipere uelit. Spectat quippe hoc ad virtutem et laudem Illustritatis Vestrae si enim florente et integra sua fortuna patrocinio Illustritatis Vestrae potissimum stetit, et hoc magnae laudi atque gloriae Illustritati Vestra cessit, erit multo maiori in dubijs et afflictis casibus eum seruare. Adhuc tamen plura per Nuncium nostrum, quem breui ad Serenissimum Imperatorem Vestrum in nostris negocijs mittere decreuimus, pro ipso quoque Palatino acturi sumus, freti studio beneuolentiae Serenitatis suae erga nos, tum etiam amicitiae Illustritatis Vestrae, cupientes illam in reliquo bene valere. Datae Varsouiae die 20. februarij 1572.

Ex commissione Sac. Reg. Mai.tis propria.

DXCVII.

Scrisórea lui *Alexandru-Vodă* cătră *Stefan Báthory* în cestiunea unei scrisori luate la vamă de la un curier al acestuia. 1572, 23 Martie.

(Din „Bathorianum Autographum", museul din Budapesta).

Literae Alexandri Vaivodae Valachiae d. 20. Mart. 1572 ad Steph. Báthory, quibus se excusat, quod hominem Báthorianum Constantinopoli intercipi curaverit.

Alexander Dei gratia vaivoda, dominus et verus haeres perpetuus terrae Transalpinensis. Spectabilis et magnifice domine et frater nobis observandissime, salutem, bonae vicinitatis nostrae commendationem.

Küldette te nagyságod mihozzánk ez elmult napokban Racz Pétert, az nagyságod szolgáját, az nagyságod levelével, kiben nagyságod minekünk jelenté, hogy jü volt nagyságod egy embere az Portárul levéllel, kit az mi vámasunk megfogtak volna, és az levelet tüle elvötték volna; ki minekünk igen neheznek tetszett, mert hogy mi hirünkkel nem volt, mert mi az nagyságod emberit tistességgel fogadjok és tartjok mindenkor. De tudja nagyságod, hogy mi az iköben az hatalmas császár parancsolatja szerént Moldva felé voltunk hadba, azért az mi tisztartóink is erizték, és nem tudták, hogy nagyságod embere, sem az levelet nem mutatta, hanem áros embernek mondotta magát, és még az vámot is sslemmel fizette meg; ugy ment el, és az nagyságod levelét ugy hatta ott, azután találták meg. De mi mindazáltal armásunkat küldettek, és fogva idehozattak, és megbüntettek, és mastan is tömleczben vannak, ezután is büntetjek meg, hogy példa legyen, egyebeknek is, hogy az mi közettünk való jó szomszédság megtartassék, mert mi azon igyekeszünk, hogy miköztünk és országunk közett jó keresztény atyafiuság tartassék. Im az levelet is magyságodnak megküldettek. Az Uristen te nagyságodat megtartsa sok esztendeig. Datum in oppido nostro Bukurest, 23. martii anno Domini 1572.

Az selmet is, kit az vámba fizetett, nagyságodnak küldettek.

Măria Ta ai trimis ḑilele trecute la noi pe Petru Rácz, sluga Măriei Tale, cu scrisórea Măriei Tale, în care Măria Ta ni-ai împărtăşit, că a venit cu scrisóre de la Pórtă un om al Măriei Tale, pe care l'ar fi prins vameşul nostru, luând şi scrisórea de la el; lucrul acesta ni-a căḑut fórte greu, fiind-că nu cu ştirea nóstră s'a petrecut, de óre-ce noi primim şi ţinem pe ómeniĭ Măriei Tale tot-deauna cu cinste. Să ştii însă Măria Ta că noi în timpul acela eram după porunca puternicului Impĕrat duşi la rĕsboiŭ spre Moldova, acésta o simţeaŭ şi diregătoriĭ noştri, şi n'au ştiut că e omul Măriei Tale, căci nici scrisórea n'a arĕtat-o, ci s'a ḑis om ce umblă după negoţ, ba a plătit şi vama cu mătase; aşa s'a dus şi a lăsat acolo şi scrisórea Măriei Tale, pe care au găsit-o apoi acolo. Noi cu tóte aceste am trimis pe armaşul nostru, l'am adus prins aici şi l'am pedepsit şi sunt şi acum în temniţă, şi-ĭ vom mai pedepsi şi în urmă, ca să le fie de pildă altora, ca să se păstreze buna vecinĕtate între noi, fiind-că noi ne dăm silinţa, ca între noi şi ţĕrile nóstre să se păstreze bună înrudire creştinéscă. Eată îţi trimit Măriei Tale şi scrisórea. Dumneḑeu să te ţie, Măria Ta, la mulţi ani. Datum etc.

Iţi trimit Măriei Tale şi mătasea, pe care a plătit'o drept vamă.

DXCVIII.

1572, 26 Martie. Raportul lui *Carol Rym* cătră *Impĕratul* despre urcarea în scaun a noului Domn din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

Qui nouum Vayuodam Moldauiensem in eam prouinciam introductam iuerunt, nondum redierunt. Dicitur tamen idem Vaiuoda citra tumultum intromissum et in possessione praefecturae collocatum, priorque aufugisse. Scriptae sunt literae ad Regem Poloniae reliquosque finitimos, ut, si eum deprehendere possint, uel viuum uel caput huc transmittant. Id qui literas legit Murathes begus Dragomannus mihi indicauit.

. . . (om) . . .

Constantinopoli 26 Martij 1572.

Sac. Caes. Maiestatis Vestrae

Humillimus et fidelissimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DXCIX.

1572, 15 Aprilie. Scrisórea *Sultanului* cătră Principele *Transilvaniei* despre Bogdan-Vodă din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Der Sultan.

An den Sübenwurgerischen Voyuode.

Grossmechtiger Herr des gelaubens Jesu, der ein nachvolger vnd zugethoner des messie ist, Ein gewalltige gebueter vber die Nasarenischen Vollckher, Ein Vayuode in sybenburgen, Battory Ischtuan, das gluckh khumbe vber Dich Ewickhlich, wan Dier meyn hochster Beuelich-Prieff zukumbt, Solltu allso wissen, Die weyl zuuor der Bogdan Vayuode Etzliche fuernemliche Voyude bey im vnd dem land Bogdan schaden zufuegen vnd Thun eingedrungenn, Nun aber demselben Vnardt vnd Ibel vorzukhumen, vnserem beuelih nach, In demselben allem ist der Tarttrische Khan, Giran Han vnd ein mechtiger, mitt erinst seyner machtt, nach meynem Beuelih mitt seynem Kriegssvollckh darzogen vnd khumen dysellben zu straffen, wie ich beuochen (sic) hab, Ehe das aber die Vorgemelten ankhumen, ist vns Eines andern Zufalls, ein bedacht eingefallen, darauff wier den von selssin Beg Hamse (gott geb im Heill) den Obristen Wouckh darzu verordendt, Auch den Jenguly, vnd Agkirman, auch Vtzittrinn Begen, vnd dem Vydin Allay Begissy, Auch dem Ifflackh Vayuode zu kumen, Ein mittel vnd ainckht (sic)(1) zu machen beuolhen worden, Auff das wan ein solicher feindt In lants Bogdan oder

1) wahrscheilich s. w. a. Einigkeit.

Walachay Eindringen wolltt, so es voneten wurde sein frid vnd mittell zu thein, desgeleychen soltu auch allen denen so lantz syben Burgen vndterthanig sein, Solstu gleychsfals allen denselbigen bruelhen, nach aller Billickheitt darob sein auff das mittll vnd aynikheitt gehaltten werdt, derwegen ich beuollhen, mit meinem hochsten vnd Erinstlichen bruelich, wen Dier derselbige Zukhumbtt, das alle die so an vnser grossmechtigen Portten Hilff vnd beystandt begeren, wan es von Netten ist Ainikheit zu machen, denen so es begeren, darnach sy sich Verhalten, Mitt den sibenburgerischen Khriegsvollkh aber, so einen gewissen Vertrag vnd mittel wilens seytt, Sollt Ier Euch Ertzaigen vnd fuerbringen, Also soltt Ier wissen, vnd meynem Hochsten Beuelich nachkumen, Verschriben Im anfang Ditz monats Silhitschen, Im 979 Iar Machometischer Zahl, das ist das 14 oder 15 monatz Abrill Im 1572 Jare.

Im der Statt Constandinoppel.

DC.

Raportul lui *Carol Rym* către *Impèratul* despre Bogdan-Vodă din Moldova. 1572, 22 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . .

Quod ad Moldauiam: superioribus mensibus Princeps Turcharum et Mehemetes Passa ad Regem Poloniae per quendam Mustapham Chiausium, qui ad Domicilij nostri custodiam aliquando appositus fuit, alteras literas miserunt, quibus indignantur Regem acceptis prioribus literis non subito Bogdanum Vayuodam paulo ante Moldauiae vnàcum fratre et asseclis, quos in ipsius Ditionem confugisse intellexerint, viuos uel eorum capita huc transmisisse, postulantque satis pro Imperio, vt, si amicitiam constare uelit, quam primum eos ipsos Bogdanum fratrem et asseclas eorumue capita dedat, sicuti Maiestas Vestra latius ex earundem literarum interpretatione adiuncta cognoscet. Duodecima huius mensis Pyri Chiausius hinc, ut intelligo, profectus est ad Vayuodas Valachiae et nouum Moldauiae, necnon ad Tartarorum Principem et Poloniae proximos finitimosque Sangiacchos cum mandatis, vt ad Polonica confinia in procinctu cum exercitu consistant et ipsam Poloniam hostiliter inuadant, nisi Rex Bogdanum ac socios capitaue eorum mittat.

Decima quarta aduenit Andreas Taranouskij à Rege suo Polono huc ablegatus, Is qui duobus ab hinc annis Legatus uenerat. Paulo ante redierat Dorgutes Chiaussius cum ipsius Regis ad Principem Turcharum et Mehemetem Literis pro Bogdano intercessorijs, quarum vtrarumque literarum exemplum Itidem annexum est. Habeo quoque exemplum literarum quas idem Taranouskij ad Mehemetem Bassam adtulit, quas superuacaneum foret mittere, cum nihil praeter fiduciam seu credentiam contineant. Ipse Taranousky 17. cum Passa colloquutus duo proposuit: Alterum de reconciliatione ac restitutione ipsius Bogdani Vayuodae, iuxta dictarum literarum à Dorgute adlatarum

formulam: Alterum de Tartarorum cede quam ita purgauit, ut diceret eos excursionem in Poloniam fecisse. Id Regem Regiosque Praefectos ferre nequiuisse neque debuisse. Itaque illos iure caesos. Decima nona iterum conuenit et Moldauicam causam per tres prope horas accurate egit. Verum alienum penitus auersumque Mehemetem habuit qui non ignorare se diceret plerosque Christianorum Principum Legatos ad comitia Polonica quae haberentur Varsouiae conuenisse, à quibus Rex Poloniae ad foedus aduersus Turcas suscipiendum sollicitaretur: Sed non debere eum falli neque magnoperè niti victoria maritima quam Christiani se adeptos putarent, eamque plane extenuauit et acerrimè in Regem Catholicum et Don Ioannem de Austria inuectus, eos breui castigatum iri ait, et à Rege Poloniae mittendum huc Bogdanum affirmauit, si pacem et amicitiam sibì cum Principe Turcharum constare velit.

Postridie idem Taranousky accessit Diuanum publicum ac deinde Principem Turcharum, eademque proposuit quae antea Mehemetj Passae exposuerat, nulla munera obtulit, neque etiam epulum sibi datum fuit. Responsum subito tulit Sulthanum omninò cupere, ut Bogdanus sibi dedatur à Rege, qui quidem Bogdanus adeò in Turcas saeuijsset ut tres Chiaussios interficiendos curasset, Musulmannos aliquot coëgisset pronos in terram erecto dorso se flectere eosque ipse et suorum aliqui equis transilijssent, Turcica praesidia expulissent, Polonos Equites ad Quadringentos comparasset. Id bene compertum exploratumque esse. Ad quae cum Taranousky replicasset, nihil se horum scire, et si quid forte eiusmodj Bogdanus commisisset, id aetatis iuuenilis vitio accidisse, fore ut se in posterum corrigeret: Dixit Mehemetes illum fugisse in Poloniam foederis capitibus compraehensum, ut fugitiuos qui ex Ditione Turcica in Poloniam se recepissent, Rex restitueret. Itaque, si Rex in pace permanere uellet, esse huc Bogdanum mittendum. Neganti uero Taranousky fugam Bogdani, quem assereret in Polonia matrimonij cum nobili Polona contrahendj causa uenisse, quod quidem ipsi hinc concessum fuisset, et dum abesset, alterum Vayuodam in eius locum suffectum: Respondit Passa, quod, si Rex nolit eum tradere, sed cupiat illum fouere et iuuare, mandatum esse Praefectis Turcis Polonorum finitimis, ut suis exercitibus vnà cum Tartarorum sexaginta millibus inuadant Poloniam et Bogdanum quaerant abducantque. Hic ubj dixisset Taranousky non fouerj neque iuuari illum à Rege, sed a sororio suo Domino à Panonsky qui esset potens, eumque ad se recepisset: Ait Passa: Mitte igitur subitò vnum ex famulis tuis ad Regem ut iubeat ei Panonskio ut Bogdanum huc mittat, et ego fidem meam do polliceorque, fore ut Princeps Turcharum eum non interficiat, sed tractet honestè, et si uideat resipiscere à suis insolentijs, vbi ad maturiorem aetatem peruenerit, restituat in pristinam dignitatem. Neque alia ratio est, qua pacem Rex cum Principe Turcharum conseruet, Alioquin Sangiacchi Turcici et Tartarj Ditionem Panonskij inuasurj sunt. Et si Rex se immisceat, is quoque pro hoste habebitur. Haec ita acta esse ipse Taranousky per meorum vnum mihi indicauit. Et simul, si quid uelim, se famulum ad Regem ablegare significauit. Ea commoditate utendum ratus, has literas ad Maiestatem V. mitto, exitum huius negocij reliquaque quam diligentissime inuestigaturus et obseruaturus, ac de omnibus Maiestatem V. quamprimum certiorem redditurus.

. . . (om) . . .

Constantinopoli 22 Aprilis 1572.

Sac. Caes. Maiestatis Vestrae. Humilimus et fidelissimus seruitor

Carolus Kym, m. p.

DCI.

Raportul lui *Carol Rym* către *Impěratul* despre situațiunea din Moldova. 1572, 28 Aprilie.

(Din Arcviha ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratarissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . .

Nactus sum modo exemplum literarum translationumque, quae et à Principe Turcharum ad Regem Poloniae et à Mehemete Passa tam ad eundem Regem quàm ad Bogdanum et ad Russiae Praefectum mittuntur, quarum ut vuà cum his ad Maiestatem V. mitterentur describendarum spatium defuit. Earum omnium post prolixas et taediosas narrationes easque in malum (: hoc est turcicum :) et vix intelligibile latinum à Barbaro et imperito Dragomano conuersas, conclusio haec est. Sulthanum in gratiam Regis condonare Bogdano vitam : id modo curet Rex, ut ipse Bogdanus ad excelsam Portam ueniat, obsequium et seruitium suum praestat more patris et maiorum, ac gratiam fauoremque Sulthanicum expectet : si veniat, fore ut benigne tractetur : sin minus, omnem ei in posterum veniae et reconciliationis spem praecisum irj : Mandatum fuisse Tartaro et Sangiacchis finitimis, ut cum exercitibus suis illum et asseclas conquirerent : jussos conquiescere, donec Achmat Chiausius (: qui vnà cum ablegato Taranousky famulo missus est :) redeat. Futurum autem, ut nisi Bogdanus veniat, illi cum exercitibus suis ab ipso et adhaerentibus debitas poenas exigant, neque ab instituta expeditione recedant, quamdiu is ipse Bogdanus in Polonia manserit ; Regis esse prouidere, ut foedus seruet, et iuxta eius praescriptum Bogdanum transmittat, alioquin, si damnum Ditionibus suis inferatur, id imputandum ei qui foedus neglexerit et uiolauerit. Prospiciendum autem ne, si Bogdanus pareat, per Moldaviam veniat, ut omnis tumultuum occasio uitetur, sed per Transylvaniam cum idoneo comitatu proficiscatur.

De Petro, ipsius Bogdani fratre et asseclis huc transmittendis nihil commemoratae literae agunt, praeterquam ipsius Mehemetis Passae ad Bogdanum literae, quae eundem Bogdanum vnà cu Petro fratre uenire iubunt.

. . . (om) . . .

Constantinopoli XXVIII Aprilis M.D.LXXII.

Sac. Caes. Maiestati Vestrae. Subiectissimus et obsequentissimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DCII.

1572, 1 Maiŭ. Scrisórea lui *Stefan Báthory* cătră Impĕratul *Maximilian II.* despre situaţiunea din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Caesarea Regiaquê Maiestas etc. domine mihi Semper clementissime.

Fidelium Seruitiorum meorum in gratiam Maiestatis Vestrae Sacratissimae obsequentissimam deditissimamque commendationem.

Quis Status Res Moldauicas in presentiarum maneat, protinus ut compertum accepi, obsequenter Maiestati Vestrae Sacratissimae Significare Volui.

Bogdan Vayoda, qui Polonorum suffultus fuerat manu, et alter, Iowan, penes quem Bogdano eiecto rerum summa stabat, circa hos dies exactos, apperto Marte conflixere, Bogdan et si a Iowano fusus fugatusque sit, necdum tamen animum despondit sed collectis quibus potest viribus, nouam belli fortunam iterum experiri proposuit, Neque quoquam longius cum suis dilapsus est, Sed ad preterlabentem non longe fluuium Nezter castra posuit, Alter quoque inter eundem Nezter et Prwtt fluuios e regione tentoria fixit. Alia quae Maiestati Vestrae Sacratissimae Scribam in praesentiarum nulla habeo, praesertim cum iam in tanto Belli tumultu, et hostilitate ipsorum Vayuodarum aditus in Moldauiam ob metum explorationis diligentius observentur, interceptis quoque iam nonnullis hominibus, atamen Seriam curam adhibebo, Ut qualemcumque exitum res dictorum Vayuodurum habuerint, primo quoque tempore resciam, et Maiestati Vestrae Sacratissimae notum fatiam.

Neque etiam de porta Imperatoris Turcarum quicquam certi ab Oratore meo inibi continuo hoc accepi, id quod non negligentiae ipsius Oratoris, Sed Verius rerum nouarum carentiae imputare possum. Ubi certi aliquid inde quoque accepero, Maiestati Vestrae Sacratissimae pro mea erga illam fide et obsequentia fideliter perscribere curabo. Deus optimus Maximus Maiestatem Vestram Sacratissimam rectissime diutissimeque in Bonum Reipublicae Christianae conseruare dignetur. Datum in Oppido Thorda prima die mensis Maij Anno domini 1572.

Eiusdem Sacratissimae Maiestatis Vestrae.

Fidelis Seruitor

Stephanus Bathory de Somlyo, m. p.

Aufschrift: Sacratissimo principi et domino, domino Maximiliano Secundo, diuina fauente clementia Romanorum Imperatori Semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae Dalmaciae, Croaciae, Sclauoniaeque etc. Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Comiti Tirolis etc., etc. Domino meo clementissimo, etc.

DCIII.

Raportul lui *Carol Rym* cătră Impěratul *Maximilian II.* despre sosirea la Pórtă a unui agent din Moldova. 1572, 4 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

Pridie huius mensis peruenit huc guidam miles à Sangiacho de Bender ex finibus Polonicis unà cum Nuncio Ioannis recens creati Vayuodae Moldauiae, adduxitque duos Polonos captos in eo praelio quod Polonis, Bogdani paulò ante Vayuodae fautoribus, cum ipso Ioanne et commemorato Sangiacho fuit. Ij captiui eo ipso die ad Mehemetem Passam in domesticum suum Diuanum, ac heri in publicum Diuanum producti ad triremes relegati sunt. De Praelii exitu diuersè narratur. Missi à Sangiaccho et à Ioanne Vayuoda referunt, Bogdanum cum Palatino Podoliae Domino Meletzky et magno Polonorum numero im Moldauiam eo animo venisse, ut pulsis hostibus prouinciam recuperaret: Ea re Cognita Ioannem Vayuodam et Sangiacchum Benderiensem coachis contractisque quot potuerint militum copiis occurrisse, ac victoria potitos; ipsum uerò Bogdanum et Meletzky cum suis fusos fugatosque multis desideratis, ultra Dyram fluuium (: Nester uocant :) in Poloniam se recepisse. In eandem sententiam duos illos captiuos, qui ei praelio interfuerunt, rem actam Passis Vesyriis exposuisse intelligo: Verane dixerint, an Turcis gratificari uoluerint, admodum ambigitur, Quandoquidem quidam ex familiaribus ipsius Domini Legati Polonici contrarium mihi remunciant ac asserunt, non interfuisse proelio Bogdanum, sed cum expectatus diutius moraretur, ipsum Palatinum Podoliae cum eo, quem adduxerat, militum numero longius in Moldauiam progressum, cum Turcis et Ioanne Vayuoda conflixisse, eosque deuictos in fugam uertisse, et maximam frumentj armentique copiam auexisse abegisseque in oppidum Còpphin, (1) quod Bogdanico praesidio teneatur, ac nisi ipse Bogdanus abfuisset, summam eius in pristinum locum restituendj opportunitatem adfuisse. Rem ipsam Miestas V. procul dubio inde certissimè uel iam cognouit, uel mox cognitura est. Mehemetes Passa Calendis May in ipsum Legatum, qui hac de causa ad se uenerat, acerrimè stomachatus et inuectus est, quòd Polonis tantum animi esset, ut prouinciam Sultanicam armati ingrederentur et cum Turcis confligerent, neque tantum Regi, sed ipsi etiam Legato acerbissimè minatus est. Cum autem Legatus se nihil hac de re scire, neque existimare diceret quicquam huiusmodj Rege suo sciente volenteque factum: Iussit Bassa ad Regem suum scriberet ut animum suum declararet bellumne an pacem uellet. Quod si bellum placeret, Sulthanum Tartaros in Poloniam immissurum. Haec causa est cur ipse Legatus hoc tempore quendam ex suis ableget. Paulò post munuscula quaedam pisculenta (2) Mehemetes Bassa ad Legatum misit, rogans ne aegrè ferret Legatus, si ipse stomachosius egisset, se enim alys de causis commotus plus satis exarsisse. Nudius tertius Legatus scriptum exhibuit, quo iterum non putare se quicquam harum voluntate Regis sui factum ostendit

1) d. h. Hotin.
2) fischreich.

neque se dubitare, quin Rex in Polonos, si qui in Moldauiam armati intrassent, pro merito animaduersurus sit: Effecturum quoque, ut Passae satisfiat: Petit ut in Regis suamque gratiam duo illi captivi Poloni liberentur, sed nihil egit, captivi ipsi, ut dictum est, remis addicti sunt.

. . (om) . . .

Constantinopoli Quarto Maij 1572.

Sac. Caes. Maiestati. Humillimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DCIV.

1572, Scrisórea lui *David Ungnad* și a lui *Eduard Provisionali* către Im-
12 Maiŭ. pĕratul *Maximilian II.* despre situațiunea din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Eduardus Prouisionalis et Davides Ungnad.

Sacra Caes. Maertà.

. . . (om) . . .

Qui metteno in ordine sei pezzi de Artigliaria grossa con alcune altre monitionj da guerra, qualle fra pochi giorni manderanno per il Danubio in Vidin, doue presto si trouara Amsabego con altri cinque Sangiacchi di Grecia et alcuni Valacchi per guerregiare contra il Moldauo.

. . . (om) . .

Da Alba greca, (1) alli dodeci di Magio nel settantadui. Di Vestra Maiestà Humilissimi seruitori.

Dauid Ungnad.
Eduardo Prouisionali.

---

1) d. i. Belgrad.

DCV.

Raportul solului polonez *Luca Potocki* cătră Impĕratul *Maximilian II.* despre gréua posiţiune a lui Bogdan-Vodă în Moldova. 1571, 15 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacra Caesarea Maiestas.

Propter incommodum valetudinem, Maiestatem Vestram conuenire non potui, tamen visum est per Cedulam significare Maiestati Vestrae haec quae oretenus referre debebam. Primum Valentinum Belgam qui Leopoli detentus fuit, Mandato Regiae Maiestatis libere dimissum esse.

De successu nostrorum in Valachia credo Sacram Maiestatem Vestram bene intelexisse, qui rebus infectis non sine aliquo suo detrimento redierunt, Bohdanus qui nostris spem faciebat, à suis vt primum fines transgressi fuissent se adiutum iri, postquam omnes Moldauos à partibus aduersarii esse cognouit, incertum est, an in Arcem Choczim quae adhuc praesidio suorum militum tenebatur se contulerit, vel in Poloniam profugerit.

Nouus Czausz ae Maiestatem Regiam nunc cucurrit, puto vt Maiestati suae persuaderet ne deinceps Bohdanum in suo patrocinio foueat, In Summa. Moldauia quae hactenus fuit propugnaculum non solum Regni Poloniae, sed totius Christianitatis inconstantia illius gentis in manus Turcarum iam planè deuenit.

Regia Maiestas nondum liberata est doloribus Podagrae, quo fit vt Comitia longius quàm creditum est protrahantur.

Antecessor meus Dominus Crassinskj iam designatus est Episcopus Craccouiensis.

Haec obiter significare volui Sacrae Maiestati Vestrae, Cuius clementiae seruitia mea humiliter commendo. Viennae die Ascensionis Domini Anno 72.

Sacrae Maiestatis Vestrae. humilis seruitor

orator Serenissimi Regis Poloniae.

Aufschrift: Sacratissimae Caesareae Maiestati et domino, domino, clementissimo.

Auf dem Siegel lautet die Umschrift des Wappens: Lucas Podoski, Praefectus Gnesiae, Capitaneus Generalis.

(Sehr wahrscheinlich: Potozki).

DCVI.

Scrisórea lui *Stefan Báthory* cătră Impĕratul *Maximilian II.* despre situaţiunea din Moldova. 1572, 17 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Caesarea Regiaque Maiestas etc. Domine, Domine nihi clementissime.

Fidelium Seruitiorum meorum in gratiam Maiestatis Vestrae Sacratissimae oblationem deditissimam atque obsequentissimam.

Hac ipsa hora qua Presentes ad Maiestatem Vestram Sacratissimam dedi rediit ad me ab excelsa porta Imperatoris Turcarum homo ille meus, quem a multis diebus ob res maxime nouas ex eo cognoscendas expectabam, qui quód paulo cunctatior fuerit quam oportebat, rerum memoratu dignissimarum inopiam, in causa esse Maiestas

Vestra Sacratissima nouerit, Js iam nunc rediens quid ex porta ipsa mandati mihi attulerit, ex ipsis Turcarum Imperatoris et eius primarij Visirij ad me datis litteris, quas ad Maiestatem Vestram Sacratissimam obsequenter mitto, clarissime intelligere dignabitur, Meum certe erit ab ipsa porta mihi literis istis iniuncta, per omnia opportuna media, quibuscumque ratio ipsa obuiari Suaserit, diligenti cautela praeterire, neque in hac parte Turcae morem gerere, Verumtamen Super his pleniorem Maiestatis Vestrae Sacratissimae expecto instructionem.

Quod ad Noua ab ipso homine meo in porta ipsa explorata atque etiam comperta attinet, retulit triginta quinque Triremes Turcicas die festo diui Georgij qui proximus fuit, spectante eo mari mouisse, duce quodam, Arab Amhat dicto, milites qui Naues conscenderunt, anxio ac desperato animo maesti nauigarunt, Quantum autem Oculis animoque ad explorandam expeditionem generalem Turcicam, atque apparatum nauium accedere licuit, praeter iam dictas triginta quinque Naues, non plures quam Septuaginta quinque ipsum Turcam apparatus habere, Neque his plures nunc expedire pose, etiamsi maxime Velit, esse autem etiam ex his apparatis complures bello inutiles, propter imperfectam ariditatem lignorum dissolubiles, Sicut iam ex eiusmodi nauibus decem Submersas esse refert.

Caeterum, Narrat de classe Christianorum eorumque gestis duas naues onerarias primarij Vesirij a Christianis esse interceptas, non sine maximo dolore ac consternatione Turcarum, Addit etiam Se iam in procinctu audiuisse a classe Christianorum Alexandriam esse obsessam, id quod Maiestatem Vestram Sacratissimam longe certius quam me tenere minime addubito.

De Terrestri apparatu nihil certi attulit, licet enim identidem Vniuersi parati esse per precones iubeantur, resciri tamen hactenus non potuit, quonam ille apparatus tendat, Maior pars iuditio de hoc contendentium pro tuendis confinibus Dalmatiae et Albaniae hunc apparatum futurum opinatur.

Narrat etiam quendam passam Cyprium Schender dictum, iussu Imperatoris esse strangulatum, et corpus eius Constantinopolim delatum, in templo ab ipsomet passa extructu tumulatum esse.

Porro, Ex Moldavia Redijt quidam exploratorum, qui refert Verum esse, primo quidem conflictu, qui non integris Viribus Sed leui quodam prelio fiebat, Ioan Vaiuodam fuisse Superiorem. Verum nunc denuo Validiori exercitu miaorique animo, polonorum munitum auxilijs Bogdanum aduentare, Nouum vero Vaiuodam non minori solicitudine negotia Sua procurare.

Deus optimus Maximus Maiestatem Vestram Sacratissimam, rectissime diutissimeque in Bonum Reipublicae Christianae conseruare dignetur. Datae in oppido Thorda die 17 Maij. Anno 1572.

Eiusdem Sacratissimae Caesareae Regiaeque Maiestatis Vestrae

fidelis seruitor

Stephanus Bathory de Somlyo, m. p.

Postscripta. Superuenit ad me Nuntius ab Alexandro, Vaiuoda Transalpino cum literis Imperatoris Turcarum de Subsidio Ioan Vaiuoda contra Bogdanum ferendo, quas quidem literas vna cum prioribus Maiestati Vestrae Sacratissimae obsequenter mitto. Eadem hora Nuntius alter ab ipsomet Ioan Vaiuoda Subsidium a me requirente aduenit. De quibus Maiestatis Vestrae Sacratissimae pleniorem expecto instructionem.

Aufscrift: Sacratissimo Principi et Domino, Domino Maximiliano Secundo, diuina fauente clementia, Romanorum Imperatori Semper Augusto ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniaeque etc. Regi, Archiduci Austriae, Duri Burgundiae etc. Comiti Tirolis etc. Domino meo clementissimo.

DCVII.

Raportul lui *Carol Rym* către Impěratul *Maximilian II.* despre întórcerea lui Bogdan-Vodă în scaunul Moldoviĭ şi despre Patriarchul Mitrofan. 1572, 20 Maiu.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratarissime Caes. Domine clementissime.

. . (om) . .

Dominus Andreas Taranousky orator Polonus petiuerat à Mehemete Bassa ueniam me aegrotum inuisendi pro ea amicitia quam duobus abhinc annis superiore sua legatione hic mecum contraxerat : Denegauit Bassa : post munerum uerò nuncium idem postulanti Bassa concessit dicens aequum esse, neque antea à se negatum. Ita nimirum hi barbarj fidem reliquaque omnia pro re et tempore inflectunt inuertuntque.

De ipsius oratoris Poloniae tractatione et Moldauicis rebus Maiestas Vestra ex ternis superioribus literis 22. ac. 28 praeteriti nec non quarta praesentis mensis datis, quarum binarum posteriorum exempla his annexa sunt, certior facta est. Quae autem de ijsdem Polonicis rebus ad Maiestatem Vestram perscripsi, eadem prope ipse orator heri, cum mihi in prandio coenaque conuiua esset, declarauit. Quaestus de minis iniurijsque, quibus à Mehemete Bassa intellecto Moldauico conflictu affectus fuit : hoc etiam addidit, antequam huc perueniret, praesciuisse se ea quae acciderunt, conaturum scilicet Palatinum Podoliae vt Bogdanum armata manu in Vaiuodatum reduceret, idque non ignorante, verum dissimulante Rege. Quominus autem ipse Bogdanus restitutus fuerit, ea de causa euenisse, quod populum nequaquam fouentem propitiumque habuerit, vtpote eius prouinciae Primatibus à nouo Vayuoda Ioanne alio atque alio mortis genere crudellissimè è medio sublatis, nihil se commoventem, aut saltem non se commouere ausum. Quod cum ipse Palatinus Podoliae et Bogdanus, qui mille octingentos equites Polonos, (ex quibus mille Quadringenti Regis stipendiarij et Podoliae praesidiarij, caeteri uerò ab ipso Bogdano collecti fuerant) animaduertissent, nihil amplius cònandum ratos, re infecta necessisse. Benderbegum, qui pluribus ad illa confinia locis pro sangiacho fuerat, inde amotum : petiuisse autem Bassam ab oratore, ut Rex similiter Palatinum Meletzky priuatione officij coerceret : oratorem, qui Benderbegum quidem illinc amotum sed meliore sangiacchatu in Graecia donatum audierat, se ad Regem suum, vt Palatinum inde moueret et Cracouiensi (qui primarius est) Palatinatu donaret, scripturum, ludentem respondisse. Passam, vim responsi non intelligentem, vt ita faceret, Cohortatum fuisse. Quid Rex ad petitam Bogdani deditionem rescripturus, quemque hàec res exitum habitura sit, in magna expectatione est.

Intellexit Maiestas Vestra ex vltimis literis meis de duobus Polonis captivis pridie Calendas huius mensis huc adductis; eorum captivorum alter nobilis Polonus est, alter suus famulus. Is autem nobilis conflictu facto, cum fide mutua data ultrò citroque mitterentur, qui de componenda controuersia tractarent, missus à Palatino Podoliae eandem ob causam et ea ipsa fide ad Benderbegum fuit. Qui quidem Benderbegus eum cum famulo comprehensum huc misit significans in provelio captum, idque etiam Chiausius qui adduxit affirmauit, adiunxitque sua manu captum. Rem ipsam, ut se habet, Orator Passae exposuit, et cum Chiausius contradiceret, Orator illum nobilem captiuum tum forte praesentem, quae diceret, ense probaturum ait, committeretur modo nudus cum ipso Chiausio armato. Id Bassa indignatus quod peteretur, ut giaurus (quemadmodum uocabat) isque seruus cum Musulmanno Chiausio duello decertaret, indignam eam collationem arbitratus, miserum nobilem à Chiausio

multis colaphis spectante affectum, ad Triremes detrusit, et ipse Orator brachijs arreptis à Mehemetis Bassae oeconomo reluctans, et de contumelia non tam sibi, quam Regi suo illata expostulans, extrusus magis quam aductus fuit.

. . (om) . . .

Patriarcha Constantinopolitanus nomine Metrophanes, quocum mihi notitia est, et colloquium aliquando fuit, minis odijsque Michaëlis Catacuseni, vulgo Seitan Ogli (quod Diabolj filium sonat) appellati adactus, cum sciret quantum is Catacusenus apud Bassam ualeret, neque sibi expectandum putaret, dum cum ignominia munere pelleretur, sponte Patriarchatum deposuit, surrogatusque ei est Metropolita Larisseus Ieremias nomine, qui decimo tertio Sulthani vestem deosculatus, inauguratusque est, non ante magnis largitionibus ac pollicitationibus, absque quibus in hac barbarie nihil agitur. Iosaphatum Metrophanis antecessorem, idem Catacusenus per calumniam (vt aiunt) deponendum et Metrophanem substituendum curauerat, modò eundem Metrophanem abdicare se officio coegit, tantundem, cum lubuerit, hoc Ieremiae facturus. Ita sacra et profana Graecorum omnia miserè versantur ac miscentur.

. . . (om) . . .

Constantinopolj, 19 Maij 1572.

Sac. Caes. Maiestatis Vestra

Humiiimus et subiectiss. seruitor

Carolus Rym, m. p.

Postscripta. 20 Maij 1572.

DCVIII.

1572, 21 Maiŭ. Scrisórea *Regelui Poloniei Sigismund August* cătră *Sultanul Selim* în favorul lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literarum Serenissimi Poloniae Regis ad Sultanum etc.

Serenissimo ac Potentissimo Principj Domino Sultan Selym etc., Domino fratri amico et vicino nostro Charissimo, Sigismundus Augustus, dei gratia Rex Poloniae, Magnus dux Lituaniae etc. Serenissime atque Potentissime Princeps. Expectatibus nobis indies gratum aliquod à Serenitate Vestra, vti ab amico et vicino, fratreque nostro foederato sperabamus, nuntium ad ea postulata quae non ità pridem ad Serenitatem Vestram in negotio subditj illius Bogdani Palatini Moldauiae per nobilem ac strenuum Andream Taranowsky Aulicum nostrum dimisimus, superuenit alia ab Serenitate Vestra de eo ipso Bogdano ad nos missa legatio, et scripta satis dura atque acerba, prioribus illis multò grauiora. Queritur enim Serenitas Vestra de nobis, quod ad primam illam delationem, qua Bogdanum ipsum contemptj sui Dominatus insimulatum esse nobis significauerat, non statim comprehendi, et ipsum cum fratre, ac reliquis suis socijs siue comitibus viuos, siue eorum capita amputata ad Portam Aulae Serenitatis Vestrae transmittj curauerimus: Poscens idipsum denuò à nobis, ac per multa foedera, totque seculis sanctè inter nos atque maiores adhuc nostros cultam amicitiam flagitans. Est ità sanè, ac libenter id nos Serenitati Vestrae debere agnoscimus, vt interuentu istius veteris necessitudinis atque amicitiae, tam pactorum conuentorum iure nihil à nobis Serenitati Vestrae negarj debeat, vti neque negamus, quod quidem rectè cum honore bonaque conscientia praestari à nobis possit, ac quantum ipsi ex studijs actisque nostris superioribus repetere possumus, nunquam in eo vllum debitum officium nostrum Serenitatem Vestram desiderare pasj sumus, nec deinceps patiemur, stante ista amicitia, coniunctio-

neque nostra mutua, quam nos perpetuam fore speramus et cupimus. Veràm im hoc negocio Bogdani, et ipsius adeò dura sorte quid facere debeamus, planè rationem, modumque vllum gratificandi Serenitati Vestrae apud nos non reperimus, ac si maximè velimus, nullo pacto tamen id quod Serenitas Vestra à nobis poscit, praestare possumus. Bogdanus enim iam nusquam in Ditionibus nostris reperirj potest. Falsò ad Serenitatem Vestram perlatum est, eum cum suis latere in terris nostris; aliò et in diuersa longè hinc profugus se recepit, ac omnia sua secum asportauit, sciens se hic ob pacta foederum quae cum Serenitate Vestra constituta habemus, nequaquàm tutò posse consistere, maximè perculsus illa plaga indignationis Serenitatis Vestrae, quod eum ad solam et eam quidem nudam accusationem suorum inimicorum à Dominatu Moldauico deiecerit, aliumque im locum eius substituerit, quod sanè tàm praecipitj motu, et subita rerum commutatione futurum nunquam sperauimus, maximè agentibus nobis causam Bogdani, et partes illius tuentibus apud Serenitatem Vestram, cum pro iure veteris amicitiae, quam cum gente Moldauica, maioresque nostri coluerunt, tùm praecipuè ob illas crebras atque eximias Serenitatis Vestrae atque suorum consiliariorum commendationes, quibus Bogdanum ipsum ab initio sui Dominatus fidej, tutelaeque nostrae, vtj vicinum Principem commissum à vobis habuimus. Quem etiam, quantum ex rebus gestis illius, dum in illo Dominatu stetit, percipere potuimus, fidelem et obsequentem Serenitati Vestrae cognouimus, ac vt arbitramur, satis iam abundè per scripta, responsaque nostra priora, tùm et ipsum Nuncium Andream Taranowky liquere potuit Serenitati Vestrae causa illius, simul et innocentia, qua fretum et adnitentem maximè fidei ab Serenitate Vestra per adoptationem in clientelam, subiectionemque suam illi traditae sperabamus ac omninò persuasum certumque habebamus, eum non solum gratiam Serenitatis Vestrae falsis criminationibus delatorum suorum quoquo modo imminutam recuperaturum, sed etiàm statum Dominij sui iure haereditario sibj à maioribus suis relictj, et singulari beneficio Serenitatis Vestrae permissi retenturam. Id quod planè adhuc desperare nobis non licet, antequàm Nuncius noster cum responso postulationis nostrae à Serenitate Vestra redierit. Interim excusationem hanc nostram vtj verissimam et certissimam Serenitas Vestra à nobis grato animo suscipere, de nobis autem ea sentire ac persuasa habere velit, quae vnquàm de quouis syncero et fidissimo amico atque foederato sentienda sunt, nec vnquàm aliud re ipsa Serenitas Vestra experietur, quamuis isthinc à partibus Serenitatis Vestrae non aequa videtur nobis, nostraeque huic benevolentiae reponi gratia, si in alijs rebus, tùm vel maximè in tumultuaria et praepostera istius noui palatini ad Dominium Moldauicum institutione. Solebat enim prius quiuis Palatinus nouus, antequàm Magistratum suum iniuisset, nobis denunciarj, et pro amico vicinoque bono atque pacato commendarj, vt pares etiàm vices à nobis illi rependi possent, si quando vsus rerum suarum ità ferret. Jurabat praeterea Palatinus in foedus, quod cum gente ista antiquissimum nobis et populis nostris intercedit, vt nimirum pacem et bonam vicinitatem cum nostris colerit. Nunc verò iste à caedibus et rapinis Dominatum suum auspicatus est, proque amico apertissimum et truculentum hostem nobis se esse declarauit, cùm nulla denunciatione alicuius iniuriae, si quam à nobis nostrisue haberet, facta subito excursione in vicinam sibj Prouinciam nostram Pokoczie irrumpens, multa oppida et pagos diripuerit, hominum, iumentorum, et opus varij nominis vim immensam abstulerit, ferro et igne vastans reliqua quae auferre secum nequiuerat. Quae omnia hic Serenitatis Vestrae Chiaus Mustapha oculis suis lustrauit, et de omnibus exactè Serenitatem Vestram docere potest. Haec nobis atque subditis nostris ab isto nouo vicino acciderunt praeter omnem expecrationem nostram, et absque vlla alicuius iniuriae sibi antehac à nostris praebitae causa, nisj fortè id ad iniuriam deputauerit, quod Bogdanus ipse occupatus in perficiendo matrimonio suo, quod sibj in terris nostris in quapiam nobili familia, quaerere et inire Serenitas Vestra permiserat, vt primùm à suis è Moldauia didicit Iuoniam siue Nicoram istum, veterem inimicum patris et vniuersj generis suj, ad Principatum Moldauicum contendere; correptis aliquot turmis amicorum, qui ad nuptias illas venerant, arreptoque, vt potuit, alio quouis comitatu obuiam profectus est inimico, vt eum à Ditione sua arceret. Cùm autem nihil

omninò sentiret, neque à Serenitate Vestra sibi significatum esset alium iàm Palatinum in locum suum à Serenitate Vestra fuisse designatum. Verùm animaduertens cum eo esse gentem Serenitatis Vestrae, et Sangiaccum Belgradensem comitem, immò Ducem itineris: Cognita voluntate Serenitatis Vestrae erga se immutata, non ausus est amplius quicquàm tentare aduersus Serenitatis Vestrae decreta. Verùm vitae suae vtcunque consulens subitò retrocessit: Comites autem et amicj ipsius ad sua reuersj sunt quietè, et absque vllo rapinarum, et quarumuis aliorum iniuriarum tumultu. Post quorum regressum consecuta est subito ista Nicorae vastatio et crudelissima strages, quam in Prouincia nostra edidit, nulla ratione habita nostrj, neque eius amicitiae et foederum, quae nobis sunt cum Serenitate Vestra et gente Moldauica. Non difficile autem nec nimis operosum nobis esset subitò etiàm paria illi rependere, et vlciscj iniuriam contumeliamque nostram: Nisi foederis istius et amicitiae, quam cum Serenitate Vestra sanctè colimus, vsus et ratio nos cohibuisset. Sustinemus omnia patienter ad tempus, volentes inprimis de his atque alijs rebus, quae plurimae ad iniuriam nostram à partibus Serenitatis Vestrae cedunt, amicè per eundem Internuntium nostrum Andream Taranowsky, ad quem noua mandata his de rebus mittimus, cum Serenitata Vestra agere: Nihil dubitantes nos omnium eorum quae nobis, nostrisue à Palatino ipso atque alijs Serenitatis Vestrae gentibus facta, irrogataque sunt, debitam compensationem et satisfactionem per authoritatem et mandatum Serenitatis Vestrae consecuturus. Nunc tandem Serenitatem Vestram benè valere, ac laetis verum omnium successibus perfruj cupimus. Datum Warsouiae die XXI mensis May. Anno Domini M.D.LXXII. Regni vero nostri XLIII.

Ex commissione sacrae
Maiestatis Regiae propria.

DCIX.

1572, 17 Iunie. Raportul lui *Hans Rueber* către Impĕratul *Maximilian II*, despre nişte incredinţări de bune disposiţiuni făcute de Ioan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Aller Durchleüchtigister Grossmächtigister Römischer Kaiser.

Allergnädigister Herr, Hierinuerschlossene des Jezigen moldäwischen Ianosz Weida, Zwai Vnderschiedliche schreiben, seind mir gestern, durch seinen eigenen Mann (welcher zuvor alhie zu Patackh zwischen anderen Boiarn sich aufgehalten) bracht Vnd übergeben worden, Hat beineben mündlich anzeigt, wie sein Herr, der moldäwisch weida sich erbiete, Hinfüro, Vnd ergebe Eur.: Kay.: May.; mit ganzem seinem Land Vnd vermügen, Welle auch, wie seine Vor Eltern (dann Er des Alten Seffan Waiuode Enickhl wär) in Zeiten das Hungerlandt gannz gewest, Eur: Kay: May: Vnd der Christenheit Zurgethan sein, Begere demnach Vnnd gewartte Eur Kay: May: gnädigsten Bescheids, Wie vnd warin Er Hinfüro Eur Kay: May: diennen soll, Er wölle Eur Kay. May. Ochsen Zur Kuchl, oder Reit Vnnd Gutschi Rosz verehrn, Dann so hatte Er Vernumen, wie in Eur Kay: May: Dition seine widerwärtige sich aufhielten, fürhabens, wider Ine was Veindtlich fürzenemen, Bite demnach Eur Kay: May: Wölle Ir fürhaben gnädigist hindern, nit fürdern, vnd Christlichen Blüets vergiesszen verhüetten, dann es wär Besszer, das wir im fall der not Zusammen gethoner macht gegen den Erb Vheind was födlichs auszrichteten, dann selbst einand zu todt schlagen sollen,

Für das dritte, demnach etliche Boiarn aus seinem Lanndt, in Eur Kay: May:

Dition geflohen, Sich alhie aufhielten, Vnnd Er der Weida Sie begnadet, auch Ire güeter Inen wider einzeraumen sich verwilligt, Bitt, Ich wolt Sie in Ir Landt frey Ziehen lasszen, Vnnd damit Sie desto sicherer fortkhumen, Ine ainen freien Paszbrief mittheilen,

Als Er der abgesanndte solches an mich geworben, Vnnd in dem übrigen sich auf seines Herrn des Weida an mich gethane schreiben referiert, Hab Ich Ine nach verbrachter gegen Antwort Vmb Zeittunge gefragt Vnd vernumen, Wie der Bogdan des verstorbenen Schandor Weida Son, so zuvor mit ansehnlichem schaz in Polln geflohen, neulich mit etlichen Polnischen Kriegsleüten sich in die moldaw, wider den Ianosch weida erhebt, Vnd aber sein Khriegs volckh bei Nesterwasszer, nit weit von dem Gränitzhausz genant Hotinn, durch den Ianosz weida Vnd seine Leüt mit vier hundert Türckhen Hilf, hart geschlagen Vnd erlegt worden, dabei Er der abgesandte selbst gewöst, Item wie dits mal khain Türkisch Kriegs Volkh, noch sonst Türkhen, weder neben dem moldauiszen Weida, noch im Lanndt gehalten wird, Sondern Sieben Zantschackhe Von Vmbligunden Granizheüszern daselbst, sowohl die Procopischn Tatarn, vnnd der Weida aus der Schwarzen Walachei, mit dene Er allen iezt fride hat, waren auf Ine moldauwischen Weida durch den Türckhischen Kaiser beschiden, Ime in Zeit der noth hilflichen Beifal Zuerweisen, vnd trawet Ime wol vor der Polackn Kriegsmacht sich Zuerhalten, do sunst khain annder Vheindt, Vnd sonderlich von Eur Kays: May: Dition wider Ine sich nit erhebet.

Von der Armada wist Er gar nichts, Dann seines Herrn abgesandter, So zu des Türckhischen Kaisers Son, gar Über das Mör abgefertigt ist, wäre, damallen er aus der Moldaw verraist, noch nit widerkhomen gewest,

Darauf hab Ich Ime dem abgesandten ain Ehrklaidt Züegesagt, Will auch dem Weida, Vmb khonftigen merers vertrawen Vmd freundtschafft willen, etwas, so bei Ime selzam Vnnd angenähm sein soll, für mich selbst verehren, Wesszen Ich mich aber verner gegen Ime hierüber verhalten soll, Vnnd ob die begerte Boiarn Ime aus Eur May: Dition Vnd vncosten zulassen, darzue Ich dann Vnnderthenigliichen rathen wolt, Eur Kays: May: gnädigsten Bescheids, will Ich Vnderthänigist erwartten, Hab auch Vernumen, das Ich mit Ime, wo es Eur Kays: May: genedigen will, Vnd die not erfordert, woll vnnd sicher Correspondiern khann,

Gleichwol meines geringen erachten wär dise des Weida guetwillige Huldigung oder Favorisation, nit auszeschlahen, Vnnd do Er Euer Kays: May: auf dero gnädigistes Begern, Sich Ochsen Zur Kuchl, oder Ross Zuverehrn verwilligt, dunckht mich, Er gehe auf den alten tribut, so vor Zeiten die Moldaw vnnd Walacheien, den Könige in Hungern, nur in dergleichen Viech gelaistet, Vnnd wird sonnder Zweifel, aus des Türckhisch Kaisers vorwisszen, nichts solches, an Eur Kays: May: gelangen lasszen, Eur Kays: May: aber werden, darausz dero von Gott begabtem Höchstem verstandt nach, das Böste schliesszen, Vnd mich hierüber gnädigist Zu beschaiden wol wisszen, dero Ich mich thue vnnderthänigist emfelchen, Datum Cascha den sibenzehenten Juny Anno im Zwayundtsiebenzigisten.

Eur Röm: Kay: May: | Vnderthänigister Diener,

H. Rueber, m. p.

Aufschrift: Der Römischen Kaiserlichen, Auch zu Hungern vnd Boehaimb etc. Küniglichen Majestät, meinem Allergnädigisten Herrn Zu Irer Röm: Kays: Mt: selbst aigen Hannden.

DCX.

1572, 18 Iunie. Raportul lui *David Ungnad* și a lui *Eduard Provisionali* către Impĕratul *Maximilian II.* despre situațiunea din Moldova.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Exemplum literarum ad Sac. Caes. Maiestatem ex Constantinopoli a D. Dauid Vngnad et Eduardo Prouisionali, de 18 die Iunij 1572 datarum.

. (om) . .

Verso Moldauia ui è andato in Vidin Amsabego con li Sangiacchi di Nicopoli, di Vocitonna congl' Acchengi, quel di Silistria, di Bender, et il Valaccho con le sue gente et alcuni Tartari, temendo costoro assai quelli tumulti per sospetto del Re di Polonia al quale queste Signore (sic) ha domandato che debba darli il Bogdano uiuo o morto nelle sue mani se uole che la pace tro (sic) loro sia osseruato per il che qui si dubita molto di guerra in quelle parti, et Mehemet Bassa gli minaccia con li Tartari con dire qui al ambassador di detto Re che gia ha ordinato à centomille che stiano in ordine, pero ogni giorno stanno aspettando doi Chiausi di Polonia con la risposta.

. . . (om) . . .

DCXI.

1572, 17 Innie. Raportul lui *Carol Rym* către Impĕratul *Maximilian II.* despre situațiunea lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime,

. . . (om) . . .

Polonica et Bogdanica Maiestas Vestra ex superioribus literis intelexit: res in eo cardine est, ut resposum Regis, uelit dedere Bogdanum nec ne, in summa expectatione sit, cum neque Mustapha neque Achmath Chiausius, qui ambo ea de causa separatim iamdiu missi sunt, adhuc redierit, neque ipse Orator Polonicus tam longae morae causam satis conijcere potest, nisi quod intelligit comitia Regni quae Martio mense instituenda erant, ob infirmitatem Regis in exstremum Maium reiecta, in quibus comitijs hac de re deliberatum iri suspicatur.

Huc adlatum est, ipsum Bogdanum in Hungariae eam partem, quae Kesmarck vocatur, profectum, ut Albertum Lasky, qui in Maiestatis Vestrae aula fuisse dicitur, in suas partes traducat.

Ipsi Turcae responsi Polonici mora offensi superioribus diebus vnà cum noui

Vayuodae Moldauiae hominibus in eam Podoliae partem qua Sinatia (1) situm est, ingentem excursionem fecerunt, magnumque damnum dederunt, cum ean ditionem militibus qui ad tartarica confinia discesserant, vacuam intelexissent. Tartari similiter in Volhiniam eruptione facta longè lateque agros et oppidula aliquot depopulati sunt. Ante quatuor dies appulsae sunt huc duae Caramusaliae (2) onustae Polonis venalibus in ea Volhiniensi depopulatione captis. Quaestus est de ijs iniurijs orator apud Mehemetem Bassam, institit ut ab incursionibus et venditionibus dictorum captivorum abstineretur, dum Regis sui responsum huc perlatum esset. Passa uerò surdas aures praebuit, dicens vbi Bogdanus deditus fuerit, tum quicunque serui Poloni per Ditionem Sulthanicam quocunque loco fuerint, facile repertum et liberatum irj. Tartarorum ingens multitudo in procinctu est, ut si iubeatur in Poloniam, alioquin Moscouiam irruat: ipse quoque Moscouita se contra parare, et pacem non cum ipso tantum Polono prorogasse, sed cum Sueco pepigisse dicitur, ut expeditior tartaros Turcasque aggrediatur, et Polonica et Bogdanica et Moscouica quo tandem euasura sint, suspensis animis expectatur. Abdi Chiausius qui ante aliquot mensibus hinc missus fuerat ad Polonum et Tartaros ut controuersiam eorum inspiceret, sub initium huius mensis huc redijt cum Regis Poloniae literis 20. Februarij Warsouiae datis, quarum Exemplum Maiestati Vestrae per eosdem D. Vngnad et Eduardum transmissurus sum, ex quibus rem ipsam Maiestas Vestra lusè Cognoscet.

. . (om) . .

Constantinopoli 27 Juny 1571.

Dum haec conscribuntur, ex Dragomanno ipsius oratoris Poloni intelligo, in vltimo ipsius oratoris cum Mehemete Passa colloquio, cum de adductis ad circiter septingentis Quinquaginta sex captiuis venalibus ex Volhinia, de quibus supra tetigi, ageretur, Respondisse Passam, fore ut captiui benè asseruarentur et liberarentur, si Rex pacem uellet mitteretque Bogdanum, alioquin Sulthanum missurum omnes Sangiachos limitaneos vnà cum tartaris (: quanquam hos ipsos tartaros solos sufficere diceret:) ad vastandam omnem Ditionem Poloniae, uel si Polonia tota moenibus cincta esset, Tartaros tamen vi perrupturos et omnia destructuros. Replicasse oratorem, si Turcae iniuriam Polonis inferrent, Regi satis superque virium esse ut eos vlcisceretur, neque ipsum quoque Moscouitam iam dormiturum, qui recens misso Legato pacem perpetuam cum Rege suo iniuisset, vt quamprimum Tartaros vlcisceretur, quos Rex suus iam diu regionibus ipsorum depulisset, nisi in gratiam Sulthani omisisset.

Retulit mihi idem Dragomannus, Francum denunciasse Oratori Polono, fore ut breui hinc dimittatur, bonum enim de officium pro illo aqud Mehemetem Passam fecisse cui ostendisset, cauendum sibi esse ne prouocet et concitet in Principem turcharum tot Principes Christianos, nequaquam enim id ex re Principem turcharum futurum.

. . . (om) . . .

Dat. vt supra.

Eiusdem Sac. Caes. Maiestatis Vestrae — Humilimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

---

1) d. h. Sniatyn.

2) d. h. eine Art türkischer Fahrzeuge oder Lastschiffe.

DCXII.

1572, 9 Iulie. Raportul lui *Carol Rym* cătră *Impĕratul* despre o suspendare a negoţierilor dintre Pórtă şi Polonia.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Carolus Rym, Constantinopoli.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

Polonica et Moldauica adhuc suspensa sunt, expectatione Achmatis Chiausij qui indies aduenturus putatur.

. . . (om) . . .

. . . raptissimè nona Iul. 1572, etc.

DCXIII.

1572, 1 Iulie. Raportul lui *Carol Rym* cătră *Impèratul* despre retragerea lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . (om) . . .

Nudius tertius benè serò redijt Mustapha Chiaus ex Polonia; fert literas à Rege Poloniae ad Principem Turcharum et Mehemetem Tassam 21 Maij Warsouiae datas, quas legi, nec dum tamen describendi et in cyffras reducendi spacium fuit. Earum summa est, Bogdanum, qui aliquando Palatinus Moldauiae fuit, cum omni comitatu et apparatu, quem habebat, in alienas terras longe se recepisse, scientem se in Polonia tutum receptum habere non posse ob ea foedera et amicitiam, quae Regi cum Principe Turcharum intercederet. Itaque neque juris neque potestatis Regis esse, Bogdanum tradere, multò minus pecunian seu tributum, quod secum abstulisset, inquirere, Turcisque seruare. Ostendit praeterea Rex, non se desperare de reconciliatione Bogdani, cui literis patrocinatur. Queritur etiam de noui Moldauiae Vayuodae Turcarumque finitimorum in Regnum suum excursionibus et depredationibus, de quibus se internuncio suo Domino Andreae Taranousky mandata dedisse, et compensationem expectare dicit. De Achmate uero Chiausio et internuncij cursore, post commemoratum Mustapham Chiausium hinc

ablegatis nullum in ijs literis verbum fit. Id accidisse intelligo, quod Achmates Chiausius aegritudine impeditus nondum in Mustaphae Chiausij discessu Varsouiam peruenisset, sed ad Cracouiam primum occurrisset. Quem haec Polonica et Moldauica exitum habitura sint, obseruare et an Maiestatem Vestram perscribere non omittam.

. . . (om) . .

. . . Constantinopoli Calendis Iulijs 1572, summo diluculo.

Sac. Caes. Maiestati

Humilimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DCXIV.

Raportul lui *Carol Rym* către *Impěratul* despre měsurile luate de Pórtă pentru pregătirea unei invasiuni în Polonia. 1572, 21 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

De Polonicis et Moldauicis, expectatur reditus Achmatis Chiausij, cuius mora magnas hic suspiciones et admirationes parit, quanquam sunt, qui eam Regis Poloniae aduersae valetudiej assignent. De literis Regis quas Mustapha Chiausius 29 Iunij adtulit, Maiestati Vestrae Calendis Iulijs scripsi, quibus meis literis iam datis eodem ipso die pransus apud me Andreas Taranousky, orator Polonus, questusque est literas, quas à Rege Polonicè scriptas per Mustapham Chiausium accepisset, apertas sibi redditas fuisse neque adiunctum exemplum literarum ad Principem Turcharum et Mehemetem Bassam scriptarum: Literas quoque, quas à Rege haberet, nullum tale mandatum continere, de qualj Rex ad Principem turcharum scribit; suspicarj se à Mehemete Bassa literas apertas reliquaque subtracta: se uerò non accessurum Passam, donec Achmet Chiausius cum nobilj, quem vna expediuerat, redierit certioraque mandata ipse à Rege acceperit. Mustapha Chiausius asserit alium Oratorem uenturum, quem nominat Nicolaum Bresky, Rdgis aulicum; orator uerò se eiusmodi aliquid aliunde intellexisse negat. Idem Chiausius Bogdanum in Polonia esse asseuerat: Rex negat; fatetur autem mihi Orator Bogdani fratrem Leopoli esse, ac Panonsky Bogdani sororium obysse: scire porrò hinc ordinatum esse, ut viginti millia Tartarorum intemque Sangiacchi de Vidin, Silistria, Nicopolj et Bender cum Decem millibus Turcharum et Viginti aut Triginta millibus Moldauorum et Valachorum copijs et viribus quamprimum Hothinum obsideant et capiant, ac in Poloniam hostiliter irrumpant atque omnia longè lateque vastent. Ominatur omninò bellum fore, ad quod tamen nobilitatem quam Regem animatiorem dicat. Ipse Dominus Orator Taranousky, cum pestis hospitium suum inuasisset, et suorum aliquot

absumpsisset, mutare domicilium coactus est. Mihi narratum est à quodam, se praesentem fuisse, cum Bassa, tardatione Achmatis Chiausij commotus, iuberet, vt Orator concluderetur, vbi autem Oratorem cum lice illa conflictari audiuisset, reuoearet conclusionis mandatum.

. . (om) . . .

Constantinopoli, 21 Iulij 1572.

Sac. Caes. Maiestatl Vestrae | Humilimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DCXV.

1572, 14 August. Raportul lui *Carol Rym* catră *Impĕratul* despre mórtea Regelui Poloniei, despre căderea Hotinului și despre captivarea lui Petru, fratelui lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

Sexto huius mensis benè vesperj aduenit cursor missus à supranominato Sangiacco Benderj, qui Regem Poloniae obijsse, eiusque morte intellecta, Palatinum Prussiae (1) iussisse. vt praesidiarij, qui in Kothin obsessi erant, excederent, sicque oppidum illud in Turcarum et Moldauorum manus deuenisse nunciauit, Idque Passa postridie Oratorj Polonico significandum curauit. Paulò post aduenit Chiausius ex Buda eandem mortem Mehemetj Passae nuncians, qui verbis itidem Passae Budensis significauit, eum intellexisse Polonos ad Caesaream Maiestatem Vestram misisse vnum serenissimorum filiorum suorum postulatum in Regem. Respondit Passa, de morte sibi antea nunciatum fuisse: Quod autem ad Regem pertineret, crearent quem vellent, satis enim Sultano Regnorum esse. Haec ipse Chiausius ità refert. An autem verba Passae vero vultu dicta sint, quis scit? Intelligitur praeterea Achmates Chiausius adducere secum Petrum Bogdani fugitiui fratrem spontè, vt ferunt, comitantem, praemissusque famulus post vnum aut alterum diem aduenturum significauit. Quo haec Polonica euasura sint, deus nouit, quem omnibus precibus oro, Vt Caesareae Maiestatis Vestrae familiam tantj Regni accessione augere dignetur. Ego quod in me erit, si quid, et ecquid Turcae de eo Regno moliturj sint, inuestigare non desistam. Exempla literarum Polonicarum XXI Februarij et XXI Maij ad Sultanum datarum, quarum superioribus literis neminj, his adiuncta sunt.

. . . (om) . . .

. . Constantinopoli XIII Augustj 1572.

Sac. Caes. Maiestati Vestrae | Humillimus et fidelissimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

---

1) Wahrscheinlich ist darunter Russiae, Rothreussen gemeint.

DCXVI.

Rĕspunsul dat de *Mehemet-Paşa Regelui Poloniei* în afacerea lui Bogdan-Vodă. 1572, 24 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatione della lettera che Mehemet Bassa manda al Re di Polonia.

Dopo le amicheuole salutationi, ui sia noto che la vostra beneuola lettera è peruenuta à questa Eccelsa porta del mio Imperatore. Habbiamo inteso che le lettere del nostro serenissimo Imperatore siano rese per Achmat Chiaus alla Maiesta Vestra dalle qualj essa puo hauere inteso la mente del mio signore, accio si mandj in questa porta il Bogdano, il quale fu Vayuoda di Moldauia, per uenir seruire come gli altri Vayuode priuati di Moldauia del tempo pasato hanno fatto, et che la Maiesta Vestra desyderaua, che tutti i delitti che esso Bogdano haueua commesso contra il mio Principe, gli fossero perdonati, et anche che tutti suoi predecessorj Palatini di Moldauia haueuano fatto perturbationi in quella prouincia, ma che il Bogdano si sia sempre mostrato buon et fedele seruitore di sua Altezza, come parecchi attestino, pero che esso Bogdano non si sia visto nel vostro Regno, ne in presenza si sa in qual luogho sia, perche essendolj tolto il suo Dominio, subito si ritiro in vn suo Castello chiamato Kosthin (1) vicino alli vostrj confini, doue anche per paúra non puote restare, et cosi costretto forse sia fuggito in qualche parte di Hungaria, et che non essendo Vostra Maiesta di questo contenta, ha mandato certi suoi amici per riconoscerlo, li qualj havendolo trouato gli darebbono buon consiglio, accio venesse à questa felice porta, et che non sarebbe potente di fare qualche male nel Dominio Moldauico, perche anche la Maiesta Vestra darebbe tale ordine che non lo potesse fare, et che venendo in questa porta, li sia dato quel salario, che il suo padre et predecessori hanno havuto. Di piu hauete significato che intenderessimo i vostri altri negocij dal vostro Legato mandato qua, il quale li dechiararebbe da bocca. Et cossi habiamo inteso et compreso il tutto, tanto dalle amicheuole lettere della Maiesta Vestra, quanto dal ditto Legato suo di bocca. Il che non habiamo mancato di rifferire à sua altezza con ogni diligentia. Donque tutti che confugeranno sotto la protettione di sua Altezza et con fidelta et sincerita dimostraranno la lor seruitu, non saranno di lor fatica et seruitu frustrati, anzi trouaranno la gratia abondantissima di sua Altezza, secondo la sua vsanza; se il Bogdano volendo imitare i vestigij del suo padre et antecessori venga seruire à questa corte simile al Paradiso per guadagnare felicita et Tesorj, et si domanda perdono delli suoi delitti, come la Maiesta Vestra desidera: l'otterra et sara sua felicita et beatitudine et coll' aggiuto di Dio massimo non uedra altro che bonta, et sara sicuro d'ogni danno et infortunio, si sara vn dellj seruitorj di questa eccelsa corte, impetrara tutti i suoi desy (sic), perilche Vestra Maiesta voglia dar aggiuto che quanto prima sia mandato qua, ne si mostri qualche prolongatione ò difficulta. Non è condecente all' amicitia che respondiate, che il Bogdano sia nel Regno dell' Imperatore di Christiani; perche si è entrato nel suo Regno, bisogna, che sia passato per il Dominio vostro, et accio che repassi per la medesima via, e bisogno che adhibiate ogni diligentia. Tutta questa cosa intendera ampiamente la Maiesta Vestra dalle lettere mandatele da sua Altezza Insieme colle conditioni pertinenti alla buona amicitia. Il Palatinato suo in Moldauia li fu dato per rispetto mio come amico vostro, perilche non siamo manchato di darlj buon consiglio et li haueuamo commandato, che mai mancasse dell' amicitia et syncerita del serenissimo Re di Polonia, il quale da longo tempo ha amicitia col Potentissimo Impe-

1) d. s. Chotin.

ratore et Monarcha, et che non facesse altro che bene, sempre uivendo con ogni modestia et summa riuerentia. Parimente in negocio del suo matrimonio, quando ne domando consiglio, gli respondessimo; che se in quella parte tu vuole maritarti, tu non darai nocumento all' amicitia, ma se con quella occasione piglierai gente Polonica appresso di te, et la vorrai anteporre alla gente Moldauica, non potrai viuere pacificamente, ne l'amicitia restara perpetua. Che si da quella parte vuoi pigliare moglie, guarda te di congregare appresso di te gente Polonica, gli signori Baroni et la nobilita non irriterai contra di te, ne lor nuoceraj. Et cosi consigliandolj, et facendo contrario, tutti i danni et inconuenienti haueuano da redondare in testa sua, il che non vna, ma parecchie volte gli era consigliato et risposto, nondimeno tutto è nel poter di Dio nutritore dj secoli. Tutto pero, che gli era consigliato e persuaso, è cosi auenuto, perche i Baroni uedendo subito che non voleua seguitare il consiglio che gli era dato, comminciorono lamentarsi del Bogdano, Et cosi s' ha condotto finalmente di propria volunta à tale grado, che hora è. Tutta la gente Moldauica subito li ha voltato la faccia, et domandato vn altro Palatino. In summa quel che è trauenuto à esso Bogdano, procede del suo proprio vicio et non d'altrj. Et adesso per li rimedij è bisogno che venga alla corte del suo signore clementissimo, et che come il suo patre et antecessorj hanno seruito fidelmente, esso anche serui. Colla gratia di Dio per rispetto della Maiesta Vestra noi siamo fideiussorj che non vedra qua altro che bonta. Donque subito che questa lettera amicheuola peruerra alla Maiesta Vestra, speriamo che ella fara ogni diligentia, accio che il praefato Bogdano sia mandato à questa Eccelsa porta. Et è manifesto, che non è nel Domino dell' Imperatore, perche alcuni nostri huomeni et spioni hanno inteso in quel luogo sia, et ne hanno rifferito. In verita le sue cose et stato sono manifeste. Donque essendo esso in quelle parti, ne il Regno Moldauico, ne il Polonico, ne i lor Coloni potranno esser quieti, iui sara sempre tumulto et discordia; fuoco, guerra et latrocinio, mai cessaranno ne haueranno fine. Cosi speriamo che mostrando la vostra beneuolentia, vsarete ogni diligentia, accioche sia mandato qua. Del Resto non mancharete di continuamente auisarne tutto quello che occorrerà in quella parte, et anche della vostra bona sanita, perche senza dubio sara la causa della corroboratione dell' amicitia et stiate sempre sano. Da Constantinopoli allj 24 di Agusto 1572.

DCXVII.

1572, 24 August.

Rĕspunsul dat de *Sultanul Regelui Poloniei* în afacerea lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatione della lettera che'l gran Turcho manda al Re di Polonia.

Dapo che queste nostre Imperiale lettere sarano peruenute alla Maiesta Vestra, vi sia noto qualmente questi giorni passati qui alla nostra Eccelsa et felice porta monarchale (: la quale è rifugio delli Re honorati :) sono peruenute le vostre amicabile lettere piene di letitia, per le quali intendiamo che le nostre lettere mandate alla Maiestà Vestra per il nostro honorato Achmat Chiaus della porta nostra le siano state molto grate, et con lieto animo accettate, nelle qualj anche essa ha inteso l'animo nostro, che desiderauamo che vostra Maiestà mandasse et presentasse alla nostra porta Eccelsa il

Magnifico Signor Bogdano, il quale fu Vayuoda di Moldauia, et significasti che in ogni modo desiderauate la sua liberatione, perche molti delli huomini essistenti nelli confini delle vostre Ditioni, i quali haueuano amicitia con lui, attestarebbono che detto Bogdano sia sempre stato buon et fedele seruitore di nostra serenita, et che dalli suoi predecessorj Vayuode di Moldauia non sia maj mancato qualche perturbatione. ma che il predetto Bogdano si ha sempre comportato pacificamente et come si conuiene. Et hauete richesto che se in qualche cosa hauesse peccato, che per amore della Maiesta vostra li fosse da noi perdonato, Et come il suo patre et aui sui predecessori haueuano seruiti alla nostra Porta cosi anchor egli potessi seruire, et che venendo il suo tempo haueuate fiducia che sarebbe da noi rimesso nel suo primo stato, et anche non haueresti manchato di dare conseglio et fauore accio che potesse passare per li vostri Dominij, Et come si conuiene mandarlo qua con Achmate Chiausio, ma che non se sia potuto trouare nel vostro paese, ne manco si sappia doue fin adesso sia, et che subito che li fu tolto il suo Palatinato, se ritirò in vn suo proprio castello chiamato Kothin, vicino alli vostri confini doue la sua gente commincia ad abandonarlo et precipuamente quelli del vostro Paese, et non sentendosi assai forte per resistere al impeto delli suoi nemici se ne fuggi fra gli vostrj confini et quelli del Dominio del Imperetore in Hungaria. Nondimeno che vostra Maiesta haueua ordinato et mandato in presenza del prefato nostro Chiausio huomeni idonei, i qualj erano amici del ditto Bogdano per informarsi doue egli sia, et che hauendolo trouato gli diedessero consiglio accioche fosse con quello nostro Chiauso mandato qua. Et cosi che non crediate, che il ditto Bogdano habbia l'animo d'intrare et fare qualche male nel dominio di Moldauia con aggiuto di qualche altro, perche si sa che per tale effetto non gli sarà mai dato aggiuto, anzi si prohibirà con ogni possibile diligentia che non si faccia tale cosa, et che venendo alla nostra porta gli sia dato à lui et suoi figliolj et consanguinei quel Salario che è Stato dato alli suoi predecessori et suoi, accio possia pacificamente viuere sotto l'ombra della serenita nostra, et che intenderessimo ii resto delli vostri negocij da bocca del vostro legato in questa Porta. Ergo quel tutto che del negocio del ditto Bogdano vostra Maiestà scriue nella sua lettera letificatoria, et anche tutto quello che il ditto vostro Legato ne ha rifferito da bocca, habbiamo inteso et compreso, et cosi ogniuno chi cerca protettione della nostra felice et Eccelsa porta, et chi fidelmente et con syncerita seruino, non restarono irremunerati, ansi saranno beneuolmente remunerati da molti beneficy, et offerrano tutto il lor desiderio, come si richiede, segondo la nostra vsanza. Donque essendo cosi la cosa bisogna che il Bogdano imiti li vestigij delli suoi antecessori, et la seruitu che farà in questa felice porta li tornera à sommo beneficio et felicità, Et anche hauera desiderato perdono delli suoi delitti secondo la domanda della Maiesta Vestra. Et si venne à questa Eccelsa porta nostra, non gli sara fatto dispiacere alcuno, et sara come il suo patre et antecessorj sono stati honorati, et riceuera molte gratie. Donque peruenendo alla vostra Maiestà questa nostra gratiosa et Imperiale lettera, secondo la uera et pura amicitia che è fra noi discessa delli predecessori, darete ordine che con buona diligentia il praedetto Bogdano sia mandato alla nostra Porta, Et che si guardj che non se dica che esso Bogdano sia intrato nel Domino del Imperatore, perche sarebbe cosa contraria all' amicitia, Et si entrato è et passato, è passato per il paesse della Maiesta Vestra, et si cosi è, si faccia ritornare per quella medesima via che è entrato, segondo che conuene al amitia, accioche si mandi qua, et d'adesso in qui non mancharete di auisarne di tutte le cose degne et conueneuole alla nostra amicitia, perche senza dubio sara causa della corroboratione del fondamento della vera pace et renouatione della pura amicitia, et hauendo il vostro Legato satisfatto alla sua Legatione, con ogni honore et riuerentia l'habbiamo licentiato et inmanuato alla Maiesta vostra. Da Constantinopolj allj 24 d'Agosto 1572.

DCXVIII.

1572, 4 și 5 Sept. Raportul lui *Carol Rym* cătră *Impĕratul* despre sosirea la Pórtă a lui Petru, fratelui lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

Discesserunt hinc decimo quarto Augusti versus Sacram Caesaream Maiestatem Vestram Domini Dauid Ungnad Baro in Sonnegk, et Eduardus de Prouisionali familiaris suus Aulicus confecta Legatione muneraria, quam Caesarea Maiestas Vestra ys clementer iniunxerat: Ex quorum relatione, necnon meis, quas vna secum ferunt, literis jpsa suarum, reliquarumque rerum statum latè intelectura est, Postridie quàm discessissent, redyt ex Polonia Achmat Chiausius saepius antea à me commemoratus cum Nobili, quem Orator Polonus Dominus Andreas Taranowsky hinc vnà ablegarat, adducto vnà Petro, Bogdani paulò ante Moldauiae Palatini fratre, qui tamen tertio post die tantùm sequutus est. Simul verò atque aduenisset ipse Petrus, Passa Polonos omnes comites, quos secum adduxerat, vt dimitteret iussit. Orator autem Polonus cùm primùm Passam, deinde Diuanum publicum et Sultanum accederet: Ostendit, Petrum Bogdani fratrem à Rege lubentem, volentemque huc mitti: Commendauit eundem, nomine Regis, ipsi Sultano, Mehemeti Passae, totique Portae: Exposuit, missurum quoque Regem fuisse eundem Bogdanum, si in Regno suo deprehendere potuisset, sed intelligi ad confinia Hungariae, et in Caesareae Maiestatis Vestrae Ditionem se contulisse. Qaestus adhaec est de Tartarorum, Moldauorum, et Thurcharum in Poloniam excursionibus. Responsum tulit, Petrum in gratiam Regis humaniter tractatum iri. De Bogdano verò quod Rex excusat nihil esse: Intelligi enim pro certo et explorato in Polonia subsistere, et scirj locum Et tametsi ad Hungarica confinia, aut Caesareae Maiestatis Vestrae Ditionem fortè Confugisset: Tamen cùm per Poloniam transysset, per Poloniam redire debere. Itaque curaret Rex vt huc mitteretur, neque quicquàm timeret: Ipsum honesto loco hic, contemplatione Regis habitum iri. Et modo se morigerum ostendat, restituendum breui in suam prouinciam, si is qui surrogatus est uel minimam causam ad destitutionem praebuerit. Quod attineret ad Tartaricas et Turcicas excursiones, missurum Principem Turcharum, qui rem inspiceret, ut huc referret, se postea conuenientem ordinem daturum. Literas Regis ab Achmate adlatas nancisci non potui, sed tamen earum argumentum intellexi et earundem summa repetita est in responsorys Sultani et Mehemetis literis quarum translationem Italicam mitto, nissurus Turcicum exemplum si tutum foret. Iis literis de Bogdano tantum agitur, reliqua ore cum Oratore transacta sunt. Scribuntur autem eae ad Regem tanquam uiueret, quod nihil adhuc ex Polonia de eius morte hic significatum sit, Achmates Chiausius extremè aegrotantem desperataque valetudine reliquit. Passa Polono, cui nihil etiamnum à suis indicatum est, cum mortuum affirmaret rogauit, quem successorem putaret. Vbi Orator, se id nescire, respondisset, petiuit Bassa anne aliquis Princeps ex Austriaca Domo successor futurus esset. Cum Orator, fieri posse, diceret: respondit Passa, non fore id consultum, quòd Domus Austriaca non haberet pacem stabilem et perpetuam cum Principe Turcharum, ideoque ne ipsi quidem Poloni stabiles amici, sed tandem hostes futuri essent. Haec ipse Orator mihi narrauit. Intellectum praeterea hic est de Rege, qualiter ante mortem ciuem quandam ducere moliretur, resistentibus ordinibus: Item de sorore sua innupta post mortem illius ad Regni gubernacula delecta, et alijs nonnullis quae Caesarea Maiestas Vestra inde com-

pertissima habet. Petrus Moldavus veste aurea, et centum aureis à Mehemete Passa, cuius cognatum dicunt, donatus, diurnumque triginta asperorum stipendium, quod iamdiu illi à Sultano attributum fuerat, viginti asperorum accessione auctum, et in spe magna est, ut mox uel ipse uel Bogdanus frater, si ueniat, Vayuodatum recuperet. Incipit enim Ioannes, nouus Vayuoda malè audire. Primum quòd dicatur, vxorem et liberos exyly sui tempore in Moscouia deposuisse, vnde modo eos reuocauerit, arguaturque coniunctos cum Moscouita sensus et intelligentiam (vt vocant) habere: Deinde quod Achmates Chiausius retulerit in reditu positas sibi ab illo insidias, quibus Petrus Vayuoda secum revertens exciperetur, earumque vitandarum causa fuisse Sibi partem Tartariae et orae Ponti Euxini circumeundam.

. . . (om) . . .

Constantinopoli quarto Septembris MDLXXII.

Postscripta. Sacratissime Caesar Domine clementissime. His paratis Orator Polonicus iam abiturus, cum literas Sultanicas et Mehemeticas supracommemoratas de vno tantum Bogdano, neque aliorum de quibus tractauit, capitum meminisse animaduerteret; petiuit à Passa ut mutarentur, et ampliores fierent. Passa uerò suis literis adscribi curauit de Petri Moldauiae aduentu, quem Princeps Turcharum ad suam intercessionem et in Regis gratiam nusquam relegaturus, sed humaniter tractaturus foret. Scribi quoque iussit mandata ad Vayuodam Moldauiensem, Tartaros et Sangiacchos Turcicos Poloniae finitimos, ut ab excursionibus et iniuriis abstineant, et ne ijdem Sangiacchi impediant, quominus pastores armentorum, quae in pascuis Regi Poloniae cum Turcis communibus de quibus controuersia fuit, pascuntur, Decimas more solito pendant; neque quicquam praeterea de literis illis immutatum intelligo.

. . . (om) . . .

Datum quinta Septembris anno vt supra

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Verstrae | Humillimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DCXIX.

Raportul lui *Carol Rym* cătră *Impěratul* despre captivarea lui Bogdan-Vodă. 1572, 10 Noemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . .

Ioannes Vayuoda Moldauus significauit Bogdanum antecessorem superioribus mensibus Vayuodatu priuatum in Transyluania captum, mittiturque per Vlaccos Mus-

tapha Chiaus, ut eum inde adducat et simul quid illic rerum geratur, pareturue, speculetur ; mox hinc, vt intelligo, discessurus est.

. . . (om) . . .

. . . Constantinopoli Decima Novembris 1572.

. . . (om) . .

Post-scripta. (Datae 16 Novembris).

Caesareae Maiestatis Vestrae | Humilimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DCXX.

1572, 18 Noemv. Raportul lui *Hans de Parkh* către *Colonelul Rueber* despre violenţele lui Gaspar Kornis faţă cu Bogdan-Vodă.

(Din Arcviha ces. reg. din Viena).

Edler gestrenger Ritter Insonder groszgunstiger Herr vnd Vheld Obrister, das des Chornitz Caspars wider den Moldauischen Fürsten begunste gewaltsame Hanndlung In Irer Mt. Dorf Segatagh, welches wie Ich vom Hofrichter vnnd desselben Dorfs Officiali Gregor Gachya berichtet werde, mit allen seinen Regalien, Gerichten, Zinsen, Robaten, Nutzungen vnd Obmessigkeiten In Irer Mt. Jurisdiction anhero (vngeacht das Es in Comitatu Maromarusiensi, neben anndern Acht Dörffern gelegen,) Immediate gehören sölle, beschehen, Auch was sich gedachter Offitialis heut dato bej mir zum höchsten beschwart, haben Euer Mt. Inligend Zuvernehmen, darauf Ich dem Herrn Sibenburgischen Weyda Zuschreiben vnd vmb Restitutionem integram antzuhalten, alsbald nicht vnnderlassen, darnach sich E: Mt: ferner Zurichten vnd disen sachen wie Zuthan haben möchten Was auch der Weyda in Sibenburgen, E. Mt: auf derselben Jungstes schreiben zur anndtwort geben, haben E: Mt. beiligend Zuersehen. Datum Sachmar den 18. Nouembris Anno c. Im 72 —

Hanns von Parkh, m. p.

DCXXI.

Scrisórea lui *Mehemet Paşa* către *Senatul Poloniei*, stăruind pentru mănţinerea relaţiunilor de bună vecinĕtate. 1572, 20 Noemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatio literarum Mehemetis Passae ad Senatum Regni Poloniae.

Inter Christianas nationes gloriosi et magnorum populorum Iesum Sequentium confugio digni, cuncti senatores, Domini et Nobiles Barones Regni Polonici, quorum finis cum bona prosperitate et salute terminetur. Post salutem et comprecationem fidelitate et syncera beneuolentia vestra dignam honorificè praemissam amicè significamus, literas synceritatis vestrae ad excelsam foelicemque curiam potentissimi Imperatoris nostri perlatas esse, quibus serenissimi Principis piae memoriae Poloniae Regis, cui vetus eaque firma et perrecta amicitia cum potentissimo et inuictissimo Caesare nostro intercedebat, mortem, vestramque in nouo Rege eligendo sollicitudinem nunciastis. Quae quidem, reliquaque quae literis ijs declarastis, quanta maxima fieri potuit cura et industria inuictissimo Monarchae orbis relata sunt. Sanè nemini dubium est, quanta benignitate complectatur quantisque beneficijs afficiat sua celsitudo omnes quicunque syncerè et fideliter beneuoleque amicitiam cum hac excelsa curia colunt. vnde occasio alijs quoque praebita est amicitiam huius curiae desyderandj. Ante itaque quàm literae vestrae huc peruenissent, ex fama et rumoribus mors Regis vestri passim cognita et promulgata fuit. Et ideo subitò mandata seria missa fuerunt ad Dominos seruos suae celsitudinis ut curarent quàm accuratissimè, ne mortis Regis fama impulsi, contra antiquam pacem foedusque ab improuisso forte Regno illi incolisque quicquam damni nocumentiue inferrent; sicque ad conseruationem eius foederis, maior etiam nunc adhibita cura est, quam dum Rex uiueret. Scit enim sua celsitudo, vos in obseruatione eiusdem foederis constanter manere. Quam ob rem non minorem rationem Dominorum Baronum et senatorum Incolarum Regni illius habet, quàm Regis ipsius habuerit. Nam noster Imperator, cuius exercitum roburque Deus augere dignetur, iter sacrorum parentum suorum obtinet, obseruatque et aequè omnes Dominos et Incolas Regni Polonici, sicut suum Regnum suosque subditos curat et gratia prosequitur, vt non modo non ex sua parte, sed nec aliunde quicquam detrimenti incommodique ingeri vllatenus passurus sit. Idcirco igitur secundum literarum vestrarum tenorem et postulationem, in praesentia quoque denuo omnibus ad vestra confinia existentibus Dominis et exercitibus suae celsitudinis, Item Palatinis Moldauiae et Transalpinae seria mandata missa sunt et firmiter iniunctum est, ne quid committant, quod pristino foederj non conueniat. Quare vos similiter in solita demonstratione syncerae beneuolentiae et obsequy vestrj studiose permanete et consueta integritate omnes amicos huius curiae Ecelsae vestros amicos, Inimicos verò huius curiae vestros similiter inimicos existimate. Speramus autem, vos talem vobis Regem electuros, qui antea etiam cum hac Excelsa curia suae celsitudinis synceram pacem et amicitiam obseruauerit. Profecto par et conueniens et vtile est, ut à Rege externo et causa tumultus ac malorum futuro eligendo abstineatis, sed eligatis aliquem, qui bene norit hanc Excelsam Portam, quomodo quantaque beneuolentia iam olim sua Celsitudo erga vestrum affecta regem fuerit, qualique foedere et pace quieti fruiti estis. Itaque capite vobis Regem, qui huius amicitiae vestigijs insistat et summa Cautione cauete ne quis forte illius causa tumultus ex aliqua parte appareat, et damnum ijs qui in amicitia et sub rectione suae Celsitudinis sunt, Itemque subditis Regni vestrj eueniat. Quod ne accidat inuestigare et diligenter omnes vnanimiter aliquem amicum Curiae huius Excelsae, sub quo possitis vnàcum Incolis Regni securè et pacificà solita consuetudine uiuere, et si quid videatur discordiae incendium exoriturum, prouidete, ut maturè illud extinguatis, ne in ullam deuastationem

et perturbationem incidatis, nam vicissitudine semper obsequiarum et syncerarum seruitutum vestrarum et obseruatione capitulorum foederis. Itemque idonei Regis electione summam gratiam Imperatoris nostrj vobis conciliatis, eumque benignum Deo dante et beneuolum habituri estis. Speramus, quemcumque tandem Regem eligatis, vos omni diligentia curaturos, ut eligatis aliquem ex ijs, qui syncero et fidelj erga hanc portam animo fuerint. Alioquin si talem (quod Deus auertat) non eligetis, causa eritis tumultuum et damnorum vestrorum, neque res benè succedet. Protinus enim sequetur distractio et violatio foederis et pacis tanto tempore vtrinque obseruatae. Necesse est igitur vt hac in re viriliter fortique animo uersemini, et prouideatis, ne quid à foedere alienum fiat. Ne praeterea omittatis nobis ex veritate significare quicquid isthic geretur, id quod magis magisque amicitiam mutuam confirmabit. Ad haec vbi Rex à vobis creatus fuerit, idoneum huc oratorem ad articulorum foederis renouationem mittere ne negligatis Bogdanum quoque qui profugus in Polonia se contulerat, vbicunque fuerit, captum huc mittere velitis. Datum Constantinopoli vigesima Nouembris 1572.

DCXXII.

1572, 21 Noemv. Raportul lui *Hans Rueber* cătră *Impĕratul* despre violenţele suferite de Bogdan-Vodă din partea Ardelenilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Allerdurchleüchtigister Grossmächtigister Römischer Kaiser

Allergnedigister Herr, Wie Ich Im nagesten an E. Röm. Kay. Maj. meinem hievor gethonem schreiben ain meldung gethon, Ist es aus hie beiliegundem des von Parkh zu Sathmar Leütinandts Vnnd Officialen zu Sugathag schreibens an mich abschrifften aigentlich Zuuernemen, das der Bogdan Weyda, In E. Röm. Kay. Maj. Dition, durch des Weyd in Sibenbürgen leüt nidergeworffen, Vnnd beraubt ist worden, Vnnd hab dessen E. Kay. Maj. merere gewissheit halber hiemit also Vnnderthenigist Zuerinnern nit Vnderlassen sollen, zu dero Kaiserlichen Hulde mich Vnnderthenigist empfelhendt. Datum Cascha den 21 Nouember Anno C. Im 72 ten.

Hanns von Rueber, m. p.

(Bescheid, A tergo:) Der Kai. Maj. geheimen Rat Vnd Reichshofvicecanzler, Herrn Johan Baptista Weber c. zuzustellen, won der türkisch gesandte khumbt, Vnd dises Moldawischen Weyda halben anlangen wirdt, der Herr hierausz ich bericht haben möge. Ex Consilio bellico, 7 Martij 73.

Reischer.

DCXXIII.

Raportul lui *Carol Rym* către *Impèratul* despre scrisórea lui Ioan Vodă în ceea ce privește captivarea lui Bogdan-Vodă. 1572, 30 Noemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar etc.

Decima septima huius mensis discesserunt hinc Legati Transyluanici cum eo responso, quòd Caesarea Maiestas Vestra ex meis literis pridie eius diej datis, quarum nec non priorum Decimo octauo Octobris datarum exemplum his adiunctum est, benignè, intellexit. Scripserat Ioannes Vayuoda, Bogdanum antecessorem suum in Transyluania captum. Itaque eodem 17. huius mensis Mustapha Chiausius hinc citato cursu in Transyluaniam missus est, ut et ipsum Bogdanum huc adducat et simul illius prouinciae res speculetur. Vigesimo die aduenit ad Bassam ab eodem Ioanne Vayuoda Tabellarius, per quem misit literas ad se à Transyluaniae Vayuoda Hungaricè scriptas, quas qui in Turcicum sermonem traduxit, describere non potuit ob celeritatem : sed tamen hoc esse earum argumentum mihi affirmauit et scripto declarauit. Scribit Transyluanus accepise se literas ipsius Ioannis Vayuodae, quibus siguificarit, Bogdanum in Transyluania penes ipsum esse : Pro responso autem ait, verum esse, quod ipse Bogdanus diuagabatur in prouincia Maramoros cum aliquot suis asseclis : sed Praefectum illius loci qui id sensisset, ipsorum nonnullos cepisse. Cum autem captos ad se adduceret, à Zackmariensibus superuenientibus vi ereptos et omnes liberatos, vixque ipsum Praefectum effugisse. Ignotum sanè sibi esse, au ipsemet Bogdanus in captiuorum numero fuerit, quod Praefectus se faciem Bogdani nouisse neget, et nemo captorum ad se perduci potuerit : Quare persuasum esse debere Vayuodae ipsi Moldauiae, siquidem Bogdanus in Transyluania esset, non se omissurum, quin pro sua fide ad Portam Sulthanicam eundem Bogdanum mitteret. Cum verò in sua prouincia amplius non sit, non esse quòd sibi imputetur. Haec summa, vt intelligo, literarnm Transyluaniae Vayuodae fuit. Ipse Transyluanus nihil, quod quidem resciscere possim, ad hanc Portam hac de re per se significauit. Passa quoque, quanquam hoc negocium quatenus de Zackmariensibus ereptoribus dicitur Caesaream Maiestatem Vestram respicere uidetur, nihil mihi indicat, vel quia hoc tempore dissimulandum existimat, vel quoniam (: quod potius crediderim :) Mustaphae Chiausij, à quo certius de re omni edoceatur, reditum expectandum putat. Sunt qui murmurent, eundem Bogdanum cum magno numero militum ad confinia Moldauica esse. De quo tamen nihil exploratum habeo. Frater eius Petrus hac in vrbe degit, sustentans se diurna Quadraginta Asperorum intertentione, quae ab hac Porta praebetur. Satis humanè à Passa habetur, uel ut frater eo modo huc facilius pelliciatur, uel quia ipse Bassa, qui cognatus dicitur, re uera fauet.

De Nuncij Polonici aduentu literarumque, quas à Senatoribus Regni Polonici tulit, argumento Maiestas Vestra ex prioribus literis meis cognouit. In ijs Senatorum literis nulla ipsius Nuncij mentio fit, ac nihil hic tractauit, ut qui literarum tantum lator fuerit. Putatur breui discessurus, parataeque sunt Sulthani et Mehemetis literae, quarum Exemplum nactus sum, ac Mehemeticarum translationem ad Maiestatem Vestram transmitto. Sulthanicae in eandem ferè sententiam scriptae sunt. Hoc tantum interest, quod in ijs nulla de externo Rege non creando mentio fit, sed tantum praescribitur, ut amicus huius Portae eligatur.

De Bogano quoque acrius et cum interminatione (1) iubetur, ut si foedus et tran-

1) d. h. Drohung, comminatio.

quillitas ipsis cordi sit, illum in regione Sua esse minimè patiantur, sed huc transmittant quo in hac excelsa Porta seruiens gratiam et clementiam Sulthanicam (: vti maiores sui fecerunt :) promereatur ; reliqua congruunt.

. . . (om) . .

Constantinopoli vltimo Nouembris 1572.

. . . (om) . .

Carolus Rym, m. p.

DCXXIV.

1572, 9 Decemv. Scrisórea *Principelui Transilvaniei* cătră *Mehemet-Paşa* despre scăparea lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatio literarum Hungaricarum Vaiuoaae Transyluaniae ad Mehemetem Passam, quae eiusdem tenoris sunt cum scriptis ad Sulthanum.

Magnifice domine. Post salutem et omnis foelicitatis incrementum. Literae Caesareae Altitudinis vna cum literis Magnificentiae Vestrae per Egreguim virum Mustapham Chiausium mihi adlatae sunt, ex quibus intellexi qualiter Palatinus Moldauiae Ioannes Vaiuoda Bogdanum Vaiuodam profugum nunc in manibus nostris detineri ad Curiam Excelsam significauerit, ideoque necesse sit vt eum versus Curiam Excelsam transmittendum summa diligentia curem. Equidem et suam Altitudinem et Vestram Excellentiam certiores reddo, quod iam inde en eo tempore cum primum illum à sua Altitudine requiri petique audiui mandatum Caesareum de eo ad Curiam excelsam transmittendo intellexi, egomet in persona vnà cum militibus praefectisque et Capitaneis meis summè elaborauimus, vt tam in hoc quàm in caeteris negocijs mandatum suae Altitudinis toto nixu et pro viribus nostris exequeremur. Itaque factum est, ut cum iam praefatus Bogdanus se nec locum tutum, nec auxilium in Poloniae reperire sensisset, furtim militibus Maximiliani Imperatoris ad haec confinia consistentibus, se comendauerit locumque et diem indicauerit, quo ad eos se conferre constituisset. Id quod neque ego, neque Praefecti mei vnquam cogitassemus, neque suspicati fuissemus: Ignari tamen omnium harum rerum in omnem partem auectis auribus intessisque auribus aduigilabamus. Cum autem interim ipse cum 27 hominibus de Polonia exiuisset et in Ditionis nostrae villam quandam peruenisset, Praefectus meus statim summa velocitate ipsum opprimens, duos ex eius comitibus pugnantes interfaecit caeterosque vnà cum Bogdano captivos cum ad me secundum mandatum meum adduceret, subitò milites Germanici ese insidijs ad diem et locum constitutum conuenerunt et meos homines, qui nihil eiusmodj praesenserant de improuiso pugna adorti sunt. Cumque Praefectus meus vulneratus uix effugisset, Bogdanum vnà cum suis hominibus ex manibus meorum ereptum abduxerunt. Illud autem uere nuncio, ipsum nunc aut in Zackmar aut in Cassouia esse. Omnem uero deinceps curam adhibebo, ut si quo modo illum nancisci aut capere Deo adiuuante potuerim, res uti gesta erit non sermonibus hominum Ioannis Moldauiae Palatini, sed per certos meos nuncios à me ad Excelsam Curiam renuncietur. Nunc etiam ore omnia prolixè per hunc egregium Mustapham Chiausium significaui. Quod reliquum est, Deus vitam prosperam Vestrae Eccellentiae concedere dignetur.

Datum Coloswarij, nono mensis Decembris 1572.

DCXXV.

Petițiunea lui *Bogdan-Vodă* către *Colonelul Hans Rueber* cerênd mijlocirea lui pentru recucerirea Moldoviĭ. 1572. 18 Noemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Petitionis a Magnifico Domino Domino Despotowicz etc. Spectabili ac Magnifico domino Ioani Ruebero etc. etc. Oblatae Cassouiae X. Decembris MDLXXII.

Imprimis.

1. Ostendit se, mandato patris sui ante aliquod annos demortui, esse astrictum, seruire famae et vtilitati Reipublicae Cristianae.

2. Deinde traditum esse in tutellam et patrocinium pie memoriae Sigismundo Augusto nupper demortuo Regi Polonorum à preffato parente suo hac racione, ut eum dirrigat ad seruitia principum christianorum.

3. Postea, Regia Maiestas qualiter eum in suam Clyentellam receperit, et iuramento corporali obligauerit, suum etiam Regium iuramentum adhibuerit, Et talia, priuilegio sub Regni senatorumque Regni nonnullorum sigillis roborauerit id obtulit.

4. Demum, quomodo per aliquod annos magno sumptu, exploratores Constantinopoli alluerit, Regique Poloniae omnia secreta Turcarum manifestauerit, non sine magno Regni commodo, et quanta cum gratitudine id Majestas Regia ab eo excipuerit: id litteris manu praeffatae Majestatis Regiae subscripta, ostendebat.

5. Postea, quam frequentioribus litteris Majestas Regia, eum hortata fuerit, ut nemini tale secraetum aperiat, et, ut sit paratus, volens preffata Majestas in braeui Turcarum, seiecto faedere, bello adoriri.

6. Tandem, praeterita hieme, cum vallidissimo exercitu, dum missus Tatar Han a Turcarum Imperatore in Podoliam, Causa Captivorum pro Triremibus parandorum, fuisset, petitus, et monitus à Regia Majestate: misit 20,000 equitum in subsidium Polonis contra Tartaros, quo facto Tartari rebus suis infectis tergiuersari sunt coacti, id litteris manifestis ostendebat.

7. Quo viso Turcarum Imperator grauiter est commotus erga eum et suis foedifragis practicis cum quibusdam proditoribus eius Vallachis hunc modernum intensum misit.

8. Quae omnia et si eum non latebant, omnes enim practicas istas exacte nouerat, subinde per litteras Regiam Majestam tanquam tutorem suum; pro Subsidio est obsecratum, sed nihil solidi obtinuit. Affirmabat enim Regia Majestas istud nichili fore: et misit legatum ad Turcam: literis: non armis: id mitigare vollens, ea omnia litteris ostendebat.

9. Cum autem Copias auxiliares extraneas, preter aulam suam quae erat contra tantam magnitudinem exigua, habere non poterat, Valachisque vitam suam concredere nolendo: Venit ad limites Poloniae in castrum suum Chotin appellatum, ut exinde cicius aliquas copias nancisci valeat.

10. Sed cum iam crebri rumores per illius exploratores illi in aures perferebantur iam transijsse Danubium: modernum intrusum, proceresque Regni Moldauiae valde turbatos fore et nonnullos de proditoribus eius adhesisse dicto intruso, munita arce preffata: fidelibus seruitoribus et belli gerandi optime peritjs Polonis, victualibus etiam, et tormentis pro vno anno duraturis, celeriter veni Poloniam ut in Regia Majestate habeam auxilium, ista omnia litteraliter docuit.

11. Tandem Regia Majestas misit ad eo aliquod millia exercitus cui praeferit Magnificum Nicolaum Mielieczkj vayuodam Podoliae. Cum autem ingressi fuimus Dixit

in terra Valachiae, iam erant Turcae frequentissimi : conflictum nullum facere volebat, preffatus Vaiwoda excepto iaculis tormentorum aliquo numero turcarum interfecto quorum affirmabant esse mille et trecentos et ita reuersi fuimus: Valachi autem propter metum tirranidis Turcarum coacti sunt suscipere istum modernum Armenum circumcisum.

12. Interim Turcarum Imperator misit Czaush quendam ad Regiam Majestatem cum quodam in solem coram Rege, et Regni Senatu iuramento, ut, ipse, Constantinopolim se Cesari sisti, persuasus: a Regia Majestate non timeat, promitens sub praeffato iuramento Caesar Turcarum, eum se missurum in sedes paternas; et qualiter ista omnia contempsit nolens Turcae, antigonistae Christianorum seruire: id litteris Regiae Majestatis ostendebat.

23. Interim est Rex mortuus, et ille destitutus praesidio illic remansit: Poloni iusserunt eum expectare nouum futurum Regem; subsidium illi promittente se daturos etc.

14. Ille tandem venit Cassouiam: Et hec tria postulavit à Spectabili et Magnifico Domino Ruebero, primum ut nunc posset, ad magis duo millia millitum propria pecunia, cum quibus posset patriam ingraedj conducere.

15. Secundum, vt pro verno tempore posset aliquod millia Hungarorum et Germanorum pro peccunia sua habere cum quibus posset aliquantulum repprimere insultus Turcarum qui ex hac parte Danubij manent.

16. Tercium ut pro Autumno Auxilium habeat à Caesarea Majestate Et, ita muniatur praesidio christiano, ut posset tuto littus Danubij, et Vicinitates Turcicas, quae olym Moldauica erant, adimere.

17. Ex nunc autem ut sesse: non dicat neque nominet esse Vassalum Turcici imperij; sed tributarium et subditum Romani imperij.

18. Vt autem eo caucius illi confidat sua Majestas Cesarea, rogauit Dominum Magnificum generalem: ut, eo tempore, quando dabitur facultas; conducendorum pro primo negocio, millitum: in his partibus supperioris Hungariae, mittantur cum eo tres germani, homines periti rei militaris, cum alijs millitibus, quibus ille, tres Arces munitissimas: pro Sacrae Caesareae Majestatis Auctoritate committat et ad manus tradat utque non dicantur illae Arces Bogdani Vayuodae, sed Caesareae Majestatis, et hoc ut qualicunque casu superveniente in dictum Bogdanum, ut praefatae Arces nemini dedantur nisi Sacrae Caesareae Majestati, vel, cui sua Majestas commiserit et mandare dignata fuerit.

Hoc vnico et Summario argumento omnia concludendo ut sua Sacratissima Caesarea Majestas consullet in suo senatu quo pacto huiusmodi animum illius, fulcire, munire et deffendere posset: et hoc pro laude et gloria nominis Iesu christi Domini et Saluatoris nostri; et vtilitate omnium, qui Christo domino fidem dederunt: pro immortali autem gloria et perpetua fama Sacri Romani imperij. Haec autem omnia affirmabat se non sui priuati commodj gracia: sed vt: seruiat famae et commodo, tocius orbis Christianae professionis se facere velle. In eiusque rei fidem ac euidencius testimonium anulari sigillo presentia muniuit manuque propria subscripsit. Actum Cassouiae die et anno ut supra.

(L. S.)

Bogdan Dospothouicz.

DCXXVI.

Raport către *Impèratul Maximilian II.* despre remonstraţiunile facute de Turci din causa, că Imperialii au scăpat pe Bogdan-Vodă din mânile Ardelenilor şi despre pregătirile de resboiŭ ale ţerii. 1572, 21 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Sacratissime Caesar, Domine Clementissime.

Questus est heri mecum Mehemetes Bassa de Zackmariensi Capitaneo à quo diceret Bogdanum Moldauiae antea Palatinum, Comitesque suos captivos ex manibus Transyluanorum ereptos et abductos. Ait scribi à Sulthano et à se ad Caesaream Majestatem Vestram literas quas vbi paratae essent, mihi traditurus foret, ut transmitterem. Earum summam esse: Postulare omninò Sulthanum secundum pacta conuenta pacis Majestas Vestra eundem Bogdanum cum Comitibus huc transmittat, petiuitque à me ut in eandem sententiam ad Majestatem Vestram scriberem. Literas eas simulatque habuero, per certum hominem ad Majestatem Vestram mittam et de omnibus quam accuratissimè perscribam. Interim cum occasio offeretar, iamiam Venetias abeuntis Nuncij, haec pauca signisicanda putavi. Literarum in Poloniam et rursus inde huc ultrò citroque superiore anno crebrius scriptarum exempla ad Majestatem Vestram misi declaravique quaacunque in eo negocio, quantum quidem resciscere potuerim, acta fuerunt. Quamobrem superfluum foret repetere quae deinde Ioannes Moldauiae hoc tempore Palatinus de eodem Bogdano in Transyluania prius capto, postea erepto signisicauerit deque Mustapha Chiausio in Transyluaniam ablegato Majestas Vestra ex prioribus item meis intellexit. Is Mustapha Ciausius sexto huius mensis huc rediit cum literis Transyluaniae Vaiuodae Coloswarii nono Decembris praeteriti datis, quibus casum erepti Bogdani significat, Earum exemplum nactus sum et unà cum supranominatis Sulthanicis et Mehemeticis Deo iuuante transmittam. (Nun folgt Fremdartiges.) Discessit hinc his diebus quidam Soleyman Celebi Chiausius ad Principem Tartarorum cui à Sulthano vestem inauratam et cusem gemmatum muneri fert. Rumor iactat eos in bellum aduersus Venetos aut Regem Catholicum euocari, sed tamen Mehemetes Passa mihi asseruit nusquam eos euocari neque horsum egressuros, sed mandari iis ut pacem cum Polonis colant, et nonnulli eos in Moscouitam hinc animari et excitari aiunt, ut superioris aestatis cladem ulciscatur.

Adlatae sunt huc literae Ragusio ab oratore Francico Episcopo Ascensi, quibus scribit sibi iam nauim Venetias uersus conscensuro, adlatas à Rege suo literas cum mandato ut ob seria et grauia negocia ad hanc Ottomannicam Curiam reuertatur. Id is quem hic uice oratorem seu Agentem reliquit, his diebus quemadmodum intelligo, ut item reliqua ex Francia de Amiralii Caede et aliis occurrentibus perlata Mehemeti declarauit. Ipsum tamen Episcopum Ragusio huc discessisse nondum certo auditum est, et sunt qui putent eum expectare responsum Regis ad literas quibus ne huc sibi redeundum sit deprecatur. Quò hac evasura sint, res breui indicabit.

Sulthanum nusquam se commoturum hactenus publica omnium fere vox et opinio fuit, neque ullis aliud indiciis cognosci potuit. Hodie demum Mehemeti reliquisque Passis Visyrijs in Diuano publico considentibus per schedulam (Tesquere vocant) significauit omniò uelle se in expeditionem ire jussitque ut subito accersitis Ianitzarorum, spahiorum, sclopetariorum curatorumque curruum rei Tormentariae reliquorumque huius portae ministrorum et item jumentorum praefectis mandarent tela ad velorum vsum, *veluti Majestas V. ex adiuncta translatione intellectura est.* Multa hic de Francicis tumultibus feruntur quae dubitationem inijcere possunt, eane quae Rex hinc petiit ex animo et vero (ut aiunt) vultu, an per simulationem petita sint, cum alicunde etiam ex missione telae res certius progressu temporis iudicabitur.

Beglerbegus Graeciae tertio huius mensis huc aduenit.

In Classe instruenda plurimum passim laboratur neque dubitatur quin plus quadringentas Triremes Turcae habituri sint, verum quantum intelligi potest, putantur tantum ad Tercentas Triginta aut circiter armaturi, Ianitzari ad quinque millia et quingenti hactenus descripti, quibuscum ipse Ianitzarorum Aga iturus dicitur. Spahiorum quoque Portae magnus numerus et quod nunquam antea vsitatum fuit, dimidia pars Capigiorum et Solackorum Sulthanicorum qui utrique octingentorum tantum numerum in vniuersum attingunt, plaerique etiam ex Sartoribus Gebesiis seu Bombardarijs, stabularijs et alijs ministris portae similiter ad Triremes descripti sunt vltra ingentem numerum Timariotarum ex Asia et Europa. Praeter dictas Triremes habituri existimantur in vniuersum XVI. Naues magnas, XX. Mahonas quamquam de 30 ordinatum dicebatur. Et quinquaginta Caramusalias, et praeterea vltra sexaginta Hippaginum aut circiter veterum quae reficiuntur numerum. Quinquaginta Hippagines quas jussas confici intelligo. Et haec futura Classis ratio nunc quidem initur et renunciatur ab ijs qui Naualia curant, et haec optime nosse possunt. Pyali Bassa cum Vlutzaly toti Classi praefuturus est et parant se ut quam celerrimè primo vere egrediantur. Triginta Triremes prae ceteris summa diligentia instruuntur quorum pars Algerium cui metuunt quam primum itura dicitur. Hippaginum numerus hos de transfretatione cogitare arguit et publica opinio est, vel Cretam, vel Concyram tentaturos. Passa in suo colloquio quod mecum habuit Siciliae et Italiae, minatus est, vti Maj. Vestra antea intellexit. Sulthanus ipse nusquam egressurus est ad expeditionem quantum adhuc colligi potest. Parat se ut intra tres quatuorue dies venatum exeat in vicina huic urbi loca et paucos dies abfuturus dicitur.

Mustapha Bassa cum Beglerbego Graeciae comparat se ut exercitui terrestri praesit, et terra alter versus Corcyram, alter uersus Iaderam (quo nauium est Comeatuum aliosque apparatus ad Danubium et Sauum fieri iussos spectare publica uox est.) profecturus est existimatur, ut hostium vires distrahantur. Quo quidem sunt quo hactenus intelliguntur. Sagaciores tamen dijudicant nihil certi statui posse, sed horum consilia ad christianorum conatus et motus accommodanda esse. Superiorum mearum literarum tertio huius mensis et vltimo Nouembris datarum exempla his adiuncta sunt. Quod reliquum est etc. Constantinopoli 21. Decembris 1572, Quas nudius tertius per viam venetam misi, nunc oblata commoditate exemplum per eandem viam mitto. Sulthanus heri venatum egressus est, mox rediturus. Datum 23. mensis et anni vt supra.

DCXXVII.

1572. 22 Decem. Raportul lui *Hans Rueber* cătră *Impĕratul* despre solia venită de la Domnul Moldovii şi despre cererile lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Allerdurchleutigister Grossmächtigister Romischer Khaiser etc.

Allergnadigister Herr, Als von hinnen vor 14 tagen, das des ietzigen Moldawischen Weyda gesandter, Abraham Metropolit zu Zotschaw, Haimwerts tziehen sollen, hab von Eur Khay. Mt. wögen, Ich Seinen, von Seines Herrn wögen gethannen Eydt, das Er Eur Khay. Mr. trew sein wölle aufgenummen. Entgögn von Eur khay. Mt. wögn Ime guete Vertrostung, iedoch unverbundtlich, vnd nebens meine guetwillige Dienst tzu-

embotn. Sowol den gesandten selbst, mit verehrungen, allem guetn willen, vnd mueglichen Höflichait abgefertigt.

Ist alsbald, vnd ain tag zuuor, der neulich vertriben Bohdan Weida aus der Moldaw (vber mein an Sich gethonnes Schreibn) das Ich Ime, vngevhardlich auf 2. oder 3. meill weges von hinne, entgögn khumen, vnd Seine begern alda vernehmen wolte: Selber hieher, mit etlich, vnd Zwainzig, vnd den maistn des Homonnay Ferentzn Diennern, in der stille, auf Schlittn ankhumen, Sich, mitler Zeit Ich mit andern geschaftn beladn gewöst, Er für mich nit khumen, vnd allhie gewöst, in Seinem losament gantz still, vnd eintzogen Verhalten, also das die wenigistn Sein Hiewösen werden vermerkht haben.

Alsdann seind wir in meinem Losament viermal, vnd allwög des morgens frue, vmb funf, und Sechs Vhr in gehaim tzusamen khumen. Vnd Er Seine Sachen mit sonderlichen beschaidenhait, Vnd Vnd (sic) guetem Verstandt, durch Seinen, Ime von der weillundt Khu, Mt. in Polln Zuegeordneten vertrauttn Secretari Christofen Gayowsky, an mich bringn, Ich entgögn durch Eur Eur khay. Mt. mir Zuegebnen Veldt Secretari Johannem Zaschkowsky Ime antwortn hab lassen.

Sein Person betrefundt, Ist ain feine Junge Person bei. 20. Jaren, Zimblicher Höche, braun Martialisch gesicht, Im redn, geberdn, vnd thuen fur Sichtig, höflich, ernst, vnd gantz Schiedlich.

Wann mich aber Sein, gemuet, fürhaben, vnd anbringen, gantz Leidlich Vnd Adelich, mit grundt vndt gerecht, rhödlich vnd warhaft ansehen thuet (Daraus Eur Röm. khay. Mt. vndt der gantze Christenhait son lere wohlfahrt, vnd grosz aufnehmen entstehen khondte) Hab dasselbe nit allain von Ime Sumarie in schriftn vertzaichnet begert. Eur khay. Mt. (wie es hiemit beschicht) zu merern gewiszheit haben in Specie tzuezuschickhn. Sondern beineben tzu erklahrung solcher Seiner schriftn, Inmaszen dieselbige Nummeriert vnd gestelt ist, Eur khay. Mt. Articlweis hiemit, etwas lautterer Sein gantze werbung zueschreibn, vnd entdeckhn solln.

Nro. 1. Erstlichen hat Er antzaigt, wie Ime Sein Vater Alexander Moldawischer Weida, so vor Ime mit todt abgangen, ernstlich bruolhen, vnd mit ainem Eydt Ine dartzue Verbunden hat. Das In massen Er Bogdan Weida, auf den warhaftign Christlichn glauben getauft wer, Also auch dem lob, vnd wolfahrt der Christenhait, Sein lebenlang diennen sollte.

No. 2. Darauf hatte er Ine, dem nahist verstorbenem Khunig von Polln, Sigismundo Augusto als ainem Tutori im Testament beuolhen, Vnd alsbald an Seinen khuniglichn Hof gebn, auf das Sein khu. Mt. Zu Irer selbst, Vnd anderer Christlichen Fürstn Dienstn, Ine auftziehen soltten.

N. 3. Solches auch der khunig aus Polln treulich gethon, vnd Ine Bohdan, an Seinem khuniglichem Hofe, etlich Jar behalten. Letzlich mit Ime ain gehaime Verpundtnus, Vider den Turkhn ainen khrieg furtzenehmen gemacht, vnd dieselbe mit baider Seits leiblichen, vnd In Schriftn verfastn geferttigttn Eydt bekrefttigt, vnd bestatt hat. Hievon hab Ich Irer khu. Mt. aus Polln etliche, an Ine Bohdan darumb geferttigte Sendtschreiben gesehen, Vnd Vernummen, wie Ine der khunig aus Polln Vermant, wölle solvon Ir furhaben in der Enge bei Sich behaltten, vnd vor der gelgenen tzeit, wölche Sich berait sehen liesse, nichts anfahen. Sondern ingehaim, vnd aufs best erkhondt, mit allerhandt notturftn, Vnd dem dartzu notwendigem vnkhostn Sich gevast machen. etc. Den Haubtbrief hab Ich zesehn nit begert, weill gemeldte Send Schreibn solches Sein antzaign lautter, vnd glaubwierdig genueg gemacht haben.

Desgleichen seindt die Artickl Nro. 4, 5, 6, (der 7, ist laider an Ime selbst also) sowol N. 8, 9, 10, 11 Vnd 12 durchaus warhaft, vnd entzaigtter massen, mit der khu. Mt. aus Polln selbst aigenen geferttigtten, Vnd mir furgelegten Schreiben lautter Vnd wargemacht worden. Die Vbrigen Articl werden hernachvolgendter massen erklähret.

Auf oberzeltte warhaftige Seines yetzign Vnfall, vnd Ellendt vrsachen, hat Er gantz Ernstlich Got Zu Zeugn ruefend vermeldt, Wie Ime numer nit vmb sein Land vnd

die Regierung, Sondern am maisten, vmb die gantze arme Cristenhait, vnd sein guets Lob Zethuen wäre. Er seie bisz hero (Gott lob) also ertzogen, wölle auch mit gottes hilf gewisslich mit Seinem Sabl, Vermugen, bluet, leib, vnd leben solches Versigln, das er nie bedacht gewöst noch ist, etwas Seines aigennutz halber fur Zenehmen. Sondern in allweg, nach Got dem allmechtign, dem allgemainem nutz, vnd wolfahrt der Cristenhait allain, vnd wolgeundts Seinem Selbst, vnd Seines Vraltten löblichn despotischen geschlecht guetem lob, vnd nahmen tzedinnen entschlossen.

Wölches Sein Cristlich gemuet, nit allain aus Seiner tzucht, darinn Er, wie obvermeldt auferwachsen, vnd der obgedachtn Seiner, mit höchsternentter khu. Mt. in Poln, gemachtn wider den Erbveiendt der Cristenhait, dem Turckhn, vnd Seinem anhang Verpundtnus, genuegsam tzu vermerckhen ist: Sondern eben aus Vrsachen, Er ietzt von land, vnd leuten vertribn, vnd insz elend gerhaten: Nähmlich dero Seinem, dem Polnischn khunig, wider die Tartern gelaistener hilf halber: Vnd das Er Sein lebenlang dem Thurkhischn khaiser nie Verpflicht gewöst ist, noch Ime gehorsamen, vnd vnderthon hat sein wöllen: Seines erachtten bei mannigclich, wie guet, vnd mit weme Er es maine, laider lautter genueg gemacht, erzaigt, Vnd im werkh dargethon hette.

Dann do Er anderst bedacht gewöst, oder noch sein wollte, Wäre Ime ye beuor gestanden, vnd noch, des Turckhischen Khaisers Huld tzuerhaltten. Wolle aber (wie bishero) Seines Vatern Saligen beuelich, vnd Seinem gethonnem Eydt, bis in Sein grueben gehorsamblich nachkhumen, es gehe Ime daruber wie Got wölle.

So habe Er (Got lob) auch so vil im vorrath, So ansehendliche freundtschaft, Zu Venedig, in Italien, vnd Polln, wo Imme auf dieser Welt ain rhuebigs leben, nur essen vnd trinckhen, vnd vnd (sic) nit etwas der gantzn Christenhait Zum bestn, vnd Ime selbst löblichs vnd tapfers fürzehaben liebete, das Er Seinem Stand nach, Sein lebenlang wol bleibn khondte, vnd khaines menschn genaden tzeleben nit notturftig wäre.

Vnd das dem allein also seie, Begere er für das Erste, vnd auf dits mal von mir khain andere hilf. Allain die verlaubnus, bei Zweitausent mann, von Deutschen, von Hungern allhie vmb Sein gelt antzenehmen. Mit wölcher, Seiner getreuen landtleut (So die maisten vnd vast alle noch Im landt, Ime treu vnd Hold sein, vnd Zur Haimbegern) Zusambt anderer Seiner guetn freundt Hilf (nach Got) Er Ime getrawet in Sein land, noch diesen Winter Zekhumen.

Dessen Er durchaus gar gewiss wäre. Dann der ietzige eingedrungener Weida khondte Sich diesen winter der Turkhn Hilf, Sowol der landläut (wölche Ime Seiner Tirannei halber abhold seind) gar nit getröstn. Auch So habe Er gewisse khundtschaft, das Er der ietzige Weida, welcher ain beschnittener Armenier sein solle, Ime selbst nit trawet, das land in die länge tzuerhalttn. Darumb Er auch alles das gelt so nur von den einkhumen im Land einbracht wirt, alsbald in das nachiste Stattl Jenhalb der Tanaw, so dem Türkhen gehörig verschickht, vnd aus dem Land fuehren last.

Fur das ander, damit Er in Seinem landt Harrlich Verbleiben, vnd auf khonttign Sumer dem Turckhen widerstand thuen khondte, ist Sein bit, Ich wölle auf angehundn Fruehling, auch etlich Tausent mann, vmb Sein gelt von hieraus bstelln, vnd Ime Zuekhumen lassen. Dann Er Sunst, mit Seinem landtvolkh, bisz in die Achtzig tausent mann starkh auf sein khondte. Letztlich Ich wölle Eur khay. Mt. von Seinetwögen Vnderthänigist bittn, Sie gerhueten Ine in Ir khay. Mt. gnadigiste Schutz vnd Schirm nehmen, vnd do es von nottn sein wurd, mit mehrern hilf nit lassen.

Entzögn wölle Er (wie Sein Vater Alexander von Ime dem Turkhiscken Khaiser) Eur Romischn khay. Mt. vnd dem hailigen Romischen Reich vnderthan, gehorsam, vnd getrew sein.

Vnd vernner gögn Eur khay. Mt. Sein vnderthanigiste treu zuerzaigen, Bit Er gehorsamist, Eur Röm. khay. Mt. wölle alsbald Zu Seinem Hineinzug, drei Ansehenliche, kriegserfahrene, vertrautte Persone, mit Ime hinein schickhen: Wölche von Eur khay. Mt. wögen, die fürnähmbistn drei Haubtvestn, vnd Schlösser, Zotschawa, Chotyn, vnd Zorow, darinn im landt vbernehmen, mit lautern Deutchen besötzt Innhaben. Vnd

Vnd auf Seinen des Bogdan Weida Todtfall, für Eur Röm. khay. Mt. Sambt dem Landt, erhaltten khondten, vnd solln, Solche Haubt Persone wölle Er in gemeldtn Heusern, sambt darein gelegttem kriegsvolkh vnderhaltten, vnd die heuser mit notwendiger Prouiant, vnd Munition, auf ein Jar lang all Zeit versehen.

Vnd ob Er wol wisset, das an Eur. Röm. khay. Mt. vnd anderer Christlichen Potentaten muglichem vleisz, vnd Sorg nit erwindet, wie dem Erbveindt der Cristenhait dem Turckhn möchte gewöhret, und die Cristenhait in aufnehmen wider bracht werden khondte. khondte Er dennoch aus Seinem gögn der Cristenhait gemeinem Nutz, angebornnem Eyfer, vnd brennendem Hertzn mir vnantzaigt nit lassen, wie Er Selber den Augenschein genumen habe, vnd mit warhait sagen khan. Das dem Turkischn khaiser, der weg aus Asia in Europam, aus khainem landt besser, vndt leichtter, als eben aus der Moldaw khondte gewöhrt werden.

Dann die Moldaw wirt von dene Asiatischen Tarttern, vnd den Turkhen, durch das Braitt und grosz Schifreich wasser Bresth (1) von ainer seiten, vnd von Seruiern vnd Griechn, von der andern seiten durch die Tanaw geschidn. An dem ort nu die Brest in die Tanaw felt, vnd der Turkisch khaiser alle Sein Artellerie vnd Munition, noch der Tanaw aus Asia in Europam aufwarts fuehrn last, khondt in der Moldaw ain Zimbliche vestn erhebt, daraus der Tanaw Strom am bestn verthaidigt, vnd der Weg aus Asia in Europam den Turckhen am leuchtistn gestört werden. So wol auch den Tartarn, wölche auch nit weit von dem selben ort, durch das wasser Bresth in die Moldaw hervber schwemmen, vnd sunst nindert hervberkhomen mugen. Aus Vrsachen. Mitten in dem wasser Bresth, Seie ain Insl bewohnt mit freien leutn, Wolini genant, wölche weder dem Turckhn, noch Tartarn, noch khainen Menschen tributiern, Sondern Verhuetn allain aus der Insl das wasser Bresth, lassen khainen menschen darvberfahrn, Vnd rauben alles was Sie darauf bekhumen, Turchn, Tatern, Vnd Cristen, Ziehen auch aus der Insl nimer aus, Seind vngevhardlich in die Zwai vnd Zwaintzig tausent mann starkh. Wann nu die vberführ vber die Bresth den. Tatern, an gemeltem ort Sie in die Thonaw felt aus der Moldaw auch gewehrt wurde. Welches mit beider Walachaien hilf gar wol beschehen möchte, khondte desselben ort, baide vor Türckhn vnd Tartarn gantz Europa versichert werden. So hatte der Turkisch khaiser ietzt nur drei Hauser Inne, disz halb der Tanaw in der Moldaw, wölche auch leichtlich eintzenehmen wärn, vnd do Ine Bohdan höchstgedachtte weillund khu. Mt. aus Polln nit davon abgehaltten, het Er selbst die bisshero eingenumen.

Also hette er Sein wolmainend, der gantzer Cristenhait Zum bestn, rhödlich gemuet mir antzaigen sollen, vnd alles darumb, das er nit gesehen noch gewust, weme Solches von Ime am gelegenisten vertrawt werdn mugen. Mit vleissiger ernstlicher bit, weil dieses sein gemuet, Sunst niemandt, vnd des Polnischn khunigs mit Ime verpundtnus in höchster gehaim, vnd nie mer, als baider Saits drei Personen, wiszlich, vnd vertraut gewöst, Ich wölle vnbeschwart die treue verwarnung thuen, damit Solchs von Eur khay. Mt. Hofe aus nit dem Turckhn nit zu Ohrn khomen, vnd Er alsdann etwa darumb, in die Moldaw ainen Zantschackn, oder Paschen, bei ietziger gelegenheit, der gantzn Cristenhait zu höchstem nachthaill, eintzesötzn Vrsach nehmen möchte.

Darrauf Ich Ime Erstlich getröst, Sein Cristlich, rhödlich, vnd recht Fuerstlich furnehmen vud gemuet (wie billich) gelobt, vnd letztlich auf Eur. khay. Mt. gnädigistn bschaidt abgewisen hab.

Er mir entgögn, was für nutz, vnd anderer Nationn der ortn naigung, tzu Eur khay. Mt. vnd der Cristenhait, Sein aufnehmen, Vnd Regierung mit Sich bringen: Vnd herwider do Er abschlahign bschaid haben soll, was es für Nachthail vrsachn möchte, mit wenig wortn ertzelt. Vnd letztlich geantwort, Wölle Im nahmen Gottes, etwa auf drei, oder vier meill weges von hinne, Eur. khay. Mt. gnädigistn bschaidts erwarttn, ist also gestern frue gantz still, one tumult von hinne verruckht, wirt Sich mittler Zeit, als Ich Vernehme beim Homonnay Ferentzn aufhalttn.

1) Wahrscheinlich: Dniester (Borysthenes).

Es Zweifelt mir nit, aus beiligundn Seiner des Bohdan Weida Vertzaichnus, vnd diesem meinem Schreibn, werden Eur Röm. khay. Mt. ider von Got dem allmächtign begabttem höchsten verstand nach, aigentlich gnädigist vernehmen, erwögen, vnd Zeschliessen haben, das Er der Bohdan Weida in der warhait, mit der Cristenhait gar wol gemaint, darumb in ietzigem Vnfall ist. Vnd khonftig, do Ime Got wider zu lande hulf, ongetzwaifelt nur desto bestandiger, in Seinem Cristlichem Eyffer, vnd löblichem fursatz, Eur. khay. Mt. Vnd der gantzn Cristenhait Zum bestn, verharrn wurde. So wäre meines ringen erachten diese gelegenhait in khainerlai weg auszeschlahen, Zuvorderist do auf khonftign Sumer die Cristlich Armada vortruckhet, vnd Eur Rom. khay. Mt. auch Zu landt ainen veldt zueg furzenehmen Gelegenhait heten.

Imfall der ietzig Moldawisch Weida Turkischer Religion ist, wie Solchs glaublich weill Er so lang drinnen fängklich gewöst, Ist auf Sein bestandigkhait Sich wenig Zu Verlassen, was er thuet wirt aus forcht beschehen. Beim Bohdan aber ist das Hertz, Eyfer, vnd grundt aufrecht, vnd vom anfang guet, vnd destoweniger gevhardt tzubesorgen.

Eur khay. Mt. stehet es beuor sich hieruber des bestn Zuentschliessen. Weill Ich aber vernumen, wie Er Bohdan, ain weg, als den andern, entschlossen war, noch ainen tzueg hinein furzenehmen (vnd Solches, mit Seines Vatern, an gewissen Ortn verhalttenem Schatz, wol thuen khan) Wäre main Vnderthanigist guet Dunkhn, do Eur khay. Mt. Sich Seiner, auf dits mal, antzenehmen khain gelegenhait hatten (weil es ausser ainichen vokhostens beschehen khondt) das Sie Ine dannoch, mit ainem gar gnädigem Schreiben, auf weitere gelegenhait aufhielt, vnd ain Solch Furstlich vnd Christlich gemuet, nit vonstundan Vngewirdigt, Vnd Vngeacht hinweg khomen liessen.

Jedoch wie obvermeldt, stehet dieses alles Zu Eur khay. Mt. gnadigistem gefalln. Vnd Ich hab die gantze Sachn, wie Sie an Ir selbst vnd bei mir furkhumen, Eur khay. Mt. hiemit Vnderthanigist Zueschreibn solln. Der Allmechtige Got wölle tzu Eur khay. Mt. Rhat khomen. vnd das Irige, so zu Ehrn Seines gütlichn nahmen, Vnd wolfahrt der gantzn Cristenhait raichn solt, helfen insz werckh setzen, gluckh zu ende bringen, Vnd Eur khay. Mt. in langwierigem guetem gesundth, vnd glückhlichem Regiment gnädigklich erhalten. Zu dero khaiserlichn hulde Vnderthanigist empfelhundt. Datum Cascha den 22 Decembris 1572.

Eur. Rom. khay. Mt. Vnderthanigister getreuer Dinner

H. Rueber, m. p.

(Aufschrift:) Der Rö. Kay. Mt. Zu Hungern vnd Behaim khön. Mt. Meinem Allergnedigisten Kaiser vnd Herrn, Irigen Handen.

DCXXVIII.

Ordinul *Sultanului* către *Ioan-Vodă* din Moldova, ca să-i dee ajutor Principelui Báthory. 1572.

(Bathorianum Protocollum Authographum. Biblioteca museului din Pesta.)

Exemplum Literarum Imperatoris Turcarum ad Iowan Moldaviae Vaivodam de ferendo subsidio Principi Bathorio.

Iován vajda, moldvai vajda, az én parancsolatom, hozzád jutván, ugy tudjad, hogy az ellenség felöl az országnak ha valami bántása terténik és az községnek valami zendülése bodulása terténnék ki hireddel lenne, és Báthori István erdélyi vajda, tetüled valami segitségöt kérne, hát minden halasztás nekül teneked parancsolok hogy az én parancsolatom tehozzad jutván, mindjárást az Erdélyországnak és az benne való községnek segitséggel legy. Ebbe semmi halasztásod ne legyen. Ugy tudjad. Ebbe egyebet ne tégy.

Ioan-Vodă, Domnul Moldovii, sosind porunca mea la tine, așa să știĭ, că dacă din partea dușmanului țara va suferi vre-o bĕntuire și s'ar face în obștie vre-o turbare, primind tu știre și cerĕnd voĭvodul Ardĕlului Stefan Báthory ce-va ajutor de la tine, îți poruncesc ca fără de nici o întârdiere să pleci, îndată ce vei fi primit porunca mea, cu ajutor în Ardél. Acésta să nu amâni a o face. Așa să știi. Alta să nu faci.

A tergo: Exemplum litterarum Imperatoris Turcarum ad moldanum, de ferendo Illustrissimo Principi auxilio; litterae sunt binae, quarum alterae debebant dari ad Transalpinensem sed errore forte scribae factum, ut ad Moldavum darentur, transalpinensi omisso.

DCXXIX.

Raportul lui *Carol Rym* către *Impĕratul* despre stăruințele Porții să i se extradeze Bogdan-Vodă. 1573, 24 Ianuar.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

Intellexit, uti confido, Caesarea Maiestas Vestra ex literis meis 17. huius mensis datis, quarum exemplum cum his habitura est, Mehemetis Passae pridie eius diei propositam mihi de Bogdano Moldauiae antea Vayuoda à Zackmariensi Capitaneo è Transyluanorum, vti dicebat, manibus erepto et abducto querelam, deque eodem à Maiestate Vastra Caesarea ad hanc portam transmittendo postulationem, de quo cum literas à Princìpe Turcharum et à se ad Maiestatem Vestram scribi dixisset, eas modo ad me misit, ut per meorum aliquem ad Maiestatem Vestram mitterem. Id quod eò libentius faciendum mihi duxi quod hac occasione me tuto de ijs quae hic aguntur et audiuntur, ad Maiestatem Vestram scripturum putarem, non dubitans quin eorum intelligendorum desyderio ipsa teneatur, neque sanè satis certus an scriptae antea à me literae in his itinerum passim obseruatorum difficultatibus rectè perlatae sint. Itaque hunc latorem Laurentium Goz-

thony Hungarum, famulum meum, summa celeritate ad Caesaream Maiestatem Vestram expedio, per quem si quam primum responsum mittere dignabitur, liberatura est hos Barbaros magna suspitione, quam ex ipsa Bogdani receptione de Maiestate Vestra concepisse uidetur, quasi minus ad pacem conseruadam animata sit, quam sanè suspicionem et coniunctum metum non antea deposituri sunt quam quicquid huius actum sit, (si quid modo actum est), nequaquam Caesarea Maiestate Vestra conscia accidisse, et ipsum Bogdanum è Maiestats Vestrae Ditionibus in alias Christiani orbis Regionis se contulisse intellexerint.

Quot et cuius generis literae hinc in Poloniam et inde huc eiusdem Bogdani, antequam è Polonia eum in Transyluaniam discessisse constaret, causa scriptae, quaeque vltrò citroque acta et tractata, ac deinde de ipso à Moldauiae Vayuoda Ioanne huc significata sint, non repetam, quandoquidem et omnium literarum exempla, quae nancisci potui, ad Maiestatem Vestram transmisi et reliqua perscripsi.

Quind autem ipse Transyluaniae Vayuoda ad Principis Turcharum et Mehemetis Passae literas, quibus Bogdanum huc transmitti imperauerant, misso ea de causa Mustapha Chiausio responderit, ex ipsius literarum Hungaricarum Coloswarij nono die Decembris datarum, et ab eodem Mustapha sexto huius mensis huc adlatarum latina interpretatione adiuncta, Maiestras Vestra cognitura est. Literarum argumentum ipse Mustapha apud Passam (vti ex eo intelligitur) ore subsequutus est, nisi quod cum literae nullius certi Capitanei certorumue preesidiariorum militum Caesareae Maiestatis Vestrae, qui Bogdanum eripuissent, mentionem facerent, ipse à Zackmariensibus rem actam retulerit, vt item Moldauiae Vayuodae missis cum Transyluani literis antea indicarat. Cum verò Mehemetes, priusquam Principis Turcharum et suas literas mihi mitteret, earum exempla mihi communicari iussisset, ego miratus, quae de Cassouiensi Capitaneo et nonnullis alijs eius similibus Dominis, itemque Tartaris scripserat, ac ut de his et varijs colloquereri ipsum vigesima huius mensis denuò adiui et percunctanti mihi nomen eiusdem Capitanei scriptionisque circumstantias: Respondit, non opus esse, ut ederet nomen, sed eum esse praecipuum Cassouiensem Capitaneum, qui superiore aestate huc scripserit literas, quibus seruitia sua Principi Turcharum detulerit dediderique; eas literas ab ipsius stabulj Magistro, nempè Mathia Croato, de quo ad Maiestatem Vestram secundo Iulij perscripsi adlatas, se authore suasoreque (sic) literaes à Principe Turcarum reiectas, quòd pactis conventis pacis contineretur, ne Principum alter alterius subditos reciperet, et ipsum stabuli Magistrum quod post Alcoranismum susceptum, ad Christianos desciuisset, pro Apostata iussum necari, cum obiectum esset debuisse ipsum mitti tempore belli Zygetensis, nunc autem pace constante missum, ut inter Principes tumultum excitaret. Aliud nihil elicere potui, et ita se gerere in sermone et vultu mihi visus est, ut vel ipsum, vel certè geminum aut potius trigeminum illum Apostatam quò summum fidelissimum que Praefectum apud Maiestatem traduceret et suspectum faceret, insigniter maligneque calumniatum facile appareret.

DCXXX.

Scrisórea lui *Mehemet-Paşa* către *staturile Poloniei* în cestiunea alegerii unui nou rege. 1573. 18 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatio literarum Magnifici Domini Mehemetis Passae ad Magnificos Dominos Polonienses datarum.

Illustrissimis, Spectabilibus, magnificis et egregijs Dominis Poloniensibus, amicis nobis dilectis salutem et amicitiam. Significo Vobis, amici dilecti, praesentibus meis literis amicè scriptis, multum iam temporis post mortem Regis Vestri, Serenissimi Caesaris nostri excellentissimi amici et familiarissimi transijsse, neccum in Regiam dignitatem quempiam electum esse, quod concordiae inter vos sitae fundamenta violata esse praetendit, nam videtur contentiones et discordias inter vos esse ortas, eo quod quidam sunt Reges circa Regnum Vestrum manentes qui dignitatem Regiam affectant.

At uestrum est considerare nullum ex Regibus authoritatem Regiam petentibus naturalem Dominum esse, nec Iure sanguineo aut stirpe Regia illud Regnum ad illos spectare, Hoc itaque unicum inest quod tales Regnum illud et Regiam dignitatem affectant qui Caesaris nostri inuictissimi sunt hostes, eo tantum fine ut imperio et Ditioni Caesareae Celsitudinis nostrae, Vestris Regnis et finibus adiacenti obesse possent, ut nos animaduertimus. Sunt praeterea Reges quidam qui ad Portam quoque Caesaris nostri excellentissimi splendidam Legatos suos mittentes Regiam dignitatem Polonicam alij filijs, alij fratribus impetrari supplicant. Sed cum Polonia et imperium Polonicum tanquam paries quidam adiaceat Imperio Caesareae Celsitudinis Domini nostri à Patrum, Auorum et Attavorum temporibus acquisito, ratione et consideratione antiquae coniunctionis amicitiae et uicinitatis qua subditj ex utraque parte iam olim in tranquillitate et pace sancta seruati sunt, nequaquam Voluntas Caesareae Celsitudinis patitur ut maleuolus et Caesareae Celsitudini inconfoederatus quispiam ex alieno Regno adductus in authoritatem Regiam eleuetur. Quin imò Voluntas Caesareae Celsitudinis est ut ex Vobis idoneus aliquis ad Regiam dignitatem extollatur. Quod etiam praeteritis mensibus literis suis amicè ad vos scriptis sua Celsitudo significauit. Qua in re si voto Caesareae Celsitudinis responderitis, testor Deum et homines, nihil ex porta hac splendida praeter aequum et vobis gratum vos sensuros. Alienum uerò creare Regem Ditioni Caesareae Celsitudinis, nempe Moldauiae, Transyluaniae et reliquis futurum est periculosum. Sed si secundum Votum Caesareae Celsitudinis et meum, Vestri entiqui amici, in eligendo Rege operati fueritis Vnumque Vestrum in Regiam dignitatem eleuaueritis, antiquam inter duos Principes sitam concordiam et beneuolentiam conservaveritis et custodieritis amiceque cum Regnis et famulis Caesareae Celsitudinis uixeritis, Regnum Vestrum sine periculo et tutò contra omnes iniurias et desolationes permanebit, occasioque ad tranquillam subditorum conseruationem laude digna ministrabitur. Caesareae Celsitudinis Portae splendidae et nobis perspectum est innumerabiles prudentes et permultarum expertos inter vos esse magnificos Dominos, qui consilio, prudentia et authoritate non illud solum Regnum, imò mundum totum regere et gubernare sufficientes sunt, Procul itaque dubio consultius et aequum fore tum Regno Vestro tum etiam nobis iudicamus, si ex Dominis Vestris prudentissimis et sapientissimis ad Reipublicae foelicem conseruationem et gubernationem elegeritis. Nam hoc esse votum Caesareae Celsitudinis Domini nostri in literis suis prolixè et apertè significauit. Speramus autem ab omnibus Vobis eo esse erga Caesareae Celsitudinem animo, ut literas Caesareae Celsitudinis auribus cordis vestri exaudire dignantes utile, tranquillum, pacificum et familiare iudicio Vestro immenso et prudentia ineffabili decernatis, iuxta uotum Caesareae Celsitudinis operamini. Quod tam Vobis quàm etiam Regno Vestro utilissimum

fore, sole clarius erit. Quare spes mea unica est vos pristinam pacem, amicitiam et beneuolentiam nostram non uiolaturos, sed totis uiribus et consilio uoto Caesareae Celsitudinis morem gesturos. Nam si quispiam diuersum quid ex Vobis fecerit, pacem sanctam pristinam et beneuolentiam infringet. Quod ut ne sit, studiosè cauete. Nam tandem nulla excusatio apud nos locum habitura est, sed praedictum quid exequetur. Valete. Constantinopoli, feria quarta ante festum Paschatis 1573.

DCXXXI.

1573, 18 Martie. Scrisórea lui *Mehemet-Paşa* către Palatinul Poloniei *Georgiu Iaslowiecki* în cestiunea alegerii unui nou rege.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Spectabilj ac magnifico Domino Georgio Iaslowetzkio, Palatino Russiae, amico sincerè dilecto. Salutem.

Meminisse Magnificentia Vestra poterit, mortuo Rege Vestro, Serenissimo amico Caesareae Celsitudinis Domini nostri fidelissimo, cuius beneuolentia, amicitia et familiaritas syncera erga parentes Caesareae Celsitudinis est clara, saepius nos literas nostras ad Magnificentiam Vestram dedisse, quibus Duorum summorum Principum beneuolentiam fusissimè exposuimus tanto temporis spacio custoditam petiuimusque beneuolentissimè et amicissimè, ne alienum quempiam, sed potius ex Vobis aliquem ad Regiam authoritatem aut gubernium Regni Vno consilio unoque corde eligeretis ne pristinae amicitiae fundamentum uiolaretur. Hocque non ex maligno, quin potius ex aequo erga vos animo fecimus hocque esse notum Caesareae Altitudinis significauimus: Sed Domini Polonienses oscitantiam(1) praetendentes, ad praesens adhuc tempus neminem ad Regiam dignitatem ex Vobis elegerunt. Quidam autem Regum Vobis adiacentium et in uicinitate Vestra manentium Legatos suos ad potentissimum Caesarem nostrum miserunt, quidamque eorum filijs suis Regiam authoritatem in Polonia, quidam fratribus petunt impetraj. At cum alienum ad Regiam dignitatem in Regno Vestro eleuare, Regnis Caesareae Celsitudinis Vtpote Moldauiae, Translyuaniae et alijs ad Caesaream Celsitudinem pertinentibus Regnoque Vestro proximis sit periculosum, qui non sit amicus et confoederatus Caesaris nostri potentissimi, Ideo Votum Caesareae Celsitudinis est, ne alienus quispiam eligatur, sed iterum ex Dominis Polonis idoneus eleuetur. Nam toti mundo est manifestum, Deo optimo Maximo fauente et opem suppeditante, quanta Regna huic Portae excelsae sunt subdita, Verum Regni Poloniae Reges, Principes magnifici et subditi, patri, Auo et atavo Caesaris nostri excellentissimi semper fuerunt beneuolj amici et Confoederati, similiter et Caesari inuictissimo paesenti. Ideoque beneuolè pacificé et suma concordia vixerunt, nedumque Regno Poloniae obesse uoluerunt, imò ab alienis quoque hostibus uindicarunt, nec inferrj uim passi sunt. Praeterea amicorum Vestrorum amici, inimicorum Vestrorum inimici extiterunt, eandemque beneuolentiam Caesarea Celsitudo etiam in praesenti Vobis offert. Quapropter nunc quoque ob Imperiorum et Ditionum uicinitatem et propinquitatem tranquillamque et pacificam subditorum utriusque Imperij conservationem Caesareae

---

1) *Oscitatia* von oscitare, gähnen, nachlässig sein.

Celsitudinis Votum nequaquam permittit, ut ex alienis et inconfoederatis Regem aut Principem aliquem vobis eligatis. Quin imò optat, ut ex Vobis unum quempiam decernatis. Cum autem proximis mensibus coram sua Caesarea Celsitudine mentio de eligendo aliquo Principe Regni Poloniae facta fuisset, procul dubio antiquum foedus uiolabitur, si id factum fuerit, inquit Caesarea Celsitudo. Recordata autem est Caesarea Celsitudo Vestrae Magnificentiae, cum uenisset magnificentia Vestra tempore Caesaris mortui Sulthani Solimanni ad Caesaream Celsitudinem salutandam in Dyotahiebe, dignamque Magnificentiam Vestram iudicauit ad Regimen Regni, eò quod Magnificentiae Vestrae beneuolentia erga Portam hanc excelsam ab omnibus Regis nostris in finibus Vestris manentibus confirmetur, uicinitasque et amitia singularis laudatur.

Cum hoc uerum sit beneuolentiaque Magnificentiae Vestrae sit cordi Caesareae Celsitudini, uotum esse Caesareae Celsitudinis, ut aut Magnificentia Vestra, aut unus quispiam magnificorum Dominorum Polonorum creetur in Principem. Hoc autem etiam mandat Caesarea Celsitudo, hacque de re literas suas ad primarios illustres, spectabiles, magnificos et egregios Dominos Polonienses dedit. Nos quoque amicus Vestrae Magnificentiae syncerus literas nostras dedimus. Scimus autem consuetudinem et religionem Vestram eam esse ut stirpis et consanguinitatis maior habeatur ratio, quàm consilij et prudentiae in eligendis Principibus. Verum Dominus Regnorum, qui ex nihilo omnia creauit, et paupere et abiecto facit Regem et Rege pauperem. Quod cum uerum sit, ex omnibus Principibus Regni Poloniae te unicum Caesarea Celsitudo dilexit. Vestramque gratiam intelligens literas meas ex amore scriptas celeriter clementissimam erga vos beneuolentiam Caesareae Celsitudinis. Spes autem nostra est, vos fidelissimè laboraturos in isto negotio fortassis ad gubernationem Regni Poloniae eligeris. Si uerò id fieri non potest, quemcunque idoneum ex aptum ex Vobis iudicaueritis, illi authoritatem Regiam offerte, alienum autem cauete in Regiam dignitatem efferre. Nos te reliquis digniorem et prudentiorem iudicauimus. Quicquid futurum est, ex te fièt. Quod si iuxta uotum Caesareae Celsitudinis sentietis. Sin minus inconfoederatumque et Caesareae Celsitudini inobedientem intuleritis, in Regemque creaueritis, qui Moldauiae et reliquis finibus imperij Celsitudinis damnum inferre conabitur, amicitia, foedus et beneuolentia ad hanc diem anctè custodita absque dubio uiolabitur. Speramus quidem, quod consyderata quiete subditorum utriusque partis hac in re omnia Vestra consilia extendetis commodaque Regni Vestrj queretis. Dicitur nobis apud Venetos moris esse in electione Principis, conueniunt in locum commodum deliberantesque de Principe eligendo, quot quot Dominium appetunt, de singulis suffragia feruntur, in cistulamque paruam schedae ponuntur, et cuius suffragium uiceiit numero reliqua suffragia, ille in Principem eligitur, in reliquis quoque officijs distribuendis eandem obseruari consuetudinem audimus. Quare vos quoque si conuenire inter vos non poteritis et discordiae uigent, imitemini Venetorum consuetudinem, suffragiaque ferte, et cuius suffragium uicerit, hic in Principem eligatur. Datum Constantinopoli, feria quarta post festum Pascatis 1573.

DCXXXII.

1573, 18 Martie. Scrisórea lui *Mehemet-Paşa* către Palatinul de Kiew *Constantin Kenes* în cestiunea alegerii unui nou rege.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Translatio literarum Mehemetis Passae ad Constantinum Kenes, Palatinum Kiouiensem, Ducemque Generalem Ostrouiensem datarum.

Significamus Vobis amanter post mortem amici Portae excellentisimae et Caesaris eiusdemque Patris et Auorum regis Vestri Serenissimi saepius literas Caesareae Celsitudinis et nostras ad Vos esse datas, quibus amanter petiuimus, ne antiquum foedus, pax et amicitia solueretur, neue alienum quempiam in Regem Vestrum ad Regiam dignitatem Regnique gubernationem inferretis, sed potius vnum Vestrum ad officium Regium Regnique regimen eueheretis, hancque esse Voluntatem Caesareae Celsitudinis et nostram Vobis exposuimus. Sed Vos adhuc usque temporis in silentio existentes, nulli regimen Regni officiumque Regium detulistis. Quo cognito Reges uicinitate Vestra fruentes Legatos suos ad Caesaream Portam excellentissimam miserunt officiumque Regium Polonicum, alij filijs, alij fratribus, impetrari incessanter supplicare non desistunt. At alienum in Regem Poloniae eligere est ad imperiorum Caesareae Celsitudinis Regnis Vestris finitimorum et uicinissimorum, Vtpote Moldauiae, Transyluaniae et reliquorum impedimentum et desolationem contendere. Dei autem optimi maximi clementia sua supra hanc Portam est declarata, ut Terras mensibus aliquot imperuestigabiles potestatesque Caesarias et Principatus fortissimos Portae excelsae submiserit. Regno uerò Poloniae tanto spacio à nobis sito utpote parieti et limiti Imperij Caesareae Celsitudinis ad hanc usque diem nedum ipsimet Caesares pristinam amicitiam et foedus sanctum uiolando obesse et nocere uoluissent, illi etiam alteri cuipiam uel unica solum obesse nequaquam passi sunt, neque patiuntur. Eodem praesens quoque Caesarea Celsitudo est consilio et proposito. Amicitia itaque inter nos et Vos tam firmiter inita et confirmata uicinitasque fideliter custodita qualiter uiolari poterit? Sub qua amicitia nulli hostes uel latum pedem Regnum Vestrum ingredi potuerunt, nequaquam igitur etiam nunc Caesareae Celsitudinis Votum Regem alienum et inconfoederatum in Regnum Vestrum inducj patitur. Nunc quoque ideo ad primarios Dominos Poloniae Episcopos nempe Palatinos et egregios omnes suas literas Caesareas dedit, ne uidelicet alieno et inconfoederato Regimen Regni deferretur, sed potius ex proprijs Poloniae Dominis aliquem prudentem ad Regimen Regni eligerent. Quorundam autem Dominorum magnificorum nomina quoque adscripta in suis literis Caesarea Celsitudo misit, ut si pacis et amicitiae antiquae conseruatio est Vobis cordi, adscriptorum Dominorum aliquem in Regiam dignitatem eueheretis. Speramus autem iuxta uotum praescriptum Caesareae Celsitudinis Vos operaturos, Idque quod ad Regni futurum commodum spectare consultius uidetur, Vos curaturos. Cum uerò ex omnibus Poloniae Regnicolis et magnificis Dominis ad conseruationem et gubernationem Regni tu sis dignior, cur in te Regiam dignitatem recipere grauaris? Quamuis optimè nobis notum sit, religionem et consuetudinem Vestram stirpem potius quam ingenium et prudentiam in eligendis Principibus respicere; sed tamen totius mundi Caesar et Rex Regum, creator coeli et Terrae, maris et omnium in illis existentium, qui ex nihilo mundum creauit, pauperem Caesarem facere et Caesarem pauperem efficere suis potentissimis manibus potest. Quicquid ille praeordinauit et mandauit, fieri necesse est. Hominis utpote uermis imbellis authoritas contra illum nihil ualet. Cum hoc uerum sit, primum ac literae nostrae ex amore pristino scriptae ad Vos perlatae fuerint, speramus considerata beneuolentia amicitia et clementia antiqua Caesareae Celsitudinis, nullatenus in alieno Rege Regno Vestro inferendo Vos laboraturos, quin potius aut Vnum Vestrum

aut iuxta tenorem literarum Caesareae Celsitudinis ad Regiam dignitatem euecturos aut operaturos. Juxta quod Votum si operati fueritis, nihil ex Porta hac excelsa praeter optatum bonum sentietis. At si contra uotum et mandatum Caesareae Celsitudinis alienum et inconfoederatum Vobis induxeritis in Regem, tam longo temporis spacio confirmatam amicitiam uicinitatem et pacem in discordiam et bella uertetis. Nostra uerò à Vobis spes est, diligenter tranquillitatem pacemque optatam et sanctam Reipublicae Vos cogitaturos consultòque et prudenter ad subditorum et Regni tranquillam conseruationem. Quod si autem discordiae de Principe eligendo inter Vos fuerint, nec concordare poteritis, imitemini Venetorum consuetudinem, qui suffragijs Principes eligere solent, communiterque electioni diuinae, cuicunque Deus praeordinauit, Vos quoque annuite. Tuum uerò nomen cum omnibus sit notum et manifestum, speramus te laboraturum strenuè, ut consilium et prudentia tua Caesareae Celsitudinis Portae excellentissimae innotescat. Quam primum autem quispiam Vestrum ad Regiam dignitatem electus fuerit. Quicunque animo hostili erga illum extiterit, aut bellum contra Vos mouere contenderit, paucis ante diebus nobis per nuntium aut literas significatote. Caesarea Celsitudo Tartaris suisque famulis vniuersis mandabit, ut semper sint paratj, et Deo fauente contra hostes omnes Vos Regnumque Vestrum proteget, iniuriasque vestras ulciscetur. Confidimus uerò Deum talem praeordinasse ad Regimen Regni, qui et Vestro commodo et familiaritatis antiquae conseruationi studebit. Cum autem tu sis ex progenie et stirpe Despotum egoque non procul, imò ex eadem sim radice, optarem, ut per te iterum lux et flos Regalitatis in Polonia restauraretur et accenderetur. Quare contende adipisci sedem Regiam. Vale foelicissimè Legatumque nostrum non remoremini. Constantinopoli eria quarta ante festum Pascatis 1573.

(Scriptum in eandem sententiam ad Joannem Firley).

DCXXXIII.

Scrisórea *Sultanului* cătră *staturile Poloniei* în cestiunea alegerii unui nou rege. 1573, 18 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatio literarum Caesareae Celsitudinis Turcharum ad Illustrissimos, Spectabiles, Magnificos et Egregios Dominos Polonienses datarum.

Non clam vobis est Principatum nemini nisi diuinitus dari, hoc quoque ex sola misericordia Dei fieri nemo non nouit. Auditur autem nostrae Caesareae Celsitudini inter Vos discordias et contentiones esse post mortem Regis Vestri Serenissimi amici nostri memoriae digni de principe eligendo. Ideoque tam diu inter vos nullum esse creatum Principem nostrae Celsitudini exponitur. Nunciatur autem Caesareae nostrae Celsitudini quosdam uicinos nostros appetere et flagitare officium Regium Poloniense eo solum fine ut in Regna nostra in uicinijs et limitibus vestris sita manus immittere possent. Sunt praeterea Reges quidam qui ex Porta quoque nostra splendida postulant ut aut filijs eorum aut fratribus Regium illud officium impartiatur. Sed quia Polonia longo iam tempore imperio nostro est uicina et foedere sancto iuncta, ideo quicunque Poloniae excidium aut uim moliri machinatur, studium nostrum Caesareum est ut totis uiribus illi resistamus et Poloniam ab hostibus vindicemus ut subditi vtriusque partis sub umbra

alarum nostrarum pace optata frui queant. Quapropter neminem iudicamus dignum Regio officio qui sit alienus aut alieni et nobis infoederati Regis filius aut frater. Quoquomodo igitur fieri poterit, necesse est ut ex vobis vnum aliquem ad Regiam dignitatem eligatis. Nam alieno offerre officium Regium reipsa finibus nostrae Caesareae Celsitudinis Moldauiae Transyluaniae et reliquis Regnis periculosum et ad omnes turbas utpote ignis est futurum. Quod si uero ex vobis aliquis (sic) in Regiam extuleritis authoritatem Regnis praedictis ab antiquo declaratam beneuolentiam exhibendo, multiformes nostras benevolentias cognoscetis vinculumque vicinitatis conseruando et beneuolentiam nostrorum seruorum, Vaiuodarum uidelicet captando quieti subditorum consuletis et occasionem praebebitis. Si itaque secundum votum nostrum coeptum negotium finieritis et Principem nobis gratum elegeritis, Deo optimo fauente in gratiam et beneuolentiam nostram Caesaream insereminі, et quicquid optare à nostra Celsitudine sciueritis consequemini. Si autem discordes inter vos fueritis ex Regnoque alieno, nobis uidelicet non confoederato, Regem duxeritis Contra Votum nostrum Caesareum sine dubio agetis, quod ut ne sit, ex vobis aut Iacobum Vranskij aut Ioannem Firlei aut Jaslowiezkium aut uero vnum ex Dominis uestris prudentibus, et Vestro Regno familiaribus nec non radicalibus et sanguine iunctis ad Regiam dignitatem eleuare debetis, hocque consultius fore sentietis. Quare quamprimum fidelis noster Achmat Chiausius mandato nostro ad vos peruenerit, praedictorum Dominorum magnificorum vnum quempiam ad gubernationem Regni eleuate, discordiam et contentiones omnes seponite, eleuatum ex vobis Regem reueremini, totisque uiribus ad subditorum utriusque, nempe vestrae et meae partis tranquillitatem et pacem nitimini caueteque ne quid ex debito honore Regi ex vobis futuro desyderetur, sed secundum praeceptum dei timore perpetuo à vobis audiatur, colatur et ueneretur. In his omnibus vos diligentes et oculis apertis esse oportet, socordiaque seponi decet. Nam si contra mandatum nostrum Caesareum et votum ex contentione alienum ad Principatus officium extuleritis, procul dubio nulla ratio nullaque excusatio Vestra apud Caesaream Celsitudinem nostram ualabit. Quapropter vos astrictos esse oportet ut diligentia omnis hoc in negotio athibeatur, ne alienus nobis ingratus inter vos creetur in Regem. Valete. Constantinopoli feria quarta ante festum Pascalis. Anno 1573.

DCXXXIV.

1573, 31 Martie. Raportul lui *Carol Rym* către *Impĕratul* despre pretedenţii străini la Tronul Poloniei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Carolus Rym meldet aus Konstantinopel ddo. 31 März 1573 dem Kaiser, in Bezug auf die Bewerbungen fremder Potentaten um die freigewordene polnische Königskrone.

Heri adlatae sunt literae ex Polonia, quibus de Polonicis rebus scribitur, et narratur, comitia de electione Regis ad sextum Aprilis fore. Inter Francicas conditiones illud etiam ponitur: Si Andegauensis (Anjou) eligatur, Franciae Regem cum Turcha tractaturum effecturumque ut Valachia Regno Polonico attribuatur. Quod ideo commemoro, quia cum ijs, quae supra mihi renunciata indicaui, congruit.

DCXXXV.

Scrisórea lui *Mahomet-Paşa* cătră *Impĕratul* despre scăparea lui Bog- 1573,
dan-Vodă. 31 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Groszmechtigister Herr des glaubens Jesu, Vnd nachfolger messie, ein gebieter vber die Nasarenischen Volckher, der Römer Deitschen vnd des landts Wien, die Herlickait khume den nachkumligen mit glickh, nach Wunschung aller gluckhsaliger Wolffardten, vnd gebet, wie es sich geburt einem groszmechtigen Herren, Vnd Imperattor, ist dises Vnsersz freundtlihen schraibens inhalt, das, ... (Nun wird des Kaisers Ehrengeschenk und die Gränzstörungen besprochen.) (om) . . . . So ist es auch in dem Hochsten Veraynigung des briefs vnsersz groszmechtigisten Herren fuerkhumen vnd begriffen, das die so von diser seiten Zu euch, vnd von Eurerseiten Zu uns sich begeben vnd endtfliechen, nit angenumen sollen werden, Solches ist in der ferainigung fuerkhumen, So ist doch von Eurer seiten, So Zu euch Zuffallen wellen niemandts angenumen werden, dan allein nach dem der bogdan Woywode abgesetzt worden, ist, derhalben ehr der groszmechtigisten Pordten wie sein Vatter vnd groszvatter nit gehorsamen wellen, Vnd also ins inlandts Pollen Endtflochen, wie auch aus freundtschafft derohalbenn geschriben, vnd der khunig darob gewest, das er inen Alher Vbersenden wollthe, In dem ist aber der khunig mit Tott abgangen, weil aber die Herren des landts gesechen haben, das er Zu vnbilliger weis vorgehalten worden, So ist der Obgenandt bogdan aus dem land entflochen, Vnd in sibenburgen ziehen wollen, wie er aber an Euersz landes granitz ist khumen, hatt in der Haubttman aus sackhmar den Erdelischen aus Ieren Henden genumen So wierdt doch der obgenandt bogdan zuwider der Verainigung daselbst ferhallttene, vnd verfungen sich Zu imb Etzlige Diebe und rauber, die er Zusamen bringen Thueth, mit demselben wider die Verainigung Zu handln; Doch were Im Zuuor, wegen des khuniges von Polln anlangen, vnd begeren seine ferbrechung Nachgelassen worden, wan er nuer grad an Vnsersz groszmechtigen Herren Portten khumen were, Sein Brueder ist aber aus gehorsam khumen, dem alle Ehr erzeigtt worden ist, wie er Aber entwihen, vnd auff die selben seitten geffallen, Vnd nichtz guets im sin fuerzunemenn hatt, So ist es nit billig, das man den obgenannten Zuwider der Veraynigung Alda verlassen khan, derhalben wuerdt es vnserem grossmechtigisten Herren Zuwider sein, So wollett auch den obgenanntten bogdan in Euren landt nit auffhallten, wo aber von Eurseiten ein bitt vor in geschehen khan, oder sunsten ein andre Vrsach wie Ier fuer billich Erkhenen khundt, Inen an vnser groszmechtigiste Portten Ibersenden wöllett; das er aber dordt beleyben solle, ist der Verainigung gar zuwider, derhalben von dem groszmechtigisten Herren, auch euch ein brieff Zugeschickht worden ist, weill Aber der Bascha von Ofen seinen gesantten mit demselben brieff dahin schikhen wellen, ist Im der weg verpoten worden. . . . .

. . . (om) . . .

geschriben in lezten tagen des monats silcade Im УД(?) mochamettischer Zall. Das ist im lezten Viertl des Monats martij Im 73 Jare.

Des mochametten Bascha brieff.

DCXXXVI.

1573, 24 Aprilie. Raportul lui *Carol Rym* către *Impĕratul* despre proiectele rĕsboinice ale Turciei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine Clementissime.

Literarum mearum Duodecimo huius mensis per Polonicam viam datarum exemplum unà cum his Caes. Maiestati Vestrae per Transyluaniam ad Dominum Ruberum ulterius directurum mitto. De Regis Poloniae creatione nihil adhuc auditum est et suspenso animo eam expectant Turcae planeque bellum meditari uidentur, si uel Moscouita uel alius potentiae externus Princeps minus ipsis gratus eligatur Mehemetes Bassa certo pictori Christiano, seruo suo eidemque meo amico, tradidit rudem Poloniae finitimaeque Moscouiae et regionum, per quas à Danubio in Poloniam transirj potest, Turcis nominibus expressarum delineationem, accuratius, elegantiusque describendam ac depingendam, ut eam cum Sulthano communicaret. Eius delineationis exemplum idem Pictor mihi dedit, indicauitque, cum apud Mehemetem Bassam de adorienda Polonia tractaretur, à nonnullis Turcis illarum regionum peritis multum disputatum fuisse de montibus Valacchiam attingentibus, quod difficilem transitum praebituri dicerentur. Quae res supra ea quae antea ad Maiestatem Vestram scripsi, omninò confirmat de Polonica expeditione agitari, et praeterea disputatio illa de montibus suspicionem excitat de Fogarasio et Transyluania inuadenda cogitari, quod nulli montes ardui per Valacchiam Moldauiamque in Poloniam rectà tendentibus, occurrere, nullique adeò ibidem montes conspici intelligantur, nisi ij qui Valacchiam Moldauiamque à Transyluania disterminent Tum autem dubitant hi Turcae si Moscouita potentiorue Rex Poloniam obtineat, ne tribus Vayuodatibus Christianis, Transyluano, Moldauico et Valacchico in partes suas perductis, omnia latè ad Danubium usque occupet. Quod ut praecaueatur, existimantur à plaerisque quamprimum daturj operam ut occasione belli Polonici tres illas Vayuodales prouincias Beglerbegis Sangiachisque ibidem constitutis immediatè sibi subijciant. . . . . . .

. . . (om) . . .

Caes. Maiestati Vestrae me quam supplicissimè commendo Deumque oro vt eam quam diutissime incolumem conseruet. Constantinopoli, 24. Aprilis 1573.

S. Caes. Maiestatis Vestrae,

Humilimus seruitor

Carolus Rym, m. p.

DCXXXVII.

Raportul lui *Carol Rym* cătră *Impĕratul* despre afacerea lui Bogdan-Vodă și despre stăruințele Marelui Vizir, ca curtea din Viena să-i trimiță Sultanului darurile. 1573, 12 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carolus Rym berichtet aus Constantinopel dem Kaiser am 12. Mai 1573.

Exhibui etiam scriptum nouorum grauaminum hoc anno post Iacobi à Betzeck, Caes. Maiestatis familiaris Aulici isthinc discessum à Turcis illatorum Cathalogum, et quaecunque Maiestas Vestra perscripsit, quam potui accuratissimè proposui ursique. Mehemetes re cum Sulthano reliquisque Vesirijs in Diuano publico communicata haec respondit: Primum de Bogdano, nuper Moldauiae Vayuoda, quamuis nonnihil contradiceret, tamen acquiescere tandem uisus est. Ad excusationem longioris munerum morae hoc tantum dixit, benè facturam Caesaream Maiestatem si curet, ut quamprimum mittantur.

DCXXXVIII.

Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre sosirea la Pórtă a unei solii din Polonia. 1573, 11 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

David Ungnad schreibt aus Iagodina (d. h. Semendria) am 11. Iuli 1573 dem Kaiser.

Ain Polnisch Bottschafft vnd gerandter aus der Moldau neulich aus der Moldau zu der Portten gelangt.

DCXXXIX.

Raportul lui *Carol Rym* cătră *Impĕratul* despre stăruințele Poloniei, ca Moldova și Ardélul să-i dee ajutor contra Prusiei. 1573, 12 Sept.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Carl Rym und David Ungnad berichten am 12. Sept. 1573 aus Constantinopel an den Kaiser.

His diebus venit huc tabellarius ex Transylųaniae cum literis Vayuodae turcice scriptis ad Mehemetem Bassam, quibus is Vayuodae (vti intelligimus) nunciat, Polonos à se itemque à Moldauo petiuisse auxilia militum aduersus Prussum et vicinos Principes

Germanos bellum molientes rogatque quid sibi faciendum sit. Eas literas, quia Franciscus Ballack Agens Transyluanicus ob aegritudinem pedum ipsemet ferre non potuit, per Achmetem Chiausium ad Mehemetem misit. Bassa ijs perlectis remisit illico Chiausium ad Agentem, confestim vero suo Vayuodae scriberet, ne se uspiam commoueret, nolle enim Sulthanum, ut sui se alienis Regnis immisceant. Sic nobis relatum est ab amico qui id ex ipso Agente Transyluanico se audiuisse affirmat.

DCXL.

1573, 21 Sept. Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre ordinul dat Domnilor din ţĕrile române să stee gata de rĕsboiŭ.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Carl Rym und David Ungnad, gesandte des röm. Kaisers bei der Pforte, berichten aus Constantinopel dd⁰ 21 Sept. 1573 au den Kaiser.

Indicatum etiam fuerat nobis à quodam amico, qui assecuerabat uidisse se translationem italicam mandatorum ad Valachos, Sangiacchum Bendery, Moldauos, Transyluanum et Passam Budensem scriptorum, quibus iuberetur ut in procinctu essent, quia si Caes. Maiestas intelligerentur bellum moliri in Polonos, aut fauere molientibus bellum Germanis aut alijs Principibus finitimis, aut impedire uelle transitum designati Poloniae Regis, co euentu Polonis subuenirent, et Caes. Maiestatis ditiones inuaderent.

DCXLI.

1573, 22 Sept. Extras dintr'o scrisóre alui *David Ungnad* cătră *Colonelul din Comorn* despre intenţiunile rĕsboïnice ale Turcilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Extract aus Herrn Dauiden Vngnaden schreiben so er dem Obersten zu Comoren vom 22 Septembris disz Jars aus Constantinopel durch Ziffer gethan.

Hohe notturfft ist, Disz Pakhett oder dj schreiben, auf eilendigst nach Wiene, oder wo Ir Majestät ist Zuschickhen. Dem wais der herr Zuthuen etc. Kunig aus frankhreich vnnd Polen machen selzame Practikhen. Dann die Pollnischen Herrn geschriben wie das Ir Majestät Sotto mano. vnd etliche Reichsfursten, dem Kunig den Pass wören, auh sonnst Polen bekhrigen, vnd dem von Preyssen beisteen wolten. Darauf der Turggisch Kaiser dem Waida in Sibennburgen, Moldawer, Walachen, vnnd Bascha zu Ofen beuelh

geschikht, auch dem von Temischwar, wo sich das aufs wenigist rurete, es sej haimblih oder offennlich von Ir Majestät tail, in guetter beraitschafft zusein, vnd strakhs Ir Majestät landt anzugreiffen. Dann Sj seien Ine freundt, vnd in vnnserem fridt begriffen, derwegen Sj Sj nit verlassen wellen. Wir haben Ir Majestät enntschuldigt. Er Mechmet aber zuegeben, Ir Majestät solches zuschreiben. Das wisse der Herr, vnnd der Herr Rueber, der Herr Cristaff zu Erla, auch der Herr Graf auh den andern Gräniczen, alle nottwenndige fursehung zuthuen.

. . . (om) . . .

A tergo: Romische Kajser Majestät Gehaimen Rath vnnd Obersten hofmaister meinem gnedigen Herrn zu aigen hannden.

DCXLII.

Raportul lui *Carol Rym* către *Impĕratul* despre pregătirile de rĕsboiŭ ale Turcilor. 1573, 1 Noemv.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Exemplum literarum Oratoris Caes. Maiestatis Constantinopoli de prima Nouembris 1573.

Sacratissime Caesar!

. . . (om) . . .

Eo ipso Decimo sexto die venit Tabellarius è Transyluania cum Vayuodae illius ad Sulthanum et Mehemetem literis, quibus Casparem Bekes a se obsessum nunciat, quem proditionis accusat, quòd ipsi rebellauerit, seque Germanis subiecerit, apud quos Castellum emerit, petitque mandata mitti Beglerbegis Budensi et Temeswariensi Sangiacchisque finitimis et item Vayuodis Moldauiae et Transalpinae, ut prompti paratique sint ad subsidia et auxilia sibi ferenda si quae hostium copiae foris suppetias eidem Caspari uenirent. Earum Literarum interpretationis Turcicae, cuius sicuti Passae exhibita fuit exemplum nacti sumus, Translationem Italicam Caes. Maiestas Vertra una cum his habitura est.

. . . (om) . .

Sacrae Caes. Maiesti Vestrae etc. Constantinopolj Calendis Nouembris 1573.

DCXLIII.

1573. 1 Decem. Scrisórea Dragomanului *Mahmut* către *Impěratul* despre mersul negocierilor urmate la Pórtă pentru prelungirea păcii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Potentissime et Invictissime sacra Cesarea Maiestas. Domine domine Clementissime. Sacra Caesarea Maiestas.

Vestri Illustrissimj domini oratores in omnibus negocijs et mandatis diligenter tractauerunt, Id quod attinet ad nouum pacem (sic) decennium, supremus Consiliarius nomine Imperatoris respondit, Quód ad decennium denuo nouas capitulaciones dare uult et articula filio regis Ioannis excluderit, et Istum Stephanum Bathori Voywodam Transiluaniensium sicut ceteros Moldauiensem et Transalpinensem Voywodos (sic) In capitulacionem Includerit, fratres et filios serenissimos sacrae Maiestatis Vestrae eciamque alios amicos et Confederatos Potentissimae Maiestatis Vestrae quales optabitis, in felicem dictam pacem Includerentur, in hac re nihil est dubitandum. Illustrissimi domini oratores sepius et sepissime apud dominum supremum Consiliarium Intercesserunt vt librum Halulbegi excludeatur (sic) aut commissarijs subiceretur, librum dictum nullo modo extollere volunt, nisi Committere ad commissarios sed interim librum obseruare volunt, et iuxta priore capitulacione (sic) denuo volunt dare et nihil aliud volunt permutare preter articula filio regis Ioannis, Castellum qualem (sic) Sacra Caes. Maiestas Vestra aedificare fecit, in hac re ad Beglerbegum budensem mandata sunt data, vt abstineat manus, ne quicquam Impedimentum faciat, Ista et alia omnia ex litteris Illustrissimorum dominorum oratorum clarius intelligere dignetur, deus maximus sacram Caesaream Maietatem felicissime Victorialiterque quam diutissime obseruare dignetur. Amen dat. Constantinopoli 1573 in primo die mensis Decembris.

Potentissime et Inuictissime Sacra Caes. Maiestas (sic)
deditissimus minimus seruitor

Mahmut, m. p.

A terg: Potentissimo et Inuictissimo Sacrae Caes. Maiestati Romanorum etc. domino domino meo clementissimo.

DCXLIV.

1574. 28 Ianuar. Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* către *Impěratul* despre Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

Post data. Hodie mane discessit Mustapha Chiaus in Transyluaniam, idque, ut intelligimus, propter Bekesium, de quo ad hanc Portam delatum est, quasi aliquid

illic moliretur. De Bogdano quoque Moldauico exule tractarj intelligimus, ut ei persuadeatur ut ad hanc Portam ueniat, quod si faciet, ipsum à Mehemete consanguineo cui praesens Moldavus Ioannes inuisus esse caeperit in pristinam suam prouinciam restitutum iri. Veneta adhuc in suspenso sunt. Intercedit tamen orator Francicus quantum potest apud Bassam, vt res transigatur, cui inculcat è re Sulthani esse, ne simul et cum Venetis et cum Hispanis iterum se cum Hispanis coniungant, sed vt controuersijs Venetis compositis omnes Turcicae vires in vnum serenissimum Hispaniarum Regem conferantur. Sic nobis ex bono loco renunciatur. Vltimo Ianuarij 1574.

Dauid Ungnad, *Carolus Rym*, m. p.

DCXLV.

Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* către *Impěratul* despre expediarea unui curier la Bogdan-Vodă. 1574. 5 Fevr.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine Clementissime.

. . . (om) . . .

Mustapha Chiaus vltimo praeteriti mensis in Transylvaniam profectus est, uti eodem die Maiestati Vestrae scripsimus. Fert literas ad Gasparem Bekes, ad Stephanum Bathorj et ad Bogdanum Moldaviae antea Vayvodam quarum exempla modo nacti sumus, eaque meliore commoditate ad Caes. Maiestatem Vestram transmittemus. Summa haec est Bogdano scribit Sulthanum se recipere ipsum in gratiam. Itaque ne dubitet ad hanc portam accedere, se ei Moldauiae Vayvodatum restituturum.

. . . (om) . . .

Constantinopoli, Quinto Februarij 1574.

S. Caes. Maiestatis Vestrae Humilimi servitores

Carolus Rym,
David Vngnad.

DCXLVI.

1574.
10 Fevr.

Raportul lui *David Ungnad* şi alui *Carol Rym* cătră *Impĕratul* despre şansele lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar!

. . . (om) . . .

Mustapha Chiausius, sicut postremis nostris scripsimus vltimo praeteriti mensis Ianuarij in Transyluaniam discessit, ferens literas Sulthani ad Casparem Bekes, ad Vayvodam Transylvaniae, et ad Bogdanum Moldaviae antea Voyvodam. Caspari Bekes scribit Sulthanus intellexisse se ex eodem Mustapha ipsius excusationem et innocentiam Itaque dare se ei sicut petunt, saluum conductum communicato cum Mustapha consilio, per Budensem aut Temeswariensem viam, vel ipsemet in persona ueniat, uel suorum aliquem mittat ad hanc portam. Stephano Bathori mandat ut Mustaphae Chiausio in iis quae agenda habet omnem fidem fauorem praestet. Bogdano scribit recipere se eum in gratiam, quare ne dubitet huc accedere, se ei Moldauiae Palatinatum restituturum. Harum literarum exempla quae nacti sumus per eundem Aurerum similiter Deo dante transmittemus.

. . . (om) . . .

Constantinopoli, Decima Februarij 1574.

Sac. Caes. Maiestatis Vestrae, etc.

Car. Rym. et Dau. Vngnad.

Post data. Vndecima Februarij anno et loco ut supra.

DCXLVII.

1574.
18 Martie.

Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* despre Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesereae etc.

. . . (om) . . .

Post haec caepit Passa cum magno stomacho mouere denuo de Bekesio, et repetere de Bogdano, antea Moldauiae Vayuoda, quos remissos oportere dicebat, si Maiestas Vestra bene erga pacem affecta esset. Nos respondimus Caes. Maiestatem Vestram de Bogdano superiore hyeme, et de Bekesio nunc Sulthano et ipsi Bassae responsum

scripsisse, cui et sua Magnitudo et ipse meritò acquiescere deberent, ut tamen si minus sibi satisfactum putarent, aut si quid scrupuli haereret, et amplius uel nobis indicarent vel Maiestati Vestre scriberent. Confidere nos plane Caes. Maiestatem Vestram ijs huiusmodi satisfactionem daturam, ut intelligant nihil hac in re ab eadem Maiastate Vestra minus candido aut syncero erga pacis conseruationem animo gestum esse.

. . . (om) . .

Sacrae Maiestati Vestrae quam humilime commendamus. Constantinopoli 18 Martij 1574.

A tergo: Oratores Constantinopoli, 18. Martij Anno 1574.

DCXLVIII.

Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* către *Impèratul* despre înlocuirea lui Ioan-Vodă cu Petru-Vodă, fratele lui Alexandru. 1574. 21 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine Clementissime.

. . . (om) . .

Post scripta. Dum hae scribuntur, renunciatur nobis quemadmodum Ioannes Moldauiae Vayuoda modo suo Vayuodatu depositus et Petrus, Alexandri Valachiae Vayuodae frater, huius Portae Mutafaraca, in eiusdem Ioannis locum suffectus, moxque Sulthàni vestem deosculaturus est, et Iosef Aga, Quartus Sulthani Capigibassius, quondam Viscontis Cicalae filius, designatus dicitur, ut eum ipsum Petrum in Moldauiae possessionem introducat. Intelligimus etiam relatum huc esse, quod prefatus Ioannes Moldauus abitum parabat in Moscouiam et egerat cum Iaslowytzkio Russiae Palatino de Transitu, ideoque mitti à Sulthano literas ad eundem Palatinum ne Transitum concedat, alioquin se in eius prouinciam subito Tartaros etc. missurum. Audimus quoqne mandata mitti ad Alexandrum Transalpinae Vayuodam et fiinitimos Sangiacchos, vt praesto sint si quid nouo Vayuodae introducendo difficultatis aut Tumultus objiciatur. Datae ut supra.

Carolus Rym,
Dauid Vngnad.

Altera postscripta. Quae heri de Moldauo scripsimus vera sunt. Nam prefatus Petrus, Alexandri Valachi frater, eo ipso hesterno die scriptis designatus Moldauiae Vayuoda, vnà cum Iosef Aga Cicala ipsum in possessionem prouinciae introducturo Mehemetis Passae nanum deosculatus est, ac cras aut alio primo quoque commodo die Sulthani vestem deosculaturus dicitur.

. . (om) . . .

Datae 22. mensis et anni vt supra.

DCXLIX.

1574, 2 Aprilie. Raportul lui *David Ungnad* și a lui *Carol Rym* către *Impĕratul* despre restituirea lui Bogdan-Vodă în scaunul Moldovii.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar!

Nostrae de pacis prorogatione Tractationis progressus et acta, vt quaeque hactenus inciderunt, Ita quaque occasione varijs literis nostris sigillatis ad Maiestatem Vertram Caesaream perscripsimus. Cum autem petamus crebrius à Mehemete audientiam, vt de ijs, quae per Mahumatem Interpretem nobis significauit, certi aliquid ipsimet intelligamus, et res tandem transigatur: nullam nobis assignat, sed nos differt, et procrastinat. Intelligimus ab Achmate Chiausio ante aliquot dies ex Transyluania, quò, vt vestem Stephano Bathorj ob rem Fogarasio capto benè gestam ferret, et Transyluanica observaret, profectus fuerat, reuerso, relatum esse Mehemeti Passae, Bogdanum Moldauiae quondam Vayuodam, cuius, quòd in Maiestatis Vestrae ditionem fugisse diceretur, repetendi causa Sulthanus literas superiorj anno ad Maiestatem Vestram Caesaream miserat, adhuc in eadem Maiestatis Vestrae Ditione esse, Ibique continenter vsque fuisse, et mansisse, licet Maiestas Vestra eum inde discessisse scripsisset. Bekesij quoque ad Maiestatem Vertram Caesaream receptum vehementer ab eodem Chiausio, Stephani Bathory studiosissimo, exaggeratum atque ideò Sulthanum et Mehemetem admodum stomachari, quasi Maiestas Vestra eos, qui à Turcicis Prouincijs profugerent, sibi recolligendos, fouendosque proposuisset, Hincque profectum esse, quod Passa ex Mahumat Interprete quaesiverit, an Ioannes ejusdem Bogdani successor, qui his diebus Vayuodatu est amotus, compraehendique, si depraehendi queat, iussus est, per Baniam effugere posset, perindè ac si dubitaret Mehemet Passa, ne ille se similiter, Bogdani et Bekesij vestigijs insistens, in Maiestatis Vestrae Caesereae Ditionem reciperet, sicut vltimis nostris, quas vigesimo sexto mensis proximè preteriti eodem exemplo, diuersisque vijs, binas misimus, ad Maiestatem Vestram perscipsimus. Quae de Bekesio Maiestas Vestra Passae scripsit, quaeque nos ore apud ipsum repetiuimus, Passa omninò rejiecit, neque ijs Sulthano satisfactum ait, et persistit in eo, vt Bekesium planè huc remitti velit. Idque etiam Mahumat Interpres saepius nobis renuntiat, per quem eundem Passam placare nitimur. Summopere timemus, ne haec Bekesiana et Bogdaniana ommem nostram Tractationem vel peruertant, vel suspendant et antequam quicquam concludatur, Passa iterum eorundem Bekesij et Bogdani restitutionem petere, et Maiestatis Vestrae responsum expectare velit.

. . . (om) . . .

Mustapha Chiausius Transyluaniam ob Bekesiana et Bogdaniana (vti indicauimus) profectus, necdum rebersus est.

Petrus Valachj frater, in supramemorati Ioannis Moldaui locum suffectus, 28 superioris mensis Martij Sulthani Vestem deosculatus, postridiè manè vna cum Capigibassio quondam Viscontis Cicalae filio eum in Moldauiae possessionem introducturo discessit.

. . (om) . . .

Saerae Caesareae Maiestati nos etc. Constantinopoli secundo Aprilis 1574.

. . (om) . . .

DCL.

Ordinul *Sultanului* către *Voivodul Ardélului* şi către *Paşa de Buda*, ca să prindă pe Ioan-Vodă. 1574, 5 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatione del Commandamento che fu mandato al Vayuoda di Transyluania et al Beglerbego di Buda.

Essendo Gioan Vayuoda di Moldauia fedele et obediente della mia felice Porta, alcuni maligni fecero tanto che lui anchora dete il suo ceruello alla malignità et cosi per malignità et sceleragine di quelli diuento anco esso Rebelle. Poi ancora si ha inteso qui della mia felice Porta che il detto Ioanne insieme colli suoi huomini passaria per le parti di Transyluania et andaria al Re di Vienna, per il che è necessario et fa di bisogno che dalla parte della mia Imperial Grandezza il prefato maleditto Ioanne et malfattore sia castigato, et il suo luogo, cioe il palatinato si ha concesso a Pietro Vayuoda. Donque peruenendoui il mio commandamento, questa cosa non la palesarete à nessuno, ma segondo che sete stati fedeli et obedienti alla mia felice Porta, farete tanto, che il predetto Ioanne passando per quelle parti sia preso, et su in quelle vie metterete et ordinarete idonei huomini, accioche debbiano guardare quelli passi et si coll' aggiuto di Dio altissimo lo prenderete, farete grande feruitio alla mia felice Porta, et cosi usarete la Vostra diligentia et darete buon ordine, et al mio serenissimo commandamento darete fede. Scritto alla XV della luna di Zilhiggié nell anno di Mahumeto 981, il che é alli cinque di Aprile 1594.

DCLI.

Scrisórea lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* către *Mehemet-Paşa* în cestiunea afacerii lui Bogdan-Vodă şi alui Bekeş. 1574, 7 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Illustrissime Domine!

Datum est nobis exemplum literarum Sulthani et Dominationis Vestrae Illustrissimae ad Sacram Caesaream Maiestatem Dominum nostrum Clementissimum conceptarum, sicut Dominatio Vestra Illustrissima mandauit, de quo eidem Dominationi Illustrissimae gratias agimus. Verum quoniam nonnulla in utrisque ijsdem literis depraechendimus posita tanquam à nobis proposita, tractataque fuissent, quae tamen uel quia non satis bene intellecta uel quia in aliam partem accepta fuerunt, quam à nobis proposita sunt, non omnino ita se habent, ut ibi dicitur: Non possumus omittere, quin ad rem ipsam clarius Dominationi Vestrae Illustrissimae subjiciendam, haec quae sequuntur Dominationi Vestrae Illustrissimae declaremus.

. . . (om) . . .

Quod deinde Sulthanus scribit de Bogdano, et Caspare Bekesio: Primum circa negotium Bogdani meminit Dominatio Vestra literarum, quas Caesarea Maiestas de eo ad Sulthanum vigesimo quinto Martij anno praeterito scripsit, ad quas nos referimus. Ac postquam eas literas Dominatio Vestra recepit, nihil amplius usque ad hoc tpmpus de Bogdano egit, neque nos aliud scimus aut habemus, quam quod ijs literis continetur. Ac si quis scrupulus adhuc in Sultani aut Dominationis Vestrae Illustrissimae animo haereat, non dubitamus quin eo cognito Caesarea Maiestas utrique vestrum bonam satisfactionem datura sit. Illud interim Serenitatem suam, et Dominationem Vestram rogemus, ne temerè reque non benè perspecta contra suam Maiestatem credant, utpote tot praeteritis exemplis doctae, quam plurima huc saepisimè à Malevolis aut malè informatis delata fuisse, quae postmodum uana depraehensa sunt.

(Das übrige betrift die Angelegenheiten in Ungarn sowie die Auslieferung des Bekes etc. etc.)

. . (om) . . .

Actum Constantinopolj 7 Aprilis anno 1574.

DCLII.

1574, 10 Aprilie. Raportul lui *David Ungnad* către *Impĕratul* despre negoţierile privitóre la prelungirea păcii şi despre afacerea lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Sacratissime Caesar etc.

Conceperunt Sulthanus et Mehemetes literas, quas ad Maiestatem Vestram mittant, quasque nos vidimus. Ijs literis omninò Bekesium et Bogdanum, quem in Maiestatis Vestrae Ditione adhuc esse et à Domino Io. Rueber foueri, recensque in Maiestatis Vestrae Curia fuisse, partim ab Achmate Chiausio, partim à Wayuoda Transyluaniae, partim etiam Mustaphae Chiausij de quo saepius scripsimus, mox hic affuturi literis nuntiatum est, omnino sibi remitti postulat. Petitur etiam Ibrahym Agae et fratris Hemini Zolnokiensis et Curt Agae et Ferrat Agae et Hassani Hemini aliorumque ad confinia captorum quorum tamen nomina non adjiciuntur, liberatio. De praeposita quoque tractataque à nobis prorogatione in ijsdem literis agitur, sed mutile et perplexe, intricateque, neque quae ipsorum de conditionibus à nobis exhibitis mens sit, plane explicatur et de pace non ad decem sed ad viginti et trigianta annos duratura scribitur. Vrget praeterea Passa in suis literis destructionem Castelli Kalo, cuius tamen nulla in Sulthanj literis fit mentio, negatque omnino Bassa de supramemorata prorogatione aliquid conclusum, literasque ullas in forma solemni et consueta super ea expeditum iri, nisi antea Bekesius et Bogdanus huc remissi, dictique captiui liberati et Castellum Kalo destructum sit. Idque cum ipse ijs ipsis suis literis satis indicat, tum nobis quoque per Dragomannos nostros diserté nunciari iussit, petiuimus audientiam vt de his omnibus cum eo coram ageremus. Verùm nullam nobis assignat et non esse opus ulterioribus verbis ait. Itaque scriptum ad ipsum misimus, quo nitimur, ut hae utriusque literae reformentur, resque ad meliora

optatioraque media deducatur. Vbi nihil nobis amplius reliqui esse videbimus, Literas per Ioannem Aurerum qua maxima licebit celeritate ad Maiestatem Vestram mittimus, simulque de omnibus quam accuratissime scribimus. Interim Maiestas Vestra pro sua augusta prudentia optime statuet, num consultum sit providere vt quam primum dicti Bekesius et Bogdanus à Maiestatis Vestrae Regionibus absint, ne cum literae Sultanicae adferentur, ipsi istic depraehendantur, vtque ipsis absentibus sit Maiestatis Vestrae eo promptior Sultano respondendi satisfaciendique ratio. Tum quoque quandoquidem liberatio supramemoratorum Captiuorum toties à Passa sollicitata et flagitata omnino, dummodo prorogationem petitam Maiestas Vestra confectam velit, necessaria videtur. Nosque Ibrahim Agae et fratris Hemini Zolnokiensis et Solyman Agae (nam reliquorum conditionem captivitatisque eorum circumstantias ignoramus) liberationem in eventum optati tractationis nostrae successus promisimus; vti Maiestati Vestrae antea scripsimus, fiet eadem nostra tractatio leuior faciliorque et ipse Passa mollior, commodiorque si ipse eosdem captiuos re ipsa liberatos esse quam primum intelligat. Quod ad Castellum Kalo attinet, quotidie a finitimis Turcis querelae de excursionibus praesidiariorum eius loci huc adferuntur, siue eae excursiones verenè fiant, sive (quod vero propius est) fieri confingantur, vt Sultan et Passa ad eius destructionem accendantur. Id etiam ijdem Turcae (ut intelligimus) vociferantur et inculcant ipsi Passae, nisi primo quoque tempore procuretur illius Castelli demolitio, fore ut munitissimum neque vel Agria vel Iula vel quouis alio eius loci Castello, oppido, Arceve minus infirmiusue euadat. Itaque planè è re videtur, ut eiusdem Castelli Praefectus et Praesidiarij vigilantissimè excubent, ne repentinis Turcarum irruptionibus insidyque opprimantur, Vtque se quám moderatissimé gerant quo minus Turcis conquerendi materia praebeatur, saltem tantisper dum res inveterascat (sic), dumque caepta prorogationis tractatio confecta sit. Haec nos in summa celeritate Maiestati Vestrae humilime fidelissimeque scribimus, Idque medio cuiusdam Turcae, qui has literas per certum Chiausium citato cursu nunc Budam proficiscentem, ignarumque earundem harum literarum dirigendas Tatam suscepit, quod an bona fide praestiturus sit, incertum est. Nos tamen pro rej momento periclitandum existimauimus. Renunciatur nobis, eundem Chiausium ferre mandata ad Bassam Budensem, ut dictum Castellum Kalo captata prima quaque commoda occasione, quàm cautissime et tectissime aggrediendum demoliendumque curet. Item altera mandata ad Belgradiensem ferre, ut nauigia ad pontes et alios vsus fluviatiles curet. De quibus tamen nihil comperti adhuc habemus. Verum indagare non omittemus, interea pro perplexae perfidaeque huius nationis ingenio omnia vel tuta timenda sunt. De caetero ad superiores nostras, quarum vltimae tertio huius scriptae fuerunt, nos referimus. Post vnum aut alterum diem, Deo approbante, per viam venetam haec eadem et reliqua, quae occurrent scripturi. Dicitur iniunctum praefato Chiausio Budam proficiscenti, ut intra XXV dies hic rursum adsit.

Sacrae Maiestati Vestrae nos etc. Constantinopoli, 10 Aprilis 1574.

Post data. His scriptis adferuntur nobis sub vesperum à Mehemete per Mahumatem Sulthani et ipsius Passae ad Maiestatem Vestram literae, vultque Passa, vt eas per Aurerum ad Maiestatem Vestram mittamus, et Postam negat. Verum quia eae literae necdum mutatae sunt, planeque continent eam sententiam quam supra perscripsimus, neque nostrae tractationi respondent, quin potius ea quae à nobis proposita gestaqua sunt, in ijs vel dissimulantur silentioue praetereuntur, vel peruersé mutileque recensentur: Decreuimus cras petere audientiam et si admittimur, ea quae scripto exhibuimus, ore latius exponere enitique vt vel benignius responsum obtineamus, vel certe illae ad rei gestae veritatem reformentur. Quod si minus consequi poterimus, sique illae qualescunque sint mittendae erunt: Confidimus tamen Maiestatem Vestram perspectis actis nostris, in quibus praescriptam nobis Instructionis nostrae normam quám diligentissime modestissime secuti sumus, nos cum quicquid, in nobis fuerit praestiterimus, pro augusta sua clementia excusatos habituram. Interim Maiestas Vestra quid et de captivis

illis et de Bekesio Bogdanoque ac Castello Kalo, de quibus supra memorauimus agendum sit, optimé constituet. Miratur ipse Mahumath non minus atque nos ipsi hanc Mahemetis iniquitatem et putat ipsum Passam classicis Affricanisque rebus perturbatum adeo confusè, aliene, maligneque procedere. Datum ut supra.

DCLIII.

1574, 11 Aprilie. Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* în cestiunea negocierilor de pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Kanzleiauszug:)

Dominus Vngnadius.

De pacificationis negotio. — De removendis ex ditione Caesarea Bekesio et Bogdano. — De Castello Calo diligenter obseruando. — De apparatu classico. — Petit informari utrum, si pacificationis negotium diutius protrahatur, Carolo Rym ulterius isthic immorandum et currus munerarij detinendi sint. — De tuenda apud Caesaream Maiestatem Sua et Domini de Rym contra Mehemetis Bassae obtrectationes innocentia. — De excidio Caniensi Caesareae Maiestatis militibus imputato. — De captiuis quibusdam Papensibus et Vesprimensibus per Begum Copauensem Constantinopolim missis, et alijs ex Agria, Calo, Canisa et Croatia mittendis. — De admonendo Canisiense Capitaneo et Comite Zriny, vt caveant ne uel Caesareae Maiestatis Ditio uel ipsi detrimenti aliquid capiat.

(Totus titulus).

Wolgeborner Gnediger Herr. Ew. Gnaden sein mein gehorsame Dienst zuuor. Ew. Gnd. werden ausz Vnser beider gemeinem schreiben notturfftiglich vernemen wie der Mehemet Bascha aller Vnser geschöpften Hofnung Vnd seinem ersten erzaigen zugegen jeczt in Ir. Kais. Maj. handlung nit allein sich widerwertig erzaigt, sondern auch Vnsere tractationes vnd propositiones wider Vnsere mundtliche und vnserer Handtschrifft und Pedtschaft schrifftliche einbringen verfelscht, peruertirt und in Ander weg ves vnbillich belegt. Er hat vns des Sulthani vnd seines schreibens Copeien sehen lassen. Darinnen wir seine unbegrundte renckh und furgehen befunden, Haben Ime diselben von Artickl zu Artickl doch mit beschaidenhait mundtlich widerlegen wöllen, so hat Er vns die Audientz versagt, schriftlich ist es von vns in Latein bescheen, Aber Er bisz der Mahmuth Beg Vnser scriptum in die Turggisch sprach brachte, nit erwartet, sondern vns baide brief Irem brauch nach Verwarnt, Heut den 10. Aprilis vnuersehens ins Hausz geschickht, mit vermeldung, das sey die Antwort, Vnd dem Aurer sey vnnot die Post zugeben, sondern er sol mit aignen Klepern hinausz raisen. Ob solchem wir vns baid nicht wenig entseczt, Trösten vns aber Ir Kais. Maj. werden ausz allen vnsern handlungen finden das wir vnserer Instruction mit möglichem fleisz vnd aller beschaidenhait dermassen nabhgegangen sein dadurch Ir Maj. nichts vergeben, verabsaumbt noch verschwigen vnd disem bei Christen vnd heiden der vnwahrheit beschainen Bassa, zu oberzelten seinen tuckhen durchaus kain vrsach gegeben worden sey. Dann so erkent auch Gott mit wasz eyfer, mühe vnd trew wir baide vns Ir Maj. Handlungen obligen lassen,

Darein gleichwol zu grosser Vnzeit die erbawung Calo, des Bekes flucht vnd die neulich auskundtschafftung des vorigen Wayda in der Moldaw (dan sie aigentlich hie furgeben, Er sey in Ir Maj. Landt vnd neulich zu Wien gewesen) gerathen, Vnd diser Turggischen sahreiben Inhalt, Nämlich Kalo einzuraissen den Bekesz vnd Bogdan wider zuschickhen vnd andere gefangne ledig zu lassen, geursacht haben daruber sich der Mehemet Bassa ausztruckhlich hören lassen, dem Sulthano geschee nit genug mit worten, Ir May. sol es in werckhen erzaigen. Was die Achtjärige Capitulation vnd Ir Maj. Confirmation von Transfugis redt wird Ew. Gnad. ausz demselben vernemen, darauf billich zusehen, und mehr des gemainen wesens (welches zuuor an Im selbst mitleidens bederfft) als absonderlicher Priuat Personen Handlung warzunemen. Wir baide sein entschlossen allen eussersten fleisz anzukheren ob die gemelten brif geendert möchten werden, Im fal es zuerhalten möglich, so müest auf weeg gedacht sein wie Bekesz vnd der Bogdan ausz Ir Maj. gebiet ehe die brif mit dem Aurer hinausz gelangen, zubringen wehren, dan mit Disputiern ist hie nichts zuerhalten. Auf Kalo geb man wol acht, damit die so darinnen mit ruhe sein, die feindt nit aufwiglen, und dise furstehende tractation nit gefährlich weiter verhindern, In sonderheit aber damit Kalo nit gehling vberfallen werde. Dan vns aigentlich vertraut wirt diser Chiausz fueere den Bascha zu Ofen beuelch hinausz mit listen Kalo zuundergehen. Dem Mahmuth Beg ist selber bang bej solchen vnbestandigen Handlungen, vermaint die auszrustung der Armada vnd die Rebellion in Barbaria perturbier dermassen den Mehemet Bascha, das er auf Kainer red beharre.

. . . (om.) . . .

Dat. Constantinopl den 10. Aprilis nach Mitternacht A. 1574.

. . . (om.) . . .

(Post-scripta.) Darausz Ew. Gnad. zuschlissen, was wir darwider antwortten konnen, und woher Vnserer tractation Hinderung komen. Die Daussen daruon komen geben bei Ir Kais. Maj. fur, Sy thuens defensiue, die herein bracht werden, bekennen offensiuè, darunter vnd daruber laidt Ir Maj. Land vnd Leut gerathen in grössere gefahr, alle vns anbeuolhene haudlungen steckhen, vnd ist nit genug das gemaint wird (wie es an Im selber war) die Turggen thuen vil mehrers, sie konnen Ir vnbilligkait verfechten, wollen wir aber exemplificiern, so müssen wir Inen auch mit der gewalt gleich sein. Euer gnaden sein dahin bedacht damit der zu Canisa vnd der Graf von Serin gewahrsamer mit Iren sachen furgehen, dan Sy heben vil an, werden geschmissen, der Spot vnd schaden trift Ir Maj., Der Mehemet Bascha bewegt sich vilfaltig wider den Grafen von Serin, nennet vnd den zu Canisa Junge bueben, mit Verwunderung, das Ir. Maj. Irer frechait souil stat gibt, Doch achte ich den guetten Herrn geschehe wie andern mehren vnrecht vnd zu kurz. Sonsten kan Ich Ew. Gnaden auf dismal keines schluss mit der prorogation vergwissen, weil der Mehemet Bascha auf Calo Bekesz vnd Bogdan erstlich wil beantwort werden, under welchen dreien Puncten (wiewol ich nichts dauon vertrösten kan) mir weniger grauset Calo zuerhalten, dan in des Sulthani brif stehet nichts von der einreissung, allain von der baider flucht, Derwegen hoch vonnotten wehre sich zeittlich mit fueg zu remoniern. Mich Ew. Gnad. gehorsamlich beuelhende. Dat. in grosser Ail Constantinopl den Ailfften Aprilis in der nacht 1574.

Ew. Gnaden vndertheniger

Dauid Vngnad m. p.

DCLIV.

1574, 11 Aprilie — Scrisórea lui *Carol Rym* catră *Toma Trantson* în cestiunea negoţierilor de pace.

(Din Arcviha ces. reg. din Viena).

(A tergo :)
Illustrissimo Domino Domino Ioanni Trautson etc. Baroni etc. S. C. Maiestatis intimo Consiliario ac supremo Curiae Suae Magistro etc. Domino suo obseruandissimo.

Illustrissime Domine. De paratis Sulthani et Mehemetis Passae ad Caesaream Maiestatem literis et earum sententia nostraeque super pacis prorogatione tractationis statu, Dominatio Vestra Illustrissima tum ex communibus, tum ex propriis ipsius Illustris Domini Baronis Vngnad literis abundè cognitura est, ad quas me breuitatis causa remitto. Non longè aberat, quin res eò fere, quo optaueramus deduceretur, nisi et Bekesiana et ea quae de Bogdano, quasi in Caes. Maiestatis regionibus adhuc moraretur, atque adeo Caes. Maiestatis aulam nuper admodum accessisset à plaerisque huc pro compertis renunciantur, tum autem recens Castelli Calo aedificatio et quotidianae finitimorum Turcharum de eius loci praesidiariorum siue veris siue ad Sulthanum et Passam aduersus idem Castellum magis magisque accendendos confictis excursionibus querelae tractationi nostrae intervenissent, eamque plane conturbarent. Quo fit ut in vtrisque et Sulthani et Mehemetis literis omninò eorundem Bekesij et Bogdanj remissio vnà cum aliquot captiuorum de quibus ad Caes. Maiestatem scribimus liberatione vrgeatur, petatur quoque in ipsius Passae literis dicti Castelli Calo demolitio, qui planè id significat nisi haec antea reipsa effecta sint, nihil de petita prorogatione conclusum, neque literas super eo solennes expeditum iri. Verum de his omnibus quia latius ex dictis nostris cognoscet, non vtar pluribus verbis, Illud tantum dicam nos conaturos ut dictae Sulthani et Mehemetis literae quae mutile admodum perplexè intricate, neque satis ex rei gestae fide scriptae sunt, reformentur, resque ad optatiora deducatur. Quod si minus succedet, (vti sanè vix quicquam melioris spei reliquum videtur :), confidimus omninò Dominationem Vestram Illustrissimam ex continentibus totius huius tractationis nostrae actis facile perspecturam, non id nobis, qui sumna in ijs quae iniuncta nobis fuerunt, fide quantamque maximam animi nostri capere potuerunt diligentia, vis nihil quod à nobis praestari potuerit intentatum reliquerimus, sed partim fluxo ipsius Mehemetis Passae ingenio, partim supramemoratis difficultatibus et impedimentis istinc pendente nostra tractatione, ortis, obiectisque imputandum esse. Quocirca Dominationem Vestram Illustrissimam pro solita sua erga me beneuolentia et patrocinio maximopere oro, vt nos apud suam Caes. Maiestatem purgatos habere dignetur.

. . . (om) . . .

Dominationis Vestrae Ilustrissimae — Addictissimus seruitor

Carolus Rym.

Constantinopoli ipso die Paschatis nempe vndecima Aprilis 1574.

DCLV.

Scrisórea luĭ *Constantin Curnar* şi aluĭ *Albert Lasky* către *Ioan-Vodă* despre ajutorul ce i se pregăteşte. 1574, 21 Aprilie.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Exemplum Literarum Constantini Curnar et Albertj Laski ad Vayuodam Ioannem Moldauiae.

Illustre Magnanimo et amico nostro honorando et dilecto Iouan Vayuoda di Moldauia. Quando ui sara peruenuta la nostra lettera, vi sia noto qualmente hora qui in questa parte alla Maestà del Re di Polonia èt à noi è venuta la vostra litera et li vostri auisi, et hauendo noi inteso quelli periculi et trauagli che sono auenuti, tutti siamo stati Conturbati et malanconici, et ne ha dispiaciuto molto asai. Dunque sapiate che per non esser le famiglie et la natione di Polonia mai mancata di fauorir et far ogni beneficio alli loro amici secondo loro fauorj et beneficij. A noi ancora è di necessario et si conuiene in ogni modo di aiutarui et farui ogni fauor amicheuole. Per la qual cosa adesso secondo che è stato possibile si ha fatto buon ordine et preparamento di essercito, ma per esser vostra signoria discosta di noi si ha constituto per generale del essercito Martin Cameniskogha et Christophoro Cazmiroskogha li quali sono signori prudenti et fidati alli quali in ogni modo si ha dato ordine che debbiano aiutar et soccorrer la signoria Vostra. Questi sono signorj idonei et vostri prossimi vicini, vostra signoria in tute le sue cose d'importantia si consigliarà con essi loro et metterà le sue cose in ordine. Poi tutte le vostre cose per li vostri fidati homini le scriuerete et avisarete et alli prefati signori in ogni modo prestarete fede, poi segondo che ui sara possibile le vostre cose et noue non mancate di scriuerle et auisare à questa parte à noi, perche noi sem. pre mai con tuto il cuore et animo desyderamo la Vostra prosperita, il vostro bene et victoria col augmento della vostra vita et felicità. Questa lettera fu scritta in freta nella citta di Cracouia alli 21 di Aprilis 1574.

Carissimi amici di vostra signoria Constantino Curnar Vayuoda di Aroswitz et Alberto Lasky Palatino del Regno di Polonia et Consigliero.

DCLVI.

Scrisórea luĭ *David Ungnad* către *Mehemet Paşa* în cestiunea extradăriĭ luĭ Bogdan-Vodă. 1574, 22 Aprilie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Exemplum scripti exhibiti 21. Aprilis Mehemeti Passae, descriptum in Cyffra data Domino Ungnadio.

Illustrissime Domine!

. . . (om) . . .

Quod vero ad Casparem Bekesium, et Bogdanum spectat, quos Sulthanus et Dominatio Vestra remitti postulant: Primum de Bekesio Caesarea Maiestas rationes suas

aequissimas ad Dominationem Vestram perscripsit, quibus et Sulthanum et Dominationem Vestram acquieturos prorsus confidit. Idque ut ita fiat rogamus. Sin Sulthanus et Dominatio Vestra Illustrissima minus ijsdem rationibus sibi satisfactum esse patientur, Non dubitamus quin Caesarea Maiestas intellecta mente Vestra nihil ab eo quod sibi vigore huius pacis, tam currentis quam continuatae incumbet, alienum factura, sed ita vobis satisfactura sit, ut nihil in contumeliam vestram aut minus amico animo à Caesarea Maiestate hac in parte actum intelligatis. De Bogdano non intelleximus, neque arbitramur eum in Caesareae Maiestatis ditione, saltem ipsa Caesarea Maiestate sciente aut volente, esse cum Dominatio Vestra ex eiusdem Caesareae Maiestatis literis. XXV. Martij anno superiore ad Sulthanum scriptis cognoscere potuerit, quod Caesarea Maiestas ante acceptas Sulthani literas, et priusquam de mente Rulthani aliquid sciret iusserat ut dictus Bogdanus protinus ac citra ullam moram omnibus Caesareae Maiestatis ditionibus excederet, de quo nos ad easdem literas remittimus. Et tamen si fortè Caesarea Maiestas informabitur, eum se inscia, in suis ditionibus delitescere, prorsus confidimus Caesaream Maiestatem ita se gesturam, ut intellgant, et Sulthanus, et Dominatio Vestra illum ab ipsa in vestrum contemtum nequaquam fouerj aut tolerarj.

(Das übrige handelt von der Fridensverlängerung auf weitern 10 Jahre, von der Schleifung der Weste Kalo und den Gränzstörungen etc.)

. . . (om) . .

Actum Constantinopoli XXII, die Aprilis anno 1574.

DCLVII.

1574, 23 Aprilie. Raportul lui *David Ungnad* şi alui *Carol Rym* cătră *Impĕratul* în afacerea lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Oratores Constantinopoli de 23. Aprilis 1574.

De conscriptis Sulthani et Mehemetis ad Maiestatem Vestram literis reliquisque, Maiestatas Vestra ex postremis nostris 10. et 11. huius datis, quarum exemplum his adiunctum est, clementissime intellectura est. Bassa scripto nostro, quo nitebamur ut literis illis mutatis, res ad meliora deduceretur, uiso, paucula quaedam in suis literis mutare iussit. Reliqua de Bekesio et Bogdano remittendis, ac captivis reipsa et de facto liberandis, Castelloque Calo destruendo, ut in suis literis posita fuerant, reliquit. In Sulthanicis uerò nihil mutari uoluit, urgentibus autem nobis rem, et necessariò Mahumatis opera (:quando neque nos admitteremur, et Dragomanni nostri uel non audirentur, uel subito protraherentur, neque excandescentis, efferentisque se paululum Bassae uultum sustinere auderent:) vtentibus, tentantibusque per eum denuò Mehumetis animum, num munere extraordinario, antea à nobis promisso augendo flecti posit: renunciavit nobis Mahumat, quemadmodum Bassa, auditis ijs, quae mandaveramus, caeperit, quoad Bekesium et Bogdanum flecti et innuere si curaretur ut petiti captivi quamprimum liberarentur et Bekesius ac Bogdanus clam in interiorem et abditiorem Christianitatis, aut etiam

Maiestatis Vestrae regiones ablegarentur, ne id rescisceretur, neque in propinquis Sulthanicae ditioni locis uelut in contumeliam Sulthani manerent, sique Maiestas Vestra huc scriberet, illos in suis ditionibus non esse, alioquin fuisse daturam operam ut Sulthani desyderio satisfieret, confidere se Sulthanum pacari, et rem hanc sopiri, componique posse. Alioquin nisi haec ita facta sint, et Maiestatis Vestrae responsum aduenerit, non audere se amplius de his Sulthano loqui, quod haberet multos aemulos et maleuolos, à quibus sibi timeret, ne accusaretur, quasi Maiestati Vestrae faueat, sicut Alybassae quondam obiectum fuisset. Haec autem Mahumat nobis diceret, tanquam ex se per modum suasionis et consilij, et non tanquam ex ipso Bassa profecta. Nolle autem se nobis ideò audientiam dare, quod nihil nobis boni coram Turcis astantibus et auscultantibus dicere posset. Sic Passam locutum, nobis Mahumat ait, qui addidit, Transyluaniae Vayuodam quantumuis bona uerba Maiestati Vestrae fortassis det, non desinere tamen de Bekesio et Bogdano huc scribere, et hanc materiam exagitare, de Calo uerò Mahumat nobis retulit, Passam in suo de eo demoliendo proposito perstare, neque deduci ab eo potuisse. Nos porrò cum Passa leniorem de Bekesio et Bogdano factum uideremus, urgendum putauimus et de Calo molliri, eoque redigi posset, ne à priori Sulthani de eo castello manendo responso, quot Maiestati Vestrae secundo Nouembris perscripserimus, redderetur. Itaque iterum egimus per Mahumathem scriptumque aliud 15. huius per eum ad Passam in eum finem misimus, cuius ut item superioris exemplum Maiestati Vestrae meliore commoditate transmittemus. Perstitit Passa et quod amplius est, Sulthani literas quas nobis miserat, reddi sibi iussit, ut ijs quoque de illius castellj destructione adscriberetur. Sic enim uelle Sulthanum. Non destitimus tamen. . . . .

. . . (om) . . .

Aduenit modo Cursor à Beilogradensi, seu Benderensi Sangiacho ex Polonicis confinibus, cum eius Sangiacchi literis, quibus nunciat Ioannem Moldauum paulo ante Vayuodatu amotum, asse adhuc in Moldauia, et scripsisse, intercederet ad hanc Portam ut ipse Ioannes in suo Vayuodatu permanere cum bona Sulthani pace queat. Esse enim et manere uelle fidelem Sulthani ministrum, falsoque delatum si uerò Sulthanus nolit, decreuisse illum se armis et copijs, quas collectas habet, tueri, et pugnando potius occumbere, quàm è prouincia discedere. Nunciatur etiam Petrus Valachi frater illi successor datus, in Transalpina substitisse. Quo haec euasura sint, temporis progressus indicabit. Scriptae sunt à Sulthano quinto huius mensis ad Bassam Budensem et Transyluanum literae, intellectum esse, quod praefatus Ioannes Moldauus transiturus esset per partes Transyluaniae ad Maiestatem Vestram. Itaque mandatur ijs, ut uias obseruari curent, et dent operam, ut is Ioannes, si illas transire nitatur, capiatur, quod si fiat, gratum id seruitium Sulthano fore, iubeturque, ut hanc rem occultam habeant. Earum literarum exemplum nacti sumus, quod opportuniori occasione transmittemus.

. . . (om) . . .

Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae nos quam humilime commendantes, Deumque oramus ut eam in longissimos annos incolumem conseruet.

Constantinopoli 23 Aprilis 1574.

DCLVIII.

1574, 3 Maiŭ. Scrisórea lui *Stefan Báthory* cătră *Impěratul* despre înfrângerea suferită de Alexandru-Vodă din Muntenia în luptă cu Ioan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Caesarea et Regia Maiestas etc. domine nobis clementissime.

Post fidelium nostrorum feruitiorum, in gratiam Maiestatis Vestrae S. Caesareae humilem subiectionem. Quamuis hoc tempore ex aula Turcarum Imperatoris nihil eiusmodi habeamus, quod ad Maiestatem Vestram S. Casareae perscribendum esset; quia tamen inter uicinos nostros Moldauos et Transalpinos his diebus noui motus excitati sunt, de ijs Maiestatem Vestram S. Casaream certiorem facere operae pretium esse duximus. Causam autem huius belli hanc esse Maiestas Vestra S. Casarea sciat.

Alexander Vayuoda Transalpinus regnum Moldauiae pro fratre Petro, qui in aula Turcica multos annos fuit, a Turcarum Imperatoris impetrauit. Eum in Moldauiam inducturus conscripto satis magno exercitu castra posuit ad Braillam oppidum danubio proximum ditionis Turcarum Imperatoris. Qua re Moldauus Iuan Vaiuoda animaduersa, muniendi sui causa similiter magnum exercitum contraxit. Quo in Transalpinam bipartito misso, altero caecidit Alexandrum eiusque castris potitus est: altero, cui proerat amicus suus Ventila Petrasco Vayuodae filius, Bukorestum sedem Vaiuodarum Transalpinensium occupauit, collocatoque ibidem Ventila, eum Vayuodam et dominum Transalpinae privata auctoritate constituit. Alexandrum ex conflictu, amissis circiter ducentis ex suis Braillam profugisse aiunt. Satis quidem prospere hucusque fauit Moldauo fortuna, sed quam sit firma futura breui uidebimus. Certum est Alexandrum et Petrum bonis fundamentis et praesidijs niti, qui omnino Turcarum Imperatoris auxilio acceptam iniuriam ulcisci conabuntur. Ceterum cum de exitu huius belli, tum de alijs rebus, quae ex aula Turcica in dies exspectamus Maiestati Vestrae Sacrae Caesareae pro nostra fide copiose perscribemus. Deus opt. Max. seruet et tueatur Maiestatem Vestram Sacram Caesaream incolumem atque felicem quam diutissime, cuius gratia nos etiam atque etiam commendamus. Datum Alba Iulia tertià die mensis Maij 1574.

Eiusdem Maiestatis Sacrae Caesareae et regiae fidelis seruitor

Stephanus Bathory de Somlyo, m. p.

Aufschrift: Sacratissimo Principi et domino, domino Maximiliano II. dei gratia Electo Romanorum Imperatori, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque etc. Regi Augustissimo, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Comiti Tyrolis etc. domino nobis clementissimo.

DCLIX.

Raportul lui *Hans Rueber* cătră *Impĕratul* despre intenţiunea lui Ioan-Vodă de a se retrage in Ardeal. 1574, 4 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Allerdurchleuchtigister, Groezmächtigster Romischer Kayser Auch Zu Hungern vnd Bechaimb Kunig etc.

Allergnedigster Herr. Vor acht Tagen Ist mir beiliegend Schreiben vom Vladimir Zabolozkj ausz Cracau zuegeschickt worden, So ist er selbst auch gestern von dannen kommen, Vnd mir vermeldett, dasz er nunmehr daselbst alle seine Sachen, darumb er sich biszheür derselben ort aufgehalten, gerichtet hab. Wolle also Jezo Hinein In Sibenburgen, von dem Weida auch mit gueten willen seinen Abschied, und hernach alle seine Sachen mit sich Herausz nehmen, Vnd sich vorigem seinem vilfaltigen erbieten nach, vnd auf die Handlung so Euer May. durch mich, vermög der Beuelch, so ausz derselbigen Hofkriegszrath, vnd vnter andern einer vom 6. Aujustj verschienen 73-ten Jahrs auszgangen, mit Ime Handeln lassen, In euer May. Dienste ganz vnd gar begeben, und darin, solang Euer May. Inen zugebrauchen vermeinen, treulich pleiben vnd verharren. Allein darum pith er, damit er dannoch sehe, dasz Euer Mayestät selbst Ime mit Gnaden gewogen, vnd Inen Zubestellen pegern, Solchen Dienst Ime auch desto ehrlicher sein, Dasz Euer May. Inen durch Iren selbst Beuelch fordern wolten. Auf welchen Beuelch er auch einen Diener alhier warten lasset. Do solchs nun Euer May. gefellig So pith Ich mir auch ein Abschrift desselbigen mitzuschicken, darnach Ich mich Zurichten hab.

Ferner hat er mir auch volgende Sachen mit mehrer ausserung angezaigt.

Demnach er mit den furnemisten Herrn In grossem Vertrauen stehe Hab er mehr vnd Zu viel vernommen, Wie schwirig vnd vnwillig die Landstände vnd am meisten Die, so heuer Ire vota auf den Konig gegeben, vber Inen gen Konig seien. Sy Haben In vielen wichtigen Sachen vertröstung gehabt, vnd sein Inen vil furgesagt worden, Vnd dasselbig mehrers vilsz allesz nichts. Lassen sich auch vnuerholen vernehmen, dasz nicht Zum Pesten an Ime beschehen, vnd sy hetten pesser an Euer May. Sone gethain. Vnd solte sich eine kleine veranderung beschehen, Mechte solches nochmalsz on alles mittel beschehen. So seie der Konig auch fast vnlustig, Lasse selten für sich, Vnd do er audienz gebe, seie er nicht Handelhaftig, Vnd weil er selbst nicht mehr alsz Franzosisch konne muessen maisten tails die sachen ausz dem Lateinischen, vnd aussm Latein erst Ime dem Konig in Franzosische, vnd also nicht on verdruesz In die dritte Sprach verdolmatscht werden. Wie dann Jezo wol von funferlej orten ansehenliche Abgesanten ausz dem Land aldort gewest, vnd demnach sy nichts richten konnen mit grossem Verdrusz vnd vnwillen wider abgeraiset. Er der Konig laugne Inen dasz meist wasz er Inen Zuuor Zuegesagt. Vnd bestehe auf dem, Wy esz der vorig Konig gehalten, Also wolle er sich auch vnd geringer oder nicht weniger halten.

Die Moscowiterische Potschaft seie furn Konig, ob ers wol Zu etlich maln pegert, nicht kommen, mit furwendung sie seie Zu den Landstanden vnd nicht Zum Konig abgefertigt worden, ist auch darüber verreiset. Hernach Hab er der Konig pald eine potschaft Zu Ime Moscowiter abgefertigt, vmb eine Friedsztractation. Stehet Im Zweiuel ob desfalsz etwasz gerichtet werde. Sonst vermeldet er auch, Dasz er mit Ime von Euer May. Zu mehrmaln Zu rede sey worden vnd ofters vernommen, Er, Die Potschaft, seie gewisz, dasz sein Herr der Grosfurst ein sonders guetes gemuet Zu Euer May. Hab vnd sich Euer May. gern pesser verwandt machen wolte.

Eine Tartarische Potschaft seie wol mit Hundert Pferden ankommen vnd pegern noch auf vier Jar ausstendigen Tribut. Wurde Inen derselbe noch lenger furgehalten, so solle Poln Feind an Inen haben.

Der Jezig Weida In der Mulda Iwan, Hab auch seine Abgesandten beim Konig gehabt, Der Vrsach halben, Dieweil er bej dem Turckischen Kayser an der Porten sehr vbel stehe, Vnd sich hart befahren muesse, derhalben er dann auch alle seinen Schaz (dessen er nun ein Zeit hero mit grossem gewaltsamen vnrecht vil Zusammen gebracht hat) auf ein Graniz Hausz Chotin geflohet Hat, er der Konig wolle Inen mit den seinen In Schuez oder doch in sein Land nehmen. Eben dasz hat er auch vom Weida ausz Sibenburgen begert, Ist Ime aber an beiden orten abgeschlagen. Also hat der Abgesante an Iren Zabolozky pegert, Er solle an Euer May. gelangen lassen, ob er bej Euer May. aufenthalt haben mochte, Welches mir der Moscowiter Jezo anzaigt, Vnd Ich lasse esz dabej bleiben. Hab esz aber dannoch Eur. May. nicht sollen verhalten.

Der Weida ausz Sibenburgen seie Euer May. aigentlich nicht treu Vnd Halte Euer May. mit seinen Gesanten bej Hof nur vergebens auf, Vnd esz werden Euer May. mit der Zeit an solche treue warnungen gedencken. Insonderheit Hab sehr wol an Zagmar aufzusehen.

Der Weiwoda Zu Cracau seie nun schon vor etlichen tagen tod Vnd gehe starckhe vnd gewisse vermuttung auf den Peter Spaweowszky, dasz derselbig an seine stelle kommen werde.

Solchs Hab Euer May. Ich sollen Zueschreiben, Vnd thue Euer May. mich vnterthenigst beuehlen. Datum den 4 Maij Anno 1574.

Euer Röm. Kaij. May. Vnndertenigister Diener

H. Rueber m. p.

(Aufschrift:) Der Romischen Kayserlichen Auch Zu Hungern vnd Boeheimb Kuniglichen Maiestätt etc. meinem allergnedigsten Herrn Zu Irer Rom. Kay. Mit. selbst Handen.

DCLX.

1574, 4 Maiŭ. Raportul lui *David Ungnad* şi alui *Carol Rym* cătră *Impĕratul* despre situaţiunea lui Bogdan-Vodă şi despre mersul negoţierilor de pace.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Oratores Constantinopoli de 4. Maij 1574.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime!

Acceptis vltimis Maiestatis Vestrae literis 27. Martij datis et 19. Aprilis à Stephano Gurtner Cursore huc allatis, (quae) 21. in nostro cum Mehemete colloquio acta fuerunt, Maiestas Vestra et ex nostris literis 23. eiusdem mensis scriptis, quas vnàcum his sub litera *A* habitura est, et ex adiuncto scripto eodem 21. Mahmeti à nobis exhibiti exemplo clementissimè intelligere dignabitur. Bassa, eo scripto lecto, post duos dies nobis per Mahumatem renuntiat, quod ad grauamina attineret, non esse nobis aliud responsum expectandum, quam ex ipso audiuissemus, nempe ea imputanda nostrorum Iniurijs et excursionibus, quibus sui irritati fuissent: Canisiam combustam esse tum in

vltionem destructi Bolondwarij, tum quia quidam perfuga Zigethiensj Bego Canisienses instruere se ad comburendam Brezenizam, et in eum vsum magnam copiam arundinum et alia Instrumenta comparasse retulisset: quorum conatus, ut obrueretur, Zigethiensem Canisiam profectum et captum oppidum arundinibus illis, alijsque Instrumentis quae parata inueniebat, combussise: In Croatia comes à Sluna, et in Hungaricis confinijs reliquos Maiestatis Vestrae praefectos et milites non cessare à continuis excursionibus, atque inde fieri vt Turcae se vlcisci cogantur: Castigaret Maiestas Vestra suos, qui pacem violarent: Sulthanum quoque idem facturum: Sulthanum etiam cupere cum Maiestate Vestra pacem colere quamdiu Maiestas Vestra ex sua parte eandem syncerè colat: De eo non esse dubitandum Maiestati Vestrae curandumque ab ea, ut munera huc quamprimum adferrentur, vtque captiui in Sulthanicis et suis literis petiti dimitterentur, ac Bekesius et Bogdanus huc mitterentur, aut saltem in Maiestatis Vestrae Ditionibus non tolerarentur, vtque praesidiarijs in Kalo ab excursionibus abstinerent, neque solita tributa impedirent, et in eiusdem Castelli presidio Germani potius quàm Hungari, qui praedones essent, neque quiescere possent, imponerentur. His actis, de prorogationis negocio facilius quae petimus confectum iri: Haec Maiestati Vestrae scriberemus: nolle enim se aliud scribere, quam antea scripsisset, et velle ut literas, quas nobis tradidisset, ad Maiestatem Vestram cum Sultanicis mitteremus. Sic Mahumat nobis retulit, qui Passam innuere, sed tamen expresse eloqui, aut scribere nolle indicabat: mansionem Castelli Kallo et pacis prorogationem, ubi munera aduenerint, et Maiestas Vestra Sulthano de captiuis et Bekesio ac Bogdano satisfecerit, simulque curasse se responderit, ne ex Castello Calo excurratur, aut per id consuetorum Tributorum solutio impediatur, commodius obtentum iri. Nos verò non contenti hoc Bassae responso, ut qui de grauaminibus nominè satisfaceret et quae de Callo innuisset, pro lubito negare aut reuocare posset, ut ea quae de eodem Calo non destruendo in Nouembri nobis dixerat, quaequè secundo Decembris ad Maiestatem Vestram perscripsimus, postmodum reuocare non erubuit: Institimus quantum potuimus pro dictorum grauaminum reparatione, refutantes, quae Bassa responderat, et simul vrsimus mutationem literarum suarum praecipuè quae ad articulum de demolitione Calo, ostendendo eam et iniquam et impossibilem et praeterea illas literas suas ita scriptas, ut Maiestati Vestrae bellum denuntiare uideretur, ac in hunc finem per Mahumatem à nobis instructum plura Memorialia ipsi Passae exhibita sunt. Tandem Passa nobis respondit, se literas illas amico et beneuolo animo Maiestati Vestrae scripsisse, neque eas mutari sed sic mitti velle, et tamen alteras praeterea in responsum ad grauamina et ea quae recens proposuissemus, scripturum, quas vna mitteremus. Eae cum nobis ostensae sint, neque aliud obtinere possimus, et tamen Passa Postam antea toties negatam, cum de munerum mora illi scrupulum iniecissemus, concesserit qualescunque sunt, simul cum Sulthanicis et prioribus Mehemeticis Maiestati Vestrae mittimus, ad eas Sulthani et vtrasque Passae literas, Maiestati Vestrae responsum humillime expectaturj. Nam id nisi aduenerit, nisique eiusmodi sit, vt Sulthano et Mehemeti satisfiat, frustra nos de prorogatione laboraturos animaduertimus. Cuius quidem prorogationis conficiendae causa, quam nihil, quoad in nobis fuit intentatum omiserimus, Quamque sedulò eas, quae plaereque inciderunt difficultates vel submouerimus, vel submouere conati simus, et quàm non longè res ab optato fine, saltem quantum ad eum qui hactenus praecipuè in controuersia fuit, reuisionis Librj articulum abesse uidebatur, nisi haec Bekesiana et Bogdaniana et Castelli Kallo extructio in Tractationem nostram, veluti ex transuerso incurrissent, eamque vel conturbassent, vel certè, cum Maiestas Vestra Sulthano, Passaeque ijs satisfacerit, suspendissent: Eandem Maiestatem Vestram clementissimè ex toto huius nostrae Tractationis decursu et serie in tot diuersis prioribus, et his literis nostris singillatim enarrata perspecturam confidimus. Vnde etiam bona nos spes habet, ipsam Maiestatem Vestram rei necdum minus ex sententia transactae, causam non nobis, sed modo recitatis obstaculis isthinc ortis et excitatis pro Augusta sua benignitate attributuram. Tria autem potissima sunt quae petentur, de quibus nisi satisfiat, videtur Passa omnem vlteriorem de prorogatione actionem praecisè excludere, nempe captiuorum in

Sulthani et Passae literis nominatorum liberatio, Bekesij et Bogdani remissio, ac Castelli Kalo destructio. Quod ad Captiuos attinet, tametsi eorum quosdam scilicet Ibrahim Agam, fratrem Hemini Zolnokensis et Solyman Agam in casum optati successus liberatum iri spoponderimus; Tamen non contenti Sulthanus et Passa nostris verbis illos de facto et re ipsa liberos prius esse volunt. In reformatione Consilij bellici à Maiestate Vestra nobis cum postremis suis literis transmissa de vrgenda etiamnum Delipop cum Ibrahim Aga commutatione et fideiussionibus, quibus is Ibrahim Aga se obstrinxit praescribitur. Sed id iam nobis amplius integrum non esse, quod eius ut item fratris Hemini Zolnokensis à Praefecto Agriensi detenti ex Maiestatis Vestrae literarum per Sinnichium adlatarum praescripto liberationem, ut supra diximus promiserimus, Caes. Maiestras Vestra ex plerisque nostris alijs et item ex ijs quas 23. superioris mensis scripsimus clementissimè cognouerit. De Hassan Hemino qui item petitur et ad Marussam ante aliquot annos captus dicitur, nos eum sub fide dimissum audimus. De quo illustrissimus Comes Eggius à Salmis Caes. Maiestatem Vestram optime edocebit. Quis sit Curt Aga ex dicta Informatione bellica constat. Ferrath Aga qui similiter petitur dicitur fuisse captus in Megorcza vnà cum dicto Curtaga et à Domino Vito ab Haleck praefecto Sclauoniae captiuus detinej. Omninò uerò perspicimus nos nihil hic acturos nisi praedicti Captiui realiter liberati audiantur et eorum liberatione ad ea quae supersunt exequenda mollior aditus struatur. De Bekesio et Bogdano, quae Mahumath sibi à Passa dicta retulerit vt nobis tanquam ex se ipso. et non tanquam ex Passa profecta suaderet, Caes. Maiestati Vestrae 23. Aprilis fidelissimè perscripsimus, vtinam Maiestas Vestra binas literas nostras Decimo et Vndecimo Aprilis aut saltem earum alteras ante harum perlationem acceperit et tam Bekesius quàm Bogdanus, siquidem uera sunt quae de hoc à Sulthano et Passa scribuntur, antea è regionibus Maiestatis Vestrae excesserint, et ita quidem ut Maiestas Vestra de Bogdano quod in suis regionibus manserit, ignorauerit aut ignorasse credi possit. Nam foret haec promptissima iustissimaque respondendi satisfaciendique ratio, si neutrum in Maiestatis Vestrae ditionibus esse, ac Bekesius ante Sulthani quem priori Maiestatis Vestrae excusationi acquieturum speratum fuerat, literas adlatas excessisse: Bogdanum uerò post Maiestatis Vestrae superioris anni literas uel non fuisse in eiusdem Maiestatis Vestrae regionibus, uel si fuerit, id eadem Maiestate Vestra ignorante accidere potuisse per huc rescriberetur. Sin autem uel vtrumque uel alterum hae adhuc literae (quod absit) fortè deprachenderiut, sique Maiestas Vestra eos in alienas regiones (quod quidem necessarium erit, modo postulatam remissionem quam vrgere hi non desinent, salua horum offensione declinandam existimabit) excedere uoluerit: Tutissimum videtur, ut id quàm tectissimè fiat, ne Caesaream Maiestatem Vestram consciam fuisse in tanta maleuolorum et delatorum copia resciscatur et ad hanc Portam deferatur, neque tam alienum foret respondere in eam fere sententiam quam Mehemetis Passae ad Muhumatem verba vltimis nostris literis recitata significant.

. . . (om.) . . .

Mahumatem Interpretem non possumus quin Maiestati Vestrae iterum atque iterum commendemus, eius eximia est in Maiestati Vestrae opera rebus, et studium, planeque nobis ad prorogationis confectionem necessarius erit: Promisimus ei in casum optati successus mille Ducatos pro Extraordinario munere, quod Maiestas Vestra Caesarea ratum habere vltimis suis dignata est. Polliceri etiam sibi ipse videtur a Maiestate Vestra ordinarium, quale Ibrahimo Bego, in cuius locum successit, cuique propensione et feruore erga Maiestatis Vestrae negotia se superiorem existimat, mitti quotannis solebat, nempè Mille Taleros amnuum munus, eoque magis, quod antea eodem Ibrahimbego viuo se quingentos Ducatos habere solitum. Id quod et secundo Septembris Maiestatem Vestram humillimè monuimus.

Moldauica, de quibus 23 Aprilis scripsimus, in expectatione sunt. Nouus Vayuoda Petrus Alexandrj Valachj frater cum introductore suo Cicala in Valachia constitit. Quod

à Ioanne Vayuoda Prouinciam deserere nolente, ac magnum ex Prouincialibus et finitimis, qui vndique affuxerunt, Exercitum collectum tenente, submoueatur. Tartaro ac finitimis Sangiachis, Valachisque, et item Transyluano mandatum est, vt copias suas parent, neque tamen Moldauiam sine vlteriore mandato inuadant. Sunt ipsius Ioannis Legati in itinere, cum muneribus et literis. Quibus se Sulthanum pacare, criminationes obiectas, propter quas Vayuodato depositus est, diluere, et Prouinciae retentionem impetrare posse confidat. Ipse Ioannes, traucidatis potentissimis, quibusque gratum se reliquis Prouincialibus efficit, Quorum summum est in Valachis, quos sibi praefici nolint, odium. Haec res breuem exitum habebit. Nam nissi Sulthanus pacabitur, obruetur vndique Ioannes cum sua Moldauia, vtpote, cuius conatus animo magis quàm viribus nitatur, nisi fortè à finitimis Polonis aut Moschouitis, de quo tamen nihil adhuc auditur, sustentetur, sunt qui narrent Moldauorum potentiorum nonnulos incipere paulatim à Ioanne deficere, et ad Valachi partes se applicare. Literarum, quas Maiestati Vestrae significauimus ad Passam Budensem et Transyluanum hinc missas esse, vt quia relatum esset Ioannem Moldauum transiturum per illas partes ad Maiestatem Vestram, darent operam, ut vijs custoditis intercipiatur, si illas (sic) transire nitatur, exemplum sub litera H. Maiestas Vestra vnà cum his habitura est. Murmuratur fuisse inter Moldauos et Valachos conflictum, Verum nihil explorati habemus.

Transyluani nouus Agens Petrus Rätz iamdudum in itinere est, et expectatur, Quid laturus, et num quid de Francico matrimonio acturus sit, indagare non omittemus.

Mustapha Chiausius, quem pridem causa Bekesij et Bogdani cum Sulthani ad ipsos literis, quarum exemplum Maiestati Vestrae misimus, profectum in Transyluaniam scripsimus, quemque in reditu esse aiebant, dicitur adhuc esse in Transyluania, et tentare vt vel Bekesium, vel Bogdanum per causam illarum literarum alliciat. Haec Maiestas Vestra propius, certiusque ex ipsa Transyluania intellexerit.

. . . (om) . . .

His hucusque scriptis renunciat nobis Mahumat se iterum sicut mandaueramus (: neque enim cessamus experiri num quid amplius proficere possimus :) cum Mehemete Passa loquutum eumque iussisse nobis diceret, vt Caes. Maiestati Vestrae scriberemus, ipsum optimè erga Maiestatem Vestram et conseruationem pacis animatum esse, moneremusque vt Maiestas Vestra captiuos illos dimitteret, ac Bekesium et Bogdanum amoueret et re ipsa ostendat, se Sulthano satisfacere et gratificari uelle, vtque munus honorarium quam citissimè mitteret, deinde futurum ut perspecta bona Maiestatis Vestrae voluntate reliqua melius conficiantur, Quas autem literas Caes. Maiestati Vestrae scripsit, tametsi acrius scriptae uideantur, bono tamen amicoque animo illas eum scripsisse. Ac illud dicit Mahumath de destructione Kalo, quam ut iniquam ita impossibillem obtentu esse, inculcare non desistimus postulatione omittenda nihil Passam expressè promittere, sed tamen si munera aduenissent, ac de captivis et Bekesio Bogdanoque satisfactum esset, simulque Maiestas Vestra promitteret se curaturam ut ipsemet Praefectus Calo quotannis Tributum consuetum villarum ad illas partes sitarum quae tempore conditae pacis tributariae fuerunt, uel Zolnokum uel Budam mitteret, ne Turcis opus esset eo praetextu excurrere, aut queri de substracto impeditoue, occasione eiusdem extructionis solito Tributo, prouisuram etiam, ut praesidiarij illius noui Castelli abstinerent ab iniurijs et excursionibus : si haec ita fierent, putat Mahumath hanc demolitionis petitionem sopiri, remque pacari et prorogationem confici posse. Idque sibi uidetur et verbis Passae non tam disertè audire quàm tectè colligere.

. . . (om) . .

Sac. Caes. Maiestati nos quam humilimè commendamus Deumque oramus ut eam in longissimos annos incolumem florentissimamque conseruet. Constantinopoli quarto Maij 1574.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae

Humilimi et fidelissimi seruitores

Carolus Rym, m. p.

Dauid Vngnad, m p.

A tergo : Sacrae Caesareae Maiestati etc. Domino nostro Clementissimo etc.

DCLXI.

1574, 4 Maiŭ. Scrisórea lui *David Ungnad* cătră *Toma Trautsohn* despre mersul afacerilor de la Pórtă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Kanzleiauszug :)
Dominus Vngnadius.

De Gurtneri Constantinopolim aduentu. — De Bekesio et Bogdano si non ex ditione saltem ex aula Caesarea remouendis. — De excidio Canisiensi per Caesareos Milites Bresenzam ex infidijs occupaturus prouocato. — De insigni Mehemetis Bassae in Comitem Zrinij odio. — De Castello Kallo diligenter obseruando. — De graui, qua et ipse et Dominus Rym, quoad rem pecuniariam premantur difficultate. — De Captiuis ex Castello Kalo et Agriensi Constantinopolim missis. — De reuocatione Caroli Rym diutius non differenda. — De eliberatione Crusath. — De modo reuisionis super libro Turcico instituendae. — De remouendis Interpretibus Turcicis et paulatim adolescentibus Christianis ad linguam Turcicam assuefaciendis, et interpretum officio adhibendis. — Commendat Pfisterum, eumque meliore fortuna dignum ad ampliorem gradum promoueri petit. — Similiter Aurerum quoque de meliore nota commendat. — De constituenda Doctori Salomo annua centum Ducatorum pensione. Sibique hac in parte Caesareae Maiestatis resolutione per literas patefacienda.

Wolgeborner gnediger Herr. mit erbiettung meiner gehorsamen Dienst wisz Ew. gnaden das den 19. Aprilis Steffan Gärttner hie wol ist ankhomen, Ich hab Euer Gnaden den 10. Aprilis durch Ofen vnd den 11. Aprilis durch Venedig zu wissen thon waran Aurers aufzug haft vnd vngefehrlichen inhalt desz Sulthani vnd Mehemetis Passae schreiben die Er Aurer wo sy nit geendert werden mit bringen wirdt, Zuuerstehen geben, getröste mich sicherer vberliefferung. Wie der Sulthan vnd Er Mehemet Bassa dan starckh auf die widerkerung des Bekesz vnd Bogdans so auskundtschafft worden in gedachtem drei schreiben dringen. Jedoch hat Mehemet Bassa mit dem Mahomut Obristen Dragoman allein geredt, Ime beuolhen fur sich selber anzuzaigen, doch nit in seinem namen, Die Kay. Maj. sollen die Zwen fluchtigen nit Inen gleich als Zu Hon vnd trug in augen vnderhalten, wölle Inen Ir Maj. guets thuen so sollen sie sie an andere orth befördern, Dan Ir Kais. Maj. andere Reich vnd Furstenthumb haben, das stehet nun nit

In brifen, wie es vns fürkhomen so schreib ichs. Ew. gnaden werden der sachen vernüfftiglich nachzudenckhen et priuatarum personarum rationem publicis negocijs nit vor sonder nachzuseczen wissen. Baider Kaiser Capitulation lassen sich diszfals hie warlich nit disputieren.

. (om.) . . .

. . . mich Ew. Gnaden gehorsamblich beuelhende. Datum Constantinopl im 1574 4. Mai.

Dauid Vngnad.

(A tergo:) Dem Wolgebornen Herrn, Herrn Johan Trautson, Freyherrn zu Spröchenstein vnd Schrauenstein, Erblandt Marschalch in der frey Grafschaft Tyroll, Rom. Kay. Maj. gehaimen Rath vnd Obristen Hofmaister, Landshaubtman an der Etsch, Burggraf zu Tyroll, vnd Haubtman zu Bouereit, Meinen gnedigen vnd gebiettunden Herrn. Wienn.

DCLXVII.

Raportul lui *David Ungnad* şi alui *Carol Rym* către *Impĕratul* despre afacerea lui Bogdan-Vodă. 1574. 4 Maiu.

(Din Archiva ces. reg din Viena)

(Kanzleiauszug:)
Dominus Rym.

De pacificationis prorogandae statu. — De promouenda sui reuocatione. — De duorum millium ducatorum à Georgio Raguina sibi mutuo datorum, et eius quod interest viginti scilicet pro Centum solutione ordinanda. — De eliberatione Michaëlis Cruzath Equitis Melytensis. — Commendat Aurerum, eundem cum muneribus remittendum censet. Commendat Gurtnerum et de ipsius Constantinopoli mora rationem reddit.

Illustrissime Domine!

. . (om) . .

Successum, statumque tractationis nostrae, Dominatio Vestra Illustrisima ex communibus Domini Baronis Vngnadij et meis ad Caesaream Maiestatem literis copiosissimè intellectura est. Bekesiana, et Bogdaniana et Castelli Calo aedificatio, quae nostrae de pacis prorogatione actioni interuenerunt, eam ipsam prorogationem suspendarunt, dum responsum à Caesarea Maiestate adferatur ad vnas Sulthani, binasque Mehemetis Passae literas, quae modo Caesareae Maiestati mittuntur. Laborauimus quantum potuimus, vt eae Sultani, et praecipue priores Mehemetis Passae literae, quae minaciter destructionem Calo vrgent, reformarentur, sicut et Dominatio Vestra Ilustrissima ex vltimis meis ad ipsam literis, quam vndecimo Aprilis scripsi, quarumque exemplum vnà cum his habitura est, cognouerit. Sed id tantum occasione praefatarum postremarum Caesareae Maiestatis literarum profecimus, vt Passa et posteriores ad Caesaream Maiestatem scripserit, et tamen etiam priores, ad quas se in posterioribus refert, mitti voluerit. Ne-

cessarium penitus est, vt captiuos à Sultano et Passa petitos reipsa à Caesarea Maiestate liberatos, neque Bogdanum et Bekesium isthic esse huc rescribatur, sicque haec obstacula remota intelligantur, dummodo quid Caesarea Maiestas de prorogatione transactum velit.

. . (om) . . .

Eidem Dominationi Vestrae Illustrisimae necnon Generosissimae Dominae Coniugi suae omnia fausta precor. Constantinopoli IIII. Maij 1574.

Dominationis Vestrae Illustrisimae — Addictissimus deditissimusque seruitor

Carolus Rym.

A terg: Illustrissimo Domino, Domino Ioani Trautson Libero Baroni etc. Sacrae Caesareae Maiestatis etc, Consiliario intimo, ac supremo Curiae Suae Magistro etc. Domino suo obseruandissimo.

DCLXIII.

1574. 6 Maiu. Scrisórea lui *Stefan Báthory* cătră *Impèratul* despre decapitarea lui Vintilă şi alungarea din Moldova alui Ioan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissima Caesarea regiaque Maiestas etc.: damine nobis clementissime.

Post fidelium seruitiorum meorum in gratiam Maiestatis Vestrae S. Caes. humilem subiectionem. De mutatione Moldaviae cladeque Alexandri Transalpiniensis Vayuodae breviter nudius tertius litteris indicanimus Maiestati vrae. S. Caes. hodie denuo recentibus nuntijs allatum est, Ventilam illum, cui fortunam in occupanda sede Transalpinorum mirifice arricisse perscripseramus, fortuna commutata ab Alexandro oppressum, eique in oppido Bukeresto caesis fere ad unum suis caput amputatum esse, ex altera parte Petrum, Alexandri fratrem auxilijs Turcicis; quorum Dux est Kapocibassa Moldauia incumbere.

Eum sane nobis Turcarum Imp. etiam commendat, simuletiam iubet serio litteris, quas hodie accepimus, ut usu sic ferente Petro subsidio simus. Cedere, ut nos arbitramur, cogetur Joannes Vayuvoda Turcicae auctoritati, qua nunc Petrus in occupanda Moldauia nititur. Caeterum de rebus omnibus subsecuturis, et maxime si quid ex aula Turcica explorati habebimus, Maiestatem V. S. Caes. diligenter edocebimus.

Deus omnipotens diu felicem alque incolumem conseruat Maiestatem Vestram S. Caes. cuius gratiae nos humiliter comendamus.

Datum Alb Julia sexta die Maij 1574.

Sacratissimae Caes. Regiaeque Maiestatis — Vestrae fidelis seruitor

Stephanus Bathory de Somlyo m. p.

(Aufschrift:) Sacratissimo Principi, et domino, domino Maximiliano II. Romanorum Imperatori, Ac Germaniae, Hungariae, et Bohemiae etc. Regi Semper Augusto, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae et Comiti Tyrolis etc. domino nobis Clementissimo.

DCLXIV.

Raportul lui *Carol Rym* și alui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre sosirea la Póttă a tributului din Moldova. 1573. 7 Maiu.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Oratores Constantinopoli.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime!

. . . (om) . . .

Moldauica quorsum euasura sint in magna expectatione est. Profligati sunt aliquot Valachi à Moldauis ante noui Vayuodae Moldauiae et Cicala introductoris sui aduentum, et ipsemet Vayuoda Valachus parum abfuisse dicitur quin in conflictu aut eaperetur aut caederetur. Legati et munera Ioannis Vayuodae quibus ipse hos mollire nititur post duos aut tres dies adfutura dicuntur.

. . . (om) . . .

Sac. Caes. Maiestati nos quam subiectissime commendamus Deumque oramus ut eam quam diutissime incolumem conseruet. Dat. Constantinopoli Septimo Maij 1574.

E. S. Maiestatis humilimi seruitores

Carolus Rym,

Dauid Vngnad.

Allergnedigister Kaiser vnd Herr.

An heut den Sibenden May gleich Ain stundt nach mittag ist des Johan Wayda in Moldaw Tribut hie ankhomen mit Sechs wägen vnd vor ainem Jeden derselben Sechs Rosz. Welches wir E. Kay. Maj. in vnderthänigistem gehorsamb weil das ander schreiben schon vberantwort war, nit bergen wöllen, Ves gehorsamst beuelhende, Datum Constantinopel, den Sibenden Maij Anno 1574. E. Kay. vnderthänigiste gehorsamiste Diener.

Carolus Rym,

Dauid Vngnad.

A terg.: Sacrae Caes. Maiestati etc. Domino Domino nostro Clementissimo etc.

DCLXV.

1574, 10 Maiu. Raportul lui *David Ungnad* și alui *Carol Rym* către *Impëratul* despre darurile trimise de Ioan-Vodă la Pórtă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar Domine clementissime.

Cum discederet septimo presentis mensis hinc mari Marcus Antonius Barbarus Venetus Baylus vetus, misimus in eius comitatu ad Caes. Maiestatem Vestram literas nostras. Quas cum directum iri planè confidamus, ad eas nos referimus. Hodie mane nobis uidentibus profectus est Beglerbegus Graeciae Sophiam, Mehemete reliquisque Passis Veyrijs, Muftio et praecipuis quibusque huius aulae ministris extra Portam vrbis pro more deducentibus. Sophiae cum ea exercitus sui parte, quae classem conscensura non est, substiturus putatur, ut uel ad maritima se conferat, si id ita Clasicae res exigent, vel nisi tumultus à Ioanne Vayuoda Moldauo excitati tempestiuius sedentur, illuc iter conuertat. Nos tametsi sedulò inuestigare non desistimus num quid ille de Hungaricis rebus ac praesertim Castello Calo uel cogitet uel in Mandatis habeat, nihil tamen eiusmodj resciscere perciperareve possumus, cum omnes eum tantum aut Classica, mari timaue, aut Moldauica respicere vno prope ore affirment. Nihilominus Caes. Maiestas Vestra nihil de diligentibus excubijs, maximè quod ad Castellum Calo, his tantoperè inuisum sicut ex ijs, quae Ioannes Aurerus Quarto hinc profectus defert, latius cognitura est, attineat, remittendum esse pro augusta sua prudentia optimè nouit. Moldauicorum exitus in magna expectatione est. Munera quae praefato septimo huc perlata fuerunt, dicitur ipse Ioannes huc misisse antequam se depositum et Petrum sibi suffectam sciret. Nempe vt quia depositionem timeret, Sulthani, Mehemetis et aliorum Passarum praecipuorumque officialium huius portae animis praeoccupatis eam depositionem auerteret. Postquam uerò se depositum intellexisset, misisse qui munera ea reueherent, sed cum iam in Turcicam Sagiachatus Silistriensis Ditionem peruenissent, necessariò hucusque peruecta esse. Itaque eadem munera Sulthanico aerario adscripta, et Ioannis homines, qui ea adtullerunt certo Chiausio custodiendj dati sunt. Mandatum finitimis Sangiachis et Tartaris et Transyluano et Valacho ut Prouinciam hostiliter inuadant, et eodem Beglerbego Graeciae (: ut dictum est :) si opus sit, iturus creditur. Alexander Valachus fusus est à Ioanne qui alterum quendam qui in Transyluania antea se continuerat et à vetustioribus Valachiae Vayuodis genus jusque suum duxit Petrascum vulgò nominatum introduxisse in Vaiachiam dicitur. Sunt quoque qui Ioanni Moscouitam auxilia submissurum eaque de causa transitum à Polonis petiuisse et in Tartariam Tartarorum, ne in Valachiam irruant, distinendorum causa expeditionem magnam agredj, Polonos porrò de hoc transitu et foedere certis conditionibus cum Moscouita sanciendo, in ijs quae nunc instituuntur comitijs, acturos referant. Haec omnia dies ipsa certius indicabit.

. . . (om) . . .

Sacrae Caesareae Maiestati nos quam humilime cammendamus etc. Constantinopoli decimo Maij 1574.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae

Humilimi seruitores

Carolus Rym,

Dauid Vngnad.

DCLXVI.

Ordinul *Sultanului* către *Principele Transilvaniei*, vestindu-l că Petru-Vodă a fost ridicat în scaunul Moldoviĭ. 1574, 10 Maiu.

(Din „Bathorianum Protocollum Authographum." Bibliot. Museu.uĭ din Pesta).

Litterae Mehmet Bassae, quibus significat Moldaviae Vajvodam creatum esse Petrum, fratrem Alexandri. dat. 10 Maii 1574.

Erdélyi vajdának Báthori Estvánnak Isten adjon sok esztendeig való életet. Az én parancsolatom oda jutván ugy értsed. Az elöbbi Moldvai Iován vajdátol az ö büneért és gonosz cselekedetért az urasságot, elvöttem, melyet én Alexandor vajda öcsesének Péter vajdának, ki régtül fogva énnekem az én portámon szolgált, adtam, és övele az én kapucsi bassámot Szinám agát bocsáttam. De hogy Iován vajda ezt megértette, mindjárást felkészülvén, Sándor vajdára ment, és az ö népét le vágta, kibe nekie nagy kárt tött. Oszton egy latrot, melyet urfi gyanánt tartottak az országba vajdája tétetett. Az Moldvai országbéli sok latrokat öszvegyütet, kikkel igyekezik sok gonoszt cselekedni. Ezeket énnekem Sándor vajda tudtomra adta, és engemet kért hogy teneked segitség felöl irnánk, azaz: hogy nekie küldenél segitségül az te népedet, és az mellett egynékány taraszkot. Azért az e dologért az én csauszomot Musztaffa csauszt oda küldettem, mely mihént odajutand, te azonnal népedet oda Sándor vajda mellé küldjed, kiknek valami föember hadnagyok légyen, kik megértik Sándor vajdátul, mely felé kell menniek. Azért az mint legjobban lehet, ugy légy nekie segitséggel. Konstantinopolyba ennekelötti tized nappal költ az level.»

Traductio litterarum turcarum Imperatoris quas attullit Mustaffa Csausz magna cum celeritate Albam 10 Maii 1574.

Voivodului din Ardeal, lui Stefan Báthory, Dumnedeu să-i dea viață de mulți ani. Sosind acolo porunca mea, așa să știi. De la Ioan, Voivodul de mai nainte al Moldoviĭ, pentru pĕcatele și faptele lui rele, am luat Domnia și am dat-o fratelui mai mic al lui Alexandru-Vodă, care de mult mĕ slujește la Pórta mea, și am trimis cu el pe capugi pașa al meu, pe Siman-Aga. Dar aflând Ioan-Vodă despre acésta, s'a pregătit în curĕnd, a pornit asupra lui Alexandru-Vodă și a măcelărit poporul lui, în care a făcut mare pagubă. Apoi a pus domn în țară pe un tâlhar, pe care'l socoteau Domnișor. Au mai adunat mulți tâlhari din țara Moldoviĭ, cu care se încércă a face multe rĕutăți. Aceste mi le-a dat de știre Alexandru-Vodă și m'a rugat ca să-ți scriu ție pentru ajutor, adecă să-i trimiți ajutor óstea ta și afară de acésta câți-va treascuri. Deci pentru lucrul acesta trimit la tine pe ciaușul meu Mustafa și îndată ce va sosi el, să-i trimiți lui Alexandru-Vodă fără de întârdiere óstea ta, căreia să-i pui căpitan pe vre-unul dintre oameniĭ de frunte, care va afla de la Alexandru-Vodă, încotro să mérgă. Deci să-i fii pe cât se póte de bine într'ajutor. Scrisórea acésta e dată din Constantinopoli cu dece dile înainte de acésta.

DCLXVII.

Raportul lui *Christofor Hagimas* către Colonelul *Rueber* despre înfrângerea suferită de Ioan-Vodă în luptă cu Alexandru-Vodă. 1574, 12 Maiu.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Spectabili, ac Magnifico domino Ioanni Rueber de Pixndorff, Sacratissimae Caesareae, Regiaeque Maiestatis Consiliario, ac Partium superiorum regni Hungariae Capitano Generali etc. Domino, et amico Nobis Obseruandissimo.

Spectabilis, ac Magnifice domine, Amice Nobis obseruandissime, post Salutem, et Seruitiorum nostrorum paratam commendationem. Literas Spectabilis, ac Magnificae

domin. vrae intelleximus, quibus consulit nos, ut ad Caesar. Maiestatis, domini nostri clementissimi, Praeteritis temporibus missas responderemus: Spectabilis ac Magnifica domin. ura. non negligentiae, vel oblivioni, aut alijs tribuat causis, quo minus hucusque respondere potuerimus, Sed quoniam literae illae erant solummodo Credentionales, Spectabilis Magnifica domin. ura. mandatorum Suae Maiestatis nil plane significauit, neque sciuimus qua de re Suae Maiestati respondere.

Noui hinc aliud Spectab. ac Magnific. domin. urae scribere nescimus, Credimus eandem intellexissè Vayuodam Moldauiae profligassè Transsalpinensium copias aliquas, et in Transsalpinis nouum erexisse Vaiuodam, in quem Transsalpinus bellum inferens nouum Vayuodam unàcum suis copijs caedem, nunc rerum potitur.

Hesterna die discessit hinc Cursor, sine Chaus Imperatoris Turcici, qui per dispositos equos nouem diebus huc peruenerat Constantinopolj, adducens mandatum domino Vaiuodae, ut in auxilium Transsalpini, exercitum mitteret, quò dominus Vayuoda hodie misit Capitaneos, Equitibus, Peditibusque, ac aliquot Falconibus.

Narrauit Cursor ille, quod unà secum mouissent Cursores ad Beghler Begum, et Principem Tartarorum, ut et illi statim exercitum contra Moldauos mitterent, et quando ipse à Vayuoda Transsalpinensi discessisset, eotunc iam pènes eundem Vayuodam nouem Sanchakij omnibus viribus praesto adfuissent.

Hodie superuenit item Vayuodae Transsalpinensis homo per postam, qui attulit, Vayuodam Moldauiae, Ciuitatem Braylae penitus combussissè, et quod Petrus Vayuoda, cui Imperator Vayuodatum Moldauinensem contulit, cum Vayuoda Transsalpinensis iam in simul coiuissent, cum quibus numerosi etiam essent Turcae: et quòd iam expectatur nisi auxilium domini Vayodae, ut illuc perueniat, confestim in Moldauiam uires adducent.

Hocquoque narrauit, quod Supremus Vayuodae Moldauinensis belli ductor, qui ad Partes Tartarorum sedecim, nel uiginti millibus hominum inuigilabat, desertis Castris, e medio exercitus, cum certis praecipuis uiris clam euassisset, uxorem, ac liberos sibi adiungens, erga Vayuodam Transsalpinum uenisset, et quod plures etiam alij praecipui, et Summi uiri, à latere Moldaui deficere, et ad Transsalpinum transfugere cepissent.

Talem etiam habemus rumorem, quod Turcae nullam hoc anno terra, in ditionem Suae Maiestatis Caesareae, nisi coacti a Sua Maiestate, sint habituri expeditionem.

Cum iste Chauz mouisset Constantinopoli, hodie decimus tertius est dies, tunc adhuc classis Turcarum nondum mouerat, fama tàmen erat decimae huius mensis uoluisse mouer.

Quod praeterea Spectabilis ac Magnifica domin. ura. vino nos Hungarico uisitarit, ut ex literis Andreae Makray accepimus, aequi, bonique consuluimus, neque munus ipsum tanti faciemus, atque bonam eiusdem erga nos uoluntatem, quo cum ubi ad nos uentum fuerit, pro sanitate Spectabilis ac Magnificae domin. ura. bibere, ac insuper propterea nosquoque mutuò uicissim regratificar uolumus.

Dominus Khan, quod nondum quidquam relationis dederit, id etiam ex literis Spectabilis ac Magnificae domin. ura. intelleximus, nichilominus tamen rogamus adhuc eandem uelit causa nostri, deinceps quidem aliquam à se relationem acciperè, ac per primam occassionem ad nos transmittere. Quod superest Spectabil. Magnificam domin. uram. foelicissimè ualere optamus. Datum Albae Iuliae duodecimo die mensis Maij Anno domini 1574.

Spectabili Magnificae domin. urae. Seruitor et Amicus

Christophorus Hagimas m. p.

DCLXVIII.

Scrisóraa Impěratului *Maximilian II.* cătră *Stefan Báthory* mulţumindu-i pentru ştirile privitóre la luptele din Moldova. 1574. 17 Maiu.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Maximilianus etc.

Spectabilis et Magnifice, f. N. d. Ea quae literis tuis, tercia sexta huius Mensis ad Nos datis, de motibus et bello, inter Vayvodas Transalpinum et Moldauum suborto, eiusdemque successu, ad nos scripsisti, intelleximus, et gratum nobis accidit, quod de ijs ad nos perscripseris. Qualitercunque autem inposterumquoque hi motus et Turbae inter illos successerint, hortamur te clementer, ut quemadmodum facturum te et alioquin significasti, de eo nos similj modo cerciores facere non omittas. Ex porta quoque Imperatoris Turcarum, quicquid cum aliàs, tum Vero precipuè, quod nostra, et afflicti huius regni nostri interesse putaueris, tam nunc quam deinceps habebis, pergratum nobis facies, si crebrius ad nos perscribes. Quod reliquum est, gratiam et clementiam nostram offerimus et pollicemur tibi quouis tempore admodum propensam.

Datum Vienae, 17 Maij 1574.

Waywodae Transsyluano.

DCLXIX.

Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* cătră *Impěratul* despre situaţiunea din ţěrile române. 1574. 18 Maiu.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Oratores Constantinopoli 18 Maij, Ano 1574.

Sacratissime Caesar Domine clementissime:

His diebus adlata sunt huc noua Petrascum illum qui se pro Valachiae Vayuoda gerebat, cuiusque proximis nostris meminimus, fraude armigeri sui ab hostibus corrupti, trucidatum, ab ipso autem Ioanne Moldauo Valachiam direptam et depopulatam, ac Turcas plerosque caesos, ipsumque Benderensem Sangiacchum vix fuga elapsum et vnum aut alterum oppidum Turcicum vastatum. Pauló post nempe 15 superuenit Mustapha Chiaus, qui vltimo Ianuarij cum Sulthani ad Bekesium, Bogdanum et Transyluanum literis, quarum exemplum Caesareae Maiestati Vestrae misimus in Transyluaniam discesserat. Redijt et quidam Graecus mercator cognomine scarletus, qui vnà cum eodem Chiausio abierat, ut ipsius quoque Patriarchae verbis Bogdanum hortaretur ne dubitaret huc venire, et si id faceret nihil sibi periculi fore sponderet. Mustapha Chiaus dixit nonnullis misisse se ad Bekesium Viennam, ubi repertus esset egens et neglectus

fere à cunctis neque magnam illius in Caesareae Maiestatis Vestrae curia rationem haberi. Misisse se quoque ad Bogdanum in Hungariam et Cracouiam, sed inueniri non potuisse, verum intellectum quod versus Bohemiam profectus esset. Tantum ex Mustapha hactenus intellectum est. Ex ipso vero Scarletto Mahumatbeg intelligit eundem Scarlettum dissimulato habitu fuisse Viennae et collocutum esse cum Bekesio, quem inuenerit inopem et nulla fere authoritate, existimationeque praeditum, et ipsum Bekesium constituisse ad hanc Ottomanicam Curiam uenire. Fatetur etiam idem Scarletus se Cracouiam fuisse et locutum cum Bogdani consiliario, à quo salutem Mahumatbego pertulit. Verum quo loco eidem consiliario locutus sit non explicat, et se Bogdano quem in interiorem Germaniam secessisse ait, locutum negat. Quam verè nobis non constat. Sic Mahumat renunciat. Nos si quid amplius intelligemus. in quo inuestigando nihil diligentiae praetermittimus, de eo Caes. Maiestatem Vestram quam dilligentissime certiorem reddituri sumus, Idem Mustapha Chiaus confirmat quae de Moldauo antea nunciata erant, ac addit, quod in suo per Valachiam transitu, Turcici Sangiacchi finitimi cum suis copijs iam ad Moldauica confinia in procinctu consistebant, vt adlato, quem indies expectabant, nuncio de Tartarorum ad alteram Moldauiae partem aduentu, quibus Tartaris vnus filiorum Tartarhani praefuturus dicebatur, subito vndique Moldauia hinc à Turcis, Valachis et Transyluauis, inde à Tartaris oppressa inuadatur. Iniunctum quoque Beglerbego Graeciae, ut illuc, nisi res mox conficiatur, contendat. Et narrat ipse Mustapha Ioannem Vayuodam caepisse iam trepidare et cogitare de fuga, et suis prouincialibus diffidere, à quibus deseri, prodiue metuat. Haec quo euasura sint, breui euentus indicabit, neque enim is est Ioannes, qui tantam ex omni parte impressionem diu sustinere, tantisque sumptibus par esse queat, nisi à Polonis (: de quo tamen nihil auditur :) seriò adiuuetur, nam Moscouita remotior putatur, quam vt, quantum satis sit, subsidij auxilijque suppeditare possit.

Mittuntur denuo à Mehemete per Postam literae ad Iazlowitzkium Russiae Palatinum, prouideat ne Ioannes Moldauus illac elabatur, alioquin Sulthanum Turchas et Tartaros in illius prouinciam immissurum, neque ullam ipsius Poloniae Regis rationem respectumque hac in parte habiturum. Sic Mahumath nobis ait qui literas eas legit.

Petrus Ratz Agens Transyluanicus cum muneribus quae huc destinabantur, uenerat ad confinia Valachica, sed eum ob tumultus Valachicos ibi substitisse neque longius procedere ausum Mustapha Chiaus refert, et nunc ijsdem tumultibus mitioribus factis progressum, breuique hic adfuturum putat.

. . . (om) . . .

Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae nos etc. Constantinopoli 18 Maij 1574.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae — Humilimi seruitores

Carolus Rym,

Dauid Vngnad.

DCLXX.

Petiţiunea boierilor Moldoveni pribegiţi *Petru Alvoda*, *Andreiŭ Vurdugan* şi *Ioan Stefan* către *Impĕratul*, cerând liberă trecere şi un ajutor de bani. 1574. 27 Maiu.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(*Aeussere Aufschrift:*)

An die Röm. Kay. May. Pettern Alwoda, Anndre Wurdugan, vnnd Johann Steffann, alle Drey des veriagten Fürsten, vnd Herrn, Wogdan Weyda in Moldauia, gehaime Räth, Secretarij, vnnd Trewe Dienner, Gehorsambs. vnnd Demuettigs Suppliciern.

Allerdurchleichtigister, Grossmachtigister, Römischer Khayser, Allergenadigister Herr.

Eur Rom. Khay. May. etc. mit vnserm Allerunderthanigistem, vnnd Gehorsamisten Suppliciern Zubehölligen, khünnen wier Trungner Nott nach nicht bergen, Vnnd Nachdem verschünen drithalb Jarren, Vnnser Fürst vnd Herr, Wogdan Weyda in Moldauia durch denn Erbfeindt dem Türgkhen uociert, vnnd beruefft ist worden, So hat doch obgedachter vnnser Fürst vnnd Herr, dessen nicht vollzogen, Sonnder aus seinem Lanndt die Flucht in Polln geben, Mit wellichem wier auch, alls erzellttes Fürsten vnnd Herrn, Getreuer vnnd höchste Dienner, Räth, vnnd Secretarij, geraist vnnd in Polln ankhumen,

Nun aber allergnedigister Khayser, ist Nach sollichem vnnseres Fürsten verruekhen, ain anderer Fürst mit Namen Johann Weyda in Moldauia erwellt worden, derselb aber hat nunmehr Inn Polln, vnns, vnnd vnsers Fürsten halber, das sy vnnserm leben Nachsezen sollen, geschrüben, Aber Gott hab lob, sollicher Gewalt durch die Pollagkhen, ann vnns nicht geüebt worden, Sonnder es hat sich alspallt vnnser verjagter Fürst aus Polln alher Zu Eur Khay: May: sich gannz vnntterthanigkhlich begeben, Also das wier auch nicht anderst verhofft haben, demselben bey Eur: Rom. Khay: May: allhie anzudreffen, vnnd Zubekhumen, Des aber nicht beschiecht, khünen vnnd megen auch nicht wüssen, wo Er also schneller dings hinkhumben sey.

So werden wier doch glaubwierdig erinnert, das eben djser Weyda, so der Zeit in Moldauia regiert, baldt in khuerzer Zeyt auch durch den Erbfeindt veriagt, vnnd vertrüben wierdt werden, Darzue ist Er auch dem gannzen Moldauia nicht angenemb, sonndern wollten villmehr, vnnd lieber vnnserigen Zuuor veriagten Fürsten, vnnd Weyda, damit derselb sy khunde vnnd mechte vor dem Erbfeindt deffendiern, beschüzen, vnnd beschiermen, haben, vnnd gewüstlichen da wier Inne khunden vnd mechten bekhumen, wollten wier Inne allspallt widerumben Zu Hausz in Moldauia bringen, vnnd einsetzen, Aber dieweyl wier also dermassen Zersträdt sein, alls wie die Schoff, die den Hüertten verlohrn haben, So khünen wier solliches entzwüschen alls seine Getrewe Gehaimbe Räth, vnnd Dienner, nicht verbringen.

Vnnd dieweyl Allergnedigister Khayser wier Arme veriagte, also in ellendt, vnnd Armueth vmbgehn muessen, das wier Niemant anndern Zu schuz vnnd schirmbung, alls Gott Im himel, vnd Eur Rom: Khays: May: haben, vnnd wüssen, so werden wier demnach Zu Eur Khay. May. vmb hülff vnd beystandt Zufliechen hochlich getrungen, Vnnd bitten dieselb durch das verdienst Christy Jesu, vnnsers Erlösers, vnnd Salligmachers willen gannz Gehorsamblich, Eur May. etc. die wellen vnns ein Freybruef auf alle Lanndt vnnd Strassen, (damit wier oberzellten vnnsern veriagten Fürsten Wogdan Weyda suechen, vnnd wiederumben mit vnns in Moldauia bringen, vnnd einsetzen mechte) Allergnadigist mittaillen, vnnd ferttigen lassen, für Ains, Dann fürs annder dieweyll wir vnns Erliche

Rüttersleüth in solicher Zeyt, das wier unsern Fürsten in frembden lannden beygewondt, vnndt ann Jezo nachziechen, vnd suechen, mit der Zerung gannz vnnd gar entplösst haben, Das Eur May: vnns auch hierin, mit ainem Khayserlichen gnadengeldt hülflich erscheünen wollten, Welliches wir alles, ains so woll, als das annder, vmb Eur Khay: May: widerumben Zuuerschulden, vnnd Zuuerdiennen die Zeyt vnnsers leben gannz schuldig vnnd willig erkhenen, thuen auch Eur: May: vnns Arme in Allergenadigisten schutz, vnnd vnabschlegigen bschaidt, vnderthanigister gehorsamb beuelchs.

Eur Röm: Khay: May:

Allervnderthanigiste Gehorsamiste

Peter Alwoda, Anndre Wurdugan, vnnd Johann Steffan,

alle drey des veriagten Fürsten, vnnd Herrn Wogdan Weyda in Moldauia gehaime Räth, Secretarij, vnnd trewe Dienner.

DCLXXI.

1574, 31 Maiu. Instrucţiuni date din partea *Impĕratului Maximilian II.* ambasadorilor sĕi de la Pórtă în afacerea lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Oratoribus Constantinopolj.

Maximilianus etc. Nobiles fideles dilecti.

. . . (om) . .

Quod igitur primo loco ad Bogdanum, olim Moldauiae Vayuodam, attinet, equidem nos, uti nouissimis quoque literis nostris, die decima quinta praesentis mensis datis, vobis significauimus, ubinam gentium is hoc tempore degat, nihil compertum habemus. Istud tamen non diffitemur, illum ante plures menses in ditione nostra fuisse, Id autem non solum contra voluntatem nostram, sed et nobis planè inscijs factum, ac tantum quidem abesse, vt eundem Bogdanum fouerimus, vt etiam quàmprimum de ipso nobis nunciatum fuit, Regnorum et Dominiorum nostrorum finibus citra moram excedere seriò inssus sit. Id quod etiam ante plures iam menses factum, ac ab eo quidem tempore nihil de illo ad nos allatum est. Quae cum ita se habeant, utique haud difficile erit, Turcharum Principi et Mehemethi Passae hunc de Bogdano scrupulum eximere.

. . . (om) . .

DCLXXII.

Raportul lui *Carol Rym* și alui *David Ungnad* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre afacerea lui Bogdan-Vodă și despre Alexandru-Vodă din Muntenia. 1574 31 May

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Carolus Rym et Baro Vngnad d ultimo Maij 1574.

Sacratissime Caesar.

. . . (om) . . .

. . . Ex eodem praeterea Chiausio intelligit Mahumat, quod Scarlettus, cuius superioribus literis meminimus, conuenerit Bogdanum non procul à Moscouia, Quodque res èo deducta sit, vt spes sit eum restituta Sulthani gratia brevi Moldaviam recuperaturum: ducturum quoque eum filiam Cnesij Constantini Poloni et habere plaerosque optimates Moldaviae, sibi fauentes, commendari etiam apud hanc portam ab eodem Constantino Itemque à Iazlouuytzcoo Russiae Palatino, non malè quoque ei uelle Mehemetem ob cognationem, qui coeperit im odisse Alexandrum Valachiae Vayuodam, itemque Petrum eius fratrem recens Moldaviae Vayuodam creatum, quos horum Moldavicorum tumultuum authores, et à quibus se deceptum dicat, quod Ioannem nequaquam arma moturum, sed mox ut se depositum audiret, cessurum affirmassent et ipse passa nequaquam dissimulat, uti Mahumat refert, non sibi placere ut Petrus diu regnet. Compositis uerò his tumultibus moldauicis, et Ioanne uel capto, uel pulso ubi Petrum paulisper prouincias ad speciem promissi exoluti obtinuerit, putatur curaturum Bassam ut idem Petrus uel destituatur, uel è medio tollatur, et Bogdanus restituatur, Timetur etiam ipsi Alexandro Valacho et Michaeli Catacuseno cognomento Seitanogli (: quod Satanae filium sonat:) qui quoque praecipuus Ioannis deponendi et Petri sufficiendi sollicitator fuit.

Ioannem profugisse relatum huc fuerat, sed postmodum intellectum est, eum ad confinia extima (1) Prouinciae se recepisse, et ea muniat adversus Tartaros appropinquantes. Labascere uerò audimus eiusdem Ioannis res, provincialibus sibi à finitimorum Turcarum, Tartarorum, Valachorum et Transyluanorum vndequaque imminentium et praedae inhiantium impressione metuentibus, et à Ioanne deficere, atque ad Turcarum voluntatem respicere incipientibus. Beglerbego Graeciae iussum est, ut si opus sit, ad Moldaviam contendat, alioquin si res componatur, in mandatis habere dicitur ut in Epyrum seu Albaniam proficiscatur, quo incolas plaerosque Turcica Imperia retrectantes coerceat. Habitura est vna cum his Maiestas Vestra mandatorum hoc mense ad Transyluanum et Walachum de Ioanne capiendo missorum exemplum, unde quoque de Beglerbegi Graeciae in Moldauiam profectione liquet. Qui ex Valachia ueniunt provinciam eam Moldauorum incursionibus et depraedationibus miserè vastatam narrant.

. . (om) . . .

Sac. Caes. Maiestati Vestra nos quam humilimè commendamus. Constantinopoli ultimo Maij 1574.

---

1) *eatimum*, census, tributum, post aestimationem factam.

DCLXXIII.

1574 Maiu. Firmnul *Sultanului* cătră *Voivodul din Ardeal* şi cătră *cel din Muntenia* în cestiunea turburărilor din Moldova.

(Din Archiva cos. reg. din Viena)

Copia Mandati Turcarum Imperatoris ad Vayuodam Transyluaniae et Valachiae, etc.

Translatione del commandamento che si ha mandato al Vayuoda di Transyluania in mense Magio 1574.

Hora il Maladetto Vayuoda di Moldauia per esser mancato et retirato della via della obedientia et della suggettione, con la persuasione de certi maledetti che sono appresso di lui, ha congregati alquanti malfattori et ha fatto grande disobedientia et solleuatione. Hora mo, secondo che si conuiene alla mia Imperial Altezza, è necessario che lui et quelli malefattorj maledetti che sono appresso di lui, siano castigati. Per la qual cosa sono stati mandati i mei commandamenti per vn buon numero di essercito del Tartar Ham, il quale verrà di vna banda, et da questa parte ancora sono stati mandati i mei serenissimi commandamenti per andar alcuni Sangiach Beg da questa banda, li quali si sono messi in viaggio et marchiano, et sono per arriuar lui, Et similmente si fara di bisogno ci andara ancora il Beglerbeg di Grecia accioche in somma il cattiuo maledetto insieme con gli scelerati che sono appreso di lui siano castigati. Dunque quando ti sara peruenuto il mio serenissimo commandamento, tu ancora, secondo che sei stato fermo et stabile nell' obedientia et soggettione che hai vsato et dimostrato ab anticho verso à questa parte con li mei Sangiachbeg che sono stati mandati a quella parte ti consigliarei et ui auisarete l'vn con l'altro con qual modo sara possibile che il detto maledetto sia preso, et anco con perfetta consideratione farai ogni buon ordine et apparato. In summa non è licito ne si conuiene à mettere in comparatione delli altri questo maledetto. Piacendo ad Iddio fra breue lui insieme con li suoi valorosi seguaci sarà preso, et vinto sarà condotto alla presentia della mia serenita. Et cosi ti sia noto.

(Nella medesima forma ancora ha scritto commandamento al Vayuoda di Valachia.)

DCLXXIV.

1574 Maiu. Scrisórea marelui Duce de Moscova *Ioan Wasilievici* catră *Bogdan-Vodă*, vestindu-l despre mórtea soţiei sale.

(Din Archiva cos. reg. din Viena).

Von Dav. Ungnad mit Bericht vom 28 Nov. — 3 Dec. 1574 eingesandt.

Ex ommipotentis Dej amore Caesar, maximusque Dux Ioannes Wasilouicz, totius Russiae, Vlodimiriensis, Moscouiensis, Nouohrodiensis, Imperator Casanensis, Imperator Astrahanensis, Imperator Pscouiensis, magnus Dux Smolenscensis, Tuerscouiensis, Iuhorczcouiensis, Prcmskouiensis, Watzcohiensis, Bulgariensis et aliorum, Imperator

et magnus Dux Nouogradiensis, et Nisorum, Chernihouiensis, Rezanscensis, Polocensis, Rostocensis, Iaroslauiensis, Beloserscensis, Vdorscouiensis, Obdorscoviensis, Condinscensis, ac totius Seueriensis terrae, illiusque attinentijs Dominus et Haeres, ac nouo acceptae terrae Islandiae etc. Ioanj Bohdano Stefanouiczo Waiuodae terrae Moldauiae Salutem. Misisti ad nos Cultorem Dej Episcopum tuum Esaiam, cum literis tuis, in illisque literis nobis significasti, ac per eundem Esaiam Episcopum oretenus nos certiores reddere praecepisti, ne nos lateat ex voluntate Dej tibi à Caesare Turcharum datam esse terram Moldauiae, utque illi seruias, Tributariusque existas, Et Deus ità voluit, quod fuisti in Imperio nostro. Scis nimirum quod nos voluimus te esse sub lege, atque in matrimonium ascendisse, ex intimoque amore tibi dederamus Semianj Rostouiensis Ducis filiam Maria nominatam, et tandem discessistj, ex illaque fuit natus filius nomine Petrus habens annos duos te praesente, et viuens decimum septimum annum, et hoc nobis sumopere displicebat, quod Coniunx tua et filius tuus praesentia tua priuati erant. Et quamprimum audiueramus te esse dominum et Ducem Moldauiae, habuimus in animo inueniendam tuam Coniugem et filium in Imperio nostro latitantes, tibi vnà cum aliquo nobilj ac fidele seruitore nostro transmittere, idque volebamus tibi ad noticiam perducere, quod sis à nobis amatus, atque omnia securè à nobis poposci posse. Et dum nos haec deliberamus, ecce statim literae tuae vnà cum Episcopo Esaia ad nos sunt allatae, ex quibus intelleximus, audiuimusque te ex voluntate Dei a Sulthano Turcico Dominio Moldauiensi praeditum esse, qui te illa in prouincia, ex gratia sua, et bono arbitrio praefectum fecit, vt secundum voluntatem illius omnia facias, in timoreque illius ambules, vti manu illius positus. Optimè quidem consuleris propriae saluti, si illum non concitaueris ad iram, tamen non trades quoque obliuionj amorem et gratiam nostram qua vsus abundanter tàm te praesente, quàm absente, imò eandem in memoriam reuoces; non enim te cum voluisses, detinuimus, sed cum omnj amore et fauore dimisimus, ità quod ex alto Imperio nostro contentus discesseris. Misisti ad nos Oratorem tuum, (1) et securè petijsti per literas, et per Episcopum Esaiam Oratorem eundem, quatenus Coniugem et filium tuos liberè hinc dimiserim ad te. Nos dare operam commiseramus inquirere, ubi sint, et dum percunctati fuêre, quasi in toto Imperio nostro, ad altimum fuerunt repertè ex voluntate et Judicio Dej mortuj peste, hoc est Coniunx Ducissa Maria, et Petrus filius, tuj. Si tamen poposceris pristinam gratiam, amoremque nostrum, a nobis illum tibi non deese scias, imò poteris te primum nominare in fauore nostro; volumus te enim habere pro adoptiuo sibi, (2) tibique in Coniugem ex Consanguineis suis omnium proximis dare filiam nobilis unius nostrj magnificj Teodorj Ducis Mscislauiensis et Zeslauiensis, quae nostrae altissimae Imperiali Maiestatj in consanguinitate proxima est. Patris nostri piae memoriae maximj dominj Wasilij in Coniugem fuit Soror Illustri Domino Petro Imperatoris filio, ac filia illius erat mater Ducis Iwanj et Coniunx memoratj Teodorj Ducis Mscislauiensis et Zeslauiensis, cuius filia erit tibi in Coniugem. Quamprimùm ergò poposceris, haec à nobis sine ullo dubio obtinere poteris, ideò hac in re consulendo apud animum tuum aliquem vnum ex fidelibus seruis Oratorem suum mitteris, quj nobiscum hac de re strenuè tractet, et omnia fauente Deo ad suum finem peruenient. Senatus regnj Poloniae, ac magni Ducatus Lituanlae hisce temporibus miserunt ad nos depraecantes, vt illis in Dominum et Imperatorem succedere uellim, tamen haec nondum ad suum effectum peruenere, et quamprimùm illa definiam, colloquar cum nobili suo Ioanne Fedorouizit Duce Mscislauiensi, filiaque illius consorte tua, ac postea ad te illam cum oratore tuo et meis, cum ea, qua decet, reuerentia, sine ulla mora remittam. Datum ex alti Imperij Ciuitatis nostrae Moscua, Anno7082, mensis Maij.

1) In der Uebersetzung heisst es zwar *suum*, was aber sinnstörend und blas eine Verkennung eines slavischen Idiotismus ist.

2) d. s. nobis. Slavischer Biosismus.

DCLXXV.

1574. 3 Iunie. Scrisórea *Sultanului* catră *Regele Poloniei* in cestiunea resvrătirii lui Ioan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Copia literarum Imperatores Turcharum ad Regem Poloniae de 3 Iunij 1574 datarum.

Copia Literarum Principis Turcharum ad Regem Poloniae scriptis (: sic :).

Inter magnos Principes Religionis Christi Serenissime Rex Poloniae, omnem foelicem successum et prosperitatem vsque ad finem vobis optamus. Dum istae Imperialae (: sic) literae nostrae vobis peruenient, notum sit qualiter subditi vestri nonnulli Domini Poloni scilicet Dux Constantinus et Albertus Lasky nostrum mancipium Ioannem Vayuodam Moldauiae ad infidelitatem commouerunt, ita quod rebellus factus est, hoc nec iustum est et honestum est, inter nos iuxta amicitiam Regis Poloniae vt Domini Poloni subditi vestri tali modo aduersaliter agant, quod nunquam credidissemus, sed literas (sic) praedictorum Dominorum vnà cum sigillis et subscriptis manibus ad Imperialem Curiam altitudine (sic) nostro (sic) allatae sunt, Quas literas misimus, igitur postquam Iste Chiausius cum literis nostris vobis peruenìet, talia negocia deinceps fieri prohibitae, (sic) nam amicitiae nimis contrarium est, quin potius speramus, qui talia tumulta bellica commouere volunt, illos castigare et de statu eorundem deponere velletis, etiamque si casus contigerit quod ille Ioannes ad Regnum vestrum fugam dabit secundum amicitiam Regibus Polonorum, illum Ioannem apprehendere et nobis remittere curam praestate. In hac re rem veram statim nobis per praefatum Chiausium renunciate, vt vestram erga nos constantem amicitiam clarius recognoscere possemus, ita vt satis. Datum Constantinopoli. Tertio Iunij 1574.

DCLXXVI.

1574. 4 Iunie. Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* cătră *Impĕratul Maximilian II.* în afacerea lui Ioan-Vodă din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Cavolus Rym et Baro Vngnad 4 Iunij 1574.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime!

. . . (om) . . .

Adlatae sunt huc literae à Selistriensi Sanghiaccho ad Passam quod iam Turcicae copiae paratae erant ut Ioannem Moldauum ueluti indagine clausum vndique inuaderent simulque Tartari qui aduenerunt irruerent, quodque sperabat eum breui captum fore.

His scriptis nacti sumus à quodam bono amico nostro exemplum Translationsi Turcicae literarum 21 Aprilis praeteriti Cracouia Knesio Constantino et Alberto Lasky ad Ioannem Moldauum scriptarum, quae quomodo in manus Mehemetis Passae peruenerint, certò adhuc resciscere non possumus, nisi quod in itinere interceptae fuisse dicuntur.

Translatio autem talis est, qualem Passa fieri sibi curauit, qualisque sibi tradita est: Eam in Italicum conuersam Maiestati Vestrae mittimus. Scribit autem Passa super hac re literas ad Regem Poloniae, à Dragomano latinae factae sunt, Et mittuntur, ita nobis communicatae sunt. Fert eas Chyausius quidam, cuius nomen necdum scitur, nisi quod putatur Achmatem Chyausium fore, et ideò nomen Chyausij in albo manet. Mittuntur vnà ad Regem originales literae dictorum Constantini et Alberti, sicut huc perlatae sunt, quae si verae sunt, sique Poloni vt ijs continetur, causam et defensionem Ioannis suscipere uolunt (:quod utinam ita Deus faxit:) possit id horum Barbarorum res vehementer perturbare, ipsosque nobis tractabiliores reddere.

. . (om) . . .

Constantinopoli quarto Iunij 1574.

Sacrae Maiestatis Vestrae humillimi seruitores

Carolus Rym,
David Vngnadt.

DCLXXVII.

Scrisórea lui *Stefan Báthory* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre mersul luptelor dintre Ioan-Vodă din Moldova și Alexandru-Vodă din Muntenia. 1574, 6 Iunie.

(Din Archiva ces. reg din Viena).

(Von aussen:)

Sacratissimo principi et Domino Domino Maximiliano Secundo, diuina fauente clementia Romanorum Imperatori Semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae. Sclauoniaeque etc. Regi etc. Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Comiti Tirolis etc. Domino meo clementissimo.

(Von innen:)

Sacratissima Casarea Regiaque Maiestas etc. Domine et princeps clementissime.

Fidelium Seruitiorum meorum in gratiam Maiestatis vestrae Sacratissimae obsequentissimam deditissimàmque commendationem.

Exortum inter Vaiuodas Moldauiae et Transalpiniae bellum, nuper Maiestati Vestrae Sacratissimae obsequenter perscripsi, nunc quoque pro eodem fidei meae candore atque obsequentia, quis Status res illorum in presentiarum maneat, sicuti compertum accepi, Maiestati Vestrae Sacrae Significandum duxi, Aduenerunt enim iam, et sese Vaivodae Transalpino coniunxerunt Turcarum auxiliares copiae, quinque aut sex Szanchakbegorum, finesque Moldauiae pars inuasit, quae ferro atque igni quicquid Sors obtulit vastat, et in predam agit, Ipse vero Moldauus trans flumen quoddam in castris se conti-

net, Expectatur autem propediem Beglerbegus quoque Gretiae, quem fama est nunc versus Sophiam ciuitatem peruenisse, et inde aliquam partem copiarum ad partes danubianas premisisse, Tartaros etiam Suis Sedibus in hunc ipsum belli finem excitos esse, Quis exitus tandem tantos motus consequatur, Maiestati Vestrae Sacratissimae pro sua alta prudentia perpendendum relinquo, Verendum tamen est, ne hoc intestinum bellum extremum excidium Moldauiae pariat, nostrisque finibus Sollicitudinem inijciat, presertim cum Maldauus hactenus nihil ex sua obstinatia remiserit qui nisi a Suis destituatur Regnicolis, eo illum Sua adducet desperatio, vt inops consilij Simulque impatiens et sibi et prouintiae ultimum periculum accersat; Maxime Si prouintia Moldauiae mutato et abrogato hereditario domino Turcam posthac administratorem Suscipere cogatur, id quod quam pernitiosum vicinis Regionibus et toti Reipublicae christianae foret, Maiestas Vestra Sacratissima facile perpendere poterit.

Neque etiam nos facere potuimus, quin Transalpino ad crebra iussa et Sollicitationes Imperatoris auxilia nostra mitteremus, mille scilicet milites vt et huic vicino Transalpino gratificaremur, et quod omnium maximum est, cjtius antequam Beglerbegus aduenìret, bellum istud finiretur, ne aduentus illius maiora conciliaret pericula.

De classe Maritima Turcarum quam paulo ante magno apparatu vela ventis commissuram omnes praedicabant, Nuntius meus quem nuper ad portam ipsius Imperatoris Turcarum amandaui, ad vadum Danubij quedam Chauzium Imperatoris (cuius fides mihi satis nota est, ex eo enim res Secretiores cognoscere Solitus Sum) obuium habuit, ex eoque cognouit ardorem et aparatum deferbuisse, nec preter naues aliquas ad coustodiam maris Solummodo expeditas et dimissas esse, idque non alio consilio ipsum Imperatorem facere, quam quòd hoc tempore neque Itali Suam Mari habeant expeditionem, et quòd venetis iam foedus ineuntibus, hispanos quoque idem facturos speraret, Spe quoque aliqua indutiarum iam concepta, Cui si id consilij ex voto successerit, confectis maritimis rebus facile conijcere licet illum deinde omnem curam suam, omnem belli molem alio conuersurum. Deus Maiestatem Vestram Sacratissimam rectissime et diutissime conseruare dignetur. Datae Albae Iuliae Sexta Iunij. Anno d. 1574.

Ciusdem Sac: Ces: Regiaeque Maiestatis Vestrae fidelis Seruitor

Stephanus Bathory de Somlyo m. p.

DCLXXVIII.

1574, 9 Iunie. Raportul lui *Carol Rym* și alui *David Ungnad* cătră *Impèratul Maximilian II.* despre sosirea Tătarilor la hotarele Moldovii.

(Din Archiva cos. reg. din Viena).

Ex relatione Caroli Rym et Dauidij Vngnad.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . . (om) . . .

Moldauica sunt in magna expectatione. Tartaros iam finibus imminere : Transyluanum suas misisse copias et maiores suo ductu promittere. Sangiacchis ex parte

Istrj octingentos Moldauos profligasse subsequi deinde Beglerbegum Graeciae dicunt. Aliquorum sententia est Tartaros sxcusare Moldauum et tanquam pro ipso apud Sulthanum intercedere.

. (om) . .

Sacrae Caesareae Maiestati Vestrae nos quam humilimè etc. Constantinopoli nono Iunij 1574.

Sacrae Caesareae Maiestatis Vestrae

Humilimj seruitores

Carolus Rym,

Dauid Vngnad.

DCLXXIX.

Scrisórea lui *Stefan Báthory* către *Impĕratul II.* despre expediţiunea făcută de Turci în Moldova spre a-l alunga pe Ioan-Vodă. 1574, 11 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Von aussen:)

Sacratissimo principi et domino Maximiliano Secundo, diuina fauente clementia Romanorum Imperatori Semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniaeque etc. Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae etc. Comiti Tirolis etc. etc. Domino meo clementissimo.

(Von innen:)

Sacratissima Caesarea Regiaeque Maiestas, Domine mihi clementissime.

Fidelium Seruitiorum meorum in gratiam Maiestatis Vestrae Sacratissimae obsequentissimam deditissimamque commendationem. Noua ea quae Nuntius meus proxime ad portam Imperatoris Turcarum amandatus ad me ex itinere a Danubio Scripserat, ante paucos dies Maiestati Vestrae Sacratissimae perscripsi. Cum autem Nunc alia subsecuta sint a nuntio meo, quem in porta ipsius Imperatoris continuum habui, diuersa, at prioribus certiora. Volui ea quoque vt se habent Maiestati Vestrae S. Significare, Scribit Siquidem ex porta Nuntius ipse meus presente et spectante eo classem Turcicam meximi apparatus fere quadringentarum nauium decima octaua die Maij Zynan Passa Vezirio et Ralychalij Capitaneo Ducibus Constantinopoli mouisse, restare tamen Sexaginta Naues, Sed eas quoque post paucos dies Vt caeteras Sequerentur famam fuisse, et nihil ad istarum quoque expeditionem defuisse, nisi Militum aduentum, qui in naues illas conscripti, iam iam adfuturi expectabantur, Quorsum tot et tanti apparatus tendant, Se quidem nescire, hoc autem pro certo habere, iussos esse Izpahias equites Nobiliores cum instrumentis equestribus Sellis, frenis et alijs id genus armis, et epiphijs naues conscendere, praeterea, Circa portum quendam triginta quinque Millia equitum Selectorum paratorum expectare Sotiorum cum classe aduentum, Chauzios autem vt militibus ipsis Naues ingressis equos colligant premissos dudum esse, neque ad hanc expeditionem maritimam animum et spem victoriae illis deesse.

Caeterum Scribit Beglerbegum die decima dicti Mensis Maij Constantinopoli mouisse, et Nunc Adrianopoli constitum militem legere eo animo, vt inde contra Iouanum Vaiuodam Moldauiae, Si forte illum bello cum eo decertaturum et congressurum cognouerit procedat. Sin minus, vt circa Sophiam ciuitatem cum copijs vniuersis vsque exitum belli maritimi subsistat, subiungit ad haec idem nuntius meus famam mortis Razulpassae Constantinopolim delatum esse eius uero filium bellum meditaturum eo animo ut quae parenti suo adempta fuerant, recuperaret. Sed hoc an certum sit ipsum nescire. Porro de Successibus volachorum (sic) Transalpinorum et Moldauorum nihil praeter quam quod prioribus perscripseram litteris habeo. Si quae emerserint certiora Scituque digna, Maiestati Vestrae Sacratissimae pro mea erga eam fide et obsequentia perscribere non praetermittam. In cuius gratiam mea seruitia humillime commendo. Deus optimus Maximus Maiestatem Vestram Sacratissimam rectissime conseruare dignetur. Datae ex possessione Thewr vndecima Iunij, Anno d. 1574.

Eiusdem Sac. Ces. Regiaeque Maiestatis Vestrae

fidelis Seruitor

Stephanus Bathory de Somljo, m. p.

DCLXXX.

1574, 14 Iunie. Raportui lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* către *Impĕratul* despre luptele dintre Turci şi Ioan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Sacratissime Caesar; Domine clementissime.

. . (om) . .

Moldauica adhuc flagrant indignante admodum et non sine dolore ac pudore stomachante Mehemete Passa qui vi Ioanne Moldauo non tantum animj et virium ad sustinendum tam diu bellum fore prouiderat. Ipse Ioannes et ex Polonia et ex Moscouia auxilia habere dicitur. An verò Poloniae Rex se immisceat, nihil compertum habemus, nisi quod tali aliquid ostendant eae quae ad Mehemetem Passam perlatae sunt Knesi Constantinj et Alberti Lasky ad eundem Ioannem literae à Turcis (: vti aiunt :) interceptae, quarum exemplum Caes. Maiestati misimus.

Heri mane in Diuanum publicum adducti sunt aliquot captiui Moldauj ex Ioannis militibus, et à Nicopolis Sangiachis huc missi. Ex ijs intellectum est de Polonicis et Moscouiticis auxilij deque Benderij suburbio à Ioanne vastato et eundem Ioannem tripartito bellum instituisse, nempe partem exercitus ad Tyram flumen ad submouendos Tartaros constituisse, partem Turcis et Valachis opposuisse. Ipsum verò cum potioribus copijs ad Jassi vrbem castra habere et uxorem liberos ac charissima quaeque in Chottinum ad Tyram amandasse. Idem etiam praecipuj Barones sui fecisse dicuntur. Haec quo euasura sint breui euentus indicabit. Nam Turcarum copiae magis magisque accumulantur, et Tartarj Transyluanique in procinctu sunt, ac Beglerbegus Graeciae uersus Danubium in exercitu cogendo occupatus est. Incipit etiam iactarj de Bassa Vesyrio ac nominatim Mustapha Bassa ei expeditionj praeficiendo.

. . . (om) . . .

Constantinopolj 14. Iunij 1574.
Post data.

. . . (om) . .

Mehemetem Bassam horum Moldauicorum et pudet et taedet, et timet, ne sua auaritia nimis pateat, qui Valachicis muneribus corruptus, tam temere ad hanc mutationem descenderit. Itaque iam male uelle et Alexandro et Petro Valachis is et in eos indignationem suam effusurus videatur. Intelligimus ex Rhodo reuocasse Mehemetem Bassam certum Valachum iam pridem illuc relegatum, qui iam huc venerit, sed clam se contineat eo proposito ut prima opportunitate, deposito Alexandro surrogetur, quod nedum tamen pro explorato habemus.

Christophorus Armenius 15. huius cum Mehemete Bassa collocutus est, egisse dicitur de saluo conductu praebendo Oratorj Polono breui huc destinando, qui futurus dicitur quidam ex Comitibus de Gorca, num quid aliud is Armenus hic agat, nondum rescire potuimus.

Beglerbegus Graeciae ab ipso Armenio et Agente Transyluano relictus fuit in Jambol, quod est inter Adrianopolim et Danubium, vbi expectabat suas copias quae per partes aduentabant, vt Moldauum adoriantur cum reliquis finitimis Sangiachis, Tartaris, Valachis et Transyluanis.

. . . (om) . . .

Datum 18. die Iunij Anno et loco ut supra.

. . . (om) . . .

Sacrae Caes. Maiestatis Vestrae

Humilimj seruitores
Carolus Rym,
Dauid Vngnad.

DCLXXXI.

Scrisórea lui *Stefan Báthory* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre căderea în robie alui Ioan-Vodă şi despre urcarea în scaun alui Petru-Vodă. 1574, 17 Iunie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissimo principi ac domino, Domino Maximiliano II. dei gratia Electo Romanorum Imperatori ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque etc. Regi Augustissimo, Archiduci Austriae etc. domino nobis semper clementissimo.

Sacratissima Caesarea regiaque Maiestas etc. domine nobis clementissime.

Post fidelium nostrorum seruitiorum, in Maiestatis V. S. Caesareae regiaeque gratiam humilem commendationem Hac hora magna cum celeritate peruenit cum litteris nuntius Alexandri Transalpinensis, qui se proelij illius uersus kileam ad Danubium XI

Iunij commissi spectatorem fuisse affirmauit, in quo Acancibegus et Petrus designatus Moldauiae Vaiuoda deleto Moldauorum exercitu captisque aeneis tormentis numero septuaginta, ipsum Iouanum uiuum ceperunt. Res autem ita gesta est. Quanquam Turcarum uiginti millia fuisse aiunt; Moldauorum uero quindecim millia tantum, qui quandam Danubij satis patentem peninsulam pro castris delegerant, eiusque perangustum aditum tormentis bellicis egregie munierant: tamen Moldauus castrorum suorum opportunitate fretus, Turcarum aduentum non dubitauit exspectare; simuletiam praemissis nonnullis suis hostem leuibus certaminibus prouocare. Sed Moldaui semel atque iterum repulsi, tandem se in castris continuerunt expectantes rei dubiae exitum. Appropinquantibus itaque Turcis cum aditum castrorum machinis bellicis obstructum, neque nisi suorum insigni clade in ea perrumpi posse uiderent, magnos sane aggeres excitarunt, qui eos utos atque incolumes a globorum impetu praestarent. Magno igitur militum studio animique ardore perfecto opere, Turcae uno eodemque tempore, ab eo loco castra oppugnarunt Moldauis biduo paene hostium impetum sustinentibus, interim Iouanus extremo periculo, quod sibi imminere uidebat, suorum praeterea desperatione et metu adductus, scrobe (1) quadam excauata in eam se cum alijs duobus praecipuis uiris, de quorum nominibus nondum nobis constat abdidit, existimans se hac ratione suae saluti consulturum. Verum Turcae postero die occupatis tormentis, potitis ipsis castris, trucidatis denique crudeliter Moldauis, indicio cuiusdam Moldaui in cuniculo eum latitantem repererunt, duo eius socij interfecti sunt, ipse autem Iouan uinctus custodiae est traditus, postea Acancibegum, maiore parte exercitus eo in loco relicto, Petrum in Moldauiam deduxisse possessionem regni Petro auctoritate Turcarum Imperatoris traditurum. Ceterum Beglerbegum, qui duorum dierum itinere a ripa Danubij abesse nuntiabatur, quia de uictoria iam est certior factus, creditur ulterius non progressurum. Nec putamus Acancibegum diu in Moldauia mansurum. Haec habebam clementissime Imp. quae de euentu belli Moldauici Maiestati V. S. Caes. perscriberem. Deus optimus Maximus Maiestatem V. S. Caes. cuius gratiae nos humiliter commendamus, feruet et prosperet longissimo tempore.

Datum ex opido Zekel Vasarhel XVII Iunij, MDLXXIV.

Eiusdem Sacratissimae Caes. Regiaeque Maiestatis Vestrae fidelis Seruitor

Stephanus Bathory de Somlyo, m. p.

DCLXXXII.

1574, 22 Iunie. Ordinul *Sultanului* către *Stefan Báthory* în cestiunea expediţiunii pornite contra lui Ioan-Vodă.

(Din „Bathorianum Protocollum Authographum", Bibl. museului din Pesta).

Literae Imperatoris Turcarum ad Steph. Báthory d. 22. Iun. 1574 in negotio belli Valachici cum Alexandro Vajvoda.

Erdélyi vajda Bathori Estván az hatalmas Isten adjon neked hosszu életet. Az én parancsolatom oda jutván úgy tudjad. Az én portámra egy levelet küldettél, melybe jelentetted, hogy az én ellöbbi parancsolatom szerint hadadot, taraszkidot és egyéb hadakozó szerszámodat megkészitetted és Havasali Sándor vajdának küldted volna. Második pedig parancsolatunkba meghattuk vala, hogy mindjárt Hotin vára felé népedet

---

1) *Scrobis*, is, oder *scrobs*. scrobis, eine Grube, Höhle (davon wahrscheinlich das romanische grópa oder groapa.)

küldenéd Iovánra, vigyáznának, hogy el ne szaladna. De azt adtad tudtomza hogy Hotin vára Lengyelek hazájába volna, hová Tatroson által kellene menni, és hogy Iován vajda az országnak közepetten nagy haddal volna, ki miatt az haddal oda nem mehetnének. Az mely segitséget oda küldettél Sándor vajda mellé, az oda még nem jutott; allottomba Iován vajda, az lator, szegény Havasali országot égette, dúlta. Azért hagyjok neked, hogy hadadot mindjárást oda küldjed; Mehmed csauszt nem egyébért küldtük oda hanem ha elinditottad volna az hadat, még többet is küldenél utána, taraszkot azonképen mennyi tüled lehet, hadnagyok pedig, kiket az néppel elibocsáttad, ne késsenek az uton, hanem mentül hamarabb lehet, oda siessenek. Mikoron az oláh haddal, Nicopoli békkel és Viddini békkel egütt lesznek, keljenek által Szered vizén. Az Rumelii beglerbég kilencz szancsákbékkel és két ezerrel jancsárral s huszonöt taraszkkal másfelöl menjenek reá. Másfelöl is meg rajta leszen Tatárhan Agkirmani békkel. Azért hagyom neked, hogy minekelötte az békek Dunán által költöznek te hadad ott legyen Sándor vajda mellet segitségül. Ugy tudjad. Konstantinápolba ennekelötte 16 nappal kült ez levél.

Voivodule al Ardélului Stefane Bàthory, puternicul Dumneḑeu, să-ţi dea viaţă îndelungată. Sosind acolo porunca mea, aşa să ştii. Ai trimis la Pórta mea o scrisóre, în care m'ai vestit, că ai pregătit oştirea Ta, tréscurile Tale şi cele-lalte unelte de rĕsboiu ale Tale şi le-ai trimis lui Alexantru-Vodă din Muntenia. Am mai rênduit apoi în porunca nóstră, ca să trimiţi oştirea Ta fără întârziere la Hotin asupra lui Ioan, băgênd de sémă ca să nu fugă. Dar mi-ai dat de ştire, că cetatea Hotinului s'ar fi aflând în ţara Leşilor, unde drumul ar fi trecênd peste Trotuş şi că Ioan-Vodă s'ar fi aflând cu óste mare în mijlocul ţĕrii, din care causă nu s'ar fi putând duce cu óstea acolo. Ajutorul, pe care i l'ai trimis lui Alexandru-Vodă, n'a sosit încă acolo; deocamdată Ioan-Vodă, făcătorul de rele, a ars, a pustiit biata ţară muntenéscă. De aceea îţi poruncesc ca să-ţi trimiţi oştirea numai de cât acolo; pe ciauşul Mehemed nu pentru alta l'am trimis, ci ca după ce-ţi vei fi pornit óstea, să trimiţi şi mai multă după ea, tréscuri câte vei puté, iar căpitanii, pe care ĭĭ trimiţi cu óstea să nu întârzie pe drum, ci să grăbéscă acolo cât mai curând se póte. Când vor fi împreună cu óstea muntenéscă, cu Beiul de Nicopoli şi cu cel de Vidin, să tréćă apa Siretului. Begler-Beiul de Rumelia cu nouĕ Sangiaci şi cu douĕ miĭ de Ieniceri şi cu douĕ zeci şi cinci de tréscuri să mérgă din altă parte asupra lui. Ear din altă parte va năvăli asupra lui Hanul tătăresc cu Beiul de Acherman. De aceea îţi poruncesc ca óstea Ta să-i fie acolo de ajutor lui Alexandru-Vodă mai 'nainte de a fi trecut Beii Dunărea. Aşa să ştiĭ. Scrisórea acésta s'a dat la Constantinopol cu 16 ḑile înainte de asta.

DCLXXXIII.

Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* cătră *Impèratul* despre intrarea în Moldova alui Petru-Vodă şi a Tătarilor. 1574, 3 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine clementissime!

. . . (om) . . .

Moldauica, clade Ioannis sedata sunt, Petrus Walachus iam possessionem Prouinciae coepit, cuius tamen non putatur diuturnum fore Imperium. Ioannis vxor et liberi cum praecipuis bonis se in Hottin receperant, cuius oppidi uel dediti uel capti nuncius Indicis expectatur.

Tartaris in Moldauiam irruptione facta, magnam in ea prouincia vastitatem ediderunt. Dicuntur conuertisse se versus Camenez vt oram illam Poloniae vlciscantur, à cuius incursione oppidum Bender potissimum destructum aiunt.

. . (om) . .

Constantinopoli tertio mensis Iulij Anno 1574.

Carolus Rym,
Dauid Vngnad.

DCLXXXIV.

1574, 11 Iulie. Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* către *Impĕratul* despre Ioan-Vodă şi despre sórta Poloneşilor din óstea lui.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine clementissime!

. . (om) . . .

Nuncius Polonicus nondum expeditus est cum responso regis Poloniae, quarum (sic) exemplum C. Maiestati Vestrae misimus. Adducti sunt huc captivi Poloni ex Ioannis Moldaui exercitu qui 400 Poloni eidem Ioanni à Iaslowizkio subsidio missa, neque se certo scire, sed tamen se existimare et intellexisse, id iussu Regis factum fuisse. Relatum praeterea est huc Ioannis et aliorum plaerorumque Primatum Moldaviae, quae (sic) se Hottinum receperant, inde cum liberis, bonis et familiaribus amicibusque (sic) in Poloniam transfugisse, de causis Mehemetes Bassa semel atque iterum in Nuncium Polonum acriter inuectus est et putantur literae à Sulthano ad Regem Poloniae expostulatoriae repetitoriaeque illorum quae (sic) transfugerunt per Chiausium aliquem hinc mittendi.

. . . (om) . . .

Datum Constantinopoli vndecima Iulij 1574. Postscripta duodecima Iulij, anno et loco ut supra.

S. C. Maiestatis Vestrae

Humilimi seruitores

Carolus Rym,

Dauid Vngnad.

DCLXXXV.

1574, 13 Iulie. Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* către *Impĕratul* despre cei doui Domni alungaţi din Moldova.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine clementissime!

. (om) . . .

Post Data. Chiausius harum lator profectionem suam in hoc tempus retardans occasionem nobis praebet ut haec adjiciamus.

Accessimus hodie Mehemetem Passam et C. Maiestatis Vestrae ad Sulthanum et ipsum literas ei exhibuimus. Deinde illa quae Maiestas Vestra nobis praescripsit, ac praecipuè de duobus captiuis in Sulthani et ipsius dimissis, nec non Bogdaniana et Bekesiana proposuimus, Caloensia consultò adhuc praetermisimus, qnod ipse nihil moueret, rati fieri posse, vt res ita transiret. Si uerò ipsement aliquid mouebit, tunc tempestiue et quae Maiestas Vestra în parte nobis mandat declaraturi.

De captiuis nihil nunc aliud respondit.

De Bogdano uisus est admittere satisfactionem, respondens, Sulthanum misisse saluum conductum Bogdano et iurasse, si uenerit huc, futurum illum Vayvodam Moldaviae loco Ioannis Vayvodae quin rebellasset, ac postea à paucis Acangijs captus distractus à duobus Camelis meritam mortem obierit, ita factum esse, vt bona fortuna Bogdanum quesierit, neque inuenire potuerit, quod explorator quidam ad eum quaerendum missus renunciaret illum primum Cassoviam, inde Viennam, tum in Poloniam, postremo in Bohemiam aut Germaniam se contulisse.

. . . (om) . . .

Sacrae Caesar Maiestati Vestrae nos humilime commendamus. Dat. Constantinopoli 14 Iulie 1574.

S. C. Maiestatis Vestrae

Humilimi seruitores

Carolus Rym,

David Vngnad.

DCLXXXVI.

Raportul lui *Carol Rym* şi aluĭ *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre Petru-Vodă şi despre Tătari şi despre plecarea în Franţa a Regelui Poloniei. 1574, 18 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Sacratissime Caesar, Domine clementissime.

. . (om) . . .

Altera post data 20 Iulij.

. . . (om) . . .

Nudius tertius vesperi redijt ex Moldavia Mustapha Chiausius, qui illuc missus fuerat ad Tartaros ut eos tumultibus compositis abire curaret, Retulit uerò Mehemeti Passae, Regem Poloniae praetextu institutae venationis ex composito effugisse, clam proceribus ex Regno et uersus Franciam properasse. Attulit etiam ipse Mehemeti Bassae literas capitanei Camenizensis ad Iafer Chiausium qui et Capigibassij Cicalae ad Petrum Vayuodam in Moldauicam possessionem introducendam iamdiu missi comitatu de remittendis Moldauicis profugis illi scripserat Trigesimo Iunij proximi praeteriti datas, in quibus post responsum de profugis illis significatur etiam de Regis sui in Franciam discessu, et rem ita scribit, ut idem Rex sicut et consensu Procerum suorum ad Coronam Franciae fratris obitu vacantem suscipiendam ex vtrinsque Regni pacto profectus ac breui rediturus dicatur. Earum literarum translationem Italicam ex Serviano Idiomate in quo conscriptae erant, Caesar. Maiestas Vestra vnà cum his habitura est, in albo descriptas.

. . (om) . . .

Sacrae Caesar Maiestati Vestrae nos et fidelissima seruitia quam supplicissime commendamus, quam Deus incolumem in plurimos annos tueatur. Datz. Constantinopoli 20 Iulie 1574.

Sacrae Caesar Maiestatis Vestrae

Humilimi seruitores

Carolus Rym,

Dauid Vngnad.

DCLXXXVII.

1574, 26 Iulie. Raportul lui *Carol Rym* şi alui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre ajutorul dat de Polonesi Domnului din Moldova şi despre năvala făcută de Tătari.

(Din Archiva ces. reg din Viena)

Sacratissime Imperator. Domine clementissime!

. . . (om) . . .

Achmates Chiaus, itemque Christophorus Armenius Nuncius Polonicus, quando abituri sint non facile dixerimus, dicitur tamen Achmates citato cursu praeiturus, et Christophorus ordinarijs itineribus subsecuturus, ac fieri etiam potest, si alia noua superveniant, consilium vel mutetur vel differatur. Literae quae mittuntur super repetitionem Moldavorum fugitiuorum iam conscriptae sunt, et amicus quidam, qui eas uidit, narrat esse plenas expostulationum quod ex Polonia Ioanni Moldauo auxilia uenerint iussu ipsius Regis qui mandauerit praefectis limitaneis vt Ioanni succurrent, id Regem negare non posse, nam conuinci literis quae in hac porta habentur. Itaque grauiter peccatum contra foedus, praeterea asseclas Ioannis cum magnis opibus et Iohannis Thesauro fugisse in Poloniam qui nisi reddantur cum ijsdem opibus, nullam amplius amicitiam expectandam, sed Pacem sublatam fore, alterae literae de nouo Rege creando iussae quidem, sed nondum perfectae intelliguntur.

Moldauia miserè deuastata dicitur idque potissimum à Tartaris qui maximam et hominum et rerum omnium praedam abduxerunt, Edicto cautum est, ut quicunque Moldaui capti sunt, dimittantur, hac de causa Chiausij secundum Danubium collocati, qui obseruent, ne quis abducatur, plaerique à Turcis inciderunt in manus Tartarorum, qui nihil haec Edicta faciunt, mandatum ijsdem Tartaris ut Poloniam nisi petita restitutio mox fiat, depopulentur.

Dicitur Petrus Vayuoda vbi unà cum Capigibassio Cicala Introductore suo et alijs praecipuis Turcis Tartar Hanum salutatum accessisset, questus esse de direptione Tartarorum quod post debellatum Iohannem prouinciam ita deuastassent, vt non uideat quemadmodum Sulthano Tributum ordinarium procurare possit, petiuisse etiam Moldauorum captorum rerumque ablatarum dimissionem, verum acerbum et minax responsum retulisse, quod si putet se Tributum Sulthano colligere non posse, Tartar Hanum relicturum in prouincia filiorum suorum qui id colligat et Sulthano mittat. De hominibus rebusque captis si quid uelit redimat, ita Petrum obticuisse, quem ipsimet sui aiunt melius facturum si nunquam animum ad Moldauiam adiecisset, sed Mutafaraca huius Portae mansisset, nam haec et ipsi et Alexandro Valacho fratri facile exilio esse posse.

. . (om) .

Datum Constantinopoli 26 Iulij 1574.

S. C. Maiestatis Vestrae

Humilimi seruitores

Carolus Rym,

Dauid Vngnad.

DCLXXXVIII.

Scrisórea *Sultanului* cătră *Senatul Poloniei* în cestiunea ajutórelor primite de Ioan-Vodă din partea Poloniei. 1574, 29 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena.)

Des terkhen Brieff.

Reuerendissimo Domino Archiepiscopo, Episcopisque Illustrissimis spectabilibus et Magnificis Dominis Dominis Regni Poloniae Senatoribus amicis et vicinis sincere nobis dilectis Salutem et amititiam Singularem etc.

Meminisse Domini poloni inclity Regni polonici Senatores et gubernatores vos decet et incesse est ab origine progenierum mearum quanta familiaritas amititia et vicinitas inter Cesares (sic) Turcarum parentes nempe et predecessores meos nec non Reges serenissimos et Dominos Magnificos Subditos vtriusque partis Regni Incliti polonici intercesserit, Pax Sancta quam fermiter obseruata et culta fuerit ad cuius Confirmacionem literas quoque a singulis predecessorum meorum vos habere scio, quam pacem primum ac Deus omnipotens Sortem patris mei michi dedit literis meis Ego quoque confirmari mandaui Omnibusque mancipiis meis Beis Begler Beis Palatinisque moldauiensibus ut transalpensibus ut pacifice cum principibus Dominis nobilibus Subditisque Regni Polonici viuant comisi, nec quisquam meorum iniuriam aut uim illi Regno eiusque incollis inferre presumat inibui (sic) sed vnus quisque pacifice viuat mandaui firmiter, Insuper proxime quoque mortuo Rei pie memoriae metu nostri nullum quiquam molitum fuisse aduersus Regnum illud Domini considerent sed etiam si vim aliquam quispiam inferre voluisset Dei auxilio potestate nostra Cesarea vobis et Regno Vestro auxilium ferre non nichil neglexissemus. Nunc vero quod Domini Poloni diuersum quid et antique paci dissentaneum agant, mirum nobis videtur, nobis autem singulis Diebus nunciatur Dominos Polonos contra pacem omnibus modis niti, allate sunt etiam nunc litere palatini transalpentis (sic) ad portam nostram Excelsam quibus exponit nobis quodque primum de uita proditoris illius Iwani Palatini Moldauiensis decolatioque (?) illius Dominis Polonis innotuisset. Mox ducentos millites Domini Poloni seligentes versus Oczyn (1) miserunt socerumque proditoris scelesti vna cum coniuge rebus Regnique Moldauie Tesauro inter quod fuit tributum porte nostre excelse et questorum Constantinopolitanorum peccunia que ad emenda iumenda a nobis fuerant misse et ab Iuano sunt spoliate et coniuge Hathmani nec non septem Consiliariorum Beior nuncupatorum coniugibus Rebus bonisque vniuersis in poloniam abducerent quibus ablatis statim Alexander Palatinus Transalpensis Multansius literas suas ad Dominos Polonos dedit Bonaque ablata cum socero Iuanii coniugeque et septem Consiliariorum coniugibus prestitui eo quod frater illius Petrus Palatinus Moldauiensis esset factus Petiuit, cui a Dominis Polonis responsum est nos adhuc nichil de palatinatu Petri fratris tui scimus, si literas Cesaris de palatinatu viderimus Bona huc ducta non perhibunt (sic), Preterea Constantin et Laslii sub sigillo proprio literas ad Iuanem dederunt inquientes, amice nobis dilecte, audita tua Calamitate omnes nos Domini poloni moti sumus vehementer, libenter opem quoque feremus nisi loci distancia prohiberemur, sed tamen nostris Ducibus et Capitaneis in illis finibus existentibus mandauimus firmiter vt advigilent et tibi opem ferant, quas literas habemus ad manus sub sigillo vtriusque. Ceterum ad auxilium Iuani 25 Celotibus instructis et militibus impositis impetum in albamnester poloni fecerunt quam vrbem incenderunt deuastaruntque et quod maius est, exercitum quoque ad auxilium Iuanii protitoris (sic) misistis et auxilium illi modis tulistis que omnia sunt contra pacta antiqua et pacem Sanctam. Quare nos quoque his visis et certo intellectis,

1) Wahrscheinlich Hotin.

Causium nostrum fidelem et prudentem Achmat ad vos cum literis nostris missimus Hortamurque vt si pacis antique estis amantes celotibus impetum in albam nester(1) facientes et auxilium Iuano ferentes inuestigare et punire non grauemini, praeterea praedicti Iuani proditoris socerum coniugem et consiliariorum coniuges vna cum Tesauro Rebus famulis curribus et equis per hunc fidelem meum Causium huc mittere statim non negligatis. Constat enim vobis optime socerum Iuani coniugem et Boer nuncupatorum coniuges liberos ancillasque mea esse mancipia illisque ad portam nostram excelsam missis cum Causio nostro ideo misso Latrones meam dicionem deuastantes et quicunque Iuano consilium dederunt aut euxilium tulerunt vtpote ruptores et violatores pacti et pacis tranquilitatisque turbatores inquirite et punite vt vtrinque Respublica in tranquilitatem manens orationes ad Deum fundat. Scitote praeterea Petro Palatino Moldauiensi Mandato nostro Regnum esse datum, ideo volumus ut amantes vos inuicem amplectemini mutua amititia et vicinitate fruamini et si qui latrones a partibus vestris molesti illi esse velint vos resistere necesse est, si antiquam pacem firmam manere cupitis. Regnum enim Moldauiae est nostrum vt Constantinopolis. Eosdem Bene valere optamus. Datum Constantinopoli 29 Iulij Anno 1574.

DCLXXXIX.

1574. Rĕspunsul lui *Mehemet-Paşa* cătră *Regele Poloniei* în cestiunea depose-
30 Iulie. dării lui Ioan-Vodă şi a atitudinii Tătarilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Translatio Responsi Mehemetis Passae ad Literas à Rege Poloniae Sibi adlatas per Christophorum Armenum Nuncium Polonum qui Tricesima Iulij 1574 Constantinopoli versus Poloniam cum hoc ipso responso discessit.

Redditae nobis sunt Maiestatis Vestrae Literae, quas per suum hominem nobis misit, easque intelleximus, In quibus nobis significat Begum Filekiensem in possesiones Vestrae Maiestatis in Hungaria habitas manum iniecisse, ibidem Maiestati magna damna intulisse. Quod item Maiestas Vestra praecipuum oratorem suum ad Potentissimum nostrum Imperatorem, si ab eo concessum fuerit, mittere uellet. Nouerit Maiestas Vestra nos de petitionibus Vestrae Maiestatis apud potentissimum Imperatorem nostrum syncero animo solicitè institisse, Potentissimum etiam Imperatorem nostrum oratori Vestrae Maiestatis ad Excelsam hanc Curiam ueniendi et redeundi viam tutam ac securam clementissimè concessisse, cuius quoque Literas salui conductus per eundem Maiestatis Vestrae nuncium Maiestati Vestrae misit. Quare Maiestatis Vestrae constare non dubitamus, Imperatores nostros potentissimos ab initio Regibus Poloniae eorumque Regno fidelissimam praestitisse amicitiam et vicinitatem, eosque contra omnes hostes eorumque Regnum fideliter protexisse. Quemadmodum post mortem etiam Regis Poloniae contra Ioannem Moldauiae Vayuodam, qui maximo saepius desyderio in Poloniam impetum facere volens, à nobis nequaquam fuit admissus. Antea item adhuc tempore mortui Regis, contra Tartaros, qui cum octuaginta millibus ferocissimorum Tartarorum Akincziorumque contra

1) Alba oder Alba Nester das ist heutige Akierman.

Poloniam proficisci à nobis non sunt permissi. Quos si eos admisissemus, qualiter cum Polonis fuisset actum?

Huiusmodi et similia semper syncero beneuoloque animo in vos fuimus, et adhuc nunc quoque sumus affecti.Regnum etiam vestrum sicuti nostrum ipsum in tutela nostra tenemus fideliter, sed Magnates Poloni plurimi, ea omnia non considerantes, ac honestatem ignorantes, neque diuturnam illam inter Imperium nostrum, Regnum item vestrum pacem, amicitiam, bonamque spectantes vicinitatem, verum omnibus à nobis in eos collatis beneficijs (sic) immemores et ingrati potentissimo nostro Imperatori omninò contrarij esse intendunt. Vti proditor etiam ille Vayuoda Moldauiae Ioannes (: qui se contra Inuictissimum Imperatorem nostrum opposuerat, cum tamen adhuc in longum tempus perseuerare in Dominio suo potuisset, quique nec ex familia clarissima ne quidem Vayuoda, sed vilissimum solummodo potentissimi nostri Imperatoris erat mancipium :) fecit. Quem tandem Imperator noster potentissimus, intellecta eius in subditos sub eoque existentium nobiles atrocitate et saeuitia, alijsque suis plurimis latrocinijs, officio sui Vayuodatus priuauit. Is tamen beneficij à potentissimo nostro Imperatore accepti ignoratus, impijssima in ipso Regno facta inceperat patrare: ac primo omnium gentem ad Tartar Han pertinentem necare incipiens, deinde regni etiam ipsius nobiles multos ab earum pecunias et bona interfecit. Ob huiusmodi similiaque facta sua indebita potentissimum nostrum Imperatorem alium in loco eius Vayuodam in Moldauia constituere uelle audiens, mox se contra potentissimi nostri Imperatoris potestatem insufficientem uidens, practicam cum Polonis inire, militesque soldatos contra potentissimum nostrum Imperatorem assumere et congregare coepit, cor enim eius plenum consilio Diaboli erat. Quibus potentissimus noster Imperator intellectis, statim ad omnes partes, Tartariae videlicet, Transyluaniae, Bogdaniae siue Valachiae vt cum omnibus suis viribus contra illum proficiscantur, mandata misit, Ex Porta etiam sua Beglerbegum qui quoque cum Decem Zangiach Agis contra illum proficisci debuisset. Sed Deo sit laus, adhuc his omnibus in Moldauia non peruenientibus, Duo solummodo Sangiach Agi, Begus scilicet Zilistriensis, et Praefectus Aknicziorum cum 200 militibus nostris trans Danubium contra illum profecti, cum tota sua potestate obuiam ueniebat, cum paucissimis solummodo Imperatoris nostri potentissimi militibus, vnà cum omni suo exercitu ceciderunt, ac eum ipsum etiam proditorem capite truncarunt, cuius caput ad Potentissimi nostri Imperatoris curiam excelsam transmiserunt, reliquos eius Latrones vnà cum Polonis in auxilium illi proditori missis, partim armis prostraverunt, partim captiuos abduxerunt. Et sic Deus eiusmodi homines ingratos punire solet. Antea verò Magnates Poloni Visniouskj, Constantinus et Laskj eidem proditori sub sigillo proprio literas quae inter caeteras eiusdem proditoris res sunt inuentae, et huc ad potentissimi nostri Imperatoris Curiam excelsam destinatae, miserunt, in hunc modum: Amice dilecte, Audiuimus hanc calamitatem nunc tibi instare, quod nos omnes Magnates Regni Poloniae vehementer dolemus, libenterque tibi auxilium ferremus, nisi loci distantia inhiberemur. Nihilominus Capitaneis nostris illis finibus existentibus mandata dedimus, ut aduigilent. Tu igitur crebriores tuas literas ad illos dato, tibi opem ferre non negligent. Talia et similia Magnatum Polonorum facta eos minime decuissent. Neque secundum foedus inter nos mutuo à plurimis annis in summa honestate et fidelitate conseruatum, est recte factum quod tanto proditori contra potentissimum nostrum Imperatorem, eis amicissimum, opem ferant. Qui tamen post mortuum Poloniae Regem continuis apud Imperatorem nostrum potentissimum institit precibus quo ei 500 solummodo milites suos in auxilium mitteret, et ipse in Regnum Poloniae impetum faceret, ac totum Regnum sub protestatem potentissimi Imperatoris Turcharum redigeret, Tributariumque faceret. Et tamen Poloni tanto nostro vestroque proditori auxilium ferre paratissimi fuerunt Cuius tamen malo contra Regnum Poloniae proposito, nos semper restitimus, idque non solum contra ipsum, verum alios quoque hostes defendimus. His ingrati illi Poloni Potentissimo nostro Imperatori sua (sic) in eos beneuolentia (sic) recompensant factis. Et si haec quoque benefacta non considerassent, amicissimam tamen vicinitatem Tartar Chani considerare, nec tanto proditori, qui vilissimum tantum potentissimi nostri Imperatoris mancipium fuit,

auxiliari contra Imperatorem nostrum potentissimum, et Tartar Ham, quibus ambobus inimicus erat, debuissent. Quales hi nostri Tartarique sunt amici, qui vnà cum hoc nostro hoste contra nos insurgent? Sed cum iam omnes illi maleuoli Poloni proditori isti adfuissent, potuissent ne eum denuò contra potentissimi nostri Imperatoris voluntatem in acceptum ab eo pristinum officium restituere? nequaquam Regnum illud Moldauiae ab initio sub tutela potestateque nostra fuit, nec quisquam alius, sed nos ibidem Vayuodas secundum nostrum beneplacitum constituimus: nonne nunc quoque id contra aliquot latrones defendere, aut ex manibus suis rapere possemus? Quemadmodum Regnum Hungariae ab Regibus Hungarie qui potentissimi fuerunt, Imperium item eorum è manibus suis inuictissima nostra potentia diripuimus. Et illi maleuoli Poloni non recordantur inuictissimam Imperatoris nostri potentiam, nec e contra suam contra potentissimi nostri Imperatoris debilitatem.

Antea quoque cum Bogdanus è Moldauia fugam dederat, potentissimus noster Imperator Megnatibus Polonis scripserat, mandaueratque Bogdano illo iter per Regnum Poloniae proficiscendi concederent: sed illi mandata Sulthani non curantes, tamen eum per Regnum transire permiserunt. Eo tempore etiam parum defuit quin potentissimus noster Imperator, ira in Magnates Polonos commotus, diuturnam illam cum Regno Poloniae pacem amicitiamque et vicinitatem violasset. Sed miserorum illorum Regnicolarum misertus, vetustissimique praedecessorum suorum cum vobis habiti foederis recordatus, ijsdem eam illorum offensam perdonauit.

Sin autem praesens hoc eorum factum cum consensu vestrae etiam Maiestatis factum est, ad pacem inter nos mutuo habitam id nequaquam pertinere uidetur. Sique Maietas Vestra malefactores illos pacisque turbatores perquiri, eosque digno supplicio punire omninò faciat. Sic enim diuturna illa inter nos pax amicitiaque custodiri remanereque poterit. Praesertim verò illos latrones qui tempore latrocinij proditoris illius Vayuodae, quo nobis vnà cum suis latronibus ad Ciuitatem nostram Bender multa damna intulisset, cum 25 celocibus ex Polonia venientes, in Albam Nester impetum fecerunt, ibique maxima damna intulerunt, quod idem ab hinc 25 uel 32 annis est auditum, quod ipsi modum inuenientes Albam Nester irruperunt. Sub tanta itaque inter nos firmissima pace habita, huiusmodi latrocinia contra foedus ipsum exercere, indignissimum est factum. Nostri etiam in confinibus existentes capitanei, tales in Poloniae fines irruptiones, saepius facere potuissent, ad quod perficiendum Deus potentissimo nostro Imperatori potestatem etiam tantam largitus est. Sed ea omnia non spectantes, imo potius pacem inter nos tam à multis annis habitam considerantes, nequaquam nec eis nec alijs facere permisimus. Quare Maiestas quoque vestra Magnatibus Polonis, Capitaneisque in finibus Poloniae existentium mandet firmiter, ne in posterum talia latrocinia facere audeant, verum pacem illam inter nos diuturnam, amicissimamque vicinitatem, quemadmodum caeterorum Poloniae Regum temporibus, iustè fideliterque seruare debeant, harum violatores ac tantae pacis praeciosae turbatores, omninò absque vlla misericordia cum ijs habita, puniat.

A tergo: Translationes Literarum Sulthanicarum et Mehemetis Passae ad Regem et Magnates Poloniae de prima Augusti 1574.

DCXC.

Scrisórea lui *Mehemet-Paşa* către *Regele Poloniei*, cerênd restituirea averilor lui Ioan-Vodă. 1574, 1 August.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Translatio literarum Mehemetis Passe ad Regem Poloniae de remittendis bonis Ioannis Vayuodae ad Portam Sulthanj per Amhatem Chiausium prima Augusti 1574 missarum.

Ex literis Alexandri Vayuodae intelleximus qualiter socer Ioannis Vayuodae intellecto eiusdem Vayuodae interitu sine mora omnia bona et substantias dicti proditoris vnà cum eius vxore ex arce Hotim in Poloniam ac vna cum his Tributum quoque Potentissimi Imperatoris Turcharum et bona multorum Regnicolarum tam plebee gentis, quàm eiusdem Regni nobilium ab ipsis per dictum proditorem Ioannem Vayuodam iniustè direptas. Lanionum item potentissimi nostri Imperatoris qui causa emendi pecora in Moldauiam profecti erant, pecuniam quae tamen non eorum sed potentissimi Imperatoris erat, ac septem nobilium vxores in 27 curribus abduxerunt: Qualiter etiam Iaslouitzky de aduentu eorum per certum seruitorem supradicti Ioannis Vayuodae certior redditus Ducentos equites illis obuiam miserit, currusque illos 27 vnà cum opibus illis adherentibus ad manus suas receperit, ac in quadam Arce Polonica in certum locum reposuerit, sigilloque suo obsignauerit. Vbi tandem supradictus seruitor Ioannis Vayuodae quoque sigillum suum eidem loco imprimere volens, opesque illas non Ioannis Vayuodae sed Potentissimi Imperatoris Turcharum esse aiens, nequaquam admissus fuerit, et hoc modo Magnates Poloniae illarum opum praesentiam eorum Regi significaturos dicentes, sub sigillo suo retinuerunt.

Antea quoque Laski et Constantinus Magnates Poloni ex consilio et consensu Iazlowitzkj proditori illi Ioanni Vayuodae saepius dicto literas quae ad excelsam Curiam Sulthani sunt allatae scripserunt in hunc modum: Amice nobis dilecte calamitatem tuam quae tibi nunc aduenit audiuimus maximeque omnes Magnates Poloniae dolemus, tibique auxilium ferre, nisi loci distantia obstaret, paratissimi essemus. Attamen capitaneis nostris in confinibus existentibus ad auxiliandum tibi tempore necessitatis seriò mandauimus: Tu interea ys crebras perscribere literas ne desinas. Quod idem etiam ex ipso facto Iazlowitzki certò constat, eum quoque de literis ad Vayuodam scriptis cum Lasky et Constantino consensisse. Praeterea absque dubio Maiestatis etiam Vestrae voluntas huic facto adfuit, nam nisi Maiestas Vestra non consensisset, nequaquam cum apibus illis et vxore Vayuodae in Poloniam se conferre ausi fuissent. Nullum etiam est dubium quin proditor ille Ioannes tantam omnem proditionem ex instinctu et consensu Magnatum Polonorum contra Potentissimum Imperatorem Turcharum inceperit. Quare causam talium factorum Magnatum contra foedus pacis, quae sit ignoramus, an foedus tanto tempore inter Potentissimos Imperatores Turcharum et Poloniae Reges conseruatum soluere aut quod nam opinantur. An verò solummodo causa opum earum talem cum Ioanne corespondentiam inierunt, hoc modo opes eius ad se protrahere volentes, quod nequaquam facere debuissent, quia si foedus inter nos inuicem tolletur, ipsimet cogitare poterint, quantum inde commodum habebunt. Sin itaque opes solummodo Ioannis concupiuerunt, Id Potentissimo Imperatori Turcharum satis parum damni adferret, etiam si ad Sulthanum nunquam peruenirent, sed scio quod apes illae non perdentur, et si etiam perdentur, Potentissimo nostro Imperatori Decies plures in earum locum aduenire cogerentur. Sed admiror Magnates Polonos tantam potentiam Inuictissimi Imperatoris nostri scientes, quo animo cum tam vilissimo Imperatoris nostri mancipio Ioanne contra invictissimum Imperatorem Turcharum practicam inierunt, eique auxilium miserunt, et ad tantam prodi-

tionem promouerunt, Iamque his omnibus factis, quae commoda de hinc caeperunt, unam solummodo deuastationem Regni ac plurimorum eius Incolarum. Et si haec denegare vellent, extat in manu Sulthani testimonium literarum Laskj et Constantini proprio eorum sigillo impressarum.

Constat hoc etiam, Polonos tempore proditionis Ioannis cum viginti quinque celocibus[1] Albam Nester irrupisse ibique maximum damnum ferisse. Duos item Capitaneos Polonos Osztroczkium et Suirtouskium cum Quadrigentis hominibus in Auxilium Ioannis aduenisse, quod ab ipsis etiam captuis Polonis qui in eadem pugna et conflictu nostrorum cum Ioanne capti sunt, satis intelleximus, cuius testimonium ex hoc ipso facto etiam constat, quod uxor illius proditoris Ioannis non ad suam habitationem, verum in Poloniam diuerterit, vel forsan Maiestas Vestra nos singula facta, tam sua quàm Magnatum Polonorum nescire putat, cum vel nulla prorsus ignoremus. Sed valeant. Quae ad Ioannis vsque interitum facta sunt, ea facta sunt. Nunc uerò Magnates Poloni quia supra opes ex Hotin (: vt supra recensui :) abductas, seruitori Ioannis Vayuodae proditoris nostri sigillum imprimere non permiseruut, sole certius, eos foedus antiquum inter nos tantis temporibus firmissime conseruatum, velle rumpere,

Recordatur Maiestas Vestra etiam, dum adhuc in Gallia fuisset in quanta amicitia et amore praedecessores Maiestatis Vestrae cum potentissimis nostris Imperatoribus vsque ad hoc tempus vinxerint, ita etiam cum Regibus Poloniae similiter omnibusque ad eos pertinentibus Potentissimus noster Imperator, ac praedecessores sui semper in summa amicitia et pace fuerunt. Si itaque pristinam illam bonam amicitiam et vicinitatem Regnique tranquillitatem retinere Maiestas Vestra, Magnates item Regni cupitis, supradicti proditoris Ioannis Vayuodae socerum vnà cum vxore Vayuodae ac omnibus opibus ex Hotin abductis, septem item aliorum nobilium vxores vnà cum suis curribus seruitoribus et opibus sine mora ad portam potentissimi nostri Imperatoris mittatis. Item de his Potentissimus quoque Imperator Vestrae Maiestati, Magnatibusque Polonis literas misit, quas perlegentes, socerum Ioannis Vayuodae vnà cum vxore eiusdem reliquisque omnibus opibus quemadmodum ad vos peruenerunt, totaliter ad portam potentissimi Imperatoris missuros nihil dubito.

Quare Maiestas Vestra Magnatibus Polonis seriò iniungat, vt habita ratione diuturnae nostrae amicitiae, et econtra deuastationis etiam Regni eiusque gentis fortassis accedere poterit, in eadem pristina bona vicinitate et tranquillitate permaneant, neque quicquam contra foedus pacis moliantur. Nam ab obitu usque Regis Poloniae, donec adhuc Maiestas Vestra secundum clementem voluntatem potentissimi Imperatoris in Regnum non uenisset, Magnates Poloniae semper factis suis clam se ostenderunt, antiquum illud oedus inter nos et Regnum Poloniae confirmatum, nihil curare imo id omninò rumpere velle. Nos tamen veterem cum Maiestate Vestra eiusque familia, Regnoque item Poloniae considerantes amicitiam interim nihil quicquam discordiae incipere, donec ex parte vestra nobis responsum uenerit, volumus. Verum si dicti Magnates Poloni in his potentissimi Imperatoris petitionibus inobedientes forent, iuxta mandatum etiam Vestrae Maiestatis, opes supradictas inuictissimo nostro Imperatori non remitterent, aut aliquid de ijis ibidem reseruarent, nec totaliter quemadmodum ad manus eorum peruenerunt, vnà cum socero Ioannis Vayuodae eiusque muliere, curribus caeterisque mulieribus et seruitoribus ad Excelsam Portam mitterent, Deus illas calamitates multorum miserorum Regnicolarum et his factis orituras, in animas eorum requirat. Sunt enim Potentissimo Imperatori nostro in promptu Tartar Han cum Ducentis millibus Tartaris, octuaginta millibus item alijs deuastatoribus, ac Beglerbegus Graeciae cum millibus strenuis, qui omnes quàm citissime in Regnum Poloniae irrupturi sunt, tantum mandatum potentissimi Imperatoris expectantes. Sed credo Maiestatem Vestram singula malefacta magnatum Polonorum non intelligere, quia talia factanon sunt hominis sapientis, nec decent viros intelligentes, quae ipsi machinantur;

---

1) celox, ocis, Schnellschiff, Yacht.

Quare si veterem illam amicitiam et vicinitatem Regnique tranquillitatem reseruare cupitis, sine mora, secundum voluntatem potentissimi Imperatoris, futura benè considerantes, socerum Ioannis Voyuodae ac eius vxorem et omnes reliquas ut supra quam citissime Imperatori nostro inuictissimo remittatis, sic Regnum etiam vestrum cum omnibus suis Incolis in bona pace remanere poterit.

DCXCI.

Scrisórea *Sultanului* cătră *Regele Poloniei* în cestiunea restituirii averilor lui Ioan-Vodă. 1574, 1 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatio Literarum Sulthani ad Regem Poloniae de querelis contra Magnates Poloniae et repetitione bonorum Joannis Vayuodae per Socerum eius in Poloniam abductorum, quae Literae per Amhatem Chiausium prima Augusti 1574 missae fuerunt.

Significare Maiestati Vestrae voluimus, nos ex literis Alexandri Vayuodae ad Excelsam nostram Portam missis intellexisse, qualiter proditoris nostri Ioannis Vayuodae socer, intellecta capitis plexione eiusdem Vayuodae, absque vlla mora vxorem illius proditoris ac octo alias mulieres Moldauorum nobilium vnà cum omnibus opibus bonisque Vayuodae, et ipsorum seruitoribus, item earum bonis ex Arce Hotin in Poloniam, cum 27 curribus oneratis, abduxerit. Qualiter ipsi Capitanei illarum partium 200 equitibus obuiam missis, supradictum socerum Ioannis Vayuodae, vnà cum omnibus suis bonis, in quandam arcem Iazbor dictam, comitati, bona illa in certum locum, sub suis sigillis reposuerint, vbi tandem seruitor Ioannis Vayuodae, quoque sigillum suum eidem loco imprimere volens, admissus nequaquam fuerit. Et ita bona illa sub sigillo solummodo Magnatum retenta manserint. Notum est Maiestati Vestrae totique Regno foedus à multis temporibus inter nos et Reges Poloniae confirmatum, à nobis semper in summa vsque hoc tempus reuerentia fuisse habitum, firmiterque confirmatum, Regnum etiam ipsum à cunctis inimicis sollicite custodiuisse et si aliquis vestrorum Regnicolarum in Imperium nostrum cum bonis suis transfugisset, non solum reddidissemus, sed captiuos ipsos etiam si quos ad Regnum Poloniae pertinentes detinuissemus, vobis non denegassemus, Imo si ex aliqua parte hostis etiam contra vos exortus fuisset, ope nostra non defuissemus. Quod ex parte vestra similiter secundum foedus inter nos firmatum fieri debebat. At vos horum omnium contrarium facere videmus, vt ex hoc vestro facto etiam patet, tempore proditionis Ioannis Vayuodae cum nobis opem ferre contra ipsius proditionem defuissetis, non nobis, imò proditori illi opem tulistis : cum vestrates 25 celocibus in Albam Nester irruperint, ibique damnum maximum intulerint, cum item aliqui Magnates Poloni cum 400 hominibus in auxilium Ioanni venerint. Quod idem ab ipsis quoque captiuis Polonis, tempore Moldauicae cladis captis, satis intelleximus. Cuius alterum quoque nobis testimonium est, Literae videlicet Lasky et Constantini ad Ioannem Vayuodam in hunc modum scriptae : Amice dilecte, Nos omnes Magnates Poloniae vias tuas audientes maximè dolemus, sed tibi propter loci distantiam auxilium ferre non possumus. Mandauimus tamen Capitaneis nostris in confinijs existentibus, vt habita

tecum correspondentia, tempore necessitatis tibi auxilium ferre non desinant. Quae literae proprijs eorum sigillis impressae ad manus nostras prouenerunt.

Cum itaque socer illius proditoris non solum bona Ioannis Vayuodae vnà cum uxore eius, aliorumque octo nobilium vxores, cum earum quoque bonis et seruitoribus, multa item aliorum nobilium bona direpta, verum Tributum etiam nostrum ac pecuniam nostrorum lanionum abduxerit. Hominem nostrum fidelissimum Amhat Chiausium ad vos mittendum decreuimus qui quàmprimum ad vos peruenerit, absque mora ad nos (: si pristinam illam amicitiam inter nos inuicem foedusque à tantis temporibus firmiter conseruatum, in posterum etiam conseruare cupitis :) vnà cum omnibus bonis, vxore Vayuodae, aliorumque nobilium, ac socero eiusdem Vayuodae, totaliter nihil quicquam horum ibidem retinendo, remittatis. Tales enim bonae vicinitatis turbatores omninò sunt puniendi. Quare si veterem illam bonam pacem et vicinitatem inter nos mutuo reseruare cupitis, ea omnia nobis vnà cum homine nostro Amathe Chiausio quàm primum mittere ne protrahatis.

DCXCII.

1574, 1 August. Scrisórea *Sultanului* cătră *Magnații Poloniei* în cestiunea restituirii averilor lui Ioan-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatio literarum Sulthani ad Magnates Poloniae prima Augusti datae (sic) 1574 per Amathem Chiausium.

Plurimis iam ab annis praedecessores nostri potentissimi Imperatores Turcharum, cum Regni Poloniae Regibus, eiusque Primatibus et Magnatibus, eorumque subditis in pace firmissima, bonaque vicinitate et amicitia egerunt, à quibus omnibus literas etiam foederis acceperunt. Iam quo tempore Deus omnipotens clarissimum hoc Imperium in manus nostras tradit, eas nos quoque literas renouauimus, confirmauimusque, Capitaneis etiam nostris in Confinijs existentibus, Begis, Beglerbegis ac vtriusque Moldauiae Vayuodis caeterisque omnibus ad Imperium nostrum pertinentibus, vndique praecepimus, vt in bona pace amicitia, et vicinitate cum Regno Poloniae permaneant. Quare recordari etiam potestis, post mortem vestri Regis, nulla ex parte, ne nullum quidem hostem, se contra vos Regnumque prae nostrae potentiae timore erigere ausum fuisse. Et si etiam aliqua ex parte ab hostibus oppressi fuissetis, cum potestate nostra contra illos proficiscentes, eos à Regno vestro abegissemus, et ita vos contra omnes hostes vestros, securè defendissemus. Sed cernimus palam vos ea omnia nihil considerantes, in omnibus vestris factis nobis contrarios esse, Quod secundum foedus inter nos firmatum, nequaquam vos deceret. Quemadmodum nunc etiam, vt ex literis Alexandri Vayuodae ad Excelsam nostram Curiam missis, intelleximus, vos magnates, post interitum proditoris Vayuodae eiusque latronum, 200 Equites socero eiusdem proditoris misisse obuiam, quem vnà cum omnibus bonis Vayuodae vxoreque per socerum eiusdem ex Hotin abductis, aliorum item nobilium vxoribus earumque ac aliorum multorum nobilium iniustè direptorum bonis, Regnique Thesauro, et nostro etiam Tributo, ac Lanionum nostrorum, qui causa emendi pecora in Moldauiam profecti erant, pecunia, in Poloniam comitantes, bona illa in quendam locum sub sigillo vestro reposuisse. Seruitorem etiam Vayuodae,

volentem sigillum suum quoque eidem loco imponere. non admisistis. Deinde petente ea à vobis bona, etiam Vayuodae Alexandro, cum hoc tempore illud Regnum frater suus possideret, denegastis: Fratrem suum an verus sit eius Regni Vayuoda vos nescire dicentes, at si literas potentissimi Imperatoris Turcharum viderimus, (inquientes), bona ista non perdentur. Antea item Laskj et Constantinus vterque, proditori illi Ioanni Vayuodae, sub sigillo proprio literas, quae ad manus nostras peruenerunt miserat in hunc modum: Amice dilecte, vices tuas nos Magnates Poloni omnes audientes maxime dolemus, tibique auxilium ferre, nisi loci distantia obstaret, paratissimi essemus: attamen Capitaneis in confinibus nostris existentibus mandauimus, ut habita tecum correspondentia, tibi auxilio suo tempore, necessitatis deese nequaquam debeant, Tu interim eos crebris visitato literis.

Caeterum tempore proditoris Ioannis Vayuodae milites vestros cum 25 celocibus in Albam Nester misistis, qui in ciuitatem irruptione facta ibidem maxima damna fecerunt. Et postea alios quoque latrones 400 in auxilium eiusdem proditoris Vayuodae misistis. Talia et similia facta foederi contraria nequaquam vos decent, nec facere debuissetis. Quare si nostram cum vobis contractam pacem amicitiamque conseruare cupitis, statiam maliciosos illos homines pacisque turbatores qui cum 25 celocibus in Albam Nester irruperunt, perquirere eisque dignam meritamque poenam imponere faciatis, Et de his omnibus literas nostras, per fidelem nostrum hominem Amhatem Chiausium ad vos misimus. Qui quamprimum ad vos peruenerit, eum absque mora ad nos (si pristinam nostram amicitiam et vicinitatem Regnique vestri tranquillitatem cupitis) vnà cum omnibus bonis Vayuodae, eius vxore, aliorumque nobilium, ac socero eiusdem proditoris totaliter, nihil quicquam horum, quae ad vos ex Moldauia peruenerunt, ibidem retinentes, nobis remittatis, iisque nobis remissis, latrones illos, tam eos qui cum celocibus in Albam Nester impetum fecerunt quàm alios quoque qui in auxilium Ioannis Vayuodae fuerant, omninò puniatis. Tales enim pacis turbatores sunt causa perditionis Regnorum, tranquillitatisque subditorum ex vtraque parte existentium spoliates (sic). Vltimo hoc etiam significandum vobis duximus, nos Petrum Vayuodam in Regnum Moldauiae loco proditoris Ioannis, Vayuodam constituisse, cum quo vti seruitori nostro in bona amicitia et vicinitate viuere sciatis, nec eum aut sub eo existentium subditos, ullo facto offendatis, si amicitiam nostram accipere desideratis.

DCXCIII.

Scrisórea lui *Mehemet-Paşa* cătră *Magnaţii Poloniei* în cestiunea restituirii averilor lui Ioan-Vodă. 1574. I August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translatio literarum Mehemetis Bassae ad Magnates Poloniae prima Augusti 1574 datae per Amhatem Chiausium.

Regni Poloniae Reges, ab initio, cum Potentissimis Turcharum Imperatoribus semper in perfectissima egerunt amicitia et vicinitate, charitateque. Et cum Principes sunt concordes, tunc caeteros quoque sub Imperio suo existentium gentes subditosque suos, oportet esse tranquillos et concordes ac permanere in bona pace et securitate, non vti Moscouiae, Germaniae, Hispaniarumque Regis Regna subditique eorum, qui dies

noctesque semper stant in tremore ac quotidie ex habitationibus suis miserabiliter rapiuntur et captiui abducuntur ac deserta redduntur, et quod magis est, Potentissimus noster Imperator vos Regnumque Vestrum non solummodo à suis gentibus verum à cunctis hostibus propugnauit defenditque in posterum etiam, donec in fauore amicitiaque sua remanebitis, quemadmodum ipsi oculis vestris cernere potestis, nullum ex ulla parte se hostem contra vos moueri audere, sciens se per summam Sulthani potestatem à Regno vestro maximo suo dedecore abigi. Sed vos tanti potentissimi nostri Imperatoris erga vos beneficij amicitiaeque immemores, omnia contraria clam facere intenditis, quae non modo à vobis, verum nec ab inimicis quoque nostris expectare potuissemus Quorum factorum clanculariorum alterum hoc est, quod capite plexus ille proditor Ioannes, accingens se huic patrocinio imparatos Sulthani milites esse uidens, Tiheniensem Rempublicam, agricolas nempe bubuleosque et ouium pastores interfici iussit. Quod videntes Domini Poloni 25 celoces militibus ornatis impetum in Albam Nester fecerunt. Si itaque inficias iretis et hos Moscouitas fuisse assereretis: Qui fieri potest quod Moscouitae illuc venire possint? Deinde etiam quosdam Latrones 400 hominibus proficientes, in auxilium Vayuodae misistis. Et praeterea Laskj Constantinusque Magnates Poloni, tempore latrocinij Ioannis ad eundem literas suas dederunt, scribentes: Amice dilecte et frater, Audiuimus hanc calamitatem nunc tibi instare, quod uehementer dolemus, libenterque tibi auxilium ferremus, si loci distantia non inhiberemur. Attamen nostris Capitaneis in illis finibus existentibus mandauimus, ut aduigilent. Tu igitur tuas ad illos dato, qui tibi opem ferre non negligent. Quae literae sub sigillo vtriusque ad nos sunt latae. Sed à tanto proditore quid commodi accepistis, cum per duos tantum annos in Vayuodatu illo fuerit? Nonne magis considerare plurisque existimare, potentissimorum Turcharum Imperatorum amicitiam bonamque vicinitatem à Trecentis annis nobiscum habitam debuissetis, quàm proditori illo auxilium contra Potentissimum Imperatorem ferre, qui tamen post obitum Regis vestri continuis apud nos instetit precibus, ut ei 500 solummodo nostrorum militum in auxilium mitteremus, et ipse totum Reguum Poloniae sub Potentissimi Imperatoris Turcharum redigere potestatem tributariumque facere vellet? Nos uerò scientes id contra foedus nostrum vicinitatemque nostram fore, nullo modo id ei permittere voluimus. Quare multum admiramur, quo pacto tali vestri ipsius proditori vobisque malecupienti auxiliari contra potentissimum Imperatorem vobis beneuolentissimum voluistis. Si ea de causa fecistis, quia ipse etiam fuit Christianus, in vestra fide aut lege quoque non putamus reperiri, subditorum bona illegitimè et iniustè diripienda aut mercatores non solum pecunijs suis, verum etiam vita propria spoliandos esse, sed huiusmodi maliciosos homines nonne punire oportet? Vosque sciuistis quod Christianus fuerit, sed nos etiam nesciuimus quòd Turcha fuerit, qui tamen in neutraque fide constans fuit. Quamquam si homo iustus ac fidelis fuisset, nos quoque calamitatem suam multorumque eius Regni Incolarum, non concupiuissemus: sed vos etiam talj, tam vestro quam nostro, proditori auxilium ferre non decuisset.

Caeterum vt de reliquis etiam dicam, quaecunque Proditor ille toto suo tempore Vayuodatus per fas et nefas, legitimè in Regno ipso accumulauit, quae item vi iniusta ab eius Regni nobilibus, mercatoribus, aliisque multis diripuit, vnà cum Tributo nostro, ea omnia in Arcem Hotin congessit, vnde absque ullo argento solummodo vacuus, ad conflictum profectus ibique capite truncatus, id quod socer suus intelligns, vxore item Vayuodae, aliorumque octo nobilium cum 27 curribus oneratis auxilio Polonorum in Poloniam transfugit. Deinde praesens Moldauiae Vayuoda bona ea à Polonis repetiit, sed ei remittere nequaquam voluerunt, eorum Regem nunc absentem esse asserentes, qui à Regno sex menses emanendi libertatem petijsset, se etiam an Vayuoda ille verus sit confirmatus Vayuoda ignorare, sique verus fuerit Vayuoda, bona ea non perire dicentes, ac eam ob causam vos ilia ex Hotin abduxisse, ne Tartari iam in Moldauiam peruenientes, bona ea potentissimi Imperatoris Turcharum depraedarentur. Quod si eam ob causam fecistis, benè, prudenter fideliterque fecistis: Verissimum enim est, si Tartari de bonis ijs sciuissent, absque dubio depredauissent. Si verò ex alia quadam concupiscentia mala

fecistis, nullo modo fieri debuisset, nec fuisset sapienter factum, ob aliquot millia florenorum tantam Diuturnam firmissimam praeciosamque pacem et amicitiam nostram vobiscum rumpere, Regnoque etiam ipso eiusque Incolis tantas miserias et calamitates moliri. Et si diceretis, non adeò magnum adferre damnum, si à nostra de his bonis in vos habita petitione desisteremus: sciatis id nobis dedecore maximo fore, si Imperij nostri Thesaurum, ac Tributum potentissimi Imperatoris nostri, aliqui contra potentissimi nostri Imperatoris voluntatem accipere permitteremus: Leges enim nostrae non concedunt, vt potentissimi nostri Imperatoris ne vnus quidem ducatus perdatur, verum vt omnia requiri debeant. De quibus negotijs potentissimus noster Imperator quoque ad vos literas suas per fidelem hominem suum Amhat Chiausium misit, qui quàmprimum ad vos peruenerit, si Regni vestri pacem securam, quietemque desideratis, statim absque mora omnia ex Hotin ad vos per socerum dicti Ioannis Vayuodae reportata bona, vnà cum omnibus personis ex Moldauia in Poloniam transfugientibus, totaliter nihil quicquam de his ibidem retinendo, quam citissimè ad Excelsam potentissimi Imperatoris nostri Curiam transmittatis. Si itaque objiceretis, Regem vestrum nunc esse absentem, id non sufficit. Ipse nempe Rex vester in Regno vestro alienigena est, neque nouit adhuc morem legesque vestras, verum quae etiam facere debet, ex consilio consensuque vestro facit. Sed quae nos postulamus, ea contraria foedere non sunt, Imo foedus ipsum confirmant, Igitur postulata nostra quàmprimum nobis remittatis, vt Regnum quoque vestrum in pristina pace et tranquillitate permaneat. Nam si aliter facietis, credatis nos quoque breui alio in vos animo futuros.

DCXCIV.

Raportul lui *Carol Rym* și alui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre conflictul iscat între Pórtă și Polonia. 1574, 3 August.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Carolus Rym et Dauid Vngnad de 3tia Augusti cum Post scripta de 4ta et 6ta eiusdem 1574.

Sacratissime Caesar, Domine clementissime!

. . . (om) . . .

Nudius tertius subsequutus est Achmates Chiausius cum Sulthani binis et Mehemetis totidem, nempe vtriusque ad Henricum Poloniae Regem et ad Regni magnates literis, habetque in mandatis, ut si Rex adsit, magnatum literas ratineat, sin absit, tunc eas Magnatibus reddat, Id quod argumento est hos uel dubitare, uel certè dubitare uelle de discessu Regis Poloniae, donec ab ipsis Polonis de eo solenniter ad hanc portam scriptum sit. Literarum haec est summa, mitiores sunt Sulthani, acriores Mehemetis. Commemorantur vetera foedera, itemque beneficia Turcharum erga Poloniae Regem et antecessores, et ipsos Polonos, tam superiore interregno quàm alias. Fit expostulatio, quod à Polonis multa contra foedus commissa, quod ad 400 milites Ioanni Vayuodae

auxilio missa, quod impetus in Albam Nester viginti quinque celocibus milite onustis factus sit. Repetuntur literae Laskj et Constantini ad eundem Ioannem datae de mandatis ad limitaneos praefectos, quo illi opem ferrent, missis, quarum literarum exemplum Caes. Maiestati Vestrae antea à nobis transmissum est. Exaggeratur quod interfecto Iohanne socer et vxor eius cum aliorum octo nobilium vxoribus et comitatu ac bonis ac 20 curribus onustis Polonorum ope in Poloniam ex Hottino quo se receperant transfugerint, in quibus etiam Tributum Sulthano debitum et prouinciae illius aerarium seu Thesaurus ac Lanionum Sulthani, qui pecorum coëmendorum gratia illuc venerant, pecunia fuerit. Quod etiam obuiam ijs missi à Iazlovitzkio ad 200 Equites et omnia illa bona ab ipso obsignata (non admisso cuiusdam ex Iohannis hominibus qui ea Sulthani diceret Signo) in certam Arcem condita sint, quodque repetenti Alexandro Valacho fratri praesentis Vayuodae denegata sint. Conclusio est, vt qui ad Albam Nester fuerunt, quique Iohanni auxilio venerunt, puniantur vtque huc fugitiui illi omniaque illa bona mittantur, alioquin denunciatur vastitas et hostilitas, et Ducentorum millium Tartarorum, octuaginta millium aliorum deuastatorum seu Acacgiorum, et Beglerbegum Graeciae cum Exercitu suo in Poloniam irrupturi a Mehemete Bassa scribuntur.

Earum omnium quaternarum literarum Exempla Vngarica vti ab ipso Achmate Chiausio iussu Mehemetis Bassae cuidam suo scribae Hungaro necdum ita Turcice perito, ex Turcico in Hungarico idomate, ut inde in Latinum sicut fecit transferret dictato, et ab eodem scriba vngaricè excepta fuerunt, opera certi amici clam consequuti sumus, ac iam id curamus, ut à certo quem habemus vngaro, ex vngarico in latinum conuertantur ac in ciffra describantur, eaque omnia post vnum aut alterum diem Deo daute per certum qui ad manum est Domini Praefecti Ruberi famulum Caes. Maiestati Vestrae Transyluanica via vnà cum supramemorati saluiconductus et Mehemetis Passae responsi exemplo transmittamus. Interea earum argumentum summatim hic repraesentandum putauimus, si forte hae ante eiusdem Ruberici famuli aduentum perferentur. De caetero nos ad ea ipsa exempla remittentes.

. . . (om) . . .

Sacratissimae Caesareae Maiestati Vestrae nos quam humilime commendamus. Datum Constantinopoli Tertia Augusti 1574.

. . (om) .

Carolus Rym,

David Ungnad.

DCXCV.

Instrucțiuni date lui *Andreiŭ Taranowski*, solului trimis din Polonia la Pórtă. 1574. 18 Aug.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Instruction auf den Edln Andream Taranowsky, so auf der Warschauischen congregation, von den Herrn Reichs Rathen, Iren gnaden, Zum Türkischen Kaiser, abgefertigt worden,

. . . .

. . . . Vnter wegens, sol er sich beim Woiewoden in der Walachei 1) aufhalten. Vnd weil er den Reichs Rathen geschrieben, vnd sich vernemen lassen, das er vermüge der alten Pacten nach seiner vorfarn gewonheit vnd brauch, mit der Cron Poln Fried halten wolle, von Ime darauf den aidt abfordern, denselben auch allermassen, wie Inen seine vorfarn, dj Walachische Woiewoden getan annemen, Inen auch daneben der pacta, dj Ime aus der Kantzlei ausgegeben werden sollen, erinnern, Mit vermeldung, wann man von einem Landtag, oder gemeinen Zusammenkunfft der Cron Poln hören werde, das er seine Potschafft auch hinein schigken solle, Er Taranowskj aber solle die fridlichen anstandts bestettigung, nach gemeinem vnd altem brauch, mit sich herausbringen,

Auch sol er Inen der straff, damit er sich desto eher firidlich halte, erinnern, vnd das schreiben, so Iwon der Woiewoda allda In der Walachei Inen derhalber hab Interregno getan, mit nemen, ...

Datum Zu Warschau, den 18-ten Augusti. Anno Im 1574.

DCXCVI.

Scrisórea *Senatului Poloniei* cătră *Sultanul Selim* în cestiunea averii lui Ioan-Vodă. 1574. 18 Sept

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Beilage zum Berichte David Ungnad's dd° 28 Nov. 3 Dec. 1577.)

Serenissimo ac potentissimo Principi, domino Sultano Selim Imperatorj Constantinopolitano, Asiae, Europae, Persarum, Syriae ac Ægiptj Domino, domino ac vicino nobis colendissimo, Senatus Regnj Poloniae salutem ac officiorum strenuam commendationem.

Seremissime ac potentissime Princeps. Reuocat nobis in memoriam Serenitas vestra, qua fide et constantia Auj Ataujque Serenitatis Vestrae, cum Regibus et Regno

1) Nach polnischem Sprachgebrauch und dem Zusammenhange der ganzen Sache, wie auch laut Bericht des polnischen Abgesandten ist hier blos die *Moldau* zu verstehen.

Poloniae, pacem et amicitiam coluerint, Serenitas quoque vestra colat, quod nos delectauit vehementer, tumque Principes Turcharum, ex singulari beneuolentia, erga nos, regnumque nostrum, nos itidem erga illos seruauimus. Innatum nimirum Polonis est, non qua de leuj causa antiquam amicitiam soluere (quod notum est etiam Serenitati Vestrae), nam proximis quoque annis, nunc itidem Principes et Reges Christianorum nos donis et literis suis sollicitant, vt contra Serenitatem vestram amicitiam cum ipsis colamus; sed nos tàm munera quàm literas eorum respuentes, maluimus praedecessorum nostrorum constantiam imitari, et antiquam amicitiam cum Principibus Turcharum initam seruare, quam aliorum nouam aut adpettere aut acceptare. Nunc verò quod Serenitas vestra scribit, nos contra pacem deliquisse, eô, quòd Polonj Iwano auxilium tulêre, et impetum in Albam nester fecêre, praetereà, quod nonnulli Dominorum Polonorum literas ad Ivanum dedêre, et quidem conjugem, Socerum et thesaurum Iwanj huc ductum recepêre, et haec omnia contra pacem esse; profectò nobis dolet vehementer, tale Iuditium de nobis ferri, quasi nostra voluntate et consensu facta fuissent. Notum Serenitatj Vestrae est, nos omnibus Moldauiae palatinis fuisse amicos, subditosque nostros, cum Moldauiensibus in amicitia et vicinitate uixisse; Iwan quoque singulari amicitia cum Polonis viuere coeperat, et omnes arbitrabantur, Iwanum esse in gratia Serenitatis Vestrae, ideò Polonj amabant eum. Cùm autem praesens Wayuoda Moldauiensis bellum contra Iwanum mouisset, nullus ex Polonis arbitrabatur illud bellum mandato Serenitatis Vestrae esse motum, sed omnes credebant Palatinum Transalpensem Iwanum bello persequj. Ideò facillimum fuit, Iwano Polonos amicos ipsius in auxilium vocare; sed quamprimùm nobis auditum est ex Russia quosdam ad Iwanum fugere, statim Serenissimo Regi nostro consuluimus, vt mandato singularj prohibeat, ne quisquam ad Iwanum eat, ne antiqua pax impediretur. Quicunque igitur hinc ad Iwanum iuêre, fuerunt liberj, et libero arbitrio iuêre, nobis inuitis, et sine consilio nostro, secundumque meritum sunt punitj; nam alij in bello cecidêre, alij sunt captj, illi quoque nequaquàm ad Iwanum venissent, sj excidisse gratiâ Serenitatis Vestrae Iwanum sciuissent, sed profectò nemo hic in Polonia sciuit, Maiestas quoque vestra nobis non perscripsit. Nequaquam autem credat Serenitas Vestra dominos Polonos, Constantinum (quem nos non scimus, nam multi eo nomine hic appellantur) et Laskhium Iwano auxilium ferre uoluisse, aut literas ad Iwanum dedisse. Num Constantinus et Laskhius tenentes conditionem pacis, et vnà nobiscum Consiliarij Regnj existentes, nequaquam diuersum à nobis sentire possunt, fortassis clanculario sigillo Iwan usus est, qua de pluribus cum Czausio Serenitatis Vestrae egimus. De his verò, qui Impetum in Albam nester fecêre, Deus ità nos amet, nunc quoque nihil scimus, nec anteà quicquam audiuimus. Latrones quidam ex varijs linguis conuenêre ad Boristenem, quorum nonnullj ibidem manent, hj cum Moscouitis sese coniungentes, rapina tantum viuunt, et illi in Ditione Serenitatis Vestrae impetum facere consueuerunt; quicunque hos caedit, non potest, nam neque Regem neque Legem habent; saepè in Regnum nostrum comeatus gratia venire solent, et quidam putant, quod Impertum in Albam nester faciunt, qund nos, quoniam nescimus, neque negare volumus. Hoc certò assecurare possumus, nos nec anteâ nec nunc quicquam scire, an fecerant impetum in Albam nester, necne, et quj fecerunt. Nos Palatino Russiae mandauimus firmiter, vt eos latrones inquirat, et quos compraehendere poterit, puniat. Credimus ità quoque audimus, quod Coniux et Socer Iwanj, audientes mortem Iwanj pro Capitis suj defensione, ex Moldauia huc in vicinum regnum, more illius gentis fugissent, et huc atque illuc latitassent, quorum aduentum nec Serenissimus Rex noster nec nos sciuimus. De Thesauro nihil scimus, nisi quod quisque suos sumptus habuerit, sicuti Czausius Serenitatis Vestrae hic esset, audiuimus Coniugem Iwanj et reliquos omnes in Moldauiam redijsse, quoniam Petrus Wayuoda literas suas reuocatorias sub sigillo proprio miserat, quibus omnes quj in hoc regnum venerant, reuocauit, et se neminem impediturum iurauit. Quicunque igitur hic fuerunt, ille cum omnibus suis rebus in Moldauiam redierunt, nec quicquam impedimentj nec Iniurice a quoque habuerunt; nam si quid detrimentj Polonj ipsis fecissent, ad nos conquestum venire debuissent, sed adhuc nemo

venit. In posterum, si quis aliquid damnj acceperit, Petrus Vayuoda nobis significet, et nos Justitiam administrabimus, itá vt nihil possit de nobis conquerj. De Thesauro Iwanj nos nihil intelleximus, quinimò audiuimus, illum nullum habuisse thesaurum, quod est possibile, tùm quia parum temporis regnauit, tùm quia multa in bellum exposuit; quod supererat, omnia in bello post mortem ipsius periêre. Audimus Holj Cancellarium Iwanj in cujus manibus omnia bona et thesaurus Iwanj fuerunt, apud Petrum Wayuodam esse; ex illo facilè intelligere poterit Petrus Wayuoda, quid rerum et thesaurj Iwan habuerit, et quò deuenerit. Si apud Constantinum Iwan habuerit, non percunctabimur, et rationem inibimus; sed apud Constantinum est manus propria Iwanj, de decem milibus Tallerorum mutuò à Constantino acceptorum quae Iwanus nondum persoluit. Dat. 18 Septembris 1574, Warsouiae.

DCXCVII.

Iermanul *Sultanului* pentru prelungirea păcii încheiate între Pórtă și Curtea din Viena. 1574, 24 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

(Allegat zu obiger Nummer).

Exemplum literarum prorogatoriarum secundò reformatarum et italice translatarum.

Dj nouo per il fermo fondamento delle Inducie della pace, et per il stabile negotio dell'amicitia per li laudabilj et Nobilj uostri stimatj Ambasciatorj et prudentj Negotiatorj, che hauete mandato, ne hauete mandato la uostra lettera, nell'anno del millesimo del Sr. Iesu Propheta, che sopra dj luj et del nostro Propheta sia la gloria et salutation d'Iddio, 1574. Che segondo l'anno del nostro magno et Santo Propheta, che la gloria et salutation d'Iddio sia sopra dj luj, cioe dall'anno della sua transmigratione 982, dal primo della luna dj Reggieb. Per laqual lettera ne hauete richiesto, che sj concedj, che dal detto anno fino à diecj annj i Regnj et paesi stiano in pace et in quiete, et tuttj i subditj in riposo et tranquillitá, et cossj come fu per il passato tra noj l'amicitia stia ferma et stabile, et cossi come fu per il passato, hauete promesso dj mandar d'anno in anno in ognj mese dj Genaro, alla nostra felice Posta lj trenta millia ducatj Hungarj tuttj compiutj, con questa conditione, che i uostri figliolj et fratellj, et i figliolj dellj nostri fratellj sano insieme compresj nella pace et quiete, et che la Reggione dj Transsyluania et lj Wayuodj dj quella, col Dominio et paese che sta nel loro gouerno d'hora in poj siano nellj Capitolj compresj, come sonno i Wayuodj dj Walachia et dj Moldauia.

. . . (om) . . .

. . Fo ancora con fermo giuramento giuro per l'unità del uero Creatore, che non essendo il cielo ne la terra, luj lj ha creatj, et per lj uerj miracolj de nostro Santo et magno Propheta, in tempo dj queste inducie della pace, mentre che da quella parte non sará fatta nulla cosa contraria alla pace et pattj, dallj nostri Beglerbegj et Begj, et

dallj nostrj Capitanj et Subassi, et dallj Wayuodj dj Transyluania, Walachia et dj Moldauia, per nullo modo al Regno et Dominio uostro non sará fatta mollestia ne impaccio alcuno, et il Re dj Franza, et i Signorj dj Polonia, et lj Signorj Venetianj, li quali ab anticho hanno hauuto amicitia con la nostra sublime Posta, questj talj hora nel presente sonno nell' amicitia, mentre che essj sarranno nell' amicitia, il prefato Kyral ancora sia in amicitia con essi loro.

DCXCVIII.

1574, 1 Noemv. Raportul lui *Corol Rym* şi alui *David Urgnad* către *Impèratul* despre prelungirea pacii.

(Din Archiva ces reg. din Viena.

Carolus Rym et D. Vngnad de prima Nouembris 1574.

Sacratissime Caesar. Domine clementissime.

Quod Caesareae Maiestatis Vestrae ditionibus et rebus faustum, foelixque sit, obtenta vix tandem est literarum Sultanicarum de prorogatione, quibus, quemadmodum primum (:sicut 13. Octomb. proximè praeteriti, ad Caesaream Maiestatem Vestram fusè scripsimus:) conceptae nobisque communicatae erant, nihil intolerabilius reperiri poterat, reformatio. In ijs Induciae ad alterum octennium à fine praesentis octennij, proximo anno expiraturi prorogantur. Serenissimi Caesareae Maiestatis Vestrae fratres, filij, fratrumque filij compraehenduntur. Transyluaniae eadem, quae Walachiae et Moldauiae Wayuodarum mentio fit, controuersiae villarum libro inscriptarum ita ad commissarios inspiciendae, examinandae, discutiendaeque reijciuntur, ut postmodum relatione eorum intellecta, utriusque partis consensu definiantur. De caetero reliqua veteris Capitulationis annj 1568 pacta et conditiones in vigore manent, nulla eorum particulari enarratione facta, nisi quod Franci, Polonj et Veneti, sicut in eadem vetere capitulatione amici denuò declarantur. Hae summa est. Quae in primo conceptu literarum de cessione villarum libri inscriptarum, destructione Calo, Bekesij et Bogdanij remissione, captiuorum aliquot liberatione suscipienda cum Gallorum Imperatore, (:sic enim nominabatur:) Polonis et Venetis, si qui eorum Turcis hostes efficerentur, inimicitia inserta erant, reliquaque omnia omissa sunt.

. . (om) . .

Communicatur nobis 24 Octobris Exemplum literarum prorogatoriarum iam secundò reformatarum, quarum Interpretatio Italica à nostris similiter Dragomannis facta, his sub litera B adiuncta est . . . .

Datum Constantinopolj, 1 Nouembris 1574.

Eeiusdem Caesareae Maiestatis Vestrae. Deditissimi atque humillimi

Carolus Rym m. p.

Dauid Vngnad m. p.

DCXCIX.

Raportul lui *David Ungnad* către *Impĕratul* despre stăruinţele Turcilor, ca Polonesii să şi alégă drept Rege pe unul dintre dênşii. 1574, 28 Noemv.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Allerdurchleuchtigister, Groszmechtigister, Vnüberwindlichister, Römischer Khaiser etc.

. . (om) . . .

Von des Ahmat Chiausz ankhunfft ausz Poln gib Ich Eur Maj. disen gehorsamisten Bericht, das Er ain schreiben von den stenden ausz Poln an den Sulthan bracht hat, des abschrifit wie sy mir vertrauet worden schick Ich Eur Kay. Maj. vnnder litera *E.* Derselb Ahmat Chiausz hat hie auszpreidt, wie Eur Maj. orator Zw Warszaw, bey derselben Zusamenkhonfft, von Eur Maj. geliebtisten Sons, Ir Furstl. Durchl. Ercz, herczog Ernsts wegen, vleissig angehalten, Er Ahmat aber mit dem häfftigisten die Stendt abgewarnt vnnd darczue vermant habe, Er ainen aus Irem Mitl vnnd Reichs Stennden Zum Kunig Zuerwellen Er hat auch ausz der Moldaw ain schreiben vom . . .*) wellches dem Nidergehauten Johann Moldawer Zu anfang seiner Regierung gethan ist worden, darausz Eur Maj. souil gnedigist Zunemen, weill der Moscouidter In Zw dem gehorsam des Sultanj ermant, das in vergangnenem wehrennden Krieg nicht leichtlich sich wider disen feindt, neben Ime eingelassen hatte, des schreibens Abschrifft ist vunder dem Puechstaben *F.* hiebeygelegt.

. (om) . . .

P. S. Den 30 Nouembris, hat mir der Mahmut Beg, des von Ofen khlag, dauon jecz gemellt gebracht, wellch Im der Meh: Bassa geben, Eur Maj. hinausz Zufueren, vnd dieselben gefangnnen, so darynnen sein, Zuerledigen, wie die Klag in das wälhisch gebracht worden, haben Eur Maj. aus Abschrifft, vnnder lit. *H.* gnedigist Zuuernemen, Mir hat der Bassa darüber nichts Zuembotten.

. . (om) . .

Constantinopel 3. Dec. 1574.

Dauid Vngnad, m. p.

*) nicht dechiffrirbar; wahrscheinlich soll es heissen: Moskowiter.

DCC.

1574, 23 Decem. Raportul lui *David Ungnad* despre sosirea solului Poloniei Taranowsky la Constantinopol.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

David Ungnad berichtet aus Konstantinopel ddo. 23. Dec. 1574.

Dass am 14. December der polnische Gesandte Andreas Taranowski aus Polen in der türkischen Residenz angekommen, noch aber nicht beim Mehemet Bassa vorgekommen sei. Sein Hauptzweck solle kein anderer sein, als Polen wegen der moldauischen Vorfälle zu entschuldigen, sich über die Tartaren zu beklagen und bei dem Umstande, dass der polnische Königsthron erledigt sei, alle türkischen Anschläge und Feindseligkeiten gegen das Polenreich zu verhüten.

DCCI.

1574. Extras dintr'un memoriu asupra tractatelor încheiate între Pórtă şi Franţa, despre luptele contra lui Ioan-Vodă.

(Din „Archives de France, section historique, cartons sur la Turquie". Paris).

Sommaire de la vie de Selim second, Empereur des Turcs qui regna depuis l'an 1566 iusques a la fin de l'An 1574.

. . . .

L'an mil cinq cents soixante et treize et l'an suivant Selim eut vne forte guerre, en Moldauie, contre Yuon le Vayuode, pour le Palatin de Valachie, qui auoit depossedé Yuon. En cette guerre le Turc a diuerses rencontres perdit beaucoup de gens, mais enfin vint a bout de ses Ennemis, partie par valeur, partie par trahison de suiercene (?), partie par finesse et manquement de foy, et peu apres mourut le mesme Selim d'vne fiebure dans son serrail, à sçavoir en decembre 1574, aagé de quarante sept ans . . . .

DCCII.

Raport despre buna primire ce i s'a făcut lui Bogdan-Vodă la Moscova. 1574.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Der Röm: Kai: Auch zu Hungern und Beheimb Khun: Maj. etc. meinem allergnedigsten Herrn.

Zu Irer Röm: Kay: Maiestet selbst Hannden.

Volgendt werden Eur Maj: meiner Auszrichtung Vnnd sowoll wasz mir in Iflandt vorgefallen genugsam versten.

Der Bokdan Weida ausz der Muldawa den 19 tag Juli anno 1574. von dem Kayser vnd Grosfurschten Aller Reussen vor seinen elsten Son aufgenommen, Ime Zwo herschafften neben groszer vererung vbergeben.

Vnd dasz vernemste, welchesz die hilffe, Inen wider Zu seiuen land vnnd leudten zubringen endlichen zugesagt vnndt versprochen hadt. Hierauf nur der Bokdan Weida befellen Euer Maiestet freundlichen Zuuermelden, Da eine der almechtige God widerumb zu dem seinigen verhilfe dasz ehr Keinem Zweitel trage, Alsz wil ehr sich Also gegen der Röm; Kays: Mayestet vnd der gantzen Christlichen nachbarschafft verhaldten dasz Ihr Röm: Kays: Mayestet: ein gnedigesz gefallen tragen sollen.

DCCIII.

Scrisórea lui *Mehemet Paşa* către *Stefan Bàthory* stăruind să-i trimiţă lui Alexandru-Vodă cât mai curênd ajutorul. 1574.

(Din „Bathorianum Protocolum authographum" Bibl. museului din Pesta).

Mehmet Bassae haec eiusdem plane sunt argumenti, tantum haec addit in fine.

Csodálkozom, hogy annyi ideig késleltetted az segitség-elküldést, mert mikoron az császár parancsolatja odajutott volt hozzád, is meg arra választ tettél, abba huszonhárom nap elmult. Ennyi idötül fogva az te segitséged Sándor vajdához nem érkezett. Ha akkoron külded, mikoron véghezviszik az dolgot, az te segitséged kedves nem leszen császárnál, csak hejában leszen munkád, ha idejin nem érkeznek. Hadadot ázért mindjárást elbocsásd, mert császárnak kedve szerint cselekeszel. Evvel ez cselekedettel hivségedet elöviszed. Mint hogy ezt e dolgot érted, nem szükség tanácsot neked adnom.

Mĕ mir, că atâta timp ai întârḑiat trimiterea ajutorului, de óre-ce de atunci, când porunca Impĕratului a fost sosită la tine şi ai şi dat respuns la ea, au trecut douĕ zeci şi trei de ḑile. De atâta timp ajutorul tĕu n'a sosit la Alexandru-Vodă. Dacă vei trimite ajutorul tĕu după ce lucrul va fi scos la capĕt, şi nu-i va fi plăcut Impĕratului, de geaba 'ţi va fi munca, dacă nu va fi sosi la timp. Trimite-ţi dar óstea curând, căci vei face pe placul Impĕratului. De óre-ce înţelegi lucrul acesta, nu mai e nevoie să-ţi dau sfaturi.

DCCIV.

1575, 10 Fevr.

Propunerile Poloniei făcute Sultanului pentru condițiunile de pace.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Articuli votum Polonorum Imperatori Turcharum proponentes, id est conceptum quod orator Polonus petit ex Porta hac nomine Imperatoris Turcharum expediri.

1. Regno Poloniae et magno Ducatui Lithuaniae ac caeteris Ducatibus regionibusque ad Regnum eiusdem Ducatus pertinentibus, amicum verum et syncerum nos semper futuros profitemur, et Poloniae Rex, quicunque praedestinatione diuina et communi omnium ordinum Regni Poloniae praefuerit, Inimicis Regni Poloniae ac caeterorum Principatuum inimicos nos futuros obtestamur, nec cuiquam Poloniam vel Magnum Ducatum Lithuaniae violenter occupaturo, vel eisdem regionibus quocunque modo nocituro subsidia feremus. Quod si mors importuna Poloniae Regem oppresserit, tamen nos eadem amicitia firma et stabili, semel cum Regno Poloniae et Magno Ducatu Poloniae concepta, uti volumus, perinde ut in praesentia Poloniae Rex, ita tempore Interregni senatu Reipublicae praesidente et jura ac conditiones foederis nostri strenuè adimplere exacteque et efficaciter perpetuo exequi studebimus.

2. In campestribus desertis inter Boristenem et Titan Nestram Hippanijque, vulgo Bos, fluuios, iacentibus, nec Sulthano, nec Poloniae Regi nullis in locis castra uel quascunque munitiones erigere faciant, donec diuisio et delimitatio campestrium praefatorum per certos commissarios vtrinque destinatos efficiatur. Opiliones, (1) greges armentaque ouium in eisdem campestribus iumenta pascere prohibentur, nisi prius officio Castrensi siue ciuili ea loca possidenti significatur et pascua persoluantur.

3. Ex parte Palatini Valachiae et subditorum suorum Regno Poloniae damna ne inferantur. Quod si quocunque praeiudicio Regnicolae ex parte sua afficerentur, Palatinus ipse et sui officiales, vulgo Porcolabi dicti, justitiam efficacem absque vlla dilatione exequi et administrare teneantur.

Et e contra, si aliqui damno Vayuodae Moldauiae uel eiusdem subditi ex parte Poloniae affecti fuerint, locum certum apud Magnificum Dominum Palatinum Russiae uel Capitaneum Regni, aut apud illum, qui id officij Regnicolae siue Rex demandauerit, habebunt.

Vadum siue transitum liberum per Nestrum siue Tytan apud Hotin Arcem Regno Poloniae communem mediamque partem prouentus concendimus.

Vayuodae Moldauiae Imperamus, ne per suas ditiones quemcunque hostium ad Regnum Poloniae infestandum transire permittat, illucque redeuntibus uadum prohibeat, neue causam vllam inimicitiae aut discordiae praebeat.

Limites ab antiquo situs et obseruatos obseruet, neue ultra limites quicquam desyderat tam praesens Moldauiae Vayuoda quam caeteri Regnum Moldauiae possessuri.

4. Capitanei siue Sangiachi Danubium et Nestrum neminem hominum transire aut redire patiantur, exceptis mercatoribus aulicis, Oratoribus, hominibusque pacifibis. Si uerò ab aliquo mancipium duceretur, in portu eripiatur, et liberè dimittatur. Quod Teloniorum Praefectj obseruare et diligentur exequi tenentur.

5. Confinibus et Ducibus sive ciuitatibus Poloniae Regis, tam Regni quàm Magni Ducatus Lithuaniae ne aliqua damna inferantur à quibuslibet subditis Sulthanicis, et omni

1) E. w. a. pastor, Hirte, Hüter.

tempore donec hoc foedus sanctum vtrinque inuiolabile durauerit, Imperator Turcharum inhibere debet Tartaris Crimsensibus, Praecopensibus, Nouassensibus, Osiensibus, Bellogradiensibus, Tegenensibus, Killensibus, ne aliqua damna Regno Poloniae Magnoque Ducatui earumue prouincijs inferre audeant.

Similiter Capitaneis Hungariae, ne Regno Poloniae praesertim prouinciae Scepusiensi confini Transyluaniae aliqua praeiudicia inferantur, Sulthanus interdicat.

6. Legati, Oratores et Nuncij absque saluis conductibus iter liberum ad ueniendum et redeundum tam ex parte Regis Poloniae, quàm omnium Baronum Regni et Magni Ducatus Lithuaniae secundum necessitatem ad Portam Sulthanicam Capitaneosque in finibus existentes habeant, caduceatoresque (1) siue itineris ductores à Prouisoribus, statim ad limitem ingressi fuerint, dari debent, neue in itinere portaque Sulthanica, neue Regis Poloniae ultra mensem retineantur, idque solum pro equorum confortatione.

Si quid uerò in finibus contra pacem aut ex parte Sulthani aut uerò Regis Poloniae admissum fuerit, querelaque accesserit, ne mox ad quamlibet querelam Princeps moueatur, neue Pax violetur, aut Oratores retineantur, sed misso Chiausio diligenter negocium examinetur et intelligatur, quodque fuerit iustum, ex parte utraque fiat. Caeterum cum ob itineris longitudinem difficultatemque saepe equi Legatorum in itinere moriuntur, liberè ubique pro sua necessitudine equos in currum emere possint, si necesse fuerit, etiam ad sedendum.

7. Mancipia in circumcirca liberè redimentur, sed ita vt venditor iuramento comprobet, sibi ea pecunia constare; si uerò tempus iustum seruitij sui expleuerint et liberati fuerint, Literasque de eius libertate habuerint, sine vllo impedimento in patriam redimantur. Similiter de illis intelligendum, qui diuina ordinatione, vtpote Sulthani gratia, aut Dominorum suorum mortuorum manumissione liberi fuerint.

8. Si quis aut ex parte Sulthani aut Regis per malefactores aliquos damno affectus fuerit, vtpote mercatorum aut viatorum malefactor per officialem inquiratur et capiatur, secundumque ius Regni capite plectatur, aut secundum meritum puniatur, Damno uerò affecti, ex bonis malefactoris, si aliquid fuerit relictum, contententur.

Mercatoribus liberum iter terra et marj Telonio persoluto concedatur, sed consuetis et antiquitus obseruatis itineribus ac publicis vijs, Telonio de loco in locum non translato.

9. Per Campestria autem loca et itinera supra nominata, mercatores cum mercibus transire ne audeant, nam si quispiam damno aliquo illic affectus fuerit, in nos recipere nolumus.

Si quis mercatorum mortuus fuerit, bona illius neutiquam occupentur, sed uisis literis Regijs aut Senatus Regni, testimonium perhibentibus fratribus aut cognatis mortui bona exhibeantur, sicque de omnibus cuiuscunque conditionis hominibus tam ex parte Sulthani, quam Regis intelligendum est.

Neue quispiam, pro debito alterius ipse debitor non existens retineatur.

Ne quisquam rem aliquam uendere aut alicui dare pro futura solutione praesumat, nisi ad Kadiam iens literis Kadiae confirmari curet. In Regno verò Poloniae apud officialem castrensem ciuilem inscribatur et protestetur.

---

1) *Caduceator*, Strabträger, Herold.

DCCV.

1575, 10 şi 15 Februarie. Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre justificarea atitudinii Poloniéi faţă cu turburările din Moldova.

(Din Archiva ces. reg din Viena).

Dauid Vngnad.

Allergnedigster Kaiser und Herr.

. . . (om) . . .

Ist Herr Taranouskj für den Sulthan komen, hat aber nit das Epulum consuetum gehabt, vnd ob Er sich wol mit einer auszfürlichen Oration gefaszt gemacht, sein werbung vnd Negotiation bej dem Sulthan anzubringen (welcher red Inhalt wäre, Moldauica zu excusiern, wider die Tartarn sich zubeschweren, vnd vmb die confirmation des fridts anzulangen), jedoch hat man kaum die salutation vnd congratulation vorbringen lassen, In dem Vbrigen ist sein Proposition durchausz interrumpiert vnd Er wider ausz des Sulthanj gemach abgewisen worden, des sich der Orator nit wenig beschwärt vnd es dem Mehemet Bassa, als welle er Ime nicht wol, zugemessen, sondern hat er sein concept schrifftlich vbergeben. Es hat aber Er Polnischer Orator baldt nach gehörter Audientz den Herrn Butschaitzkj zu mir geschickht vnd mir anzaigen lassen, wie der Mehemet Bassa, ehe Er Taranouskj fur den Sulthan khomen, in beisein der andern Visier Baschen sich vernemmen lassen, dem Sulthano werd nit zuwider sein weitter die freundtschafft dem Königreich Poln zuhalten, wan anderst von Ir der Polaggen thail nichts der freundtschafft zuwider fürgehe, welches gleichwol in dem leczten Moldawischen tumulte geschehen, vnd sich die Polen mit verhörung aines fleckhens, Alba nester genanndt, auch vnderschlaiffung der flüchtigen, nit als freundt erzaigt hetten, das hat er Taranouskj nuhn widerlegt vnd aufs best, wie abgemeldt, entschuldigt. Nit waisz Ich allergnedigister Herr, ob der Orator Polonus des Mehemeth Bassa sehr külen Vertröstung recht traut. Ausz seiner laut reden vermerkh Ich grossen Zweifel, vnd hat Er Orator von stundt an den andern tag den Herrn Butschaczkj, der eines sonderlichen ansehens ist, von sich wegkh gefertigt, nit hab Ich recht erfaren mögen, welcher vrsachen halber.

. . . (om) . . .

Datum Constantinopoli den 10 Februarij 1575.

E. Kais. Maj. Gehorsamister underthenigister

Dauid Ungnad, Freyherr m. p.

P. Scr. ddo. 11 Febr. . . (om) . .

DCCVI.

Raportul lui *David Ungnad* către *Impèratul* despre alegerea unui nou Rege în Polonia şi despre o nouă schimbare de Domnî în Muntenia. 1575, 19 şi 22 Fevruarie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

David Vngnad de 19 Febr. 1575, cum Postscriptis de 22°. eiusdem mensis.

Allergnedigster Kaiser vnd Herr!

. . (om) . .

Nachdem die brief vor tags hinweggeschickht waren, ist der 17. Februarij zum abendt der Polnisch Dragoman, Christophorus genandt, zu mir komben, mich bericht, wie Herr Andreas Taranouszki den 16. bej dem Mehmeth Bassa Audientz gehabt, vnd sich der Mehmet Bassa auf die von Ime Herrn Taranouskj vbergebene Artickhl, die Er von dem Sultan Murath begert, gefertigt zue werden begert (dauon Ich zuuor vnd Jecz E. Maj. abschrifft gehorsamist zuschickhe), also gegen Im erklärt, Es sey diser Porten Sulthanen gebrauch nit, den Senatoribus oder Stenden, die noch keinen gewissen Kunig haben, ainige confirmation zufertigen, Sultan Murath wolle erstlich sehen, wasz sie für ain Kunig erwelen werden vnd wan alszdan derselb Im annemblich, gefellig vnd sein freundt sey, so dan sey leichtlich die fridsbestättung zugeben vud aufzurichten. Darauf Herr Taranouszkj geantwort, Wer König in Polen werden oder bleiben solle, das sey der Stundt allein Gott bewüst, vnd die freye wahl, da es so weit kompt, werde ain König an tag geben. Er zweifl aber nicht, Es werde zum Polnischen König wer da wölle, so werde er mit dem Sulthano guetes fridts vnd freundtschafft sich beuleissen vnd derselben nachseczen. Entgegen Mehemet Bassa seinem brauch nach fürbrochen, Ja es möchte sein, das sie den Moscowitter oder E. Maj. geliebsten Sohn ainen wehlten, der nit allain gern guetter freundt hieher sich erzaigte, sondern wol auch ain Jarlichen Tribut vom Königreich Poln raichete, aber wie dem allem, der baiden seyn Ime hie durchausz keiner nit angenämb, noch gefällig. Derowegen die Polaggen die Sulthanische freundtschafft zuerhalten, mit der wahl sehr aufmerkhig vnd fürsichtig gehen, vnd sich in derselben vnuerweiszlich entschliessen sollten.

. . . (om) . . .

Datum Constantinopoli 19. Febr. 1875.

E. Röm. Kay. Maj.

Vnderthenigster gehorsamister Diener

Dauid Vngnad, Freyher.

Postskripta vom 22. Februarij. Es wirdt gewisz dauon geredt das diser Sulthanus den Alexander Wayda in der Walachay vnd sein stell ainem Boyaren, wie sie in der Walachay nennen, eines fürnemen Walachischen geschlächts, so ain Lang zu Rhodisz confinirt war, Jezt aber hieher gebracht ist vnd heimlich verhalten wirdet, geben wölle. Darum weil diser Sulthan, in seinem Sangiacatu zu Magnesia gewesen, hat sich gedachter confiniertter Walach also gegen Im verhalten, das Im Sulthan Amurath zugesagt, alsbald er zum Kaiserthumb khomb, Ime Vayuodatum Valachiae zugeben, das ist aber noch nicht offentlich publiciert.

DCCVII.

1575, 13 Martie. Scrisórea lui *Mehemet Paşa* cătră *Staturile Poloniei*, propunêndu-le drept Rege pe Regele Svediei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Literae Principis Turcharum et Mehemetis Bassae ad Regem Suetiae, et ad Regnicolas Poloniae.

Ad regem Suetiae a Mehemete Passa.

. . . (om) . . .

Literae ad Regnicolas Poloniae a Mehemete Passa scriptae:

Illustrissimi gloriosissimique magnanimorum Iesum imitantium Proceres et singulares plebis Christianae Principes, ad quos omnes supplices confugiunt, incrementum actionum omnium uestrarum felicissimum exitusque beatissimos et optatissimos mutuaque familiaritate mutua et sacratissimo foedere digna vota laudesque perpetuas offerentes, hisceque praedicta et finita absoluentes.

Significatur amicissimè, quod venit ad portam Caesaris nostri pottentissimi Sulthan Selym nuper diuinitus luce priuati, vir Illustris et Magnificus Andreas Taranousky, qui ideo tantum morae apud nos fecit, quia cum Caesar potentissimus esset mortuus diuinitusque alius datus esset, cuius vitae Deus benedicat, constituit Legatum vestrum dimittere, et legatus supplici libello Caesarem potentissimum nomine vestro salutauit, ut articulos pacis antiquae renouare confirmareque, arcemque Czapesaklia nominatam, quam aedificarj mandauisset, negligeret, supplicauit, quam suplicationem ego Caesari inuictissimo, Domino meo clementissimo, exhibui studioseque exposui. Ad quam supplicationem vestram Sulthanus pacem à Caesare piae memoriae patre suo confirmatam in literis suis ad vos datis notauit, nosque non violaturos scitote, solummodo vos violatores non extetis, animumque seruandi habeatis et considerate legatum hunc non ad praesentem Sulthanum, sed patrem eius fuisse missum, Et quod vos quoque sine Rege sitis, verumtamen si ex beneuolis et amicis Sulthani potentissimi, aut aliquem vestrum aut Regem Sueciae ad dignitatem Regiam eligeretis, tum et articulj pacis confirmabuntur et Respublica ex parte vtraque in tranquillitate manebit. Quod uerò ad Csaposakla attinet, constat nobis optimè locum illum latrocinibus et praedonibus Russiae et quarumlibet Regionum facinorosis esse obuiam, et quicquid illic factum fuerit, id totum Polonis tribuitur, de quibus saepius Caesari potentissimo est expostulatum. Qua intellecta Caesarea Celsitudo mandauit, illic Arcem extrui, ne latronibus locus illic fieret et Respublica quiescere possit. Ex Arce itaque illa nihil incommodj, infinitas potius Polonia habitura est vtilitates. Nihil igitur est quod de ea Cogitetis, solum conuenit, ut aequi et constantes sitis, ex amicisque et beneuolis Caesareae Celsitudinis, aut è medio vestrorum aut verò Regem Suetiae, neue hostem aliquem ad dignitatem Regiam eligatis, nam quod Deus auertat, si contra Sulthani voluntatem egeritis, quis sit exitus scitis. Summa nostra cura est, ut Respublica in tranquilitate maneat. Pro Sulthani Celsitudinis incolumitate diuturna Deum orete. Valete. Datum Constantinopoli Decima Aprilis, anno Muhemetano 982, Christi, 13 Martij 1575.

Amicus vester

Mehemet Passa.

DCCVIII.

Scrisórea *Sultanului Murad III* cătră *Staturile Poloniei*, sfătuindu-le să nu încerce nimic contra ţěrilor românești. 1575. 13 Martie.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Ad Regnicolas Poloniae.

Illustrissimi gloriosissimique Magnanimorum Iesum comitantium Proceres et singulares Christianae plebis, Inolyti Regni Poloniae et Lithuaniae Principes, ad quos omnes supplices confluunt, salutem et beneuolentiam singularem.

Tempore potentissimi et clementissimi patris nostri, diuina praeordinatione diem suum obeuntis, Legatus vester Andreas Taranouskj, vir generosus, uenerat ad Portam hanc fulgidam, qui venia discedendj à nobis donatus, exhibuit nobis libellum supplicem, quo vt pactum cum parentibus nostris foedus eiusque articulos confirmare et renouare dignaremur, arcemque, Czapesaklia nominatam, quam extrui mandauimus, vt post haberemus, nomine vestro petiuit. Constat itaque nobis optime, quantum praedecessores nostri beneuolentiam, amorem et vicinitatem in Regnum vestrum nationemque Polonicam declarauerint, quam pacificeque aui et ataui nostri ad tempus usque Patris nostri potentissimi vobiscum vixerint, quam pacem et foedus eiusque articulos à patre quoque nostro potentissimo postulantes, clementer in gratiam vestram renouauit, literisque suis confirmauit, literasque confirmatorias per Achmath Chiausium ad vos misit. Itaque etiam nunc solummodo in finibus et Regionibus vicinitate iunctis existentes Domini et officiales vestrj Imperio nostro Transyluaniae et Moldauiae et Transalpinae eiusque Incolis nocere caueant, nec quicquam contra pacem antiquam committant. Ex parte nostra Regno vestro et vobis nihil fiet nocumenti, ad cuius testimonium has nostras literas beneuolas dedimus. Quare Regnum et Imperium vestrum pacificè tranquilleque regite et administrate, curamque singularem adhibete, ut omnia in pace et concordia usque ad Electionem Regis fiant, caueteque, ut diximus, ne Imperio nostro, Regno nempe Transyluaniae, Moldauiae et Transalpiniae horumque Vayuodis et Incolis noceatis; hocque pacto pax et concordia nostra mutua non violabitur. Caeterum aduigilate, ne commercium aliquod cum hostibus nostris naturalibus inimicisque habeatis. Praeterea si, ut antiqua pax et familiaritas maneat, optatis, neminem aduersariorum et hostium nostrorum in Regem accipiatis, sed cum Rex Suetiae habeat sororem amici nostri Sigismundi Augusti, aut hunc eligite, aut aliquem vestrum dignitate Regia dignum, aut uerò transyluaniae Vayuodam Stephanum Bathori de Somlyo. Hos enim uicinitate et familiaritate nostra dignos iudicamus. Videte, ne quid in literis nostris existentium negligatis. Decima die Aplilis, anno sacratissimi Muhameti 982. Cristi verò 13 Martij 1575.

Caesar potentissimus turcharum

Sulthan Murath, filius Sulthani

Selymi secundj.

DCCIX.

1575. 16 Martie. Raportul lui *David Ungnad* către *Impěratul* despre proiectul lui de a se întâlní cu solul Poloniei.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dauid Vngnad.

Allergnedigister Kaiser vnd Herr.

. . (om) . .

Den 15 vermaindt Herr Taranouskj vom Sulthane wie gebreuchlich seinen abschiedt zunemen vnd hienach in wenig tagen zuuerrucken, darzu Ime der Mehmeth Bassa ermanet, Er solle sich mit ehisten zu dem angestelten Landtag in Poln fürdern. Wasz Ime nuhn für brief vom Sulthano vnd Mehmeth Bassa mitgeben worden, deren Copien tracht Ich mit sonderm fleisz nach, vnd hoffe die gewisz zubekhomen vnd des Herrn Ruebers vertrawte Person die Ich darumben hie aufhalte, mit ehistem damit zu E. Maj. abzufertigen.

Herr Taranouskj hat vom Mehemecht Bassa begert, Ime zuzugeben, das Er mich besuechte, welches Mehmeth Bassa Ime abgeschlagen, anzaigend, wasz Er bei mir zuthuen hette. Er Taranouszkj sagt, das solches allain vmb der alten kündschafft willen, so wir mit ainander hetten, von Ime angesehen were. Daran sich Mehmeth nit khert, sondern gesagt, Es möchte für den Sulthan khomen allerley argwon, vnd Im Mehmeth Verantworttung darausz entstehen. In der Christenhait würden vns ainander zu besuchen nit gelegenhait mangeln. Ist also die visitation verhindert vnd aingestelt worden, vnd ist ausz disen vnd andern anzaigungen vnd sperrungen des Mehemetis Bassa leicht abzunemen, wie mit dem allerhöchsten Inen zuwider wehre, da Gott der Allmechtig (qui transfert et stabilit Regna) das Kunigreich Poln auf E. M. dirigierte. Es ist aber an seinen vnd seiner raths verwahnten nit souil als Nobilium communitatem auf ainen rechten weeg zubringen gelegen, wie Ich den Varnimb optimos quosque E. Kay. Maj. theil sonderlich aber E. Maj. selbst aigene Person fürtrefflich wol zugethon zu sein.

. . (om) . .

Constantinopoli 16. Martij 1575.

E. Kay. Maj.

Vnderthenigister gehorsamister Diener

Dauid Vngnad m. p.

DCCX.

Raportul lui *David Ungnad* către *Impěratul* despre întêlnirea lui cu solul Poloniei. 1575, 17 și 19 Martie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dauid Vngnad.

Allergnedigister Kaiser vnd Herr.

. . . (om) . . .

Den 17. vor tags hat sich Taranouskj gewagt, wiewol im den Zugang zu mir der Mehemet Bassa mehr als ain Jar gewaigert, vnd ist verklaidt zu mir komen, alsbaldt mit denen worten angefangen. Damit Ich E. Maj. deren trewen Diener Er sey seiner tractation vnd expedition gehorsamist berichten können, welle Er mir, wie er mir in vertrawen dieselb eroffnen. Vnd anfangs erzelt Er mir, wie er vnder dem schein die pacta zu confirmiren herein mit volmechtiger Instruction mehr geschickht worden, in hoc Interregni tempore fürnemblich die Turcken in friedlichen gemueth gegen dem Kunigreich Poln zuerhalten, Die Artickl, so er zu confirmiern begert, hat er mir angezaigt. Die hab Ich alberait E. Maj. zu mehrmaln gehorsamist vbersandt, darzu Er aufs new das geseczt, damit die Polnischen Kauffleuth, so in Asia nit weiter als gen Angori biszher handlen dörffen, frey sein sollen durch das gancz Türckisch gebiet zuhandlen. Item das die Articuli pacis vnd ainigkait absente oder praesente Rege sollen gehalten werden, die Artickl hat er begert zu confirmieren. Das hat er anderst endlich nit erhalten konnen, allain das der Sulthanus vnd Mehmeth Bassa die Stendt gueter freundtschafft vertrösten vnd hinnach die Confirmation, wan sie ain Kunig, der des Sulthani freundt sey, haben, zu geben sich erbotten, wie ausz des Sulthani vnd Mehmet Bassae schreiben an die Polnischen Stendt copi E. Maj. allergnedigist zuuernemen. Er Taranouskj har mir vertrauet, wie das Im der Memeth Bassa von fern per tertiam personam zuuerstehen geben, das Er Im zwaytauseud Ducaten verehren solte, alsdan möchte die Confirmation villeicht erhalten werden, Aber Taranouskj hat es nit verstehen wollen mangel halben, vnd das er kain beuelch von Stenden hat.

Insonderhait sagt Taranouskj hab In Mehemet Bassa exhortirt die Stendt zuuermanen, sy solten weder den Moscouiter noch sein Sohn, noch E. Maj. oder Ir Durchleucht, weder den Kunig zu Hispanien oder Jemandt des Hauses (da sie anderst die Continuation der Sulthanischen Freundschafft Inen lieb vnd werdt sein liessen) zu der Cron erwehlen, sondern ehe ainen ausz Inen oder den Kunig zu Schweden nemen.

. . . (om) . . .

Datum Constantinopel den 19. Martij 1575.

E. Kay. Maj.

Vnderthenigister gehorsamister Diener

Dauid Vngnad, Freyherr m. p.

DCCXI.

1575, 30 Martie — Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre darurile trimise de Alexandru-Vodă lui Mehemut-Paşa.

(Din Archiva ces reg. din Viona).

Dauid Vngnad.

Allergnedigister Kaiser vnd Herr.

. . (om) . .

Vom Alexander Weyda in der Walachay ist es ieczt wider still, nit waisz Ich ob Er haimblich mit geschenkh den Mehmet Bassa gewonnen hat, an dem Im dan genueg, weil der Sultan so gar nach Im des Mehemetis Passae sich richtet, vnd fur sich selber nichts fürnimbt.

Den 27. hat der Wayda in der Moldaw ain Present dem Mehmeth Bassa gethan von 6000 Ducaten, daran der Mehmet Bassa nit ain sonder genügen solle getragen haben.

. . . (om) . . .

Datum Constantinopel den 30 Martij 1575.

Dauid Vngnad, Freyherr m. p.

Postscr. v. 31 März. (om) . . .

DCCXII.

1575, 16 Aprilie. — Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre nişte plângeri ale Muntenilor contra lui Alexaudru-Vodă.

(Din Archiva ces. reg. din Viona).

Dauid Vngnad.

Allergnedigister Kayser vnd Herr!

. . (om) . .

Des Alexanders Walachen Cassierung wird noch starckh vermueth, wiewol sich der Mechmet Bassa hart darwiderlegt vnd die Walachen so vber den Alexander klagen wollen, hindert, Vnd schier nit her lassen komen, Es wird aber noch so vil möglich in der still erhalten.

. . . (om) .

Datum Constantinopoli den 5. Martij 1575.

E. Kay. Maj. — Vnderthenigister gehorsamister Diener

Dauid Vngnad, Freyherr, m. p.

Postscr. ddo. 16 April. (om) . .

DCCXIII.

Raportul lui *Hans Rueber* cătră *Impĕratul Maximilian II.* despre buna primire ce i s'a făcut lui Bogdan-Vodă la Moscova şi despre propunnrile făcute de dênsul Curţiĭ Imperiale. 1575. 15 Maiŭ.

(Din Archiva ces. reg. din Viena)

Der Röm: Kai: auch zu Hungern und Beheimb Khun: Maj. etc. meinem allergnaedigsen Herrn.

Zu Irer Röm: Kay: Maj: selbst Hannden.

Allerdurchleuchtigster Groszmaechtigster Rom: Kayser auch zu Hungern Vnd Beheimb Kunig, Allergnedigster Kayser vnd Herr. Der Bogdan Weida hat an Jeczo seine Abgesanndten alhier bey mir, Den Dragan Vnd Albotta, dieser ist bey seines Vatern Alexanders Weida ein Haubtman, Der ander, Dragan, desz ganczen Landts Canczler gewest, Lasset mir erstlich seinen Zustand zuempieten, Wasergestalt er nicht allein von dem Moscowiterischen Groszfursten ehrlich vnd wol empfangen, Sondern dasz Ime auch auf dato von Wolgemelten Groszfursten Zwoe ansehenliche Herrschaften zu erhaltung seines furstlichen Herkommens eingeraumbt sein worden, Werde auch dermassen geehret, Dasz man Ine nach dem Taterischen Kayser fur den nagsten nach dem Groszfursten halte, Daczue hab er fast guete Vertröstung von dem Moscowiter, dasz er Ime zu seinem Land widerumb verhulflich sein welle. Vmb welche seine Wolfart er nach Got furnemblich Euer Mayestet etc. die Ine In Iren Landen bey seinem Elend vnd armut gehegt, geschuczt, Vnd auch das gancze Reich In diese seine gewarsamb Zukommen, ein freyen sichern Pasz vergonnet, nochmalsz mir, Der Ich Ine mit rath vnd that befurdert, Zudancken hette, erkennte sich auch solche empfangnen wolthaten Vmb euer Mayestet etc. die Zeit seines Lebens unterthennigst Zuuerdienen schuldig, Gegen mir aber wenn er esz mit allen gnaden Zubeschulden erbottig.

Hat mich daneben Pitten lassen Euer Mayestet etc. solchs, Vnd vber dasz noch ferner Vnderthenigist anczumelden Auf wasen wegen die Sachen nicht allein mit seinem Land der Moldau Sonder auch der Schwarczen Walachei geschaffen. Nachdem verschiener Jaren seines Vatern Brueder Mirtschai Weida die Schwarcze Walachei Innen gehalten, Vnd nach desselbigen absterben dasz Land (vngeachtet, dasz er Mirtschei Weida einen Son vnd sonst Erben sambt seinem Gemächel verlassen) auf den Sandor Jeczigen Weida gekomen, vnd aber nichts weniger desz Mirtschei Weida Son bey gnaden blieben, Vnd an desz Jeczigen Turckischen Kaisers hof gegeben, nochmals gen Rodisz, do er dann auch dieser Zeit sein soll, geordnet worden, Vnd Jederczeit bey diesem Jeczigen Amurat In grossen gnaden gewest, auch die vertröstung vnd Zuesag gehabt, da Ime, Amurat, dasz glückh scheinen solte, Dasz er mit der Zeit an seines Vatern stelle käme, Dasz er, der Junge Mirtschai, alszdann auch sein Erbland, die Schwarcze Walachei, wiederumb haben solte.

So sich dann nun durch desz nägst abgeleibten Türckischen Kaisers Todszfal die Sachen auf den fall gelaudet, dasz er Amurath dasz Regiment vberkommen, Alsz halte sich der Mirtschei der gethanen Zuesag, Pith vmb einraumbung desz Landesz. Daczue dann seine Muetter, die gleichsfalsz noch Im leben, allerlay mittel gebrauche, Sy selbst ist sambt Irer Tochter an die Porten verraiset, hat die Tochter dem Amurath, Irem haidnischen Prauch nach vermählet, Vnd durch disz vnd andere mittel nicht allein Zuwege bracht, dasz Irem Son die Schwarcze Walachei alsz sein Erbteil, Sonder auch dem Bogdan, welcher mit dem Mirtschei, als vbczuuerstehen, zweyer Prueder Kinder sein, dasz Land die Moldau, dasz Ime gleichsfalz vom Vater heer gebüret, widerumb bewilligt worden, Zu welcher beschehenen verwilligung, Dann villeicht auch nicht wenig

geholffen mochte haben, Dieweil sich der Bogdan zu der Türcken gewaltigem Erbfeind dem Moscouiter geschlagen, Der sich seiner annehmet, Damit der Bogdan etwa nicht zur Vnczeit durch Zuethuen desz Moscowiters Ine den Turcken ein Larmen mache, Auch dasz das gancze Land Moldau seiner alsz Ires Erbfursten begere, Vnd dasz also bey frembder Regierung kein bestandiges wesen sein konne.

Solchs vnd dasz er sich nur zur anneherung des Sohns, der Ime gewiszlich In kurcz geschickt solle werden, gefast mache, hat Ime, Bogdan, gemeldete desz Mirtschei Muetter von der Porten, da sy dann nochmalsz ist, Zuentbieten lassen, Darauf er auch obbemelten Canczler den Dragan hinein an die Porten zuschicken bedacht ist, Der hette auch seine Reise albereit Ins werckh geseczt, So haben aber Ime etliche furnehme Polnische Herrn, als der herr Constantin, Sowol der Herr Milniczki vnd andere, die dem Bogdan fordern wollen, gerathen, Er solle zuuor den auszgang der Polnischen Waal erwarten, Damit er nach derselben seine vnd seines Herrn gelegenheit auch desto besser anschicken konte.

Wiewol nun Ime Bogdan (Zaigen die Gesanten ferners an) nicht wol ein Pesser mittel mit weniger gefar widerumb hinter sein Land zuekommen furstossen hatte mögen, Er auch der Zuuersicht seie, der Moscowiter werde Ine desto lieber furdern, Vnd von sich lassen, Je weniger gefar vnd vnkosten die Sachen auf sich hab.

So erkenne er sich doch auch schuldig, Solchs Euer Maj. etc. wissen zuelassen, Vnd darüber Euer Maj. etc. alsz saines gnedigsten Herrn, Dem er die Zeit seines Lebens treu Zusein anerböttig worden seie vnd bleiben wolle, gnedigsten Rath vnd meinung daruber zuvernehmen, Hette solchs auch durch seine Gesanten selbst an Euer Maj. etc. bringen lassen vmb wenigers verdachts willen aber, hab er solchs durch mich thuen wollen, Vnd Pethe mich, wessen Euer Majestet etc. sich alsdann hierauf erkleren wurden, Das Ich Ime solchs für mich zueschreyben wolte.

Auf welch sein Pegern Ich die Sachen an Euer Mayestet etc. zugelangen desto weniger bedenken gehabt, dieweil meines erachtens derselben gelegenheit dermassen geschaffen, dasz esz Ime mehr darumb zuthuen, damit er nur ein gnedigsts gemuet gegen Ime bey Euer Mayestet etc. spuren konne, Dann dasz er Pegern dasz Euer Mayestet etc. sich In einigen weg deren ding theilhaftig machen solten.

Dieweil esz dann nur umb ein gnedigsten gueten Willen zuthuen, So pin Ich der meinung Euer Mayestet etc. werden kein bedenckhen haben, Ime durch mich mit einer gnedigsten antwort zubegegnen, Die dann nicht anders alsz wie sy mir von Euer Mayestät zuekombt, In bester sicherheit Ime zue wissen gemacht sol werden, Wer weisz wasz vnser Herr Got durch dergleichen einsame verknupfung der Lander zu nucz der Cristenheit (alsz dasz die Turcken selbst In Ire Lander Leut erfordern, die esz mit Euer Mayestät etc. treulich vnd guet meinen, Wie Ich dann den Bogdan anders nicht auszgenommen, Dann dasz er esz mit der Christenheit wol meint, darumb er auch ausz seinem Land verjagt worden, Alsz dasz sich auch andere benachbarte Lander alsz Poln vnd Moscau so gar genaigt gegen dem Hausz Oesterreich erczaigen) fur veranderung der Regimenter ersehen vud fuergenomen hat.

Welchs Euer Romischen Kayserlichen Mayestät etc. Ich ausz unterthenigsten treuen gemuet also gehorsamblich zueschreyben wollen, mit unterthenigster bit, Euer Mayestät etc. wolle solchs von mir anders nicht alsz treulich gemeint vermercken, vnd mich In dem selbigen gnedigstem schucz vnd schirmb behalten. Datum Cascha den funfczehenden May Anno etc. im funfundtsibenczigsten.

Euer Rom, Kay. May. etc. Vnnderthenigister Diener

Hans Rueber, m. p.

DCCXIV.

Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre ordinul dat de Pórtă Domnilor din ţĕrile romăne să-l ajute pe Bàthory. 1575, 13 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dauid Vngnad.

Allergnedigister Groszmechtigister Röm. Kayser.

. . (om) . . .

Denselben 12. tag hat Mehmeth Bassa brief an Wayda Bathori auch die Wayda ausz Molda vnd Walachey gefertigt, die ain Chiausz vnd der ain Räcz Petter in der nacht vmb 12 Vhr weggefuert, vnd dieweil sie auff anhalten des Gruo petters erfolgen, so ist nit zuzweifflen, es werden beuelch an Walachej vnd Moldaw sein, dem Bathori Hilff zu raichen, vnd wirdt Er Mehmeth Bassa den Bathorj alles beistandts von hirausz vertrösten. . . . . .

. . (om) . . .

Datum Constantinopel den 13. Juli 1575.

E. Kay. Maj. Vnderthenigister gehorsamister Diener

Dauid Vngnad, Freyherr m. p.

DCCXV.

Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre arestarea solului lui Bekes dimpreună cu un boier muntean. 1575, 19 Iulie.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dauid Vngnad.

Allerdurchleüchtigister, Groszmechtigister, Vnüberwindtlichister Römischer Kaiser etc.

. . . (om) . . .

Den 19. ist der Wallach, so mit dem Istwan Diackh von Marusch, den der Bekesch herein hat geschickht, alher khomen, von dem Mehemet Bassa in die offentlich gefängkhnusz geschafft worden, welcher furgeben sollen, er sey ainer ausz den fürnemern ausz Walachaj vnd also wider den Alexander Wayda vmb die Walachej bej dem Mehemet Bassa anhalten wollen, Er ist durch den Obristen Profosen aus des Mehemets Diuan offentlich sampt seiner diener ainem gebundner vnd Parhaubtter (dan er ain saides Huetl drey federn so Im weckhgenomen worden aufgehabt) In den Maleficzthuerm gefuert worden.

. . . (om) . . .

Datum Constantinopl den 19 Iulij anno Im 1575.

Eure Röm. Kay. Maj. etc. Vntherthenigister gehorsamister.

D. Vngnad, Freyherr m. p.

DCCXVI.

1575, 4 August. Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre înfrângerea suferită de Bekes.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Dauid Vngnad.

Allerdurchleüchtigister, Grossmechtigister, Vnüberwindlichister Römicher Kaiser, etc.

. . (om) . . .

Vngefahrlich 4 tag hernach (27. Iulij) kumpt ainer vom Alexander Wayda der Walachay mit bericht, Er sey den Sontag, daran sich das treffen vmb mittag begeben, vnd gar zum Abendt gewert habe, mit darbey gewesen, folgendes tags strackhs zu seinem Herrn geritten, der In vmb des gemeinen augenscheins willen alsbaldt zu der Portten hieher gefertigt, Relation zu thuen, alles das so er gesehen[1], Der hat nuhn von 4 oder 5 tausent gesagt, von zweyhundert Teutschen Reuttern, deren Hauptman solle gefangen sein, gibt die zeitung von vbergebung des Hauss Bettlehem dahin der Bekesch gleichwol geflogen, nit aber sey eingelassen worden, sondern hab sich muessen auf Zathmar oder Tockaj zuflihen begeben.

. . . (om) . .

Datum Galatha. In sanct Benedicts Kloster den 4 Augustj. Anno Im 1575.

Euer Röm. Kay. Maj. etc. — Vnderthenigister gehorsamister

Dauid Vngnad, Freyherr.

DCCXVII.

1575, 14 Aug. Raportul lui *David Ungnad* cătră *Impĕratul* despre executarea boierilor trimiși de Bekes la Pórtă.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Allergnedigister Kaiser vnd Herr, etc.

. . (om) . .

Vom Antalfj continuirt noch, das er sey ins möhr geworffen sampt den zwen Walachen die neulich mit des Bekhesch gesandten dem Istwan Diackh durch Ofen sein herein komen.

. . (om) . .

Datum Constantinopl den 14. Augustj. Anno 1575.

Dauid Vngnad, Freyherr m. p.

---

1) Nemlich von der Niederlage des Bekesch.

DCCXVIII.

Scrisórea lui *Mehemet-Paşa* cătră Impěratul *Maximilian II.* în cestiunea prelungirii păcii. 1575, 20 Octom.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Translation della littera che Mehmet Bassa manda a sua Maiestà Cesarea.

Laudabile et pieno di gloria delli signori magnj Christianj. Eletto delli grandj et potentj, che sono nella legge Christiana. Protettore delle cose dell' vniuersa natione Nazarena, Induto col splendore della signoria et dell' honore, signore delli segnj della gloria et della grandezza. Imperatore delli Romanj de Alemagna et di Wienna. Massimiliano Kyral, la cuj fine sia con ogni felicita et prosperita, per la pura amicitia et bona sincerita, che è fra noj dapo che uj sarano presentate le nostre bone salutacionj le quali ui conuengono et sonno degne all' Imperial Maiestà vostra, amicheuolmente ui sia noto. Qualmente il vostro Ambasciatore, che reside nella eccelsa porta, Al palazzo della sua serenita (il quale e nido de felicita) presentò vn scritto, per il quale notificò, che desiderate, che cosi, come fu fatta la prorogatione della pace, nel tempo del quondam Sultan Selym de buona memoria (che la misericordia et redenttione di Dio sia sopra di luj) per fin à otto annj, cosi anchora fra noj sia la pace et quiete, la qual cosa alquante uolte la significaj auanti al sublime trono della sua Imperial Altezza, et il dissi alla sua serenita, la qual fecce mentione aricordandosj disse, per quelle cose, che de quella parte contra l'inducie et patti furono fatte et succese. Come per conto d'Ibrahim Aga, Curd Aga, Suleiman Aga, et de Hassan Emino, et per li beccari de Buda, et per conto de Ianos Balas, et per le cose de Transiluania et per conto de Gasparo Bekes, et de Bogdan Wayuoda, dicendo la sua Altezza: «essendo nostri seruj, contra l'inducie et patti gli accettorono, et non gli hanno resi», anchora disse: «Si quelli hauessero da caro la pace et quiete, non haueriano fatto di questo modo cose contrarie all' Inducie et patti, In quanto che essi uogliano la pace, queste sono parole delli Ambasciatorj. Ecco, dache la nostra Imperial grandezza uenne alla succesione del sublime et felice trono, sempre mai sta et non manca della nostra mente la guerra et il Conbatere», ancora disse la sua serenita «che haueva desiderato di mouer guerra uerso alle parti de *Graetia* (1)», perche tanta è la ualorosita, intelletto, ingenio, prudentia et retta consideratione, Et in persona tanto usa et si diletta delli Instrumenti della guerra il nostro felicissimo Imperatore, che in alquanti gradj supera gli suoj magnanimj Antecessorj et Auj, Massimamente che in inquesta sua giouenil eta, essendoli tanto la felicita et buona fortuna in fauore, e tanto è clinata nella guerra et nel combater, che è cosa fuor di modo, per le quali cose non uuolse conceder la pace. Ma hauendo la Maiestà vostra mandato la sua littera, dicendo, che Gasparo Bekes era uenuto in quel paese, per ueder quelli loghj et gli sui benj, ma non era uenuto, con animo de farsi Wayuoda, poi hauendoli dato dell' essercito de tedeschj, et similmente Ianos Balas hauendo mandato il suo figliolo insieme con molto essercito sopra Transiluania, poi col aiuto et fauor di Dio uero, il detto maledetto et quell' essercito, che era con luj acompagnati dalli Diauolj essendo ben castighatj, Et in fuori di questi maleficij, che hanno fatti contra l'inducie et patti, il Ianos Ballas hauendo dati alli Musulmannj delli schiauj fingendo con inganno di uolersi sottomettersi et render hobedientia, il quale chiamando gli musulmannj sotto il suo castello, et scoprendosi, che lui uoleua farli cadere nelli pozzj ò fosse, gli musulmannj non andorono, et per hauer egli alquante uolte rotto l'inducie et patti, Il Signor Mustapha Bassa andò et pigliò gli castelli del maledetto, hauendo fatto a luj tanta gran desmostratione. Il serenisimo ani-

1) Nota. — Segondo il Turchescho, doue dice *Greciae*, significa *Europa*.

mo de sua grandezza si aquietò in parte, poi essendo anche per tutto l'inuerno. Io amico uostro trouai l' occasione, et cosi con buona relatione et consiglio dissi alla sua grandezza cosi : uolendo quella far guerra, gli subditti et regnicolj d'ambedue le parti sempre sarano depopulatj, et accioche non habbia questo paccato la felicissima grandezza uostra, mio Imperatore, non faccia questo.» Hauendo io significato questo in presentia del felice trono de sua serenita. Quantunque il serenisimo animo de sua serenita era inclimato alla guerra et al Combatter, nientedimeno per la sua buona equita, et timor de Dio, che ha, lequale superano tutte le altre cosse, et per la pieta et compassione, che ha uerso li subditti de ambedue le parti, concese la pace et bona quiete, et accettò le solenni littere Imperiali confirmatorie della pace, segondo, che il suo padre Sultan Selim Han (che la misericordia et redention d'Iddio sia con luj, et che il suo locco sia in paradiso) haueua mandate nel principio, et medesimamente, segondo quelle che mandò dapoi per Mahmud Dragomanno. Et cosi è stata scritta la sua solenne litera Imperiale data al uostro Ambasciatore. Io amico della Maiestà vostra, sempre per amor vostro, et per la buona tranquillita delli subdittj d'ambedue le partj, segondo che si conuienne, et si fa di bisogno, segondo la nostra fede Musulmannica, no mancaremo di sollicitar et usar l'instantia nostra, ma nientedimeno della parte uostra pur niente la pace et quiete, et l'amicitia non si osserua, sempre à noj ne fatte bugiardj.

Massimamente, che da questa parte maj non si ha dimandato ne ditto cosa alla Maiestà vostra, che fosse fuori di raggione, la quale con causa legitima non si potesse fare. In prima, segondo le littere solennj dell' Inducie erauate obligato, che si facesse la liberatione delli preggionj, li quali furono presi, contra la pace, sicurità et patti. Et che il Gasparo Bekes et Bogdan Vayuoda non bisognaua accetarli, contra l'inducie et patti, ma segondo le littere solennj confirmatorie bisognaua mandarli alla porta del lor signore, fin' hora haueriano ottenuto quello, che haueriano desiderato, perche à quanti Wayuodi ad instantia et ricchiesta de Re, è stato conceso a loro il Wayuodato. Et anchora si ha resposto della parte uostra, che il maledetto Bekes era uenuto a quelle parti per ueder il paese et gli suj benj; questa risposta, che fu data è marauigliosa, perche essendo luj della *negra Vallachia* (1), il paese de quelle parti, come puo esser sua patria et paese? Anchora si intende, qualmente il maledetto Bogdano era insieme, con quelli scelerati, che erano uenuti sopra Transiluania; speriamo, che luj anchora habbia trouato la suapena; a noj, et a voi si conuienne questo, che quelle cose che sono comprese et promesse, segondo l'inducie et patti della pace et sicurita, siano osseruate, et ache alli Malandrinj d'ambedue le parti, non si dia liberta, et quelli tali che fanno cosa contra all' inducie et patti, della sicurita et pace, gli siano dati gli loro castighe et pene, accioche sia essempio per gli altri scelerati, afinche ogni vno possa star nelli suoj affaj et nelle sue cose in ripose et in bona trànquillita. (2) Et Cheyuan Wayuoda essendo schiauo del figliolo de Zrinj, dapo che gli hebbe fatto la taglia per duj millia et cento Talerj, non attese alla sua parola, ma gli fecce la taglia per quatro millia tallerj, poi hauendo hauuto per li quatro millia Talerj il schiauo, che fu dato della fellice porta, al detto Chyuan per la sua liberatione, essendo andato il schiauo da lui, fecce difficulta, et disse, che io il schiauo l' accetto, per mille seicento Taleri, Et il detto Chyuan in fuori di quel schiauo, hauendo mandati al figliolo de Zrinj quatro caualli, et tre hotažj, cioè code bianche, che si pendeno sotto la gola del cauallo, et un padiglione, et quatro pezze di panno d'oro, et certe altre robbe, con tanto questo non liberò il suo fratello, ma dimando anchora altri mille cinquecento Talerj, et duj caualli di gran prezzo, la qual cosa essendone a noi notificata. Dunque sia noto alla Maiestà vostra et anche vi è notto, che per tutte le religionj non è licito, che nessun manchj della sua parola, et promessa, Maggiormente che essendo gli Cinghanj la piu bassa et dispreggiata gente dell' altre nationj, nientedimeno essi stanno nella lor parola, et non marcano di quello che dicono; il suo padre anchora

1) Nota. — Negra Walachia significa il paese, che è tra Transiluania et Walachia.

2) Appendix 18 Nouemb. adiuncta.

tolse da lui mille ducati, et per hauer fatto egli cosi, gli fu tagliata la testa sua, et gli fu tuolto il suo Castello. Degno et honesto sia, che segondo che riechiede la sincera et anticha amicitia, al predetto figliolo de Zrinj gli sia ammonito, che contra gli patti et promesse non faccia torto al detto Chyuan Wayuoda, per che non e cosa licita ne honesta, hauendo lui dato la taglia, che gli fu fatta, l'altro ritenghi il suo Schiauo, et che dimandi di piu di quello che fu la sua taglia; si egli non honorara et osseruara la pace, che è fra noi, è certissimo che lui anchora trouera et hauera la sua pena, come l'hebbe il suo padre, massimamente, che non essendo la fede data ferma et stabile, mai non si manchara d' ogni errore, et mancamento, et nascera scandalo; si spera, che sollicitarete, accioche le conditionj della pace et quiete, che è fra noj, siano honorate et osseruate, et ancho usarete la uostra buona diligentia, afinche la cosa del detto Chyuan Wayuoda sia determinata et definita.

DCCXIX.

Scrisórea *Sultanului Murad* cătră *Impèratul Maximilian II.* confirmând prelungirea păcii. 1575, 22 Noemv.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Literarum solennium confirmatoriarum Walische Translation bey welcher es endlich verbliben.

(Dopo li solenny Titulj).

Alla nostra excelsa posta laquale è refuggio delli grandi Sultanj di questo tempo, et alla nostra sublime Corte, laquale è proteccione delli Principi di questo secolo, il quale è locco, che li Cesarj del mondo il basciano, et locco che si adunano gli Re della terra di questo tempo, segondo il uinculo della buona pace et quiete, che le fra noi, et segondo le conditione di quella hauete mandato col uostro presente il uostro honorato et stimato Ambasciatore per nome Dauid Ungenad, ricchiedendo, che finita l'ottenale pace et quiete, et la buona securita et pacificatione, la quale haueuate col quondam mio padre, Sultan Selym Han (che la misericordia et remissione de Dio sia sopra di luj) con questo, che, segondo, che hauete promisso, nel tempo del quondam mio padre di buona memoria de mandar il nostro presente, et d'osseruar alicune conditioni et articoli ricchiedeste, che la pace et buona quiete per fin'a diece anni, scambieuolmente fosse osseruata, all'hora fu concessa la pace et quiete, per fin alli otto anni, et sopra questo il quondam mio padre (che la misericordia et remissione de Dio sia sopra di lui et che Iddio illumini il suo dormitorio) concesse la sua solenne Imperiale littera in questo mezzo, essendo per la uolonta dell'incomprehensibile Iddio, et per il suo santto et diuino uolere Il suo felicissimo trono, il qnale è refuggio delli Principi, et la sua sublime et prosperissima sedia regale, data et concessa alla mia Imperial grandezza, segondo la uostra ricchiesta et dimanda, et segondo l'anticha et regale consuetudine et costume nostro. Io anchora accettaj li patti et conditioni, che sonno inscritte et compresse Nella literra solenne, che il quondam mio patre di buona memoria haueua concessa, et sopra à quella ui diedj et ui mandaj la mia littera Imperiale, hora mo (sic) per la stabilita et

fermezza dell' Ottenale bona pace et quiete, la qual è accetata, et segondo gli patti approbata, di nouo per hauer richiesto et dimandato, che fosse data la mia Imperial litterra solenne. Noi ancora per gli Principi et Re, liquali con puro core et animo dimandano l'amicitia, er uerso la nostra sublimita et Imperial grandezza et eccelsa famiglia mostrano con sincerita et purita la loro amoreuolezza et fidelta, tenemo le porte della sincera amicitia nostra aperte cosi che finito che sara il tempo tella prima pace, la quale fecce il mio padre di buona memoria (che la misericordia di Dio sia sopra di luj) per fin alli otto anni, il uinculo della buona pace et quiete, et l'inducie et sicurita. Io anchora segondo il mio padre, per la pieta et compassione, che si ha uerso li subditti et vasali, l'accetto l'aprouo et la confirmo con questa conditione, per esser osseruate le cose, che sonno scritte et comprese nella lettera solenne Imperiale, che il mio padre ha dato prima, et similmente le cose che sonno scritte et comprese nella sua littera solenne et Imperiale, la quale fu mandata dapoj, diedj di nouo questa solenne Imperiale et promessi, mentre che della parte uostra, et delli uostri figlioli, et delli uostri fratelli, che à ui sonno suggetti et delli loro figlioli, et delli uostri signori, et dell'altro uostro essercito non si causara ne si procedera ne nascera alcuno disturbio et motiuo alla pace et promessa, ma che sia honorata et fermamente mantenuta, et le cose che sonno scritte et comprese nella solenne Imperial littera, che fu dato nel tempo del mio padre di bona memoria, quando fu fatta la prima pace, siano honorate et oseruate, et nella solenne littera, che fu mandata dapoj per Mahmud Dragomanno nella quale era stato scritto, che gli uostri figlioli delli uostri fratelli siano compresi nella pace, et che colui, il quale ha d'esser Vayuoda della reggione di Transiluania, sia Vayuoda come il Vayuoda di Valachia et di Moldauia, et col paese et dominio sia compreso nella pace, Et che la differentia delle uille, che sono nelli confinj hauendo la l'honorato mio Vezziro Mustapha Bassa, che sta nella custodia di Buda uista insieme col nostro commissario, la differentia ed consentimento d'ambedue le parti, sia decisa, dandosi pero relatione della cose à d'ambedue le parti, infuori di queste cose, le cose che sonno nella solenne littera, che fu data nel principio in Adrianopoli siano osseruate, et la pace et bona quiete compiutamete sia honorata et osseruata. Io anchora con fermo giuramento giuro, che per l'unita del creatore, il quale non essendo nj cielo nj terra luj gli ha creatj, et per li ueri miracoli del magno et santto prophetta nostro, in tempo di questi patti et Inducie fatte, mentre che de quella parte, contra gli patti et promesse non sia fatta alcuna desturbatione et uiolentia delli nostri Begler Beghj anchora, et delli nostri Beghj seruj nostri, et delli nostri Capitanj, et in summa de tutto il nostro vittorioso esercito essistente nelli confinj del dominio Musulmannico, et del Vaiuoda della reggione di Transiluania, la quale è stata occupata con la nostra regale forza et possanza, et delli Vaiuodi di Moldauia et di Valachia, et delli altri tributarij Christiani Shiauj nostri li quali sonno insieme in questa amicitia, maj per nullo modo al dominio et regno à uoj sottoposto et alli uostri subditi et regnicoli, et allj uostri Castelli et confinj, che sonno sotto il uostro dominio, non molestarano, ne gli lasciarò, che diano impaccio ne fastidio. Et il Re di Franza, et gli signori di Polonia, et gli signori di Venetia, li quali ab anticho sono stati amici della nostra eccelsa et sublime porta, hora di nouo anchora sono nostri amici, et cosi ui sia noto. Et quello che si apartiene per la stabilita et fermezza, del fondamento dell'amiciria et amoreuolezza, in tempo di questa pace, da quella parte sia hnnorato et osseruato, cosi, che si da quella parte gli articoli delli patti, et della sicurita sarano honorati et osseruati, piaccendo a Iddio misericordioso, da questa parte anchora contra l'inducie et patti della pace non nascera ne si procedera cosa nessuna.

DCCXX.

Raportul lui *David Ungnad* către *Impěratul* despre știrile primite dela Petru-Vodă din Moldova despre niște prădări făcute de Tătari. 1575, 10 Decem.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Dauid Vngnad.

Allergnedigister kaiser vnd Herr.

(om)

In Polnischen handlungen waisz man der Zeit hie anderst nichts, alls das ain Pollag Christophorus genandt, so hie die sprach gelernt, vnd Im vergangenen Augusto Inn Poln geraist ist, ain briefl dem Peter Wayuoda Inn der Moldaw von Leopolj, oder Reussischen Lemberg den ersten Nouember geschrüben, der ist den 7. Dicz. herkhommen, darinnen schreibt er nachuolgende wortt, Magnifice Domine Petre Vayuoda, significo harum literarum tenore Magnificentiae Vestrae, quod nobis et Regno nostro accidit calamitas nunquam audita et nunquam uisa. Nam Tartarorum Princeps mittens filium suum duobus millibus Tartarorum instructum partem magnam Regni Russiae depopulari fecit, quo Magnates Regni Poloniae audito, ex abrupto exercitum conscribentes, Tartaros fugarunt. Tandem Tartarorum Princeps suos filios cum magno exercitu confirmatos misit contra Russiam, ipsemet quoque subsequutus ingenti cum bello qui vltra Leopolim equitantes Regnum nudum reliquerunt, et vastitatem eam reliquerunt, quam nunquam Polonia in hunc vsque diem uidit, aures non audiuerunt, et oculi non uiderunt. Tartari cum ingenti multitudine mancipiorum et rerum redeuntes, nos cum Chiauso Mustapha in itinere offenderunt, et impetum armis nudis facientes, in Captiuitatem redegerunt, itinereque longo ducentes, literas Sulthani Chiausio eripuerunt, quas aperientes legerunt, ex illisque Mustapha Chiausum in negotio Sulthani existentem intelligentes, me cum famulis omnibus spoliatum in interula vnica dimiserunt, profectique sumus Leopolim vbi etiam nunc sumus; Principes Regni Poloniae exercitum pro defensione Regni conscribentes, Leopoli exercitum collocauerunt, ipsimetque Varsouiam profecti sunt. Deliberatur autem de Regis Electione, certò autem scribere possum Regem Poloniae filium Moschorum Ducis aut Germanis quempiam non futurum, sed ex Regni Principibus aliquem, aut ex amicis Sulthani eligendum fore, de caetero Mustapha Chiausium saluum et incolumem esse Magnificentia vestra credat, qui propediem discedet, nihilque incommodj sentiet. Darauff ist das geschray aufkhommen, dasz die Poln Inn dem sich endtlich resoluiert weder E. Maj. geliebsten, Ir Durchl. etc. noch den Moscouiter zuerwehlen. Ich bin der mainung Christophorus der wol gewist das der Peter Vayuoda strackhs sein schreiben hieher schickhen wirdt, habs zur Vleisz dem Mehemet Wascha zuegefallen, vnd Ime vana spe aufzuehallten geschriben, dieweill er des Mehemetis Bassae wunsch vnnd begern zuuor hie gewist, daraus hatt er sich desto mehr ad votum Mehemetis Basse Im schreiben ad Moldauum accomodirt, Sonsten dunckht mich der zeitt vnd dem Datum nach hatt Christophorus noch nit recht der Poln deliberation, allain per uulgares coniecturas wissen khonnen.

(om)

Datum Constantinopl den 10. Decembr In 75ten

E. Kaj. Maj.

Vnnderthenigister gehorsamister Diener

Dauid Vngnad, Freyherr.

Postscripta ddo 11. 14. & 16. Decembr. (om)

DCCXXI.

1575, 17 Decem.

Privilegiile acordate de *Sultanul Amurat* Ardelenilor.

(Din Archiva ces. reg. din Viena).

Ad Ungnadum transmissae literae Christophori (Poloni) continentes imprimis Priuilegium Transyluanicum.

Magnifice Domine nobis gratiosissime. Post seruitiorum nostrorum perpetuam commendationem. En, Magnifice Domine, habes exemplum priuilegij Transyluania Regni, in quo prout Magnificentia Vestra intelliget, nihil factum est mutationis, tantummodo in fine quinque millibus Ducatis Tributi annualis augmentatio est notata. Caetera omnia ad verbum sunt scripta, nec quicquam est additum aut ablatum, nam cum saepius sollicitaretur Mehemetes Bassa ab Transyluani Nuncio de mutatione Priuilegij, hanc habuit relationem: «Quid hoc rej est? Forsan in vno anno duae uel tres Capitulationes dantur? quam dedimus accipite». Nos, inquit Nuncius Transyluanj, non aliud uolumus quàm ut iuramento confirmet Sulthanus Potentissimus nobiscum pacem non violaturum; cui sic est responsum. «Absit, Dominus noster, vt vobis Iuramentum praestet, vbi hoc vidistis? Vos procedite recte, et nemo vobis erit molestus». Haecque responsio facta est in generalj conuentu seu senatu Sulthani. Qua audita Nuncius quoque vlterius sollicitare negocium nequiuit. Hesterno die manus Mehemeti Chiausio est exosculatus, iam modis omnibus sese itineri accingens, propediem, ni fallimur, die martis aut mercurij iter ingredietur. Eandem Magnificientiam Vestram felicissimè valere hosque dies festos felices Magnificientiae Vestrae esse cupimus. (Disz ist ausserhalb der Zettel gestanden). Achmat Chiausius, qui in Moldauiam erat missus, rediens omnia certa de Mustapha Chiausio nunciauit. Varsouiae enim in comitijs esse dicit, sed nullum admitti affirmat. Nam Vayuoda Moldauiae tres Legatos iam ad illum misit, at nullus est admissus, Eundo in itinere à Tartaris fuit spoliatus; quando dimittetur, non constat. De Electione Regis adhuc nihil certi habent, propediem omnia intelligentur.

Priuilegium Regni Transyluaniae.

Deus vnus et solus, praeter quem alius non est, qui nihilo indiget, sed ipso omnia indigent. Potentissimus Imperator, auxiliator, cuius est omnis potestas, Amurathes filius Sulthani Selimi Han, semper Augustus. Excelsissimi ac faelicissimi Principatus signi et insignis laudabilis subiugantis Regna, occupantis Imperia Caesarea, Dei qui nullius indiget ope, sed omnia cuius ope indigent gratia et beneficio dati mandatum hoc est. Quod praesens Vayuoda Transyluaniae Stephanus Bathorj de Somlio ac vniuersi Regni Transyluaniae Proceres nuncium suum literis ad Portam nostram Excelsam miserunt, quibus exposuerunt, qualiter Patris nostris Sulthani Selimi in hac vita felicis, morte martirj in superiori paradiso collocati, habentis nidum in Regno caelorum, immersi in gratiam Dei clementissimi, salui facti et remissionem Peccatorum lucrantis tempore, nunquam regionibus, pagis, arcibus alijsque munimentis ad Regnum Transyluaniae pertinentibus quicquam impedimenti et manus immissionis et qualiter à patre nostro piae memoriae Priuilegium post mortem Stephani Regis impetratum fuerit, videlicet, quod, quemadmodum Strphanus Rex quondam Regnum Transyluaniae possedit eoque mortuo Regnum orbatum Principe fuit, ex cuius filijs aut fratribus Principem eligere sibimetipsis debuissent, sed cum nullus extiterit filius aut frater, nec verò consanguineus, ex reliquis Regni

Proceribus dignum aliquem ad officium Vayuodatus eligerent, qui eodem modo vt quondam Stephanus Rex Regnum possideret. Haec pater noster piae memoriae hac ratione cencesserat, vt ex filijs Stephani quondam Regis aut fratribus sibi Vayuodam eligerent. Verum cum is non fuerit ex proceribus Regni, ita si Proceres Regni ad hoc officium deligentes eius fidelitatem Portae nostrae exponerent et comprobarent, sic tandem Vayuodae officium illi traderent, Et quemadmodum Stephauo quondam Regi privilegium fuit datum, illi quoque electo detur, postulatum fuit. Praeterea à Patre nostro piae memoriae mandatum fuit, vt omnes pagos, regiones et quicquid ad Regnum Transyluaniae pertineret, iuxta Halil Begi mancipij nostri, ex mancipijs Budam, Temeswar et his pertinentibus Regestum (1). Quas regiones et pagos ille in Regestum imposuit et in nouum quoque regestum nostrum Caesareum impositi sunt, eos nemo impediat ac manus immittat, Arces, regiones et pagi (qui) in eo regesto non inueniuntur, Stephanus Bathorj praesens Regni Transyluaniae Vayuoda authoritate plenaria ut Stephanus Rex possideat, post mortem uerò ipsius Stephani Bathori ex filijs aut fratribus eiusdem aut proceribus Regni ad dignitatem Vayuodae dignum proceres ac nobiles Regni eligant, at, sic ut fidelitatem et in seruiendo portae nostrae constantiam primum nobis significent, sic tandem officium Vayuodae eiusque negocia illi offerantur Vayuoda quoque Rempublicam Regnique subditos iustitia ac Iure gubernet, Regnumque ac Arces, ut conuenit, ab inimicis et damnis defendat ; si uerò hostis aliquis ortus fuerit, opemque nostram necessariam indicauerit, Bassae et Begi in finibus existentes hoc intelligentes, propria eorum persona aut exercitus missione Regnum ac eius Regiones contra omnes hostes et damna defendant, ac in repercusionne hostium nulla fiat mora. At Vayuoda quoque Regni Transyluaniae Proceresque Regni, antequam ad implorandum auxilium hominem mitterent, Exercitus nostri Caesarej victum pontemque ad flumina trajicienda praeparent, ac omnes vias strictas purgantes ac aperientes, liberum et absque impedimento ullo iter habere possint, et sic tandem ad auxilium petendum hominem suum mittant, ut postquam Exercitus noster instructus fuerit, nihil impedimenti, ac constrictionis in itinere habeat. Hoc eodem modo in finibus imperij nostri, si seruitus aliqua necessaria fuerit, quamprimum Bassa et Begi, mancipia nostra, vobis significauerint, secundum constantiae ac obedientiae tenorem Vayuoda Regnique Proceres personaliter, aut exercitus bellicorumque instrumentorum et commeatus missione, prout necessitas postulat, semper parati sint ad seruiendum. Quamdiu in fideli ac constanti seruitio erga sedem nostram Caesaream manserint iuxta modum praedictum, nullus ex Beglerbegis, Sangiachis et mancipijs nostris illismet aut Regno Regionibusque eorum impedimento ac damno aliquo fiet. Ad huius confirmationem ac praedictorum negociorum firmitatem pater noster piae memoriae priuilegium Caesareum dedit, quod literis ad nos datis expositum est, postulatumque à nobis est, vt cum Dei gratia sedem hanc Caesaream teneamus, eodem modo à porta nostra Caesarea priuilegium Caesareum dare dignaremur. Cum autem omnia Regna sub Imperio nostro existentia nobis defendenda ac tutanda sint, ac eorum cura suscipienda sit, Regnumque Transyluaniae Imperio nostro subiectum sit, tuebimur ac modis omnibus curabimus ; quandoquidem Respublica quoque Tranayluanica, more reliquorum subditorum sit nobis subiecta et tributaria, volumus ut in tranquillitate et securitate sit, ac patris nostri piae memoriae (quem Deus in Regnnm caelorum transferat), praedicti inquam patris nostri clementia dati priuilegij tenorem confirmantes, denuò nostrum quoque priuilegium dedimus mandauimusque, ut quandiu Vayuoda praedictus ac proceres Regni nobis fideles ac constantes fuerint ac seruitio fideli inseruierint iuxta modum praedictum, ex parte nostra Regno eorum ipsisquemet nihil incomodj ac impedimenti futurum est (sic). Et qua authoritate quondam Stephanus Rex possedit, eadem hic quoque possideat, volumus. Conditiones autem in priuilegio à patre nostro piae memoriae dato propositae vtrinque constanter obseruentur et defendantur secundum Regestum Halil Begi. Quod in regestum nouum Caesareum inscriptum est, agatur. Contra regestum uero Halil Begi ac mandatum nostrum Caesareum

1) d. h. Register.

nihil quicquam agere praesumatis. Et quemadmodum iuxta consuetudinem sedis Caesareae antiquum Tributum quinque millium Ducatorum ad mandatum nostrum Caesareum auxistis, Ita quindecim millia Ducatorum annuatim tempore non neglecto ad portam nostram Caesaream et Excelsam mittere et administrare pergatis. Signo et insigni nostro Caesareo fidem habentes illi nitemini, Dat. 17 Decembr., anni transmigrationis Muhametis 983. Anno vero Christi 1575. Constantinopoli.

DCCXXII.

1575. Scrisórea Ţarului *Ivan Vasilicvici* către *Rueber*, intervenind în favorul lui Bogdan-Vodă.

(Din Archiva ces reg. din Viena).

Dem Rueber Kay Maj. etc. stathalter vnd vngarischen Weida, bisz zu der Enden mein freundtlich gruesz.

Die heylige Dreyffaltigkeit mit sambt der Christlichen Tauff vnd Gottlichen Weysheit, Die wollen vnsz zu dem Waren Weg helffen vnd vesz lernen die heyligen gebot gottes vnd allen seinen Willen halten, daczue vesz wolle verhulflich sein die vorgemelte Dreyfaltigkeit, Gott vatter, Son, vnd heyligen Geist, Den da herschet Vnd Regieret von Ewigkeit zu Ewigkeit Amen.

Gnad vnd Barmherzigkeit zuuor, Wyr Kayser Fodorowsky vnd Groszherscher Furst, Kayser Iwan Wasielowicz Seamusky, (1) Herr, Wladomirskyscher Moskowitischer Nogroczkischer Kayser, Kamczanskischer vnd Astrohanskyscher Czar, Herscher in Poschowska, auch Groszfurst zu Smolenska Deferska Jugorska Premiszla, Item Grosz Erbe Wlanzensky Golgarsky, vnd anderer Herrschaften Herr, vnd Regent, Groszfurst Kordowansky, Sernegoczky Rezansky Ploczky Rostowansky Yaroszlawischer Gelochorskischer oderskischer obdurskischer odinskischer Vnd desz wassiberskischen Landts vnd anderer Lender Schaffer vnd gebietter, desz berimbten Landts Eifflandt, vnd anderer Herschafften einigem Herr vnd Schaffer, Auch eines andern Kayserthumbs mit gewalt besitzer, vnd noch Kayser vnd Weywoda Gromsky etc.

Wir haben vnserm Römischen Kayser Maximilian seiner groszmechtigkeit vnsern brieff ausz vnserm ganczen Erblichen Landt vnd Herrschafft, Zuegeschicht, In welchen wyr vnsz gegen Ime vnserer Kayserlichen ewigen vnd treuen Dienste erbotten, Vnd wunschen nochmalsz von Gott dem allmechtigen vnsz allen beyden gluckh vnd langes leben, vnd dasz Ir Römische Kayserliche Mayestät etc. sambt der hochberiembten Teutschen Nation bey der wahren Tauff vnd Christenheit vesthalten, Ich lobe den Tag seiner Kayerlichen Mayestät etc. geburt, vnd wyr haben kein liebsten bruedern alsz diesen Kayser Maximilian, Wyr wellen auch einer dem andern treuherczig sein, mehr alz kein frembder Kayser, Den Namen Gottes sein heyliges Kreucz vnd Tauff loben vnd Preisen,

1) d. h. aller Reuszen.

Auch mit vnserm gebet anrueffen Got dem Herrn vmb hulff, dasz wyr denselbigen seinen namen, vnd sein Kreucz auch andere völcker, die von langen Zeiten ihre angesicht mit Zahren waschen vnd begiessen, mit der Zitterten vnd Pliczeten wehr schuczen megen, Wolde Got dasz vnser Brueder der Römische Kayter allein herschete, vnd vnser treuer Freund wer, wegen beschuczung der Tauff vnd Christenheit, vnd wyr eines Willens vnd sins sein möchten, dasz auch bald dasz gancze Romisch Reich vnd die gancze Christenheit einsz wurde, Solche einikeit auch zwischen vnsz Ewiglich bey allen Vnseren Nachkommen vnd Erben wehrete.

Du Genediger Herr hast zu mir ausz deinem Beuelch vnd ampt einen ausz deinen Dienern geschickt, Den du bey vnsz hast haben wollen, Welchen wyr wider seinen willen nicht wolen aufhalten, vnd haben darneben dem Kayser Maximilian geschrieben mit Erbiettung vnsers Diensts, deinen Namen hochberiembt, Den du allen Kaysern werdt bist zu dienen, Welchen deinen Dienst wyr ausz vnserer Kayserlichen Macht mehr ehren wollen, Nachdem du deinen brieff vnd mitleidliche furschrift neben dem Bogdan Despotowicz Moldawischen Weyda vnserer Kayserl. Mayestät etc. zuegeschcikt hast, Der da yeczund sein Zueflucht vnd Zuversicht zu vnserer Kayserlichen Mayestät etc. vnd gnaden hatt, vnd der nicht von wegen seiner Person allein sondern wegen der Ganczen Christlichen Religion vnsz dient auch dienen will, Dann der Turk ist nichts, Es musz alles nach dem Willen Christi sein, vnd darumb schreyb dem Romischen Kayser vnserm lieben brueder, Dasz er dem Bogdan durch dasz dir vndergebene Lannd Passieren wolte, vnterdesz du vnsz sein vnd dem Willen entbietten wirst, werden wyr vnsz mitler Zeit rusten vnd staffieren. Er ist doch gleich so woll hie alsz bey euch in guetter verwahrung vnd schucz, vnd bey Euch auch wie alhie, Du wollest mir aber zu wissen thuen, ob esz sein kan oder nicht, vnd ime dasz erlaubet wirt oder nicht, Mit solcher Iret Kayserl. May. etc. befurderung vertriebener Leute, Wurde sich Ir May. etc. namen auzsbreiten, dasz er ein Christlicher Kayser sey, vnd helff den vertribenen, Welchs Gozt dem Herrn dem Bogdan auch verleihe, dasz er zu dem seinigen kommen konne, zur welchem Ime helffe die heylige Dreyfaltigkeit, vnd alle Heilligen, Dann seine Erbschaft one vrsach von ime nicht abfallen kann, Welches alles Du durch deinen brief, neben der Lieb, Die du ausz ganczem gemuet zu vnsz tragest, Irer Mayestät etc. zuschreyben wollest, Welch dein schreyben dir nicht vnbelohnet wirt bleiben, Sonder du wirst grosse gab fur solche deine mühe empfangen, vnd dasz du dessen gewisz seyest, So lasz mir die antwort an stat eins grossen geschenks bald zukommen, Darkegen warin du vnser bedurffen wirdest esz sey mit Diensten oder geschenckh wollen wyr deinem willen In allem vollbringen, vnd glaube vnsz dasz wyr dich vmb den guetten willen den du zu vnsz hast, nimmer vor vnsern augen verwerffen wollen, vnd sonderlich weyl du so mitleidig bist mit dem Moldauischen Fursten Bogdan Despotowiczen, darumb wyr dich mit allem guetten bedencken auch vergnuegen wollen, Allein dasz vnser Bruder Kayser Maximilian Römischer Kayser treuen vnd wahren glauben halte, mit vnsz einig sey, Durch welche Christliche taten er andere frembd vnd vertribene zu sich zeucht, vnd sonderlich weil die Lander seinen Kay. May. etc. landern zuuor auch zu geben sein gewesen, mit welchen allen er krafft vnd macht gehabt hat, Dieselbigen nach seinem Wolgefallen Ause zu taylen vnd damit zu gebitten, dich aber vmb deinen vorgemelten zu vnsz guetten willen, werden wyr mit allen sonderlichen gnaden bedenken, vnd so du vnsz oder dem Bogdan Despotowiczen etwasz wirst wollen schreyben, wirt esz vberall In vnserem Kayserthumb auch vnsz vntergebenen Landen frey passiert, die vnsz aber denselben brieff bringen wirt, soll von vnsz alle Kayserliche gnad empfinden, auch von vnsz nicht schlecht vnbelonet widerumb abczihen, Du aber solst auch vnser Kays. gnade in allen guetten theilhaftig werden, hab allein vleisz dasz der Bogdan mit Gottes vnd allerheyligen hilf zu den seinen komen kindt, vmb Welches Ich dir zur Dancksagung mit neigung meines Kopfs bisz zu der Erden danckhen will, vnd darneben Gott dem herrn biten, dasz esz

mit deiner Hilf geschehe, dasz der Bogdan in sein Land kommen mochte, Bring auch einen brief von vnserm Brueder dem Romischen Kayser Maximiliano zu wegen, dasz er den Bogdan durch seine Lender frey passieren lasz, vnd dasz er dasz thue vmb gottes willen, wegen des Creuczes, Christlicher Kirche vnd in aller Heylligen namen.

Dem Rueber Kay. May. stathalter vnd vngrischen Weida, bisz zu der Erden mein freundtlich gruesz.

INDICE

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

Z.